PETRI LO-RIOTI SA-LINEN-SIS,

De iuris Apicibus,

TRACTATVS VIII,
ET

De iuris Arte,

TRACT. XX.

Ad ampliss. Calliæ Cancellarium Dn. Franciscum Oliuarium,



Eiusdem Commentarius de Regulis iuris,
Ad Dn. Iacobum Colinum Ambrosianæ ecclesiæ Bituricensis Abbatem.



Tractatuum omnium nomenclaturam sequens indicat pagella.



LVGDVNI APVD SEBASTIA-NVM GRYPHIVM,
M. D. LV.

INDEX TRACTATVVM
OMNIVM QVI HISCE TRIBVS LIBRIS EXPLICANTVR.

AMPLISS. GALLIAE CANCELLARIO DN. FRANCISCO OLIVARIO PETRVS LORIOTVS S. P. D.



OSTRAM iuris Ciuilis artem, quam Lutetiæ in membrana quadam delineatam perlegisti, Amplifs. Cancellarie ob nonnullos locos, quos præter animi sententiam repositos offendisti, ita limauimus atque naturali quadam ratione sic perfecimus, ut uix (aut me mea fallit opinio) nisi peruerso, & rerum, & naturæ ordine uel addi quicquam, uel detrahi posit. Quam maximam utilitatem non solum omnibus Galliæ populis, sed & toti Christianismo, allatura sit hæc iuris in artem reductio, præstantia tua iudicabit. Hac enim magnum illud opus perfici posse arbitror, quod Iustinianus tot uiris conuocatis, tantis impensis, tam magna & cura & diligentia est aggressus, utinam & ipse adsequutus fuisset, quod tentauerat. Si te Præside, & exiguis Regis impensis hoc ipsum exequi desideras, (quo & nouus Tribonianus, & optimus reipub. instaurator perpetuò uocaberis) iubere potes me ad te uenire. Et ne de hac tanta re dubitares, octo Tractatus de Apicibus iuris, & uiginti de hac eadem iuris arte tuo nomini dicatos in lucem prodire, coacta quidem uoluntate magisquàm spontanea uolui. Cùm enim in iuris arte illa retexenda totus essem, has quisquilias, in auditorum meorum gratiam duntaxat dictatas, supprimere animus erat: nisi eas Stephanus Stratius, discipulus noster antiquus, & diligentissimus, atque etiam doctissimus quotidianis efflagitationibus extorsisset: dum serius affirmabat, è re iuuentutis futurum, si hoc opus in hominum manus deueniret: ut eo interim & fruerentur scholastici, doctique intelligere possent, quid in iuris arte componenda præstare possem. Nam difficillimas leges (inquiebat) in his dictatis tuis uero sensu tu ipse es interpretatus. Veluti sunt l. Imperium. l. iurisgentium. l. frater à fratre. l. prima. de rer. permuta l. naturalis. l. diuortio, l. si filius hæres, l. Gallus, l. re coniuncti. l. petens. l. si pacto quo pœnam. l. filium quem. & aliæ penè infinitæ. Quarum omnium (idem aiebat) simul cum & rerum & uerborũ, quæ in axio-

a 2 matibus

matibus tuis à te sunt explicata, Indicem ego confeci, Axiomatáque tua omnia eo animo conscripsi, ut promulgarentur. Ego autem cùm ipse tam diligentis auditoris fidelitatem, & erga me humanitatem conspexissem, hisce rationibus conuictus, uigilias has nostras, non quasi de me profectas, sed extortas magis, euulgari permisimus: Ars enim nostra adeò me occupat, ut illas retexere non potuerim. Ea nanque quæ & à compilatoribus iuris, & ab interpretibus nostris indigestè conscripta sunt, totum me detinent, dum superflua reijcere, omissa addere, inordinata disponere conor: inter quæ difficilior ea pars est, quæ prætermissa fuit. Quod hoc uno exemplo intelligere poteris. Certum est, Res omnes quæ traduntur, uel ad non usum, uel ad usum tradi. Ad non usum traditæ, custodiri tantùm possunt. Custodia autem uel tradentis gratia, uel accipientis, necessariò fieri dicitur. Si accipientis fiat gratia, pignus erit, uel in possessionem missio: Si tradentis, depositum: uel locatio, si merces custodiæ causa dabatur. Res uerò quæ usus causa traditur, omnibus hisce modis tradi potest. Aut ad perpetuum usum, uel temporalem: aut ad gratuitum, uel mercennarium: aut ad certum, uel incertum. Quis ergo contractus erit, si res detur, ad usum uel perpetuum gratuitum certum: uel perpetuum gratuitum incertum: uel perpetuum non gratuitum certum: uel perpetuum non gratuitum incertum: uel temporalē gratuitum certum: uel temporalem gratuitum incertum: uel temporalem non gratuitum certum: uel temporalem non gratuitum incertum? Quæramus à legum compilatoribus quæ nam uerba ista sint. Respondebunt inaudita, & nihilominus necessaria sunt, & cuiuscunque contractus particularia. Sed amplitudinem tuam diutius non remorabor, cum omnia (superi faxint) in nostra iuris encyclopædia perfectè quandocunque legere poteris. Bene uale amplis. D.

Biturigibus, Anno

M. D. XLIIII.

STEPHANVS STRATIVS
ANDOVORPIANVS LECTORI CANDIDO SAL.



VM Petro Lorioto summa mihi necessitudo intercedit, quam à communione studiorum olim institutam, quotidiana consuetudo sic exercuit, ut nihil sit familiaritate nostra coniunctius. Huic ego Antecessori quum aliquot annis operam dedissem, præteriti temporis rationem seriusculè, sed eò diligentius inuestigare cœpi: neque prius consilij pertæsum est, quàm intelligerem, me bonam partem iuris uno interprete mediocriter assequutum. Quæ res apud cæteros non minus fide, & autoritate ualebit, si ex me cognoscant, quo docendi compendio Loriotus tam felicis institutionis autor euaserit. Vir quidem cùm laboris patiens, tum ingenij magnitudine cum uno aut altero facilè princeps. Non ille igitur suam artem explicandi ex præscripto legum, & Titulorum ordine mutuatur: (quem malæ tractationis morem ubiq; receptum esse quis non acerbè ferat?) sed propositæ quæstioni tantisper indulget, dum intra suos limites liberè quò uult expatiatur: quam etiam à se non dimittendam censet, nisi singulis eius partibus antè feliciter exploratis. Cui rei conficiendæ talis modus ab homine prudente adhibetur, quo neq; præsentis argumenti seria occupatio, iustam sequentis interpretationem remoretur: neq; stulta nouandæ materiæ cupiditas, præcipitis exitus materiam præbeat. Ad hæc, quum ferè utatur perpetua, & peculiari quadam dicendi breuitate: nihilo tamen minorem gloriam ex facilitate promeretur. Quò fit, ut auditor quàmlibet uulgaris, in tam egregij Doctoris prælectione non mediocri cum profectu uersetur. Nam siue alij in portu iacturam faciunt, siue eum non egrediuntur, oberrantes circum littora: interim ille Oceano Pandectarum enauigato secundis uentis in portum reditur. Proinde exoptans hanc felicitatis partem cum pluribus mihi communem esse, (sciebam etenim quantum inde accessionis fieri posset legalium studiorum disciplinæ) cœpi ad editionem animum applicare, eiq; impetrandæ omnes affectuum numeros impendere. Verùm Dij boni, quibus telis aut iaculis me Præceptor impetijt? & penè dixerim à proposito reuocauit? Dum ex prælectionum uniuerso opere nihil perfectum censet, multa obscuritatis, pleraq; falsi insimulans. Nec enim se quicquam ea mente unquam dictasse, ut in uulgus emitteretur: cùm huiusmodi quisquilijs tantùm publico docendi munere defungi soleat. Iam uerò olim se meditari, quo meliore modo ius Ciuile in artem componeret, quod Triboniani beneficio (Si dijs placet) crudum, & indigestum accepimus. At ego quidem maximos istos conatus omni laude dignissimos affirmabam, sed hæc ipsa interim tanquam futuræ artis uestibulum posse collocari, per quod ad eam ingressus facilior aliquando pateret. Addebam & clarissimorum uirorum exempla, qui dum à modicis rebus famæ periculum faciunt, docent non præcipitanter, sed pedetentim ad honores festinandum. In summa, quem ratio nulla potuit expugnare, flexit

 tantùm

tantùm dulcis amicitiæ commemoratio, quotidianum conuitium domuit, pertinacia superauit. Habes itaque, Lector, causam & editionis autorem: reliquum est, ut quod tibi munusculum hodie à me confertur, æqui boniq; consulas. Quod ita demum facies, si memineris quanta cum difficultate exorauerim, ut tua studia auctiora redderentur. Quoties enim frontem perfricui? quoties repulsam tuli? dum tui causa Præceptorem inuitum ad præmaturam operis publicationem sollicito. Quod sanè si per occupationes sub incudem reuocare licuisset, ad amußim expensum & elaboratum recepisses. Cæterum è re tua futurum existimans, si manco potius corpore fruare, quàm toto careas: Lorioti quascunque prælectiones tibi lubens communicaui. Quare uicißim tui muneris erit, nihil hic aut eleuare, aut calumniari: dum singula ad tuam utilitatem referas, & Stratij xeniolum non minore cum animi gratulatione accipias, quàm Cnei Flauij furtum olim Populus Romanus complexus est. Bene uale, & lege feliciter. Biturigibus. Cal. Octob. M. D. XLIIII.

CLARISS. IVRECONSVLTO,
SVOQ. PRAECEPTORI MERITISS.
DN. PETRO LORIOTO SALINENSI, STEPHANVS STRATIVS SAL.

*

A Graduum titulo tibi sunt primordia famæ,
Quæ duce te potuit nobilis esse prius:
Iamq; tuo legitur sub nomine Regula iuris:
Et popularis habet grande rubrica decus.
Nam licet æternæ sint omnia debita cedro:
Attamen hic præstant ultima queq; magis.
Inferior cedit sic gloria prima secundæ:
Quæ dum sola fuit, non mediocris erat.
Excipit hunc tandem uictoria celsa triumphum,
Quum ius arte studes conciliare nous.
Succeduntq; nouo numerosa trophæa labori:
Summus & exigui temporis exit honos.
Macte tua uirtute, tuaq; fac integra iuris
Ars deplorati restituatur ope.
Nam quæ nunc extat rudis indigestaq; moles:
Scilicet, hæc ars est Triboniane tua.
Et male dispereat, cuius uox dira Latino
Iurisconsultos expulit orbe graues,
Quin igitur luci, nebulis te uindice fractis,
Asseritur legum gloria prisca suæ?
Tunc coryphæus erit, uictorq; uocaberis, inter
Iureperitorum millia multa uirûm.

AD LECTOREM.

Ingenium, pernox labor, & pellucidus ordo:
Autores operis, quod breue cernis, erant.
Si neque sic oculis ridet, molli'ue palato:
In medium profer quæ meliora putas.
Sin cupis oblato gaudere fruiq; labore,
Gratia mercedis qualibet instar erit.
Sed cur displiceat uasti pars ardua iuris,
Quam nuce ceu clausam continet iste liber?
Præ se fert breuitas lucem cum fructibus amplis,
Nec diues rerum copia laude uacat.
Cætera quid referam? manet, æternumq; manebit,
Cuiusuis tituli non mediocris honor.
Vilescunt (inquis) subtilia iudice Mopso:
Rarus & est, punctum qui ferat omne liber.
Sed grauis huic iactura subit cum lampade somni,
Et quotus est, uni quem placuisse ferunt?
Quauis fronte legas igitur: sed postera grati
Aetas officij candida signa dabit.

QVAE LEGES ET RESPONSA, HOC IN OPERE TANDEM VERO SENSV DECLARENTVR.

Ex tractatu Actionum.

Ex tractatu Iurisdictionis.

Ex tractatu Coniunctorum.

Ex tractatu Graduum.

Ex tractatu Regularum.

Ex tractatu Moræ.

Ex tractatu Fructuum.

Ex tractatu Eius quod interest.

Ex tractatu Principalium.

l.iiij.C.depos.& l.si in iudicio.de excep.rei iud. 4.& 5
l.j.C.de iudic.l.nouatione.de nouat. 7

Ex tractatu Priuilegij.

l.iij.in princ. quod quisq; iur.& l. fina.C. de fructibus & lit.ex. Axio. 3

Ex tractatu Conceptionis.

l.item prætor. de su.& leg. l.Paulus. §. Paulus.ij.de bon. libert. Axio. 1
l.fin.de collat.bonorum. 2
l.inter bonorum.de admi.tutor. 4
l.j.§.toties.l.ubicunque.§.interdum.& l.fina.de uentr.in poss.mit. 5
l.etiam ei.de minor. 9

Ex tractatu Natiuitatis.

l.ij.C.de posthu.hered. Axio. 1
l.posthumus. in princip. de iniusto. & l.si filius.j.de liber. & posthu. 3
l. nomen filiorum.de uerbor.signifi. & §.fina.Institu.qui testa.tuto. 5
§ posthumo quoq;.Institu.de lega. 8
l.commodißimè. in fin.de liber.& posthum. & l.fin.C.de posthu.here. 10
l.placet.in princ.l. sed etiam quæsitum. de liber.& posthu. cum l.posthumus.de inoffi.testa. 12
l.si filius heres.de liber.& posthu. cum l.j.§. sciendum.de su.& leg. 15
l.qui in aliena.§.interdum.de acqui.hered. 19
l.Gallus.per totum. 20
l.pen.de lega.j. 20

Ex tractatu Consanguinitatis.

§ præiudiciales.Instit.de actio. Axio. 7
l.rei maioris.l.si post.l.fundum. cum seq.de excep. & l.si bonæ fidei.de petit.hered. 8
§.æquè. in fi.Instit.de actio. 10
l.generaliter.de except. 10
l.placet.de acquir.heredita.& l.cum filiofamil.in princip. de lega.j. 18
l.qui liberis.§.fin.& l.si in testamento.in fin.de uulga. 20
l.denique.§ j.quod ui aut clam. 23
l.filiusfamil.j.de actio. 24
l.j.C.qui admit. eodem
l.frater à fratre.de condi.indeb. 28
l.in priuatis. de iudic.cum l. qui iurisdictioni. de iurisdict. omn.iudic. 33
l.lex cornelia.in princ.de minor. 37
l.Senatusconsulto.de offic.præs. 38
l.filiusfami. qui satisda.cum l.fina.§.defensionem.C. de admin.tuto. 41
l. fina.in princip. de bon. damn.cum l.scripto.in fine. und. liber. 15
l.pronuntiatio.§.iure.in fin.de uerbo.sign. 16

Ex tractatu Ualetudinis.

l.discretis.C.qui testa.fac. Axio. 4
l.j. qui & à quibus manu. §. quinimò. Institut. de militar. testam. 5
l.hac consultiß.C.qui testa.fac. 6
l.hac consultißima.§.ex imperfecto.C.de testa. 7

Ex tractatu Mortis.

l.j.C.de hered.institu.l.j.§. deportatos. de contrata.l.j.§. filio qui mortis. ad Trebellian. l.uij. §.si deportatus.de bon.libert.l.intercidit.de condi. & demonst.l.res uxoris.C.de donat.inter.l.statuus. §. fina.de iur. fisc.l.ex ea parte. §.in insulam.de uerbor. l. sed si mors. uersic.j.de donat.inter. Axio. 3
l.penult.de liber.& posthu. 4
l.quoties.in fin.cum l.nouatio.de nouat. 6
l.fin.de duob.reis.l.si debitori.in prin.de fideiuss. 6
l.cum quasi.in princ.de fideicom.libert. 7
l.si decesserit.& l. v.qui satisda. cum l.si eum hominem.de fideiuss. 9
l. quarta. locat. & l. cum precario. uersicu. precarij. de precar. 10
l.eius qui in prouincia. si cert.peta. cum l.si quis mancipijs. §.si impubes.de institor. 12
l.fin.de solutio. 13
l.fundi.§.fin.de acquiren.poss. 14
l.more.de iurisdict.om.iud. 16

Ex tractatu Tutelæ.

l.j.in princ.de tutel. Axio. 1
l.fin.de tutel. 2
l.si quis tutor.de tutel. 3
l.Lucius.j.de admin.tutor. 4
l.ij.de confirma.tuto.l. peto.§.mater.de lega.ij.l.mater.de testam.tutel.& l.si.in fin.qui pet.tutor. 7
l.tutor datus.de testa.tutel. & l.muto.§.sub conditione.de tutel. 9
l.actus legitimi.de reg.iur. 9
l.v.in princ.de legit.tuto. 10
l.tertia. in fine. de legit.tuto. & Institutio. de legit. pat. tutel. 12
l.ij.§.obijcitur.ad Tertull. 13
l.uij.de legit.tutor.& l.aduersus.C.de except. 14
Institu.de fiduc.tutel. 14
l.muto.§.tutoris.de tutel.cum l.j.de iurisd. 19
l.nec mandante.in princ. de tutor.dat.cum §.sed hoc iure. Instit.de attilia.tutor. 21
l.ij.§.si mater.ad Tertull. 24
l.j.§.damus. de suspect. tuto.Institu.de suspect.uersicu.datum.cum l.j.§.suspecti. ad Tertull. & l.iiij.in princ.de offic.eius. 24
Institu.de curato.in prin.uersic.dantur. 27
l.qui negotiationem.§ testamento.de admi.tutor.& l.iure. §.fin.cum l.seq.de tutel. 7
Authen.nouißime.C.de admin.tuto. 30
l.sed & hæ.§. non solùm.de procurat.& l.si tutor.de autor.tutor. 30
l. sine generalis. de iur. dot. & l. cum post. §. quidam. de admin.tuto. 31
l.iij.§.tantundem.de administ.tutor.& l.pluribus. de procurato. 33
l.decreto.§.fina.de admin. tuto.l.tertia.§.quæsitum.in fin. eod.tit. 34
l.iiij. inter tutores. & l. Lucius. §.Sempronij. de admini. tuto.cum l.cum alicui.de nego.gest. 35.& 39
l.ij.in fi.C.de dand.tutel.& l.Lucius. §.Sempronij.uersic.

Paulus

Ex tractatu Existimationis.

Ex tractatu Iuris.

Ex tractatu Testamenti ordinandi.

l.j.de

Ex tractatu Exhæredationis.

Ex tractatu Iniusti rupti.

Ex tractatu Institutionis hæredum.

Ex tractatu Substitutionum.

Ex tractatu Aditionis.

Ex tractatu Legatorum.

Ex tractatu Pactorum.

l.j.de

FINIS.

INDEX INSIGNIVM MATERIARVM IN HISCE TRIBVS TRACTATVVM LIBRIS CONTENTARVM.

A



Aequum

B

Condi

D

Distio

E

Frater

G

H

Inuoluntar

P

Prodig

Substitu

Ex Stipul

V

FINIS.

D. PETRI LORIOTI SALINENSIS IVRISCONSVLTI CLARISS. LIBER PRIMVS,

DE IVRIS APICIBVS TRACTATVS OCTO COMPLECTENS.

*

De actionibus.

TRACTATVS I.

AXIOMA I.

IVRECONſultus Celſus, cui & Imperator Iuſtinian[a] ſubſcripſit Actionē (cuius generalis ſignificatio ea quæ agimus, qualiacunq; ſint, cōtinet) [b] ſpecialiter ſic definiuit, ut ſit ius perſequendi in iudicio, quod ſibi debeatur [c]. Aduerſus quam definitionē multa obſtare uidentur. Primò, quòd cùm agimus, non ſolùm per actionis, ſed & per cauſæ, aut contractus expreſsionem agere poſsimus [d]: adeò, ut nō referat, ſi decem petiero, uel actione ex uendito, uel quia uendidi, uel ex contractu uenditionis [e]. Contractū autem ab Actione plurimum differre, certum eſt: tum quia in facto conſiſtit[f], tum quia obligationem, quæ & ipſa actionē parit [g], præcedere ſolet [h].

AXIOMA II.

NOs, omiſſa antiquorum digladiatione [i], cenſemus, Actionem ius, non prætorium, uel ciuile, (ut putat Accurſius) ſed poteſtatem, ſeu facultatem [k] eſſe perſequendi: quæ facultas quin iuris ſit, nemo dubitat [l]. Vnde ad hæredes tranſit [m], quod minimè faceret, ſi facti eſſe diceretur [n]. Ipſam uerò perſecutionem iudicialem ex ipſius actionis impetratione [o], ex citatione [p] & reliquis iudiciorum ſolennibus, ſat manifeſtum eſt, in facto conſiſtere [q]. Hinc apparet actionem à perſecutione tantum differre, quantū contractus ab ipſa obligatione [r].

a Inſtitu. de act. in princ.
b l. labeo. lib. j. uerſ. & actū. de uerb. ſig.
c l. nihil aliud. de action.
d l. & an eandē. in princ. & §. actiones. de excep. rei iud.
e c. dilecti. de iudi. extra.
f l. conſilio. in fin. de cur. fur.
g l. licet. §. ea obligatio. de procur.
h glo. fi. §. fi. Inſtit. de oblig.
i gl. uerb. act. Inſt. de act. in prin.
k l. ſi quid. de offi. proconſul.
l Inſt. de reb. corp.
m l. omnes pœnales. de action.
n l. quod dicitur patrē. de uerb. obli.
o l. j. C. de donat. quæ ſub modo.
p §. omniū. Inſtitu. de pœna temer. litig.
q authen. iubemus. C. de iudic.
r §. ex maleficijs. Inſtit. de actio.

AXIOMA III.

CAeterùm quod dixi, Actionem ius eſſe neq; ciuile, neque prætorium, ſed perſequendi [s]: ex eo nolim negare, actiones iuris ciuilis, aut prætorij eſſe [t]: ſed quamuis iſtis iuribus actiones cōpoſitæ ſint [u], condictiones tamē iure gentium introductæ[x] erant, quæ per manum regiam explicabantur [y]; alioquin cōtractus, qui iuriſgentium ſunt [z], illo iure prorſus fuiſſent inutiles, ſi perſecutio eorū gratia conceſſa non fuiſſet [a]. Vnde uidemus & quandoq; uel extra iudicium, ne ex iudicialis perſequutionis mora nobis damnum adferatur [b], debitorem fugitiuum[c], uel de fuga, ſuſpectum, perſequi [d]; uxorem fugiētem reducere [e], furem per horas nō pluſquam uiginti retinere[f], & plerunq; alia nos noſtra autoritate facere poſſe [g].

s Inſtitu. de act. in princ. uerb. perſequendi.
t §. ſed iſte. Inſtitu. de act.
u l. ij. §. deinde ex his. de orig. iur.
x l. rerum quid. in fi. rerum amot.
y d. l. ij. in princ.
z l. ex hoc. de iuſti. & iure.
a l. non uidētur cepiſſe. de regu. iur.
b argu. l. j. de dam. infecto.
c l. ait prætor. §. ſi debitorē. de his quæ in frau.
d Bar. arg. l. de pollicitatione. uerſi. priuſquā. de pollicit.
e l. j. C. ubi quis de cur.
f l. capite. ad l. Iuliam de adulte.
g Barto l. generali. lib. 10. C.

AXIOMA IIII.

QVamus igitur Cōdictiones iurisgentium dici poſsint, Actiones tamen omnes aut ciuiles ſunt aut prætoriæ [h]. Ciuiles ſunt, quæ ex legibus, ſenatuſconſultis, uel conſtitutionibus proueniunt [i]. Quod etiam de ducum, comitum, aliorum'ue inferiorum principum conſtitutionibus intelligendum cæteris reclamantibus arbitror [k]: cùm & illæ ſint ius ciuile [l]. Nec refert, quòd illas ſuperior princeps mutare poſsit [a], mutari nanq; & aliud quodcunque ius ciuile poteſt [b]. Prętoriæ uerò actiones à propria prętoris iuriſdictione proueniūt [c]. Quòd ſi lex quibuſdam caſibus aliquā actionem, prætor alijs caſibus eandem concedat actionē, tunc ciuilis [d], nunc prætoria dicetur [e]. Vnde noxalis actio contra dominū poſsidentem ſeruum ciuilis [f] eſt, contra dominum qui dolo poſsidere deſijt eſt prætoria [g], prætor enim caſum illum introduxit [h]. Si uerò prætor in eiſdem caſibus actionem det quibus & lex, [i] tota tamē actio ciuilis, non prætoria dicetur [k]. Vnde uidemus Commodati actionem ciuilem appellari [l], quanquam prætor de commodato iudicium ſe redditurum polliceatur [m]. Quod & idem in hæreditatis petitione dicendum [n] eſt. Et ita ipſe cenſeo, alijs aliter atque aliter exiſtimantibus [o].

AXIOMA V.

INter has prętorias & ciuiles actiones differentiæ plures conſtituuntur. Ciuiles enim ipſo iure competere, Prætoriæ à prætore dari dicūtur [p]. Prætor quippe neq; ipſo iure, neque directo aliquid conſtituebat [q]. Vnde prætoriæ actiones ut plurimùm appellantur utiles [r], quales ſunt in factū actiones, quę interdictorū loco reddūtur [s]. Vtiles autem eas cōmunis ſententia appellat, quę per interpretationem darentur, & ex legis mente [t]. Sed hæc recepta ſententia uera non uidetur, ſiquidem quod ex legis mente inducitur, diuerſum nomen ab eo ratio habet, quod eſt & ex uerbis, & ex mēte legis inductum [u]. Vnde Vlpianus uerbum ex legibus, tam de legum ſententia, quàm uerbis interpretatur [x].

h d. §. ſed & iſtæ.
i Inſtit. de perpet. & tēp. act. i prin.
k l. omnes. uerſic. j. de iuſt. & iure.
l Doct. l. v. de uerbo. oblig.
a l. ſi auguſtæ. de leg. ij.
b §. ſed naturalia. Inſti de iure nat.
c Inſtit. de perpet. in princ. uerſ. eas uerò.
d l. j. de pet. hæred.
e l. j. de poſſeſ. hæred. pet.
f l. ij uerſic. celſus. de noxalib.
g l. electio. uerſ. itē ſi ex pluribus. de noxalib. act.
h d. l. elect. in prin.
i l. j §. j. de poſſ.
k l. iij. §. ex hoc. cū ſeq. naut. caup.
l l. in cōmodato. §. ſicut. uerſ. geritur. commoda.
m l. j. in prin. commodat.
n l. j. in prin. ſi pars hæred. peta.
o glo. j. d. §. ſed iſte.
p §. non autem. Inſtit. de perpet. & temp. act.
q §. quos autē. in ſtit. de act.
r l. j. in ſi. de ſuperfic.
s §. ſi. Inſtit. de interdic.
t Glo. magna l. curatoris. C. nego. geſt.
u Inſtit. de leg. patro. tutel. uerſic j.
x l. nominis. §. ſi. de uerb ſignifi.

AXIOMA VI.

VTilis igitur actio dicitur, quæ propter aliquam utilitatem aduerſus iuris ſcripti rationem [y] à prætore inducta [a]. Siquidem prætor & utilitatem, & æquitatem ſemper amplexus [b] eſt, ob quam ſolam frequentiſsimè prætor actionem dare ſolet [c]. Et id eſt, quod Bartolus diſtinxit, inquiens, Actionum aliquas eſſe Datiuas, alias Natiuas. Datiuas appellat, quæ præexiſtentem materiam ſufficienter non habeant [d], hoc eſt (ut ego interpretor) quæ non ſecundum ius ſcriptum, ſed præter illud, aut contrà dętur [e]. Natiuæ uerò erūt, quæ ex ciuili ratione oriantur, & ipſo iure competant [f] quæ ideo Directæ appellantur [g], quòd rectà iuris ſcripti uia intentari ſoleant, & nō per obliquum [h]. Inde uocamus hæreditates directas, & fideicommiſſarias, ſiue obliquas [i].

AXIOMA VII.

SCiendū eſt tamen, & actiones alio reſpectu Directas dici, quòd aliquæ Contrarię nominētur [k]. Directæ enim actiones cōtrà eos intentantur, qui principaliter negotium geſſerūt [l]: at Contrariæ actiones directò iudicio opponuntur [m], nam contra eū, qui principale iudicium intentat, mouentur [n]: non quaſi ipſe ſuo nomine aliquid geſsit [o], ſed quia mihi aliquid propter principale negotium abſit [p]: uel quia negotij illius cauſa aliquid impendi [q], uel quia me deceperis [r], uel quia alio modo propter negotium tuum aliquid mihi abeſt, cuius nomine Directa mihi non competit actio [s]. Sunt autem hæ contrariæ actiones, Negociorū geſtorum, Pignoratitia, Commodati, Mandati, Depoſiti, Tutelæ [t]: quas omnes ego arbitror & utiles eſſe [u], & per conſequens à prætore inuētas [x]: quanquam Vtilis actio quædam ſit (ut ſuprà docui) quæ minimè directa eſſe poteſt [y].

AXIOMA VIII.

HAe autē Contrariæ actiones & bonæ fidei, ſunt [a] cùm in illis à tēpore moræ uſuræ ueniant [b], & nunquam infamant, neq; in illis iuratur in litem: quia hoc caſu nō de fide rupta, ſed indēnitate [c] agitur, & calculo, qui ferè

y Leg. qui. §. ſi actori. de cōſti. pecu.
a §. reſtituta. in fin. Inſtit. de fideicō. hæred.
b l. j. de reſtit. in integr.
c l. j. in prin. [illegible] conſtit. pecu.
d Bart. l. iuriſgentiū uer. j. de pact.
e l. j. de eo quod certo loco.
f d. §. uò autē. Inſt. de perpet. & tēp.
g l. ij. § quanquam autē. de aqua pluuia. arc.
h l. fin. in princ. de leg. ij. theoph. §. ſi quis hæres §. aliquis moriens. Inſtit. de fideicō. hæred.
i Inſtit. de fideicō. hæred. in princ.
k l ſi uerò non remunerādi. §. contrario. mandati.
l §. fin. Inſti. quod cum eo.
m rub. depoſi. uerſ. uel contra.
n §. j. uerſ. ſed duo. §. ij. uerſi. hoc autē. Inſti. de oblig. quæ ex quaſi cōtractu.
o l. j. uerſic. qui pro ſocio. de his qui not. infa.
p l. iij. §. contrariū. de cōtrar. & utili tutelæ act.
q l. ſi neceſſarias. i prin. de pig. act.
r l. j uerſi. ſiquis tamen. l. tutor. § j. de pig. act.
s l. j § an in hoc. de contrar. & utili act.
t §. ex quibuſdam. Inſtitu. de pœna teme. litig.
u rubr C. de cōtra. iud. iunct. l. ij & rub. ff de cōtrar. & utili.
x l. j. in prin. de cōtrar. & utili.
y l. ij §. quanquam. de aqua plu.
a Gloſſ. uerb. tutelæ. §. actionum. Inſtit. de act.
b l. ſi uerò non remunerandi. §. ſi mihi mand. l. qd ergo. §. cōſequitur. de contr. iud. tut.
c l. ei aqud. in prin. depoſ.

ferè in iudicio dirimi solet[d]; cùm quod contrario iudicio quisq; consequi potest, id etiam directo iudicio quo cum eo agitur potest saluum habere iure compensationis[e]; & si iudex compensationem reprobauerit, cui reprobationi acquieuit cõpensans[f], ille si postea contrario iudicio agat, per rei iudicatæ exceptionẽ repellitur[g], quæ exceptio obijci non potest, si iudex compensationis rationem non habuit[h]. Nam & est receptum, etiã sine principali iudicio has cõtrarias actiones moueri[i] posse, quoniã ex principali negocio nihil quandoq; debetur, uel fortasse plus ex hoc contrario iudicio, quàm ex principali est præstandum[k]. Quapropter cõpensatio reo conuento non sufficiebat, nisi & hanc contrariam haberet actionem[l], quæ perpetua est, hæredi, & in hæredẽ cõpetẽs[m].

d l. furti. §. fi. de his qui not. infa.
e l. in rebus. §. commoda.
f l. j. §. præterea. uersicu. sed si reprobata. de contrar. & util.
g l. si autem. §. fi. de neg. gest.
h l. quod in diem. §. j. de cõpensat.
i l. in cõmodato. §. j. commod.
k l. j. §. fin. de contrar. & util.
l d. l. in rebus. §. fin.
m l. ij. §. fi. de contrar. & util.

AXIOMA IX.

CAeterùm quod nunc dixi, in his contrarijs, non de fide rupta, sed indemnitate agi[f], obstare uidetur pignoratitia cõtraria, qua tenetur is, qui rem alienã pignori[g] dedit: is enim me decipit, & ob id crimine stellionatus obligatus[n] est. Respõdeo: Illũ quidem delinquere, sed hac actione contraria ob id tantùm agi, ut indemnẽ me præstet[o]; hoc est, aliud idoneũ pignus mihi tradat[p]. Pro crimine uerò quandoq; furti, quãdoq; extra ordinẽ stellionatus nomine plectetur[q]. Solã igitur indẽnitatẽ cõcernunt hæ cõtrariæ, in qua etiam & usuræ ueniunt[r]: quare illas omnes bonæ fidei esse arbitror[s].

f d. l. ei apud.
g l. quæ prædium. C. si aliena res pignor.
n l. inter. §. j. de pigno. act.
o l. si seruus pignori. de pig. act.
p Glo. d. l. quæ prædium.
q l. si quis in pignore. de pig. act.
r l. iij. §. usuras. de contrar. & util.
s Glo. uerb. tutelæ. §. actionum. Institut. de actio.

AXIOMA X.

ESt & alia ciuilium suprascriptarũ & prætoriarum actionũ differentia: quod illæ cùm, ut suprà dixi, directæ sint[t], ordinariæ dicãtur[u], quãdoq; legitimæ[x], interdũ uulgares[y]. Prætoriæ uerò, extraordinariæ[z], & nõ directæ[a], quibus idcirco nunquã experimur, si aliqua ciuilis competat actio[b]. Extraordinariũ tamen aliquando appellatur, quod extra ordinẽ iuris siue ciuilis, siue prætorij fit[c]: utrunq; enim Ius ordinarium dicitur[d], siquidem & prætorium iuris ciuilis uiua uox esse dicitur[e]. Et aliquando utiles actiones ipso iure competere dicuntur, habito respectu ad eas, quæ per factum aliquod acquirũtur[e]. Hinc etiam hodie iudicia omnia extra ordinẽ reddi dicũtur[f], quòd iuris formulæ, quibus reddebantur, fuerunt sublatæ[g]. Similiter & esse iudicis officium, qua præter actionem imploratur[h], Extraordinariũ dici solet remediũ[i], extra ius enim ordinarium imploratur[k], Vel ratione illiciti facti, cui lege permittente resistere possumus[l]: uel ob priuilegium contra ius commune à principe cõcessum[m]: uel æquitatis causa, ubi remediũ ordinariũ uel deest[n], uel nõ planè prouidet[o]: hocq; officiũ persequutio uocatur[p], quæ tam in rem est, quàm in personam[q], & tam actori quàm reo competit[r], & non solùm minoribus, sed & maioribus[s]: indeq; quòd metus causa actio, & de dolo[t], necnon restitutio conceditur[u].

t d. l. ij. §. quanquã. de aqua plu.
u l. in causæ. ij. in princip. & in fin. princ. de minor.
x l. si ususfructus fundi. in fi. de aq. plu.
y l. quidam cum filium. in fi. de hæred. instit.
z d. l. in causæ.
a l. electio. uersi. ij. de noxal. act.
b l. ij. uers. mirabatur igitur. nau. caup.
c l. nullo modo. ad l. cor. de fals.
d l. fi. de priua. del.
e l. nã & ipsum. de iust. & iur.
e l. sancimus. §. fin. in fin. C. ad senatuscons. treb.
f §. fi. Instit. de interdict.
g l. ordo. de publ. iudic. l. antepe. de neg. gest.
h l. qui per collusionem. §. fina. de act. empt.
i rubr. ff. de uarijs & extraord. act.
k l. si cui legatum. de cõd. & demõ.
l l. quẽadmodum. §. pen. ad l. aquil.
m §. planè Insti. de iure natur.
n l. diuus. de in integ. rest.
o l. j §. per hanc. de rei uend.
p l. pecuniæ uerbũ. uersi. persecutionis. de uerb. sig.
q l. actio in personã. de act. & obl.
r l. j. §. dixerit. de publica.
s l. j. ex quib. caus. maio.
t l. j. §. ait prætor. de dolo.

AXIOMA XI.

ADuertendum est tamen, quòd remedium ordinariũ licet cùm extraordinario, nisi cùm diuersum respicerent finẽ[x], simul nunquã cumulari possit[y]: ut plurimum tamẽ concurrunt, ita ut electione tollantur[z]: quanquam si alterum uel famosum esset[a], uel ad prodendam alicuius impietatem tenderet, illud eligere non oporteat[b]. Qua de re fusius disputarunt interpretes[c].

u d. l. in causæ. ij.
x l. si qui bona. §. si quis opus. de dã. infect.
y l. iij §. planè. cum seq. de no. oper. nunt.
z l. iij. C. si tutor uel curator interue.
a l. j. §. ait prætor. de dolo.
b l. si filius. C. de inoffi. donat.
c Zazius in suis intell. doct. l. cũ filius. ff. si cer. peta.

AXIOMA XII.

TErtio Ciuiles à Prætorijs actionibus discrepant, quòd Ciuiles olim perpetuæ essent, Prætoriæ uerò temporales[a]. Hodie uerò tam Ciuiles, quàm Prætoriæ distinctionẽ recipiũt: nam aut Rei persecutoriæ sunt, aut Pœnales[b]. Rursum Rei persecutoriæ in rem sunt: uel in personã[c]. Rei persecutoriæ ciuiles, quæ in personã sunt, post XXX. annos non durant[d]: longiori uerò tempore, quod decem, uel uiginti annorum appellamus, minimè finiuntur[e]. Ciuiles item rei persecutoriæ, quæ sunt in rẽ, si res sit mobilis, & per alium bona fide & iusto titulo possessa, extinguũtur triennio:

a Instit. de perpet. & tẽp. act. l prin.
b §. sequens. Instit. de act.
c §. reipersequendæ. Instit. de act.
d l. ij. uersi. neq; sit. C. de consti. pec.
e l. neq; C. quibus nõ obijcitur lõg. temp. præscr.

si res sit immobilis ab alio bona fide & titulo possessa, decem annis inter præsentes, uel uiginti inter absentes finiuntur [f]. Si uerò sine titulo & bona fide possideretur res, siue mobilis, siue immobilis, in eam rem actio semper intra triginta annos intentari poterit [g].

AXIOMA XIII.

Ciuiles uerò actiones pœnales olim quoq; perpetuæ erant [h], sed hodie intra uiginti annos, si accusationes sint, plerunq; competunt [i]: quoniã in omnibus fisci quæstionibus, uiginti annorũ præscriptio custoditur [k]: quæ ex eo numeratur, ex quo quid fisco quæri potuit [l]. Quandoq; tamẽ aliud obseruatur, uel breuius, uel longius tẽpus, siue accusationes sint, siue [m] nõ. Nam iniuriarum actio anno finitur [n], & contrà furti actio perpetua [o] est: nõ ob furtorũ frequentiam, (ut nonnulli putarunt [p]) cùm frequentior sit dolus quàm furtũ [q], & tamẽ doli actio biennalis est [r]: sed quòd hæc actio non à Prætore, sed lege XII. tab. primùm fuerit inuenta [s].

AXIOMA XIIII.

PRætoriæ uerò actiones rei persecutoriç siue in rẽ sint [t], siue in personam [u], his exceptis, quas contra ius ciuile prætor concessit, ut Rescissoriæ sunt [x], & Redhibitoriæ [y], etiam ultra annum [z], nempe per triginta, uel uiginti, aut decem annos (secundum ea quæ de ciuilibus diximus) dantur [a]. Sed pœnales prætoriæ anno extinguuntur, cùm ipsius prętoris intra annum esset imperium [b]. Aliquando tamen minora sunt, uel maiora harum actionum tempora, ut Accursius & Bartolus explicarunt [c].

AXIOMA XIIII.

PErsequutoriæ autẽ actiones ideo anno nunquam finiebantur, quia illis, quod ex patrimonio nostro nobis abest, persequimur [d]. Pœnales uerò neque rem nostram, neq; id quod interest respiciunt [e], sed ipsum duntaxat maleficium [f]. Vnde illis agimus, siue delicti causa patrimonium nostrum diminutum sit [g], siue non sit [h]: siue reo ex delicto suo aliquid accesserit [i], siue nihil [k]. Consequens est: Igitur, si nulla patrimonij habeatur consideratio, sed tantùm delicti: pluribus ex mera pœnali actione obligatis uno soluente, reliquos non liberari [l]: licet in rei persecutorijs secus sit, [m] maximè cùm certum est quis delictum commiserit [n]: alioquin si incertum esset [o], aut si actor quod sua interest petit, unius solutio reliquos liberaret [p], etiam si mixtam pœnam unà cum interesse peteret [q]. Cæterum hæ Pœnales hæredem, si lis cum defuncto contestata non sit, nisi quatenus ad illum peruenit, non obligant [r]. Sed hæredibus statim cõpetunt [s], si populares non sint [t], neq; uindictam respiciant: quibus casibus hæres, nisi defunctus iam litem contestatus esset, non agit [u]. Rei persecutoriæ uerò & hæredi & in hæredem dantur [x].

AXIOMA XV.

SEd hîc dubitatur, unde Rei persequutoriæ actiones proueniant, itẽ & Pœnales: præterea Mixtæ, tã persequutoriæ quàm pœnales. Respondeo: Omnes [y] in rẽ actiones rei persequutorias esse. Actiones autẽ in rem dicuntur, quæ aduersus rei detentorem competunt [z], & sunt numero tredecim: decem quas prætor inuenit [a], & tres iure ciuili: Vendicatio siue rei, siue iuris [b]: Hæreditatis petitio [c], & Præiudicialis an aliquis liber sit [d]. Et his in rẽ actionibus rem nostram nobis restitui petimus [e], & propriè Petitiones [f], aut Vendicationes dicuntur [a], quia qui rem aliquam suam esse adfirmat, ut ille qui hac in rem actione agit [b], propriè petere, seu uendicare dicitur [c]: indeq; rei uendicationem Petitoriũ appellamus iudicium [d], tametsi petere etiam personali actione dicamus [e].

AXIOMA XVI.

SEd fortasse miraberis, quomodo actiones reales rei persequutoriæ sint, cùm in illis quandoq; in litem iuretur [f], cuius causa rei æstimatio augeri solet [g], ita ut non meræ pœnales,

f l. unica. C. de usu cap. transfor.
g l. sicut. C. de præscrip. xl. uel. xxx. ann.
h Instit. de perp. & tẽp. act. in princ.
i l. querela. C. ad l. cor. de fals.
k l. in omnibus. de diuer. & tẽp. præscr.
l l. ij. § præscriptio. de iure fisc.
m Glo. fin. d. l. querela.
n l. v. C. de iniur.
o §. furti quoque. Instit. de perpet. & temp. act.
p Arg. l. aut facta. §. fi. de pœnis.
q l. inter omnes. §. rectè. de furt.
r l. fi. C. de dolo.
s Theoph. Instit. de
t l. cũ notissimi. in prin. C. de præscr. xxx. uel xl.
u d. l. ij. de constitu. pecu.
x l. in honorarijs. uersi. pe. de act.
y l. sciendum. § fi. de ædil. edicto.
z d. l. in honorarijs in princ.
a d. l. cũ notissimi.
b Instit. de perpet. in prin. uersi. cas uerò.
c docto d. l. in honorarijs.
d d. l. in honorarijs. uersi. ille autem.
e l. unic. §. hoc iudiciũ. si quis ius dicent.
f l. iiij. in princ. de act. & oblig.
g l. j. in princ. de ui & ui arm.
h l. qui ea mente de furt.
i l. j. in princ. l. generaliter. in prin. de calumniato.
d d. l. j. in princi. de ui & ui arm.
l l. itẽ mela. § item & cũ eo. §. sed si seruũ. ad l. aquil.
m l. adeo. de iurisd. om. iud.
n l. j. §. fin. cũ ll. seq. de his q deiecc.
o l. j. §. si plures. de eo per quẽ fact.
p l. si multi. de publica.
q l. ij. de duob. reis.
r l. unic. C. ex delict. defunct.
s l. j. §. hæredem. de priuat. delict.
t l. si cui. de uerbo. sign.
u l. j. §. sed iniuriarũ. de priuat. del.
x l. v. §. fin. cum iij. seq. de alien. iud. mut.
y §. sequens. Instit. de act. uer. rei persequendæ.
z l actiones. uersi. j. de act.
a Glo. fin. § itẽ seruiana. Institu. de act.
b § sed iste. Institu. de act.
c l. sed & lege §. petitio. de pet. hæred.
d §. præiudiciales. Instit. de act.
e d. l. actionũ. uersic. j.
f l. pecuniæ uerbũ. §. petitionis. de uerb. sign.
a §. appellamus. Instit. de act.
b § omniũ. in fine. Instit. eod.
c l. iij. §. itẽ de reb. eo. l. act. de act.
d l. qui petitorio. in princ. de rei uẽd.
e § plus autem. Instit. de act.
f l. in actionibus. de in litem iur.
g l. j. de in litẽ iur.

les, ſed mixtæ magis appareant[h]. Accurſius duobus modis reſpondet[i]. Nos arbitramur, eum qui in id, quod ſua intereſt agit, rem ſuā ſemper perſequi[k]: iuſiurandum autem in litem, nō aliter, quàm quòd uel ex affectione[l], uel ex communi rei æſtimatione noſtra intereſt, ſolere deferri[m].

AXIOMA XVII.

INterdicta præterea qbus proprietatē perſequimur[n], ut de aqua quotidiana, de itinere actuq́ꝫ priuato, de loco ſacro & religioſo, de liberis exhibendis, Rei perſecutoria dici poſſunt[o]. Alia magis Poſſeſsionum perſecutoria uidentur[p].

AXIOMA XVIII.

ACtionū uerò Perſonalium aliæ ſunt Reiperſecutoriæ, aliæ Pœnales, aliæ Mixtæ[q]. Hæ autem Perſonales actiones propriè actiones nūcupantur[r]. Actio ſiquidem ex obligatione, quæ ſemper perſonalis eſt[s], frequentius naſcitur[t]. Condictiones etiam appellantur[u], quoniam condicere priſca lingua denuntiare ſignificat. Olim autem perſonali actione agens aduerſario huiuſcemodi denuntiabat, TALI DIE ADSIS IVDICIO MECVM DISCEPTATVRVS. A qua denuntiatione licet hodie receſſum ſit, Condictionis tamen nomen pro perſonali retinuimus actione[x]: & hac perſonali actione non contendimus aliquid noſtrum eſſe, ſed ut obligatus aliquid nobis det uel faciat, agimus[y].

AXIOMA XIX.

OBligatio autē ex qua hæc Perſonalis actio naſcitur[z], uel ex contractu, uel ex quaſi contractu, uel ex maleficio, uel ex quaſi maleficio, uel ex uarijs cauſarum figuris deſcendit[a]. Contractuum alij Innominati ſunt[b], qui pariunt actiones Præſcriptis uerbis, uel In factum[c], & condictionem[d]. Hæc ad repetendum quod dedimus, illæ in id quod intereſt dantur[e]: & ideo omnes ſunt rei perſecutoriæ[f]. Alij ſunt contractus Nominati decem: quatuor qui re, ut Mutuum, Commodatum, Depoſitum, Pignus: quatuor qui conſenſu, ut Emptio, Locatio, Societas, Mandatum: Vnus qui uerbis, ut Stipulatio: alius qui literis, ut Literarum obligatio concipitur[g]. Et horum contractuum actiones omnes pœnæ rei perſequendæ gratia comparatæ[h] ſunt.

h § rei perſequendæ in fin. de act.
i Gl. j. d. §. rei perſequendæ.
k d. l. unic. in fin. ſi quis ius dic.
l l. uideamus. §. iurare. de in lit. iur.
m l. pe. de in lit. iur.
n Glo. uerb. mixtæ. §. ſequen. Inſtit. de act.
o l. ij. §. quædam. de interdict.
p Inſtitu. de interdict. in prin.
q d §. rei perſequēdæ.
r l. actio. de act. & obl.
s Inſti. de oblig. in princ.
t l. licet. §. ea obligatio. de procur.
u § appellamus. Inſtit. de act.
x Theoph. d. §. appellamus.
y l. iij. in princip. de act. & oblig.
z d. §. ea obligatio.
a l. j. de act. & obli.
b l. iuris gentium. in princ. de pact.
c l. j. l. q a actionū. de præſcr. uerb.
d l. iij. de condict. cauſa dat.
e l. naturalis. §. j. de præſcr. uerb.
f l. ſi pro fure. §. j. de cond. furt.

AXIOMA XX.

ALiquæ tamen ſunt non meræ rei perſecutoriæ. Nam Depoſiti actio cùm tumultus, incendij, ruinæ, naufragij cauſa res deponitur, in duplum competit, & mixta eſt tam in rem, quàm in pœnam[a]. Actio item ex ſtipulatu ſi pœnam contineat, meræ Pœnalis eſt[b], cum ea, & ſi noſtra nihil interſit, agamus[c]. Aliqui Mandati actionem, quoties uſurarum cauſa intētatur[d], pœnalem eſſe adfirmāt: ex eo quòd uſuræ cuiuſdam pœnæ uim habeant[e], indeq́ꝫ pœna appellari poſſunt[f]. Sed uereor, ne hæc opinio defendi non poſsit, cùm uſuræ in obligatione non ſint, ſed officio iudicis præſtentur[g].

AXIOMA XXI.

ACtiones quæ ex quaſi contractu deſcendunt, ut actio Negotiorum geſtorum, actio Funeraria, actio Tutelæ, actio Ex teſtamento, Communi diuidundo, Condictio indebiti[h], quia pro eo quod nobis ex patrimonio noſtro abeſt[i], uel per eo quod intereſt competunt[k], rei perſecutoriæ dicuntur: excepta actione de tutelis diſtrahendis, quę & in rem eſt, & in pœnam[l].

AXIOMA XXII.

ACtiones uerò quæ ex maleficijs quatuor priuatis, Furto, Rapina, Damno, Iniuria, (nam duodecim publica iudicia accuſationes parere ſolent[m]) omnes excepta Rerū amotarum actione, quæ rei perſecutoria[n] eſt, uel Meræ pœnales ſunt, uel Mixtæ ad rem & pœnam[o]. Sed & hæ Mixtæ, ad earum differentiam quæ rei perſecutoriæ ſunt, etiam pœnales appellantur[p]. Lex enim Vi bonorum raptorum actionem pœnalem

g §. fin. cum multis ſeq. titulis. Inſtit. de oblig.
h d. §. rei perſequēdæ.
a d. §. rei perſequēdæ in fi.
b d. l. unica. in fin. ſi quis ius dic.
c §. alteri. Inſtit. de inutil. ſtipul.
d l. ſi uerò non remunerādi § ſimili mod mand.
e l. qui ſine. uerſic. ni & illi. de neg. geſt.
f Gl. uerb. pœnæ. l. lecta. ſi cert. pet.
g l. qui per colluſionem. §. fina. de act. empt.
h tit. de oblig. quæ ex quaſ. contrac. per tot.
i l. ij. in fin. de neg. geſt.
k l. liberum. uerſic. quāti eius interfuit. de religio. & ſumpt fu.
l l. ij. in fi. de tutel. & ratio. diſtr.
m l. j. de public. iud.
n l. ſi mulier. § hæc actio. rer. amot.
o §. ex maleficijs. Inſtit. de act.
p §. his autē. Inſtit. de leg. aquil.

appellat [q], quam tamen certum eſt Mixtam eſſe [r].

q l.ij. §.fin. ui bon. rapt.
r d. §. ex maleficijs.

AXIOMA XXIII.

SEd altercantur interpretes cur Vi bonorum raptorum actio mixta ſit, cùm Furti merè pœnalis perpetuo cenſeatur [s]: cùm tamen raptor ſemper fur ſit, cæteriſq; furibus improbior [t], & ideo grauius puniendus [u]. Plures ſunt ſcribentium rationes [x]: ſed ego ſemper credidi, raptorem grauius ipſo iure puniri: raptor enim cùm ſemper fur ſit, furti actione eum teneri ſemper arbitror [y]: Vel in quadruplum, ut fur manifeſtus, ſi cum rapina deprehenſus ſit [z], uel in duplum, ſi non ſit deprehenſus, quaſi fur non manifeſtus [a], & præterea ui bonorum raptorum actione, quæ tripli eſt intra annum [b], & poſt annum ſimpli, tenetur [c]: quam uerisſimile eſt à prætore introductam, ut pluribus actionibus raptor propter ipſius improbitatem obligatus eſſet [d]. Criminaliter quoque grauius lege uidelicet Iulia de ui plectitur [e], cum fur extra ordinem duntaxat puniendus ſit [f].

s §. furti. Inſtitu. de perpet. & temp.
t l.ij. §. cæterum. ui bo. rapt.
u l.fin. Inſt. C. de pœn. s.
x Alciat. l. marcellus. de uerb. ſign. doct. d. §. ex maleficijs.
y Inſtit. ui bo. rapt. in princ.
z l. ſi uendidero. §. eſt rapto. de furt.
a l.j. ui bon. rapt.
b Inſtit. ui bo. rapt. in fi. princ.
c l. fi. C. ui bo. rapt.
d §. ſic itaq; uerſic. planè. Inſtitu. de act.
e l.ij. §. j. ui bo. rap.
f l. fin. de furt.

AXIOMA XXIIII.

PRoinde ex ſupraſcriptis ſatis manifeſtum eſt, omnes actiones ſiue rei perſecutorias, ſiue pœnales, in ſimplum, duplum, triplum, uel quadruplum dari [g]. Simplum autem duobus modis conſideratur: uel rei reſpectu [h], unde omnes rei perſecutoriæ actiones in ſimplum competere dicuntur [i]: uel eo conſiderato quod noſtra intereſt [k]. Quamobrem actiones quibus intereſſe perſequimur, & ſi quintuplum aut ultra excederent [l], in ſimplum dari dicuntur [m].

g § omnes autem. Inſtit. de act.
h Inſtit. ui bo. rap. in prin. uerſi. ſed tamen. cum ſeq.
i §. rei perſequendæ. iuncto §. oës. uerſ. in ſimplum. Inſtit. de act.
k l. v. § hæc actio. in id. iuncto §. hæc actio nō eſt. de alie. iud. mut. cauſa.
l l.j. in prin. iuncto uerſ. ſenatuſconſultum. de incēd. rui.
m d. §. omnes. uerſ. in ſimplum.

AXIOMA XXV.

QVod autem ſcriptum eſt, nullam actionē ultra quadruplum dari [n], illud non procedit, quando pluribus actiones competerent [o]: quoniam una aliam non tollit, cùm pluribus competunt [p], ſed quilibet inſolidum ſecundum actionis naturam agere poteſt [q]. Imò ſi plura ſint delicta, unus idem plures pœnas exiget [r]: cùm tot ſint actiones, quot delicta [s], & maximè ſi ex pluribus proueniant factis [t]; nec refert ſi ad eundem finem perpetrata ſunt [u]. Veruntamen ob ſeruorum ingratitudinem [a], aut aliam delicti atrocitatem, plerunque pœna quadruplo longè maior eſt [b]: nā effractor templi, qui res in eo depoſitas extraxit, in duodecuplum tenetur [c]: & is, qui tranſactioni iuratæ contrauenit, infamis efficitur, priuatur actione, pœnam ſiquam promiſit præſtat, reſtituitq; quod tranſactionis acceperat cauſa [d]. Et præfecti, qui ab officijs publicis aliquid præter legem accipiunt, quadruplum reddere compelluntur, efficiuntur infames, & officio priuantur [e].

n d. §. omnes.
o § pariter. Inſtitu. de iniur.
p l. fi. C. de his qui à non do. man.
q l. iter. §. ſi ſeruus. de furt.
r l. & generaliter. §. fi. de calumnia.
s l. cum ex uno. de act.
t l. nunquā. de priuat. delict.
u d. l. & generaliter. § fin.
a l. ij. C de liber. & eo. lib.
b l. pe. C. de ſer. fug.
c c. quiſquis. in fin. 17. q. 4.
d l. ſiquis maior. C. de tranſact.
e § ſic igitur. Authent. ut iud. ſine quoq. ſuffr.

AXIOMA XXVI.

SVpereſt quod ad generalē actionum diuiſionem attinet, ut de tribus ſpeciebus loquamur. Nam aliæ ſunt bonæfidei, aut ſtricti iuris [f], aliæ Arbitrariæ [g], aliæ Præiudiciales [h]. De Præiudicialibus plenè infrà diximus [i]: de Bonæfidei igitur iudicijs, & Arbitrarijs reſtat dicendum. Cur autem bonæfidei appellentur, non eſt parua contentio. Nam Faber eas Bonæfidei putauit, quæ frequentiores eſſent: quod ſatis tutum non eſt: cùm ſtipulatio, quamuis frequentisſima ſit [k], ſtricti iuris cenſeatur [l]. Gomeſsius illas bonæfidei eſſe adfirmat, quæ hinc inde actionem pariunt [m]. Alciatum utrunque contingens, eas bonæfidei cenſet, quæ & frequentisſimæ eſſent, & utrinque obligationem pariunt [n]. Sed neutrius ſententia perpetua eſt, cùm actio dotis, & hæreditatis petitio, non ſint hinc inde obligatoriæ, & tamen bonæfidei iudicantur [o].

f §. actionum. Inſtit. de act.
g § præterea. Inſti. eod.
h §. præiudiciales. Inſtit. eo.
i infrà, in tractatu de conſang.
k l. v, §. conuētionales. de uerbo. oblig.
l l. in actionibus. § fin de in litem iur.
m Gomeſſ. d. §. actionum.
n Alciat. l. bona fides. § prin. depoſ.
o d. § actionum. in fi. cum §. ſeq.

AXIOMA XXVII.

VErius eſt igitur quod Franciſc. Curtius arbitratus eſt, Bonæfidei contractū dici, ex cuius ſubſtantia

deſider

desideretur bona fides[p]. Fraus enim & dolus, qui bonæfidei opponuntur[q], bonæfidei contractum ipso iure uitiare solent[r]: sed stricti iuris actionem exceptione dũtaxat elidũt[s] Non obstat, quòd etiam in strictis iudicijs desideretur bona[t] fides: desideratur enim, non ut ipso iure, si desit, nullus sit contractus: sed ut legitimum effectum nulla obstante exceptione habere posit[u]. Præterea bona fides in bonæfidei contractibus secundum æquitatem summam moderetur[x], & plerunque præter ea quæ contrahentes egerunt[y]; sed in strictis actionibus, præter id quod actum fuit, non extenditur[z].

p Curtius. l. in bonæfidei. C. de pact.
q l. si cum fundum de cõtrahẽ. emp.
r l. iij. in fin. pro socio.
s l. pen. C. de inutili stipulat.
t l. bonam fidem. C. de act.
u l. si quis cũ aliter. de uerb. obl.
x l. bona fides. in princ. depos.
y l. si quid. de ædil. edict.
z l. quicquid. de uerb. oblig.

AXIOMA XXVIII.

SEd dubitatur, an iniuriarum actio[a], Funeraria[b], de Sepulcro uiolato[c], Condictio indebiti[d], Præscriptis uerbis, Precaria, sint bonæfidei: cùm illæ ex æquo & bono procedere dicantur[e]. Ego infrà docebo, æquum & bonum à bona fide differre[f]: nam æquum & bonum in ijs semper quæ extra negotium incurrunt interpretationem facit[g], & omnem deceptionem etiam ex simpilcitate prouenientem, in actionibus quæ ex æquo & bono procedunt, purgat[h]: sed in contractibus bonæfidei, in quibus & hoc æquum bonumq; consideratur[i], secus est[k]: sed in contractibus stricti iuris, aliud æquum, præter id quod ex natura actus uenit, obseruatur[l].

a l. non solùm. uer. j. de iniur.
b l. at si quis. §. hæc actio. de relig. & sumpt.
c l. penul. de sepul. uiol.
d l. hæc condictio. de cond. indeb.
e l. ij. uersic. est enim. de preca.
f dixi in trac. iur. axiomate x. cum nouem seq.
g l. in ijs. de cond. & demon.
h d. l. non solùm. §. j. d. l. at si quis. §. æquum.
i l. si uerò non re. §. sed & si commanda.
k l. item si pretio. §. fin. cum l. seq. locat.
l d. l. quicquid. l. cum quid. si cert. pet. l. si seruum. §. sequitur. de uerb. obl.

AXIOMA XXIX.

BOna fides uerò neq; extra negotium gestum consideratur[a]: neq; simplicitatis deceptionem, quæ à dolosa plurimùm differt[b], sed tantum dolosam purgat[c]: imò nec hanc in strictis iudicijs ipso iure tollit, sed per solam exceptionem[d]. Quare mirũ non est, si stricta appellentur, quòd in illis solùm id quod gestum est, ipso iure ualeat[e]; nec dolus (ut dixi) impedit, quominus quod gestum est ualeat[f], licet per exceptionẽ rescindatur[g]. Hæcq; prima differentia est inter strictũ iudicium, & bonæfidei contractum, quem dolus ipso iure uitiare solet[h], cùm bonæfidei contrarius dicatur[i].

a d. l. bona fides. uersi. latro.
b l. j. in princip. de dolo.
c d. l. item pretio. §. si. cum l. seq.
d d. l. penul. C. de inutil. stip.
e d. l. quicquid.
f d. l. si quis cum aliter.
g d. l. pen.
h l. & eleganter. in princ. uersic. hoc enim. de dol.
i l. iij. in fine. pro socio.

AXIOMA XXX.

SEd contrà, si uenditor dolo seruũ pluris uendidit, id quod plus est restituere tenetur[k]: & per consequens ualet emptio dolo facta, licet rescindi posit[l]: quod enim rescinditur, ipso iure ualere certum[m] est. Doctores receptius tradunt. Dolum, cùm causam celebrando cõtractui dederit, hoc est, si dolo ad contrahendum te induxerim, ipso iure nullũ esse contractum[n], secus si eum, qui iam contrahere uolebat, aliquo modo deceperim[o]. Petrus uerò arbitratus est, dolum ipso iure nunquam cõtractum uitiare[p], sed semper rescissione opus esse[q]: cùm emptio metu facta (metus autem dolum semper continet[r]) ipso iure ualeat[s] & aduersum illam in integrum competat restitutio[t]: Restitutio autem actum iure ualere ostendit[u].

k l. Iulianus. §. si uenditor. de act. empt.
l l. si dolo. C. de resc. uend.
m l. v. uersic. post defectum. de in iust. rup.
n Gl. mag. §. actionũ. Insti. de act.
o d. §. si uenditor.
p d. l. Iulianus. §. per contrarium.
q d. l. si dolo.
r d. l. si cum exceptione. §. eũ qui. de eo quod met. causa.
s l. fin. C. in quib. caus. rest.
t l. iij. C. quod met. caus.
u d. l. fi. C. in quib. caus.

AXIOMA XXXI.

EGo nec Petri, nec communem sequor sententiam, cùm utraq; leges uiolet[x]: sed crediderim, bonæfidei contractum eius respectu, qui dolum commisit, ipso iure nullum esse[y]; sed respecto circunscripto, ut huic uoluerit contractum nullum esse, uel iure ualere[z]. & si ualere uelit, actione ex contractu, quantum pluris habuisset, si dolus abfuisset, consequitur[a]. Si nullum dicat ipso iure, tutus est, si rem penes se habeat[b]: si non habeat, contractum proposita de dolo actione[c] rescindere potest[d].

x d. l. iij. pro soc.
y d. l. & eleganter. in princ. uersic. hoc enim.
z d. l. Iulianus. §. si quis colludente.
a d. §. si per uenditorem. d. §. per contrarium.
b l. in causæ. ij. in fin. princ. de minor.
c d. l. & eleganter. in princ. uersic. nec uidetur.
d d. l. si dolo.

AXIOMA XXXII.

FAteor tamen, contractum metu factum iure ualere[e], ob utriusq; contrahentis cõsensum. Metus enim uoluntatẽ, quamuis coactam, non impedit[f]; quare sola alterius uoluntas contractũ dissoluere non posset[g]. Verũ omnia quæ de dolo diximus, Doctores interpretantur de eo, quo prudentissimus quisque decipi posset[h]: quoniam ita & metus neminem excusat, nisi qui in cõstantissimum cadat[i]. Sed ego nõ ignoro, Vanum aliquem metum esse[k], sed non ita de dolo dis

e d. l. iij. C. quod met. causa.
f l. si mulier. §. si metu. ij. quod met. causa.
g l. sicut. C. de act.
h cap. cũ dilectus. de his quæ ui.
i l. v. cum sequen. quod met. caus.
k l. uani. de regul. iur.

ecendum esse arbitror[l], tametsi quandoq; speciali aliqua ratione illius nulla habeatur consideratio[m].

AXIOMA XXXIII.

SEcunda est inter Bonæfidei & Stricti iuris actiones differentia, quòd in illis mens, quæ simulata non est[n], potiusquàm id, quod gestum est, consideretur[o]; in Strictis uerò uerba quantumuis dura inspicienda sunt[p], præterquàm in ultima uoluntate, cuius fauore mens semper obseruatur[q]: nec mirum, cùm illa plerunq; bonæfidei contractui adsimiletur[r].

AXIOMA XXXIIII.

TErtia differentia est, in contractibus bonæfidei usuras à tempore moræ esse præstãdas[a]; in Strictis iudicijs usuræ tãtùm quæ p stipulationẽ pmissę sunt debẽtur[b], pręterquã in legatis & fideicõmissis, quorum usuræ uel à tpe moræ[c], uel si prius nulla fuerit mora, à litis contestatione debent[d].

Quartò, Fructus à tempore quoq; moræ in bonęfidei actionibus pręstãdi sunt[e]; sed in Strictis fructus rei, quæ nũquã mea fuit, sed mihi est debita, ex litis cõtestatę tẽpore restituunt[f]: post qđ tẽpus, omnes q uel percepti sunt, uel pcipi potuerũt, pręstare oportet[g]. Fructus uerò eius rei, quæ mea fuit, ex mora petũtur[h]: sed illi tantùm, qui percepti fuerunt, si reus bona fide possideret[i]: aliàs omnes restituet[k], quos agens pcipere potuit[l]. Eos enim reus percipere potuisse[m] dicit, & nõ secundum rei, sed actoris industriã, qua fructus percipi potuissent, faciẽda est ęstimatio[n]. Qua de re tamen latius in tractatu de Mora & fructibus diximus.

AXIOMA XXXV.

QVintò, In Bonæfidei cõtractib' alio tempore fit rerũ æstimatio, quàm in Strictis iudicijs, ut plenè in tractatu de eo quod interest declaraui. Sextò, Falsum est, quod Accursius arbitratur, in dandi obligatione, si esset stricti Iuris[o], & non bonæfidei, dationem præcisè interuenire oportere[p]. Habet enim locum in tradendi obligationibus, & præstãdi: quæ siue

l l.j. uersic. itaque. de dolo.
m d. ca. dilectus.
n l.j. C. plus ualere quod ag.
o l. at si quis §. igitur. de relig.
p l. prospexit. ff. qui & à quib.
q l. cum uirum. C. fideicom.
r l. iij. C. in quib. caus. in integ.
a l. mora. §. in bonæfidei. de usur.
b l. iij. C. de usur.
c l. si quis seruo. de leg. ij.
d l. j. C. de usur. & fruc. rei lega.
e l. uideamus. ij. in fi. de usur.
f d. l. uideamus. §. si actionem.
g l. cùm fundus. in princ. si cer. pet.
h l. Iulianus. de rei uend.
i l. si fundum. cum glo. de rei uend.
k l. domum. C. de rei uend.
l l. si naui. §. fin. de rei uend.
m d. l. domum. & l. j. C. de petit. hæred.
n l. iij. in prin. ad l. falcid.
o l. ubi. §. fina. de uerb. obli.
p Gloss. mag. d. §. actionum.

bonæfidei sint[q], siue stricti Iuris, in id quod interest actionem pariunt[r].

AXIOMA XXXVI.

SEptimò, Accursius censet, in Bonæfidei non in stricti iuris actionibus ea uenire, de quibus nec actum, nec cogitatum fuisset[s]. Quod nonnullis displicuit, aientibus, ea quæ ex actus natura, uel legis interpretatione[t] subintelliguntur, etiam in Strictis actionibus uenire[u]. Quæ uerò præter naturam actus essent, nec in bonęfidei iudicijs considerari[x], ut sunt ruta, & cæsa, quæ in uenditione non ueniũt[y]: nec equi ornamenta, nisi uendendi gratia equus ornatus esset[z].

AXIOMA XXXVII.

EGo tamen Accursiũ defendi posse crediderim[a]: nam uinum uenditum, si intra præstitutum diem, non transportetur, effundi potest[b]: & uenditor instrumenta ob uenditionẽ compelli potest ut exhibeat[c]. Et pleraque alia in his bonæfidei contractibus ueniunt, de quibus contrahentes nihil cogitarunt[d]. Nam & suprà ostendimus, æquum & bonum, quod in his quæ sunt extra actus naturam cõsideratur[e], etiã in bonęfidei iudicijs[f], non autem in strictis actionibus attendi[g].

AXIOMA XXXVIII.

OCtauò, In bonæfidei contractibus re deteriore reddita, actio ex contractu competit[a], uel etiam lex aquilia, si dolo deterior reddita sit[b]. In Strictis iudicijs agitur de dolo[c], uel in factum[d], nisi ob rem legatam, cuius causa ex testamento agere possumus[e]. nam & illa bonæfidei iudicijs ut plurimum æquiparatur[f].

AXIOMA XXXIX.

EX his multi inferebant, eum qui non nisi stricta actione experiri posset, rem deteriorẽ factã necessariò recipere debere, cùm illi tantùm superesset de dolo actio[g]. Sed ego uereor, ne hoc falsum sit[h]: siquidẽ in contrahendo q tacitè agitur pro cauto (inquit Pomponius) habetur[i]. Fateor tamen, hanc stricti iuris actionẽ, si semel

q l. j. de act. emp.
r l. si rem tradi. l. si fundum. de uerbor. obli.
s Gloss. mag. d. §. actionum.
t l. refectionis. uer si per totum. com munia præd.
u l. cùm quid. si cert. pet.
x l. in uendendo. in princ. & in fi. de contrah. emp.
y l. fundi. §. gallus. de act. emp.
z l. ædiles. ij. §. uendendi. de ædil. edict.
a l. mora. § in bonæfidei. de usur.
b l. j. in fi. de peric. & cõ. rei uend.
c l. Titius. ij. in fin. de act. empt.
d Toto tit. de ædil. edic. ff. & C. & de act. empt.
e d. l. in ij. de condit. & demon.
f l. si uerò non remunerand. §. sed & si reũ. ff. mandati.
g l. quicquid. de uerb. obl.
a l. iij. §. si reddita. commod.
b l. qui tabulas. ad leg. aquil.
c l. & eleganter. §. nõ solũ. uersic. fin. de dol.
d l. exhibitionis. C. ad exhib.
e l. mæuius. §. in fundo. de leg. ij.
f l. usuræ uicem. de usur.
g Glo. mag. d. l. & eleganter.
h l. qui sibi §. item qui hominem. de solu.
i l. cùm quid. si cert. pet.

mel rem deteriorem factam creditor acceperit, omnimodo esse extinctã[k]. modò iuri rei nihil deesset[l].

k d.l. eleganter. §. non solum.
l l. etiam. de solu.

AXIOMA XL.

NOnò, In Bonęfidei iudicijs cõditionalẽ debitorem, uel in diem psoluendi debiti cautionem præstare oportet[m]; sed non in Strictis actionibus, nisi & iusta causa[n], eaq; post celebratum contractũ interuenerit[o]. Quę enim causa pręcessit contractũ, quamuis iustissima esset, pro iusta minimè quòd ad hanc cautionem adtinet, habetur[p]: sed ex superueniente causa in omni contractu[q], & in stipulatione quoq; cautio hæc præstanda erit[r].

m l. in omnibus. bo. de iudic.
n l. si creditores. de priu. cred.
o l. si ab arbitro. uers. si. q iansd.
p l. iij. in fi. de fideiuss.
q l. creditoribus. de separat.
r l. quod si in diẽ. in princ. de peti. hæred.

AXIOMA XLI.

DEcimò, Error in materia Bonęfidei contractum quandoq; nullum facit[s], quandoq; non infirmat[t]. contractum uerò stricti iuris nunquã uitiat.[u] Item eo casu, quo contractus Bonæfidei nullus est, debitor etiam nesciens in id quod interest obligatur[x]. Contrà in Strictis contractibus, nisi dolum commiserit[y].

s l. in uenditionibus. in fi. de contrah. empt.
t l. j. §. si quis. de pig. act.
u l. si id quod aurum. de uer. obl.
x l. i. si sterilis. § quamuis. de act. empt.
y d. l. si id quod aurum.

AXIOMA XLII.

VNdecimò, In contractibus Strictis poenam continentibus nullam admitti morę purgationem[z], quę semper in Bonæfidei iudicijs recipitur[a], receptum est. Qua de re fusius in Moræ tractatu dictum est. Duodecimò, Impossibile tempus Stricti iuris[b], & non Bonæfidei contractum uitiare solet[c]. Nam in hoc uir bonus de diei adiectione æstimare solet: modò uerisimile non sit, contrahentes temporis angustiam, quasi impossibilem, adiecisse[d].

z l. celsus. in princ. de arb.
a l. Lucius. uersic. neq;. de act. emp.
b §. loca. Institu. de uerb. obl.
c l. insulam. §. j. loca.
d l. non solum. de act.

AXIOMA XLIII.

DEcimotertiò, In bonæfidei actionibus in litem iurari solet[e], exceptis contrarijs, in quibus hoc iuramentũ non recipitur[f], nisi de fide rupta (inquit Accursius) agatur[g]. Sed ego suprà ostendi, nunquam de fide rupta in his agi[h]. Qualiter uerò in bonæfidei iudicijs & strictis actionibus iuretur, infrà latius declarabo[i].

e l. in actionibus. de in litem iur.
f l. ei apud. in prin. depos.
g Gl. l. si pignore. §. si post distractum. de pigno. act.
h ut suprà. axiom. 8. & 9.
i in tractatu, de eo quod interest.

AXIOMA XLIIII.

DEcimoquartò, Pluribus in contractu Bonæfidei obligatis, ille insolidum conueniendus est, qui rei restituendæ facultatem habet[a]. Sed in Strictis actionibus quamuis idem esset cùm actio in rem est[b], in personali tamen quilibet ex parte conuenitur, nõ solus possessor[c]. Decimoquintò, In Bonæfidei iudicijs solus ille hæres obnoxius est, qui dolum commisit[d]: in Strictis omnes hæredes ex hæreditaria portione obligantur[e], ex stricta illa ratione quòd omnes unius defuncti locum teneant[f].

a l. iij. §. hæres. cõmod.
b l. si possessor. de rei uend.
c l. si tibi homo. §. si fund[o]. de leg. j.
d l. nec aduersus. deposi.
e l. iiij. §. cato. de uerb. oblig.
f Authen. de iureiurando à mor. præst.

AXIOMA XLV.

DEcimosextò, Receptius admissum est, pactum iuxtà Bonæfidei, & non stricti iuris contractum, actionem producere[g]. Sed hac de re ea uidenda sunt, quæ in tractatu de pactis exposuimus[h]. Decimoseptimò, Sunt aliqui, qui falsò crediderunt, poenalem stipulationem Bonæfidei contractum præcedentem nunquam nouare[i], sed tantùm Stricti iuris[k]: de qua re etiam ea quæ in pactorum tractatu declarauimus uidenda sunt.

g l. iurisg. §. quinimo, de pact.
h dixi in tract. de pact. axio. 30. cũ multis seq.
i l. prædia. de act. empt.
k l. obligationum ferè. in fi. de act.

AXIOMA XLVI.

DEcimooctauò, Traditur Bonæfidei contractus in se doli mali exceptionem semper continere[l]: & ideò si emerim quod mihi ignoranti legatum est, hæres doli exceptione summouebitur[m]: sed in Strictis actionibus doli non obijcitur exceptio, nisi aut per imprudentiam, aliquid omissum fuerit[n], uel contrahens dolum commiserit[o], aut ipsa res dolum contineat[p]: Veluti cùm ultra dimidiam iusti pretij partem uendita fuerit[q].

l l. sed & ideo. uer. fin. sol. mat.
m l. huiusmodi §. qui seruum. de leg. j.
n l. si sine. §. si in stipulatione. rem rat. hab.
o l. pen. C. de inutili stip.
p l. si quis cum aliter. de uerb. obl.
q l. ij. uer. fin. C. de rescind. uend.

AXIOMA XLVII.

SEd hic desiderabit lector eas actiones quæ Bonæfidei dicuntur. Respondebimus, omnes illæ, quæ ex decem nominatis cõtractibus descendunt (excepto mutuo, stipulatione, & literarũ obligatione[r]) quoniam ex his contractibus humanæ uitæ contínea

r l. in actionibus. §. fin. cum l. seq. de in litem iur.

tineatur societas[s]. Stipulatio autem, & literarum obligatio ideò strictæ sunt, quòd non iure gentium,[t] sed stricta iuris ciuilis ratione fuerint introductæ[u]. Sed maior dubitatio est de mutuo. Respondet Alciatus in mutuo (quoniam in genere consistit[x], quod perire non potest[y]) semper certum esse quid restitui oporteat, nec iudex ex bono & ęquo quid restituendum sit æstimat[z], quod tamen in bonæfidei contractibus facit[a].

s Cicero lib. III. Offic.
t l. ex hoc iure. in fin. cum glo. de iust. & iur.
u l. si seruum. §. sequitur. de uerb. oblig.
x l. ij. §. j. si certum pet.
y l. incendium. C. si cert. pet.
z Alciat. rubri. si cert. pet.
a § in bonæfidei. Instit. de act.

AXIOMA XLVIII.

HAec Alciati Ratio perpetua nō uidetꝛ, cùm enim mutuum nō solū in pecunia numerata, sed in omnibus rebus, quæ pondere, numero, uel mēsura cōsistunt, fiat[b], in pecunia procedere posset, quoniā illius certa semper est æstimatio[c]: nō itē in cęteris rebus fungibilibus, q̄ uariam ex loco & tēpore recipiūt æstimationē[d], eaq́ꝫ ęstimatio etiā in mutuo cōsiderari solet[e].

b d. l. ij. §. j.
c l. iij de in litem iur.
d l. iiij. de eo quod cert. loc.
e l. uinum. si cert. pet.

AXIOMA XLIX.

VEra tamen est Alciati sententia, sed declaratione eget, Nam duplex est rerū æstimatio: altera, quæ ex loco & tēpore uariatur[a]: & hæc neq́ꝫ in mutuo, neq́ꝫ in alio contractu certa esse potest[b]. Altera, quæ ex rei prouenit bonitate: & hæc in mutuo semper certa est: quoniam in illo semper tantūdem restitui in eadem bonitate debet[d]. Res enim quæ usu consumitur, in qua sola certum est mutuum consistere[e], nullum usumfructum à proprietate separatū admittit[f]. Omnem igitur illarum rerum commoditatem habet solus dominus, & per consequens mutuo accipiens[g], quem idcirco iudex præter tantundem cogere non potest ut quid restituat; quod in bonæfidei contractibus secus est[h].

a l. iiij. de eo quod cert. loc.
b l. uinum. si cert. pet. l. fi. de condi. tritic.
c l. cum quid. si cert. pet.
d l. ij. in princip. si cert. pet.
e Insti. quib. mod. re. in princip.
f §. constituitur. Instit. de usufr.
g l. ij. §. appellata. si cert. pet.
h §. fin. Institut. de obligat. quæ ex contrac.

AXIOMA L.

PRæter actiones ex contractibus nominatis prouenientes, sunt & aliæ ex quasi contractibus bonęfidei; Negotiorum gestorum, Tutelæ, Familiæ erciscundæ, & Communi diuidundo, & Hęreditatis petitio[i]. In Negotiorum gestorum actione magna absentium utilitas bonæfidei occasionem dedit[k], sicut in Tutelæ actione pupilli fauor[l]. Sed an Finium regundorum bonæfidei sit, uti & Familiæ erciscundæ, & Communi diuidundo, quibus semꝑ adsimilatur[m]? Sed cùm Iustinianus inter cæteras illam non annumerauit, non uidetur bonæfidei esse[n], nec ex ea fructus omnimodo debentur[o], ut ex bonæfidei iudicijs[p].

i d. §. actionum.
k l. j in princip. de neg. gest.
l l. fin. de tutel. & rationib. distr.
m §. quædam. Inst. de act. l. in trib°. de iudic.
n Glo. j. in princip. d. §. actionum.
o l. iiij. §. post litē. fini. regun.
p l. iudeam°. ij. uers. pen. de usur.

AXIOMA LI.

ACcursius refert[q], hanc Finium regūdorum actionem ideò stricti iuris esse, quòd ex ea id quod purè meum est alteri adiudicari posit[r]: cùm ex Communi diuidundo & Familiæ erciscundæ res duntaxat communis adiudicetur[s]. Ego alia ratione strictam esse arbitror, quòd in finibus dirimēdis iudex non tam æquitatem, quàm uetera monimenta considerare debeat[t]: debetq́ꝫ non actionis iure, sed officio suo agrimensorem mittere, & secundum illius renuntiationem fines eum dirimere oportet[u].

q Glo. uerb. cōmuni diuidundo. d. §. actionum.
r l. ij. in fin. finium regund.
s §. fi. Instit. de offic. iud.
t l. in finalibus. finium regund.
u l. si irruptione. §. fi. fini. reg.

AXIOMA LII.

SEd disputant Interpretes, Cur antiqui de Petitione hæreditatis, bonæfidei nec'ne esset dubitarint[x]? Ratio quā Faber & Iason adferunt, quòd hæc actio in rem esse uideatur[y], non admodum tuta est: cùm potius mixta tam in rem quàm in personam dicat[z]. Ego ea ducor coniectura, ut cùm hæc actio unius rei gratia mota, & alias res, de quibus actum non erat, cōprehenderet[a], à nonnullis arbitrabatur bonæfidei esse: ab alijs cōtra stricti iuris uidebatur, q̄ cōtra titulo possidentem nō daretur[b]. Hodie autem omnimodo bonæfidei esse dicitur[c], nō propter personales præstationes, quas multas habet[d], ut arbitratus est Iason, cùm & Finium regundorū[e], & actio ex testamento[f] ꝑsonales sint, multasq́ꝫ pręstationes habeant[g]. Opinor igitur factū alienū, cuius probabilis est ignorantia[h], eam bonæfidei fecisse: quæ ignorantia licet hæredem agentem non excuset[i], tamen facit ut illi actionum succurratur, & bonæfidei sit[k].

x d. §. actionum. in fine
y l. fin autem. §. sed & his. de rei uendic.
z l. hæreditatis. C. de pet. hæred.
a l iiij. de petition hæred.
b l. pen. C. in quib. caus. cess. longi. temp.
c l. fin. in fin. C. de pet hæred.
d l hæreditatis. C. de petit. hæred.
e l. j. fini. regun.
f l. nęquius. §. fundo. de leg. j.
g l. pen. fami. erciscund.
h l. fin. in fin. pro suo.
i l. qui in alterius. de reg. iur.
k Arg. l. fi. in prin. C. de pet. hæred.

AXIOMA LIII.

Et hæc

ET hæc non solùm in uniuersali hæreditatis petitione, sed etiam in possessoria & fideicommissaria hæreditatis petitione procedere puto[l]: cùm sit eadem ratio, & in illis fructus perinde debeantur à tempore moræ, ac in reliquis quæ bonæfidei sunt[m]. Existimarunt tamen nonnulli hæreditatis petitionem, quando pro re particulari competit [n] stricti iuris esse[o], cùm adsimiletur rei uendicationi [p]. Sed ego Gomesio contradicenti adstipulor, quia non refert an tota hæreditas, an pars petatur, cùm in eum tantùm, qui se hæredem contendat, petitio hereditatis competat[q]: præterea hæreditatis petitio ex ea parte, qua quis hæres est, intentari semper debet etiam contra eum, qui unius tantùm rei possessor esset[r].

l l. ij. de bon. poss. hæred. pet.
m l. in fideicōmissariā. ad trebell.
n l. item uidendū. §. fin. cum l. seq. de pet. hæred.
o Faber, & Iason d. §. actionum.
p l. j. §. si quis sub conditione. ut legato. no.
q l. si debitor. de pet. hæred.
r l. j. § j. si pars hæred. pet.

AXIOMA LIIII.

SEd quid de actione ex testamēto? nam illa in usuris præstādis interdū bonæfidei iudicijs æquiparatur[a], & re deteriore soluta, nō doli actione, ut in strictis actionibus[b], sed actione ex testamento[c] ut in bonęfidei contractibus actione ex contractu agitur[d]. Adde & in testamento, extra illud omnia ex æquo & bono esse interpretanda[e], ut in reliquis bonęfidei[f]. Communiter tamen receptū est, eam, quia à Iustiniano omissa fuit stricti iuris[g] esse: quoniam lex illam uel actioni ex stipulatu[h], uel condictioni ex mutuo æquiparat[i] quę aduersari uidentur nihil obstant, cùm speciales casus contineant[k], & testatoris respectu ex æquo omnia interpretantur[l], non autem legatarij, cui dari solet hæc ex testamento actio[m]: nam illo respectu stricta iuris ratio consideratur[n].

a l. in minorum. C. in quib. caus. restit.
b l. eleganter. §. non solùm. in fi. de dol.
c l. huiusmodi. §. ædes. de leg. j.
d l. j. §. si res deposita. depos.
e l. in ijs. de cond. & dem.
f §. fin. Institut. de obli. quæ ex consens.
g Gl. j. d. §. actionum.
h l. altas. de in litē iur. l. 6. de condi. ob tur. cau.
i l. si hæres. cū l. j. seq. de eo quod cer. loc.
k d. l. in minorum.
l l. in testamentis. de reg. iur.
m l. j. in princip. C. cōmunia de leg.
n l. nominis. de legat. iij.

AXIOMA LV.

DOnatio item stricti iuris est species[o], ne donator liberalitatis suæ pœnam patiatur[p]. Et si quem moueat Papiniani responsum, quo contrarium respondisse uisus[q] est: ignorare eum non oportet, iureconsultum hæreditatis petitione, quæ bonæfidei est, loqui: in qua & iura & donationes ueniunt[r].

o l. eum qui. de donat.
p l. ad res donatas. de ædil. edict.
q l. seia. uersi. bonæfidei. de don. caus. mort.
r l. item uidendū. §. fi. de pet. hære.

AXIOMA LVI.

ACtio præterea ex stipulatu tunc tantùm bonæfidei est, cùm ex ea dos exigitur[s]: quod citra controuersiam receptum est, quoties à muliere dos repetitur[t]. Sed & ubi maritus dotem peteret, ut inter mulierem & maritum seruetur æqualitas[u]: & maximè quòd correlatiuorum eadem debeat esse conditio[x]. Voluerunt Bartolus, Alexand. & Iason eam adhuc bonæfidei esse[y]: tum quia marito dotis causa onerosa[z] sit, tum quia illi perinde ac mulieri tacitam hypothecam lex concessit[a].

s l. unic. §. sed & si non ignoramus. C. de rei uxor. act.
t d. l. unic. §. exactio. cum ij. uersic. seq.
u l. fin. C. de fruct. & lit. expen.
x l. fin. C. de indic. uidu. toll.
y Doct. l. de diuisione. sol. mat.
z l. ex promissione. de act. & ob.
a d. l. unic. §. & ut plenius.

AXIOMA LVII.


EGo puto doctorum sententiam hodie ueram esse: quia tam marito, quàm mulieri Iustinianus illam ex stipulatu actionem cōcessit[b], uoluitq; illā bonæfidei esse[c]. Sed iure antiquo secus erat, quo nec dotis usuræ, nisi per stipulationem promissę[d], aut post biennij moram ex matrimonij celebrati tempore contractam[e], nec fundi dotalis fructus à die constitutæ dotis, sed tantùm possessionis traditæ exigi poterant[f]: quod secus fuisset, si bonæfidei erat[g]. Et ideo cùm hodie bonæfidei sit[h], arbitrarer dotis usuras & fructus hodie à tempore moræ deberi[i]. Idq; & iure canonico procedere non dubito, cùm oneris dotalis loco constituatur[k]. Actio uerò quæ extraneo dotis restitutionem stipulanti competit, stricti Iuris est[l]: quia diuersa est ab ea quam mulier[m] habet,

b d. l. unic. §. j. uersi. & nemo putet.
c d. l. unic. §. sed & si nō ignoram[9].
d l. in insulam. §. usuras. sol. mat.
e l. fi. §. præterea. C. de iure dot.
f d. l. de diuisione.
g l. mora. §. in bonæfidei. de usur.
h d. §. sed & si non ignoramus.
i l. uideam[9]. ij. uersic. in cæteris. de usur.
k ca. salubriter. extra. de usur.
l Gl. uerb. nec cogitur. l. ij. in prin. sol. matr.
m d. l. unica. §. accedit.

AXIOMA LVIII.

POstremò aduertendum est, præscriptis uerbis actionem bonæfidei esse, cùm pro re æstimata data ut uenderetur competit[n], quoniam æstimatio uenditioni, uel locationi similis est[o]. Imò æstimatio periculi respectu uera uenditio est[p]: Et idcirco ut rei uēditę periculum ad emptorem pertinet[q], ita quoq; res æstimata periculo eius est, qui illam suscepit[r]: cuius periculi causa illud, quod supra rei æstimationem consequutus est, lucrari

n d. §. actionum. uers. præscriptis.
o l. j. uers. est enim. de æsti. act.
p l. plerunq;. §. inde queri. de iure dot.
q l. j. C. de peric. & cō. rei uend.
r d. l. j. in fin. de æsti. act.



crari debet[s], alioqui id plus haberet ille, qui rem æstimatam uendendam dedit, si illius rei subiret periculum[t]. subit autem cùm accipientem rogauit ut uenderet,[u] aut cùm certam rei traditæ non expresit æstimationem actor[x]. Et ita controuersam Doctorum sententiam concilio[y].

s l. si res. §. j. de iure d. ⁊ l. quoties. C. de iure dot.
t l. secūdum natură de reg. iur.
u l. si gratuita. §. j. præscr. uerb.
x l. quidam. § si tibi. de leg. j.
y Iason l. prima de æsti. act.

AXIOMA LIX.

EST & Præscriptis uerbis actio bonæfidei, quando permutationis causa competit[a]. Idem puto, quando iuxta bonæfidei contractum pactio apponitur, licet Accursius dissentiat.[b] Nam si ex permutatione ob id bonæfidei sit, quòd illa emptioni æquiparatur[c], multo magis ex illo pacto bonæfidei esse debet, quòd ipsius cōtractus pars esse dicitur[d]. Sed quæritur, an Præscriptis uerbis actio q̄ pro innominatis contractibus, Do ut des, Do ut facias, Facio ut facias, datur, bonæfidei sit? Sed ego puto illam stricti iuris esse, cùm non pro usuris, sed ad interesse tantum competat[e].

a d. §. actionum.
b glo. uerb. ex permutatione. d. §. actionum.
c l. ij. C. de rerum permut.
d l. fundi partem, de cōtrah. emp.
e l. si tibi decem. de præscr. uerb.

AXIOMA LX.

SVperest, ut de Arbitrarijs actionibus loquamur. Eas autem quatuor de causis cognosci posse Bartolus existimauit[f]. Prima est (inquit) ratione eius quod interest solutionem alio, quàm promissionis loco esse factam, quod interesse iudex æstimat[g]. Sed causa hæc tuta non est, cùm in omnibus prætorijs cautionibus Iudex hanc arbitrandi licentiam habeat[h]. Secundam causam adfert, ob in litem iusiurandum, quod iudex arbitrio suo defert, uel non defert[i]. Verùm & in omnibus pupillaribus actionibus[k], & bonæfidei iudicijs, quamuis arbitrariæ actiones non sint[l], iuratur in litē[m]. Quare tertiò censet arbitrarios esse, in quibus iudex reum interrogare potest, uelit'ne damnum sarcire, an seruum pro noxa dare[n]? At hoc quoq; est falsum, quoniam reus, in alijs quoque actionibus, quæ minimè arbitrariæ sunt, à iudice interrogari potest[o]. Vnde quartò comminiscitur pœnæ impositionem, quam iudex suo arbitrio imponere potest[p]. Sed nihil ad rem, cùm iudex in arbitraria actione pœnam à lege constitutam mutare non possit[q].

f Bart. l. hoc edicto. in princ. de publica.
g l. ij. in princip. de eo quod cer. loc.
h l. fin. de prætor. stip.
i l. uideamus. §. in rare. l. in actionibus. de in litem iurand.
k d. l. uideamus. in princip.
l l. in bonæfidei. de eo quod cert. loc.
m d. l. in actionibus. d. l. uideamus. in prin.
n §. præterea Insti. de act.
o Toto tit. de interrog. act.
p l. arbitrio. de dolo.
q l. si cum exceptione. §. hæc autē. ff. quod met. caus.

AXIOMA LXI.

EGo igitur puto, Arbitrarias actiones esse, quæ ex iudicis pendent arbitrio[a]: hoc est, quæ persecutionem iudicis arbitrio continent[b]: quod in cæteris actionibus contra statuitur, in quibus iudex secundum actoris petitionem iudicare[c] debet, stultumq; reputatur, si aliter pronuntiauerit[d], neque respecta conscientia, sed secundum ea quæ allegantur & probata fuerunt, eum sententiam dicere oportet[e]. At in actione Pauliana[f], uel alia arbitraria, quamuis actor rem petat[g], tamen iudici permittitur ex æquo & bono secundum rei naturam æstimare, quid actori præstandum[h] sit: adeò ut reum, licet actor intentionem suam probauerit, interdum absoluere debeat, si neq; rem haberet, neq; in aliquo fuerit dolo[i]. Interdum etiam maioris, minoris'ue pecuniæ facienda est cōdemnatio, quàm actor in libello suo complexus est[k].

a d. §. præterea in princ.
b l. v. in fin. de alie. iudic.
c l. ut fundus. communi diu.
d l. fin C. de fideicom. libert.
e Doctor. §. si minus. Insti. de act.
f §. namq. si cui. in fi. de actio.
g l. ij. in princ. ad exhib.
h d. § præterea in fine.
i d. l. si cum exceptione. §. aliquādo. de eo quod met.
k l. ij. in princip. de eo quod cert. lo.

AXIOMA LXII.

IVdex autem in hac sua æstimatione sine arbitrio rei restituendæ facultatem ex ipsius arbitratriæ actionis natura[k] reo concedere cogitur[l]. Prætor enim hoc illi sua dementia concessit[m]. Et ideo iudex non simpliciter, sed secundum rei naturam[n], & legum statuta, arbitrari debet: & reus rē ipsam ut iudex iussit, restituere debet[o]. Ab illo uerò arbitrio à iudice ipse reo dato, Vlpianus (qui ita ab Haloādro est restitutus) ait, reum restituendæ rei facultatem usque ad sententiam habere[p]. Quandoq; tamen hoc iudicis arbitrium dandum non est: Veluti si manifestum sit, rem restitui non posse[q]. Quo casu si dolo restituere posse reus desijt, quanto in litem actor iurabit, tenebitur[r]. Si dolo reus caret, plurimum interest, an ante sententiam, an post, desijt rem restituere posse. Si post sententiam, & intra tempora iudicati, de ipsa re restituenda non tenetur, sed tantùm de pœna

uel adu

k §. item actio. de eo. Instit. de act.
l l. arbitrio. in pri. de dolo.
m d. l. si cum exceptione. §. si quis non restituat. in fin.
n d. §. præterea. in fin.
o l. ex hoc edicto, in princ. de alie. iudic.
p d. l. si cum exceptione. §. hæc autē actio. l. illud. §. j. quod met. cau.
q d. l. arbitrio. uersi. non tamen.
r l. qui restituere. uersi. j. de rei uēd.
s d. l. si cum exceptione. §. quatenus. uersi. quod si homo. d. l. qui restituere. uersic. pen.

uel aduersarij interesse[t]. Ante sententiam uerò similiter tenebitur, non pro re, sed ad poenam, uel interesse: quia iudicis arbitrio rem non restituit. Quinimo & si ante arbitrium datum res sine illius dolo perijt, quae tamen aliàs non erat peritura, itidem nō pro re[u], sed pro poena, uel eo quod interest conuenietur[x]. Sinautem reus in dolo esset, praeter poenam uel interesse, etiam rei praestabit aestimationem[y]: imò rem ipsam, si illam habeat, unà cum poena uel interesse manu militari restituere cogitur[z], ut in actione quod metus causa, in qua quadrupli condemnationem, in qua res continetur, peti solet[a].

t d. § quatenus. uer. si.sinautem ante.
u l. item si uerberatū. §. fi. de rei uēd.
x d. §. quatenus, uer. sicu. sed & si non culpa.
y l. si culpa. de rei uend.
z d. l. qui restituere. in princ. in facto uersic. fin.
a d. §. quatenus. in princ.

AXIOMA LXIII.

PLurimùm ergo hae arbitrariae actiones ab alijs differunt. In his usque ad litis contestationem admittitur morae purgatio[b], post litem contestatam actori secundum illius petitionem satisfaciendum[c] est. In arbitrarijs uerò iudicis arbitrio semper est obtemperandum[d], sed ab arbitrio dato usque ad sententiam licet semper moram, si qua sit, purgare[e]: Imò in noxali arbitraria etiā in sentētia arbitriū dandum est, quia reus alternatiue ad damnum uel noxā est condēnandus[f], & noxae deditio arbitrium iudicis est, quod iudex debet unà cum sententia pronuntiare[g]: quia dominus serui noxae dedendae facultatem ex lege accipit[h], sed illam post sententiam specialiter habet, ne seruorū nequitia ultra ipsorum corpora dominijs noceat[i].

b l. j. de penu legat.
c §. fi. Insti. de perpet. & temp. act.
d d. l. ex hoc edicto. in princ.
e d. l. si cum exceptione. §. haec autem actio.
f Insti. de offi. iud. in princ.
g Insti. de offi. iud. in princ.
h l. miles qui. §. j. de re iud.
i Institu. de noxal. act. in fi. princ.

AXIOMA LXIIII.

SEd dubitari potest, quando in his arbitrarijs iudex arbitrium suum concedat. Ego non puto prius ferendum esse, quàm iudex cognouerit iustá'ne sit actoris petitio[a], qualesúe sint exceptiones quas possessor obijcit[b]. Quibus cognitis iudex secundum rei naturam arbitratur[c] cui arbitrio in praesenti est satisfaciendum, aut dilatio ex iusta causa cū cautione danda[d]: post quam si arbitrio non paruerit reus, uel in id quod interest[e], uel quanto in litē actor iurauerit[f], uel aliter in poenam[g] secundū arbitrariae actionis per actorem motae naturam condemnandus[h] est. Et haec cōdemnatoria sententia iudicati tēpora habet[i].

a l. iij. §. si mecum. in fi. ad exhib.
b d. l. iij. §. ibidem.
c d. §. praeterea. in fin.
d § j. in fi. Institu. de offic. iud. l. de eo. §. fin. iusta ad exhib.
e dicta l. de eo. §. si post.
f d. l. arbitrio. uers. ideo.
g l. metū. §. ex hoc edicto. de eo qd met. cau.
h d. l. ex hoc edicto. in princi. de alie. iud.
i d. § quatenus. uer si. m. quod si homo.

AXIOMA LXV.

AT quas actiones arbitrarias appellamus? Et nōnulli dicūt, Arbitrarias in primis esse omnes in rem actiones[k], quia in illis res debetur, nō ex obligatione[l], sed ex arbitrio (inquiunt) iudicis. Idq́ maximè uerum esse in rei uendicatione omnes adfirmant[m]; quia in ea reus si rē restituat, liberatur[n]: si restituere neget, iuratur in litem ut in arbitrarijs actionibus[o]. Sed si haec sententia uera sit, mirū est, cur Iustinianus arbitrarias actiones enumerans, hanc rei uendicationem, quae caeteris celebrior est, omiserit[p].

k Glo. uerb. ex arbitrio. d. §. praeterea.
l § j. uersi. aut cum eo. Institu. de act.
m Doct. in l. in actionibus. de in litem iur.
n Glo. uerb. rem restimat. d. §. praeterea.
o d. l. qui restituere. in prin. & in fi.
p d. §. praeterea.

AXIOMA LXVI.

DOctores nō satis diligēter Iustiniani uerba perpēderūt, inquiētis, arbitrarias actiones ex iudicis arbitrio pendere[q]; hoc est, Actor, quod arbitraria actione petit, illud cōsequetur, si reus arbitrio non pareat[r]. Qui igitur arbitraria actione quod metus causa agit, quadruplum petere solet: quod tamen non obtinebit, si arbitrio pareatur[s]. Sic per arbitrariam hypothecariam pignus quod petimus, non consequimur, si iudex aliter arbitratus sit, cuius arbitrio reus obtemperare paratus est[t]. Imò aliquando actoris etiam intentionem suam probantis contempta petitione, iudex nullo arbitrio imposito reum absoluere potest[u]. Sic qui Capuae pecuniam stipulatus est, si alibi quàm Capuae petat, arbitria agere debet[x], & omne, id qđ sua interest, petere[y]: sed illud non obtinebit, si iudicis arbitrio pareat reus[z]. Imò ex causa iusta absoluendus erit, cautione de pecunia ibi soluenda ubi promissa est, praestanda[a].

q d. §. praeterea. in princ.
r d. l. ex hoc edicto. in princ.
s l. iiij. C. de his q̄ ui metus ue causa.
t l. Paulus. §. si na. quib. mod. pig.
u d. l. si cum exceptione. §. aliquando.
x l. centum capuae. in princip. de eo quod cer. loc.
y l. v. in prin. à contrario sensu. l. iij. §. in hanc arbitrariam. de eo quod cer. loc.
z l. ij. in prin. de eo quod cer. loc.
a l. v. §. j. de eo quod cer. loc.

AXIOMA LXVII.

AGens igitur arbitraria actione quod petit non consequitur, si reus arbitrio iudicis pareat[b]. quia huius actionis persecutio ab illo arbitrio pendet[c]. At contrà, qui uendicatione

b d. l. ex hoc edicto.
c l. v. in fi. de alien. iud.

rem petit, si se dominum probet [d]. id ipsum quod petitum est iubere iudex debet ut restituatur, & nihil aliud [e]: nisi magna subsit necessitas, quo casu rei tantum æstimationem restitui iubebit [f]. Vnde manifestè apparet, uēdicationē non ab arbitrio iudicis, sed econtrà iudicis officiū ab ipsa rei uendicatione pendere [g], & quasi illi ancillari, ut in omnibus cæteris actionibus solet [h]. Illud autem uerum est, quòd si res uendicata iussu iudicis non restituatur, in hoc æquiparationem cum arbitrarijs esse, ut iuretur in litem [i].

d l. & an eandem. § actiones. de except. rei iud.
e l. fin. C. de fidei-com. libert.
f l. item si uerberatum. § j. de rei uend.
g l. officium. l. non solum. cum si. de rei uend.
h l. ædiles. § item sciendū. de ædil. edict.
i d. l. qui restituere.

AXIOMA LXVIII.

SVnt itaq; hæ arbitrariæ actiones, Publiciana, Seruiana, Hypothecaria, Quod metus causa, De dolo, De eo quod certo loco, Ad exhibendū [a]. Sed quare hæ potius quàm aliæ arbitrariæ censentur? Respondeo, illas arbitrarias esse, quoties ius petitoris non adeò firmum est, quominus remoueri possit [b], quòd illius uidelicet intentio omni exceptione maior non sit: ut Publiciana quæ directa non est, in rem actio [c]. Sic Seruiana & quasi seruiana, quæ satisfactione creditori facta tollitur [d]. Idem est in eo, qui actione quod metus causa uel de dolo agit: nam ex suo cōsensu, quamuis decipiatur [e], uel metum passus sit, obligatur [f]. Sic in eo, qui in alio loco, quàm sibi promissum esset, petit: nam cùm plus petere uideatur [g], utiliter tantùm non directò agere posset [h]: uti nec is, qui ad exhibendum agit, cùm & is, qui dominus non est, experiatur [i]: & ideo exhibitionis iudicium directum non est [k].

a d. § præterea.
b l. Paulus. in fine. quib. mod. pig.
c §. namque si cui. Instit. de act.
d d. l. Paulus. §. fin. l. si fundus. §. in uendicatione. de pig.
e l. pen. C. de inutil. stip.
f l. si mulier. § pe. de eo quod met. caus.
g §. plus autē uers. loco. Inst. de act.
h l. j. de eo quod certo loc.
i l. iij. uersicu. j. ad exhib.
k l. iij. §. ibidem. ad exhib.

AXIOMA LXIX.

CAeterùm Iustinianus refert, & alias similes supradictis esse actiones [l], quas ex præcedenti declaratione nemo intelligere non potest. Nam rerum amotarū actionem ideo arbitrariā esse puto [m], quòd illa præter regulas iuris communiter sit introducta [n], uti & actio in factum aduersus publicanos [o], & alia quæ ob alienationem iudicij mutandi causa factum introducta est [p]; non enim directo alienandi potestas domino auferri potuit [q]. Idem in redhibitoria actione est dicendum [r], quia unius dissensus mutuum consensum dissoluere regulariter non potest [s]. Sic si seruus furtū fecerit aliter'ue deliquerit, noxalis actio prodita est, qua dominus cōuentus litis æstimationem suffere, aut seruum noxæ dedere potest [t]. Quæ omnes arbitrariæ dicuntur [u], tametsi nonnulli & sine lege, & sine ratione distinxerint noxales ob serui dolum uel metum factum competentes, ab alijs, quæ ex serui furto alio'ue delicto intentarentur: ut illæ, non istæ arbitrariæ essent [x].

l d. §. præterea. in fine.
m l. si cū dos. §. fin. rer. amot.
n l. j. rer. amot.
o l. j. §. dixerit. l. v. in prin. de publ.
p l. v. §. fina. de alienat. iud.
q l. dudū. C. de contrahen. empt.
r l. redhibitoria actio. cum glo. de ædil. edict.
s l. ab emptione. de pact.
t Institu. de noxal. act.
u d. §. præterea. uersic. uel ex noxali causa.
x Duarenus. l. in actionibus. nume. 47. de in lit. iur.

AXIOMA LXX.

SEd hæc distinctio alia reprehensione non egeret, nisi à Duareno uerbis quidem multis, sed nulla ratione defenderetur. Noxalis enim actio ideò ab arbitrio iudicis pendet [y], ut reus ab actoris petitione quandoq; absoluendus sit [z], uel aliter in noxæ deditione iudicis officio condemnandus [a], non solùm si noxali quod metus actione, sed etiam si lege Aquilia pro serui facto dominus conueniretur [b].

y l. si seruus depositus. §. fin. de noxal. actio. & d. §. præterea.
z l. si quis à multis. §. si de noxal.
a l. si ex duobus §. si plures de noxal.
b l. si in re cōmuni. in princ. eod. tit.

AXIOMA LXXI.

PRoinde quod suprà diximus, actiones præter iuris communis regulas introductas arbitrarias esse, non hoc ita simpliciter accipiendum est. Non enim sunt arbitrariæ, nisi à iudicis pendeant arbitrio [c]. Et ideo condictio furtiua, quamuis specialiter in furum odio introducta [d] sit, non tamen arbitraria est: cùm iudicis arbitrium ab illa pendeat, qui quod petitum est & nihil aliud iubere debet ut restituatur [e].

c d. §. præterea.
d §. sic itaq; uersic. plane. Institu. de act.
e l. in re furtiua. de condict. furt.

De Iurisdictione, & Imperio.

TRACTATVS II.

AXIOMA I.

IVRISDICTIO, pro ea iuris dicẽdi potestate, quam iudex habet, quandoq; ponitur[a]: interdũ ipsam causæ cognitionẽ, & decisionem significat[b]: hancq; utranq; significationem eodem in responso iureconsultus complexus est[c]. Sic & uerbum Iudex, tam in habitu, quàm in actu in eadem lege usurpatur[d]. Similiter & utrunque Imperium, tam merum, quàm mixtum, nunc in habitu consistit[e], nunc in actu[f]. Quod & in iudicis officio apparet[g].

a Gloss.l.ij.l.j.de iurisd.om.iud.
b l.quamuis.de in ius uocand.
c l.ij.de iurisd.om.iud.
d l.Iudex.de re iudic.
e l.imperiũ.de iurisd.om iud.
f l.quod iussit.de re iud.l.fin.ne qd in loco publ.
g Bart.l.j num.8.de iurisd.omn.iudi.

AXIOMA II.

SCiendum est præterea, Iurisdictionem aliquando generaliter accipi[h], & tunc Imperium quoq; merum continere[i]. Imò & ipsam executionem, tametsi facti esse dicatur[k]. Nonnunquam specialiter accipitur, & à mero Imperio separata[l] est. Nõ enim apud Iureconsultos infrequẽs est eiusdem uerbi & generalis & specialis usurpatio, ut in adoptione[m], in legitima hæreditate[n].

h §.iusiurãdum.in fi.Authen de defensor.ciuita.
i l.j.in prin.uersi.uelut.cum glos.uerb iurisdictionem.de offi.eius.
k l.properandum.§ sin autem reus.C.de iudic.
l d.l.imperium.
m l.ij.de adopt.
n l.lege obuenire.de uerb.signi.

AXIOMA III.

SIc generaliter Potestatẽ in his habere dicimur, quæ nobis libera sunt[o]: specialiter Potestatẽ uim ipsius magistratus appellamus[p], & in liberorum persona, Patriam potestatem: in seruorum, dominiũ[q]. Sic Imperiũ in genere quodcũq; ius dicentis præceptum[r], in specie præceptum, quod uim cõtinet, & cui omnimodo sit obtemperandum significat[s]. & Iussus generaliter pro quocũq; præcepto[t], specialiter pro eo quod uim cõtinet usurpatur[u]. Vnde apparet Potestatẽ, Imperium, & Iussum, speciali sua significatione idẽ importare[x]: & ita in dubio non differre, cùm uerba, q̃ generaliter, specialiter'ue accipi possunt, in dubio speciali significatione accipiantur[y].

o l.à iudice.C.de iudic.
p l.iij.ne uis fiat ei qui in poss.
q l.potestatis.de uerb.sign.
r l.quod iussit.de re iud.
s l.idonei.de testi.l.pr.de act.empt.
t d.l.quod iussit.
u l.is damnum.de reg.iur.
x d.l.imperium.
y l.iij §.de illo.pro socio.

AXIOMA IIII.

HIs ita præmissis, uidendum est, quid sit Merũ. Et Bartolus ait, Merum idem esse quod liberum[z], quasi ex eo mero imperio libertatem magnam iudex habeat[a], & plerunq; legibus solutam.[b] Sed Gillotus contrà, inquiens, Merum dici, quod alteri rei admixtum non sit[c]. Vnde meram pœnam, quæ nullam rei persecutionem contineat[d]: merum iusgentium, quod ab alio iure ciuili est separatum[e]: merum prætoris officium, purum[f]: meram rationẽ, quæ ciuilibus præceptis coniuncta non est, appellare solemus[g]. Mixtum uerò dicitur, quòd cum alio commixtum est[h].

z Bart.d.l.imperiũ.nu.6.Alciat.d.l.potestatis.
a l.hodie.de pœn.
b l.princeps.de legibus.
c l.qui res.§.mihi romæ.de solut.
d l.j.in fi.si quis ius dicent.
e l.bona fides.in prin.depo.
f l.v.uersicu.j.& ij.iuncto uers.communes.de uerbo.oblig.
g l.si quis forte.de pœnis.
h §.ex maleficijs.Instit.de act.

AXIOMA V.

DIffinit igitur Bartolus Merum imperiũ, Iurisdictionẽ quæ nobili iudicis expediat officio, & publicam utilitatẽ principaliter contineat[i]. Quam iurisdictionẽ ij (inquit) habẽt, qui iure cõmuni prouincijs præsunt[k]. Sed qui ciuitati præsunt, nisi esset Roma[l], aut alia quæ à principe immunitatẽ haberet[m], iure cõmuni merũ imperium non habent[n]. Quod tamen uel ex præscriptione[o] uel speciali principis concessione habere possunt[p].

i Bar.d.l.imperiũ.num.6.
k l.illicitas.§.qui uniuersas.de offi.præsid.
l Extrauag.de pace constan.in c.nomina.
m l.j.§.cũ urbem.de offic.præfect.urb.
n Authen.de defensio.ciuita.§.iusiurandum.
o c.cum contingat.de for.comp.
p l.j.in prin.de off.eius cui mand.

AXIOMA VI.

HVius Imperij sex gradus Bartolus fecit. Primũ appellat Maximum, ut condere legem, ueluti princeps[q], Senatus[r], præfectus prætorio possunt[s]. Item generales creare tabelliones[t], generale concilium congregare[u]. Secundum imperium Maius uocat, ut gladij potestatẽ habere[x]. Hæc autẽ gladij potestas nõ solùm in morte naturali, uel mẽbri amputatione[y],

q l.j.de constit.princip.
r l.non ambigitur.de legib.
s l.ij.C.de off.præfect.præto.
t Inno.c.cum p.tabellio.de fide instrum.
u Inno.c.transmissam.de elect.
x d.l.imperium.
y Gl.fi.l.j.C.de offic.eius qui uice.

etiam irrationalis animalis[a] est, sed etiã in morte ciuili: ut libertatis amissio[b], dãnatio ad perpetuos carceres[c], quæ tamen iure ciuili est reprobata[d].

a c.mulier.15.q.j.
b d.§. qui uniuersas.
c l.ij.de lib ho.exhib.
d l.aut facta. §.solent.de pœnis.

AXIOMA VII.

TErtium Imperium (inquit idem) Magnum est, ut cùm aliquem deportamus uel ciuitate priuamus[e]. Quartum est aliquẽ relegare[f], atrociter[g] uerberare, torquere[h]. Sed in hoc ultimo exemplo Bartolũ miror, cur quęstionem, quæ membri abscissione maior[i] est, in quarto loco, membri abscissionẽ in secundo reposuerit[k]. Has autẽ quatuor imperij species non nisi ex necessaria absentiæ causa[l] delegari posse negat Bartolus[m].

e Glo.ij.d.l.imperiũ. l.sunt quidã. de pœnis.
f l.nulli. cũ glo.C. de sent. & interloc.
g l.si quid erit. de offic.procons.
h l. defensores nihil. C. de defen. ciuit.
i §.pe. Authent.ut null.iud.
k Decius d.l.imperium.nu.48.
l l.j.in fin.prin. de offi.eius.
m l.solent.in princ. de off.procons.

AXIOMA VIII.

QVintum Imperiũ Minus nũcupauit, ut modica corporis coërcitio[n], quæ etiam minori magistratui competit[o], tametsi illa Mixti imperij quandoq; esse censeatur[p]. Sextum imperium Minimum uocat, ut est leuis mulcta[q]. Et hæc duo Imperij genera delegari posse uoluit[r]; certũ est enim, modicam illam coërcitionem[s], & leuem mulctam, iure magistratus competere[t], unde sequitur illas delegari posse[u].

n l. magistratibus. de iurisd.om.iu.
o d. l. magistratibus.
p l.fin.de offic.eius cui.in fi.
q l.j.in prin. si quis ius dicent.
r Bart.d.l.imperiũ. num.13.
s l.j.in fi.de offic. eius.
t d.l.j. in princip.si quis ius dicent.
u d.l.j. in princi.de offic.eius.

AXIOMA IX.

HAec Bartoli tum definitio, tum diuisio receptius admissa, ab Alciato, Longaualio, & Gilloto reprehẽditur. Nam Imperium & Iurisdictio forensia sunt uerba ad magistratum pertinentia[x]. Ideo quæ forensia non sunt, neq; Imperij, neq; Iurisdictionis esse dicũtur[y], ut ea quæ princeps extra iudicium facit, quæ principis autoritatis magis dici debent[z]. Adde merum Imperiũ in officio nobili consistere non posse, quoniã hoc officium sine actione exercetur[a]. At criminis cognitio & coërcitio, quæ meri sunt imperij[b] sine actione seu accusatione (pro eodẽ enim sæpe usurpantur[c]) regulariter fieri non potest[d], ne idem sit & accusator & iudex[e].

x d l.potestatis. de uerb.sig.
y l.muto.§.tutoris. de tutelis.
z l. humanũ. C. de legib.
a l.j. § ad nutritia. de uar. & extraord.cog.
b d.l.solet. in prin.
c l.j. ubi gl.de cri. stell.
d c.inquisitionis.§. tertiæ dubitationis.uer.quinimo. de accus.extra in antiq.
e c.qualit.uersic.ex quibus.de accus.

AXIOMA X.

PRæterea hoc Imperiũ utilitatem publicã præcipuè nõ respicit, cũ delictorũ coërcitio, quę Imperij meri est[f], nõ nisi in consequentiã fauorẽ publicũ cõcernat[g], quia priuata sunt[h] delicta, quorum nec criminalis accusatio omnibus cõpetit[i], qui tamẽ admitterentur, si publicè principaliter interesset[k]. Sic condere leges, nisi ius publicũ contineant, publicã utilitatẽ principaliter non respicit[l]: quia legibus priuatã utilitatẽ continentibus renũtiare licet[m], quod minimè permitteretur, si publicũ ius principaliter respicerẽt[n].

f d.l.solent.in princip.
g l. ita uulneratus. circa fin.ad legẽ aquil.
h l.j. de publ.iudic. rub.de pri.delict.
i Glos.rub.de popul.act.
k l.iij. §.fin.de no. oper.nunc.
l l. j.§. huius studij. de iust.& iur.
m l.pen. in prin.C de pact.
n l. ius publicũ. de pact.

AXIOMA XI.

EX his apparet, Publicè interesse, duobus modis dici, generaliter, & specialiter[o]. Quæ publicè intersunt generaliter, iurisdictionis esse[p]: sed non specialiter, cùm delinquens ueniam impetrare[q] possit, quæ impetratio nulla esset, si specialiter publicam contineret utilitatem[r]. Ex quibus omnibus prædictis apertissimi iuris est Bartoli definitionẽ ueram non esse: debuitq; Bartolus erubescere, qui nulla legis confirmatione tot imperij diuisiones constituerit[s]. licet enim magistratus aliqui sint, qui alijs maius imperiũ habeant[t]: tamen hoc tantùm dici potest, cùm magistratus inuicẽ conferuntur[u], non autem ut minus & maius diuersas species facere possint[x].

o l.iurisgentium.§. si paciscar. de pactis.
p §. sed & maior. Instit de his qui sunt sui.
q l.pe.C.de precib. imper.off.
r l.fina.C.si contra ius uel util.
s l.illam. C.de collat.
t l.iiij.de offi. præsid.
u d.l.iiij. & l. iudicium.de iudic.
x l.fin.de fund. instruct.

AXIOMA XII.

RVrsum quod adferebat Bartolus, Merum Imperium quibusdam magistratibus iure cõmuni competere[y]: contrà Alciatus existimauit, Nullum præter principem, merum imperium habere[z]: sed illius imperij solum exercitium[a]. Vnde uidemus, magistratus etiam maiores, Administratores plerunque uocari[b], & Exequutores[c]; solentq; traditæ illius administrationis occasione se fidem Cæsari seruaturos iurare[d]: quæ omnia non imperij proprietatem, sed exercitium significant, quamuis lex dicat, prætorem pro suo imperio agere,[e] ipsumq; habere imperium[f]: nam respondet, uerbum Imperium & Iurisdictione solam plerunque administration

y Arg. l.qui illicitas. §. ueritas. de offic.præsid.
x Alciat.lib.xj Parad cap.vj.
a d.l.j. in princi.de offic.eius.
b Vt omnes iudic. in rub. & text.C.
c l.fina.C.ut nemo priuat.
d Auth.ut iusiurã. quod præsta. ab his.
e l.iij. de off.eius.
f l ij. de off.præsi.

strationem importare [g], cuius causa dicere possumus, Iudicem imperium habere [h]. Vnde consequens esse Alciatus censet, merum imperium delegari non posse, non solum cum iurisdictione generaliter mandata [i], sed nec si specialiter delegaretur [k].

g l. inter tutores. de admin. tuto.
h d. l. habere. de uerb. sign.
i l. j. §. j. de off. eius.
k d. l. solent. in prin. op.

AXIOMA XIII.

SEcundò igitur Angelus, Alciatus, Longouallius uoluerunt, merum Imperium gladij potestatē esse, ad animaduertendum in facinorosos homines [a], hoc est, potestatem cognoscendi & iudicandi de quibuscunque criminalibus causis esse [b], ut ita gladij appellatione quælibet pœna comprehendatur [c].

a d. l. Imperium.
b d. l. solent. de offi. proconsul.
c c. dilecto. de sent. excom. lib. vj.

AXIOMA XIIII.

GIllotus Alciato & alijs ea ratione repugnat, quòd dictio cōposita plus importare nequeat, quàm eæ partes ex quibus componitur [d]. quare cùm neque Imperium per se [e], neq; merum per [f] se gladij potestatem significare possunt, quomodo dictiones compositæ illud indicabunt? Item gladij pœna uitæ ademptionem importat [g], & quasi separata ab alijs species ponitur [h], eiq; nonnunquam conceditur [i], qui ius deportandi non habet [k]. Neq; Longouallium admodum iuuant, quæ adfert: Inconueniens non esse, uerbum generale specialiter accipi, alterius uerbi specialiter adiuncti [l] gratia: quoniam Gladij potestas, ad alias pœnas genus minimè dici potest [m]. Neq; uerum est, Genus & speciem exprimi, nisi specialiter de utroque facienda sit mentio [n]. Prætereà uerbum Animaduertere in damnatos competit [o], in damnatis autem non cognitio sed executio uersatur [p]: & legatus proconsulis animaduertere nō potest [q], cùm tamen cognoscere possit [r]: ergo animaduertendi uerbum in executione, non in cognitione consistit [s].

d Instit. quib. mod. re. in fi. princ.
e l. ij. in princip. de adop. cum fi.
f l. j. in fin. si quis ius dicen. cum fi.
g l. aut facta. in princip. uersi. uita. de poeni.
h d. l. solent. uersic. nec enim.
i d. l. illicitas. §. qui uniuersas. de off. præsid.
k l. j. §. hi quibus. de leg. iij.
l Argu. rub. de fer. & aqua. C.
m l. capitalium. in princ. de pœnis.
n l. itē apud § hoc edictum. de iniu.
o l. non dubito. in fi. de capti.
p l. si quis fortè. uersicu. cæterum. de pœnis.
q l. si quid erit. de offic. proconsul.
r l. j. de offic. asses.
s l. fi. de cadaueribus punito.

AXIOMA XV.

GIllotus itaque interpretatur Imperium nihil aliud significare, quàm iussum, cui obtemperare oporteat [t]. Merum uerò illud esse, quod cum alia re coniunctum non sit [u]. Vnde cum Imperium mixtum illud sit, quod cum iurisdictione commixtum apparet [x]: consequens est, Merum imperium iussum, cui obtemperare oporteat esse, nulli iurisdictioni, id est, nulli causæ cognitioni coniunctum [y].

t Arg. l. idonei. de testib.
u l. bona fides. in princ. depos.
x d. l. imperium. d. l. j in fin. de offic. eius.
y Gillot. libro ij. c. iiij. & c. v. in princip. & num. 10. in fin.

AXIOMA XVI.

CVm igitur (inquit idem) hic Iussus in causæ siue criminalis, siue ciuilis, executione consistat: consequens est, Imperiū merum nihil aliud, quàm exequendi potestatem significare [z]. Nam omnis causa in his tribus, Cognitione, Sentētia, & Exequutione uersatur. Cognitio usque ad sententiam [a]. Sententia iudicis pronuntiatio controuersiæ finem imponens dicitur [b]: & in his duobus uersatur causæ cognitio [c]. Executio uerò, sententiæ effectus appellatur [d].

z Gillo. lib. ij. c. vij.
a d. l. solent.
b l. j. de re iud.
c l. iudices. C. de iudic. l. fi. C. cōmin. uel episto.
d l. in executione. C. de excep. rei iudi. l. properandū. §. si autem reus. uersi. quæ ad effectum. C. de iud.

AXIOMA XVII.

IN hac autem exequutione si criminalis sit sententia, nulla interuenit causæ cognitio, [e] ne post cognitum crimen malignis artibus effugiatur pœna [f]. Adeò ut iudex, si iniquè iudicasse se cognosceret, exequendo sententiam, nisi ex principis rescripto [g], mutare non potest [h], licet nonnunquam in specialibus quibusdam casibus eiuscemodi exequutio uitari [i], aut differri possit [k].

e l. si quis fortè. de pœnis.
f l. cum reis. C. de pœnis.
g l. diui. de pœnis.
h l. iudex posteaquam. de re iud.
i l. ad bestias. de pœnis.
k l. prægnantis. l. q. ultimo. de pœnis.

AXIOMA XVIII.

SImiliter in sententiæ ciuilis executione solum Imperium, cui necessariò, & in ea forma, qua imperatum fuit [l], obtemperare oportet [m], nec ulla adhibetur causæ cognitio [n], quamuis instrumentum posteà repertum fuerit [o], ita ut iudex exequens de sententiæ quam ipse uel alius protulit [p], iniquitate cognoscere non posset [q]. Et ideo ab hoc exequente, quia sine cognitione exequitur, nisi modū excedat, appellari non potest [r].

l l. iiij. §. ait prætor. de re iud.
m l. qui restituere. de rei uend.
n l. post rem. de re iud.
o l. sub specie. C. de re iud.
p d. l. iudex posteaquàm.
q l. si prætor. in pri. de iudic.
r l. ab exequutione. C. quorū appel.

AXIOMA XIX.

IN foro igitur causæ exercitio, & rei iudicatæ exceptio consideran-

tur : ibi Iudex iudicium, iuriſdictio exercentur, lata'que ſententia finiuntur [a] : hîc imperium, iuſſus, maieſtas, poteſtas uerſantur [b]. Quãobrem Executio à Iuriſdictione differt, cùm ab eodem explicari non poſſunt [c] : quod poſſent, ſi diuerſum non eſſet negotium [d]. Sed & in ciuilibus cauſis etiam imperium uerſatur [e], quod de mero non de mixto intelligendum eſt, cùm in exequutione nulla ſit iuriſdictio [f], præterea Poteſtas, & Imperium eadem ſunt [g]. In executionibus ciuilibus uerſatur poteſtas [h], ergo & imperium.

a d.l.iudex.de re iudic.
b Gillo.lib.ij.c.vj.
c l.à diuo.in princ. de re iud.
d l.nulli.C.de iudi.
e l.iij.de offic.eius.
f l. ſi ut proponis. C.de exec.rei iudic.
g d.l.imperium.
h l. ſi quis miſſus. ne uis fiat ei.

AXIOMA XX.

HAec eſt Gilloti ſententia, quæ perpetua non uidetur. Nam gladij poteſtas meri eſt Imperij [i], criminalis cauſæ cognitio gladij eſt poteſtas [k], ergo hæc cognitio meri eſt imperij. Adde ſanam non eſſe Gilloti interpretationem, cauſæ cognitionem pro iuriſdictione accipientis : cùm res ſeparatæ ſint [l], & aſſeſſor cognitionem habeat, non iuriſdictionem [m] : ſit'que cognitio uſque ad ſententiam duntaxat [n], iuriſdictio propriè & in ſententia eſt [o], & in executione [p]. Nec uerum eſt, idem eſſe Poteſtatem & Imperium, cùm poteſtas generalius accipiatur [q].

i d.l.imperium.
k d.l.ſolẽt.in princ. iuncto uerſi. nec enim.
l l. ait prætor. in prin.de re iud.
m l.ij.de offi. aſſeſſ.
n d.l.ſolent.
o l.pen.uerſic.prætor.de iuſt.& iur.
p l.à diuo. §.ſi poſt addictum. de re iud.
q l.j.C.de iuriſdict. omn.iudic.

AXIOMA XXI.

PVtarem igitur obſeruanda eſſe aliqua, quæ magiſtratibus ſpecialiter concedantur [r], ut datio tutoris [s], ſententiæ executio [t], ius mulctæ dicendæ [u], animaduerſio [x], reſtitutio in integrum [y], miſsio, cautio [z]. Alia ſunt quæ magiſtratus ratione competunt [a], & hæc in ciuilis cauſæ cognitione [b], actorum confectione [c], ſententia [d], modica coërcitione [e].

r l.j.in prin.de off. eius.
s l.muto.§.tutoris.
t l.à diuo.in princ. & §.j.de re iud.
u l.ij in fi.de iudic.
x l.j.§.j.uerſicu.uetius. de offi. eius.
y l.ea quæ. ad municip.
z l.uij.de iuriſdict. omn.iud.
a d.l.j.in princip.de offic.eius.
b d.l.j.de off.aſſeſ.
c l.ij. C. de magiſtratu.
d Authent.ad hæc. C.de iudic.
e l.ij. l magiſtratibus. de iuriſdict. omn.iud.
f l.ædiles.j. §.item ſciendũ cum ſeq de ædil.edict.
g d.l.j. in princi.de offic.eius.

AXIOMA XXII.

OMnia quæ magiſtratus ratione competunt, illa iuriſdictionis eſſe dicuntur [f], & delegari poſſunt [g], quia proprio iure magiſtratibus competunt [h]. Eorum uerò quæ ſpecialiter conceduntur, aliqua ſunt, quæ neque imperij ſunt, neque iuriſdictionis : hoc eſt, ei quoque conceduntur, qui neque imperium, neque iuriſdictionem habet [i] : ut tutoris datio, quæ patri [k], & magiſtratui municipali, qui nullam iuriſdictionem habet [l], conceditur [m].

h l.v.de Iuriſd.om. iudic.
i d.l muto.§.tutoris.
k l.j.in princ.de teſta.tutel.
l l.ea quæ. ad municip.
m l.iij. de tutor. & curat.dat.

AXIOMA XXIII.

ALiqua ſunt & iuriſdictionis & imperij, quia & iuriſdictionis & imperij cauſa dantur [n] : ut, cautio de damno infecto, quia utriuſque ratione conceditur [o], quæ ideo magiſtratibus municipalibus non competit, quòd imperium non habeant [p]. Et hæc mixti imperij eſſe dicuntur [q]. Quod imperium in ciuilis cauſæ executione [r], in reſtitutione [s], in damni infecti cautione [t], in miſsione in poſſeſsionem uerſatur [u].

n d.l.imperium.
o l.iubere.de iuriſdi.om.iudi.
p l.iiij.§.duas.de dãno infect.
q d.l.imperium.
r d.l.à diuo. i prin. & §.j.
s d.l.ea quę.ad municip.
t l.iubere. de iuriſdi.omn.iud.
u d.l.iubere.

AXIOMA XXIIII.

ALiqua ſunt meri duntaxat imperij, quæ imperij tantum ratione conceduntur [x]. Quapropter gladij poteſtas, quæ imperij eſt [y], his qui imperium non habent minimè competit [z]. Hæcq́; ad eorum differentiam quæ mixti ſunt imperij, meri imperij eſſe dicuntur [a]. Huius autem meri imperij proprietatem ſolus habet princeps [b], ſed illius uſum habent conſul, præfectus, prætor, proconſul, præſes [c]. Et hoc imperium in criminalis cauſæ cognitione ſententia [d], & exequutione, ſiue ultimi ſupplicij [e], ſiue alterius maioris coërcitionis, uerſatur [f].

x d.l.imperium. in princ.
y d.l.imperium.
z l. ſi quid erit. de offic.proconſul.
a d.l.ſi quid erit.
b d.l.j. in princi.de offic.eius.
c l.ij. in prin.de in ius uoc.
d d.l.ſolent.de off. proconſul.
e d.l.imperium.
f d.l.ſi quid erit.

AXIOMA XXV.

EX ſupraſcriptis ergo apparet, Merum imperium eſſe puram poteſtatem à iuriſdictione ſeparatam : id eſt, aliunde quàm iuriſdictionis cauſa competentem. nam non iuriſdictionis ſed ſpecialis conceſsionis gratia poteſtatem illam exercemus [a], quam ideo demandare non poſſumus, cùm proprium ſit iuriſdictionis, quæ eſt iudicis dandi licentia, demandatio [b]. Et in hac definitione utriuſque uerbi

ſerua

a d.l.j.§.j.uerſi.uetius. de offi.eius.
b d.l.imperium. in fine.

seruatur proprietas, siquidem Imperium per se potestatem[c], Merum purum significat[d]: ut Imperium merum sit pura potestas & separata, non à cognitione (ut Gillotus arbitrabatur) sed à iurisdictione.

c d.l. potestatis. de uerb.sig.
d l. qui res. §. mihi romæ. de solut.

AXIOMA XXVI.

NOn obstat, quòd in exequutionibus non admittatur causæ cognitio[e], id enim ex eo fit, quòd ante exequutionem iam plena causæ cognitio adhibita fuit, sine qua nulla esset exequutio[f]: Sed hoc non impedit, quin in mero imperio cognitio non insit[g]. Imò à iurisdictione tantùm quæ in habitu consistit, quia illa magistratus causa competit[h], separatum est: non autem ab ea, quæ est in actu, cùm & in criminali causa iudex iurisdictionem suam exercere dicatur[i]. Iudex enim ius semper dicere uidetur, cùm ea quæ habet exerceat, quocunq; modo habeat[k]. Et hæc nostra imperij definitio ex substantia uerborum desumpta est: Et iureconsultus dum dicebat, imperium gladij potestatem[l] esse, ab uno effectu definiuit: cùm plures alios, cognoscere, iudicare, criminaliter exequi, (ut suprà declarauimus) habeat.

e d. l. post rem. de re iud.
f l. j. C. de execut. rei iud.
g d. l. solent.
h d. l. v. de iurisd.
i l. j. §. damus. de suspect. tuto.
k l. pe. uers. prætor ait. de iust. & iure.
l d. l. imperium.

AXIOMA XXVII.

MIxtum imperium autore Bartolo iurisdictio est, quæ officio iudicis nobili in priuati utilitatem explicatur[m]. Illudq; in sex gradus diuisit, ut & imperium merum. Sed illius definitio & diuisio falsa est, & nulla lege confirmata: siquidem sententiæ ciuilis exequutio mixti est imperij[n], quæ tamen non nobili: sed mercenario (quod uocant) officio explicatur[o].

m Bart. d. l. imperium. nu. 16.
n d. l. iubere. de iurisd.
o d. l. properandũ. §. sin autem reus. uers. siue ipse. C. de iudic.

AXIOMA XXVIII.

MIxtum imperium (inquit Alciatus) est cui iurisdictio inest[p]: hoc est, mixtum imperium in his consistit, quæ neque simplicis iurisdictionis sunt, ut actio: neque meri imperij, ut accusatio: sed persecutionis[q]. Veruntamen hæc opinio est falsa, cùm lex dicat, in mixto imperio etiam iurisdictionẽ inesse[r]. Ergo & quid aliud præter iurisdictionem continet, cùm dictio illa Etiam augeat[s]. Præterea uult iudicis dandi licentiam mixti imperij esse[t], & tamen iurisdictionis est. quoniã iurisdictione generaliter demandata iudicis dandi demandatur licentia[u]: quod in his secus est, quæ mixti imperij sunt[x].

p d. l. imperium.
q l. pecuniæ. §. actionis. & d. l. potestatis. de uerbo. sig.
r d. l. imperium.
s l. ea tamen. de leg. iij.
t Alciat lib. ij. parad. cap. 8.
u l. cùm prætor. uers. is quoque. de iudic.
x d. l. iubere.

AXIOMA XXIX.

MIxtum imperium (ut credidit Longouallius) est cui etiam iurisdictio inest: id est, modica est coërcitio sine qua iurisdictio est nulla[y]. Quoniam si merum imperium maiorem coërcitionem significet[z], modicã mixtum denotare debet. Vnde infert, bonorum possessionem dare, iurisdictionis esse, non imperij mixti, quia coërcitionem non continet. Et ideo (inquit) Iurisconsultus ita est legendus: Quod in danda bonorum possessione consistit iurisdictio est, quemadmodum & iudicis dandi licentia[a]. Sed hæc sententia planè falsa est, tum quia imperium coercitionem non significat[b], tum quia modica coërcitio mixtum imperium non est, sed imperij species[c]. Idem restitutio in integrum mixti imperij[d], & tamen coercitionem ne modicã quidem continet, sed tantùm actionem restituit[e].

y l. fin. in fi. de off. eius.
z Longouall. in repet. l. imperium. in tertia parte.
a d. l. imperiũ. uers. quod in danda.
b l. quod iussit. de re iud.
c d. l. iubere.
d d. l. ea quæ. ad municip.
e l. fi. C. ex quibus caus. maio.

AXIOMA XXX.

MIxtum imperium Gillotus esse censet illud, quod cum iurisdictione est coniunctũ[a]. Duobusq; modis coniunctum interpretatur: Primo, Coniunctum quod iurisdictioni cohæreat[b]: id est, quòd iurisdictionis actus sine illo explicari non possint[c]: quasi concessa iurisdictione censeatur quoque concessum[d], sed pro iurisdictionis modo[e]. Secundo, quòd imperium mixtum iurisdictioni insit[f]: hoc est, per quod res adiudicetur iurisdictione tamen id est causæ cognitione præcedente[g]. Sed Gillotus eisdem rationibus reprehendendus est, quibus eum in mero imperio correximus

a Gillo. lib. ij. cap. 10.
b l. j. in fin. de off. eius.
c l. fin. in fi. de off. eius.
d l. ij. de iurisdict. omnium.
e l. unic. in princ. si quis ius dicen.
f d. l. imperium.
g Gillo. li. 2. ca. 11.

ximus, cùm idem sit error.

AXIOMA XXXI.

MIxtum imperium (ut ipse diffinio) potestas est specialiter concessa[h], cui iurisdictio inest[i], id est, in quo postquàm concessum est, iurisdictionem habemus, & per consequens imperij illius delegandi potestatem[k]: dum tamen specialiter delegetur[l], alioquin iurisdictione generaliter demandata, non transfertur[m], nisi modicæ coërcitionis respectu: quoniam sine ea iurisdictio nulla exerceri potest[n], & per consequens nec transferri[o]. Sed hæc coërcitio mixti imperij tantùm species est, non autem totum hoc imperium (ut suprà diximus) continet[p].

h d. l. ea quæ. ad municip.
i d.l. imperium.
k l. iiij. in fine. de off. eius.
l l. fin. in fi. C. ubi & apud quos.
m d.l. iubere.
n l. fi. in fi. de offi. eius.
o l. ij. de iurisdict. omnium.
p d.l. iubere.

AXIOMA XXXII.

CAeterùm quòd Gillotus arbitratus est, mixtum imperium specialiter tantùm legato proconsulis delegari[q], hoc planè falsum est[r]. Non urget damni infecti cautio, quæ speciali causa delegari potest[s]: id enim ob periculosam damni infecti dilatoriam cautionem speciale est, ut generali mandata iurisdictione comprehendatur. Non obstat, quòd ea quæ in mero iudicis consistunt officio delegari nequeant[t], quale est (inquiunt nonnulli) mixtum imperium. Sed lex, ex qua hoc decerptum est, uarijs intelligitur modis[u], & ex ea argumentum nullum desumendum est. Habemus itaque ex præcedentibus, in mixto imperio iurisdictionem non solùm in actu, uerùm & in habitu inesse, in mero uerò in actu tantùm, ut suprà dixi.

q l. iiij. uers. sed cũ propriã. iuncto §. fi. de off. eius.
r d.l. fi. in fi. C. ubi. & apud quos.
s d.l. j. de dam. infect.
t l. ij C. de peda. iudic.
u d.l. ij. de peda.

AXIOMA XXXIII.

IN his autem, quæ mixti sunt imperij, certum est causæ cognitionem adhiberi. nam in bonorum possessionibus, quæ mixti sunt imperij[x], causæ cognitio etiam in illis quæ ius non tribuunt[y], adhibent[z]. Idem est in missionibus, quæ sunt mixti imperij[a], & causæ cognitionem requirunt[b]. Sic & in restitutionibus,[c] emãcipationibus[d], adoptionibus, interdictis prohibitorijs[f]. Idem in omnibus alijs interdictis Gillotus censet, quia in illis olim prætor liberè solebat[g]. Et in fideicommissis, quæ consulum autoritate confirmabantur[h].

x l. iiij. §. fi. de off. eius.
y l. iij. §. causæ cognitio, de carbo. edic.
z Inst. de bo. poss. in princip. & §. sunt autem.
a d.l. iubere.
b l. iij. in princ. ut in poss. legat.
c l. iij. de restit. in integr.
d l. j. C. de emãcip.
f l. fin. ne quid in loc. publ.
g Institu. de interdict. in princ.
h Institut. de fideicom. hæred. in princ.

AXIOMA XXXIIII.

IVrisdictio specialiter accepta, secundum Bartolum est, quæ mercenario iudicis explicatur officio in priuati utilitatem[a]. Quæ definitio omnimodo est explodenda: cùm iurisdictio ex motis actionibus, quæ ab illo officio sunt separatę[b], exerceatur[c]. Adde, merum iudicis officium à lite tantùm contestata nasci[d], iurisdictio uerò & ante litem quoque dicitur[e]. Actio igitur & exceptio iure actionis exceptionis'ue explicantur, citatio, litis contestatio, dilatio, testium productio, officio iudicis mercenario[f]. Nec priuatam utilitatem semper respicit hæc iurisdictio[g].

a Bart. d. l. Imperium nu. 13.
b l. qui per collusionem §. j. de act. empt.
c Alciat. l. pecuniæ. §. actionis. de uerb. sig.
d l. ædiles. j §. item sciendũ. de ædil. edict.
e l. si quis ex aliena. de iudic.
f l. j in fi. C. de iurisd. omniũ iud.
g l. propter. de pol licit.

AXIOMA XXXV.

ALciatus igitur Iurisdictionem in solis actionibus collocauit[h], non autem in iudicis dandi licentia[i]. Ego tamen non dubito, & in accusationibus quoq; iurisdictionem consistere[k]: etiam eam quæ in habitu consistit[l], uerbo saltem generaliter sumpto.

h Alciat. d l. pecuniæ. § actionis.
i Alciat. lib. ij. parad. cap. 8.
k l. j. §. damus. de suspect. tuto.
l rub. de offi. eius. iuncta l. j. quæ de criminali iudicio loquitur.

AXIOMA XXXVI.

LOngouallius iurisdictionem officium esse ait, quod in danda bonorum possessione, & in iudicis dandi licentia consistit[m]. Ego contrà. nam legati uel fundi petitio, iurisdictio est, quæ neque in danda bonorum possessione, neque in iudicis datione consistit[n]. Addit Gillotus nullas accusationes in danda bonorum possessione, uel iudicis datione consistere, quæ tamen iurisdictionis sunt[o]: Sed ego suprà ostendi illas meri imperij esse[p]. Longouallio uerò præterea obstat bonorum possessio, quæ non nisi specialiter delegatur[q], ergo iurisdictionis

m d.l. imperiũ. uers. quod in danda: iuncto uers. fi.
n l. ij. in princip. si quis in ius uoc.
o Gillot. lib. j.
p d.l. solent. de off. procons.
q l. iiij. §. fi. de off. eius.

ctionis non est: quia generaliter, quæ iurisdictionis sunt, demandantur[r].

r l. j. in princ. de off. eius.

AXIOMA XXXVII.

Gillotus Iurisdictionem definit, cuiuscunque causæ, siue principalis[s], siue accessoriæ[t] cognitionem, & decisionem[u]. Sed hæc opinio in criminali cognitione & sententia uera nõ est[x]. Fateor tamen iurisdictionẽ cõtinere cognitionẽ[y], sed econtrà cognitio iurisdictionem minimè continet[z].

s l. pe. uers. prætor. de iust. & iure.
t d. l. imperiũ. in fi.
u Gillo. lib. ij. ca. 14.
x d. l. solent.
y l. iiij. in princ. de offic. eius.
z l. ait prætor. in princ. de re iud.

AXIOMA XXXVIII.

EGo nihil aliud iurisdictionẽ esse arbitror, quàm iuris dicendi officium[a] iure magistratus concessum[b]. Hæcq́ Iurisdictio in ciuilibus cognitionibus & decisionibus consistit[c], item & delegationibus[d]. Merum uerò imperium in criminalibus cognitionibus, decisionibus, & exequutionibus uersatur[e]. At Mixtum in ciuilibus exequutionibus[f], & omnibus extraordinarijs persequutionibus cõsistit[g]. Vnde consequens est, ea quæ iurisdictionis sint, tam generaliter[h] quàm specialiter delegari posse[i].

a d. l. j. § damus.
b l. j. in prin. de off. eius.
c Auth. adhæc. C. de iudic.
d d. l. imperiũ. in fi.
e d. l. solet. in princ. d. l. imperiũ in princ.
f l. à diuo. in prin. de re iud.
g l. iubere. de iurisd. & Alciat. d. l. pe. omniq. §. actiones.
h d. l. j. in prin. de off. eius.
i d. l. iiij. in princ. de off. eius.

AXIOMA XXXIX.

EX suprà scriptis dignosci facilè potest, triplicem esse Iurisdictionem. Ordinariã[k], Mandatam[l], & Prorogatam[m]. Ordinaria dicitur, quam quis suo iure habet[n], & ideo propria dicitur[o]. Nam à principe[p], lege[q], populi expresso[r] uel tacito consensu[s]. item & ab uniuersitate interueniente præfecti cõfirmatione conceditur[t]. ut patet in his qui artem aliquam licitam exercere[u], uel collegium nõ reprobatum facere possunt: quales sunt doctores, & scholastici[x], & hi qui obseruatæ religionis gratia coëunt[y]. Hi nanque omnes ordinarium iudicem, ad quem negotiationis illorum cura pertineat, constituere possunt[z]: qui & inter eos quoque, qui artem amplius nõ exercent, de his quæ artem ipsam respiciunt, & negotiationis tempore gesta fuerunt, ius dicere potest[a]: nec reus cuiuscunq; dignitatis prætextu illius iurisdictionẽ declinare posset[b], tametsi actor uel hũc, uel aliũ iudicem ordinarium eligere nõ prohibeatur[c].

k l. iiij. C. de iurisd. omnium iud.
l l. rub. de off. eius.
m l. ij. §. si & iudex. de iudic.
n l. more. de iurisd. omnium.
o l. j. §. j. de offic. eius.
p l. j. § cũ urbem. de off. præf. urb.
q l. j. uers. & ideo. de off. eius.
r l. ij. §. iisdẽ tempo rib. de orig. iur.
s l. j. C. de emancip. lib.
t §. interim illud. cum seq. Authẽ. de defens. ciui.
u l. fin. de iure immu.
x ca. quia in cau fis. d. procurat.
y l. j. uersi. sed religionis. de coll. illic.
z l. fi. C. de iurisd. omnium iud.
a l. ij C. ubi de ratiocin.
b d. l. fi. C. de iur. f
c l. sed & si susceperit. §. si. de iud.

AXIOMA XL.

MAndata uerò iurisdictio & ab eo conceditur, qui ordinariam dare potest[a], qui tamen in dubio ubi negotiorum uniuersitatem concedit, ordinariam concedere intelligitur[b]: secus cùm unum negotium aut plura particularia alicui committit[c], uel sua autoritate aliquid faciẽdum mandat[d]. Delegatus item à principe[e], etiam sponte[f], & citra ullam causam[g], quamuis condelegatum quoque haberet, iurisdictionem suam mãdare potest[h]: nisi ipsius industria à principe fuisset electa[i]. Legatus item proconsulis speciali priuilegio iurisdictionem mandare potest[k]: Item & ordinarius iudex[l], etiam si illius ordinaria iurisdictio priuilegiaria esset[m].

a Gl. l. iij. l. & qui. de iurisd.
b l. fina. C ubi & apud quos rest.
c ca. cũ aliquibus. de rescr. in 6.
d l. j. uersic. omnia enim. C. de uet. iure.
e l. à iudice. C. de iudic.
f ca. si. in princ. de off. deleg.
g Gl. uerb. exonerare. ca. pastoralis de off. deleg.
h ca. quamuis. de offi. deleg.
i ca. fi. de off. deleg.
k l. legatus. cum seq. de offi. proconsul.
l l. more. de iurisd. om. iud.
m ca. fi. de off. or.

AXIOMA XLI.

ADuertendum est tamen, iurisdictionem aliquando demandari[n], aliquando delegari[o], siue dari: nam inter datum iudicem, & delegatum differentia non constituitur[p]. Sed plus est iurisdictionem mandare quàm delegare, cùm mandatam iurisdictionẽ[q] & non delegatam, subdelegare possimus[r]. Item à iudice dato ad dantem appellatur[s], sed non ad eum, qui mandauit[t]. Hic nanque iurisdictionem transfert[u], quinimo illam dat[x], quam ideo sine causa reuocare non potest[y]: sed cum causa potest, cùm à se nõ abdicauerit imperium[z], nec is, cui mandata est, aliquid proprium habet[a], sed mandatis partibus fungitur[b], excepto proconsulis legato[c]. Ille uerò qui delegat nihil transferre dicitur[d], unde delegatus iudiciario tantùm munere fungitur[e].

n rub. de off. eius.
o rub. C. qui pro sua iurisd.
p l. à iudice. C. de iudic.
q l. cũ prætor uers. is quoq; de iud.
r d. l. à iudice.
s l. j. in princip. ff. quis & à quo.
t d. l. j. § j.
u d. l. j. § j. de offic. eius.
x l. iiij. in princ. de offi. eius.
y l. solent. uersic. sicut de off. procõs.
z l. pe. de off. præfi. t.
a d. l. j. §. j. de off. eius.
b l. iij. de off. eius. l. solet. de iurisd.
c l. legati. de offic. proconsul.
d l. fin. C. ubi & apud quos.
e d. l. à iudice.

AXIOMA XLII.

SEd contrà, ille qui mandatam iurisdictionẽ habet, nihil proprium sibi uendicare potest[f], ergo delegare prohibetur[g]. Respondet Purpuratus alteri quidem mandatam iurisdictionem mandari non posse, ne

f d. l. j. §. j. de offi. eius.
g l. fi. de off. eius.

res

res in infinitum procedat[h]: quæ ratio in delegatione cessat, cùm delegans amplius subdelegare non possit[i].

h arg. l. qui bona. § si.de dā.infect.
i d.l.à iudice.

AXIOMA XLIII.

IVrisdictio uerò prorogata litigantium consensu prorogatur[k], id est, extenditur[l]; cum litigantes in aliquē, qui tamen iudex sit[m], consentiunt, qui & debet alterius loci ordinarius esse[n], quoniam in delegatum prorogatio, nisi ab his quorum ratione delegationis interest[o], fieri non posset[p]. Hæc autem prorogata iurisdictio de persona in personam, de re ad rem, loco ad locum, tempore ad tempus fieri potest[q].

k l. si conuenerit. de iurisdict.
l l. sed & si manente.de preca.
m l.ij. C.de iurisd.
n l.j. in princip. de iudic.
o arg.l.si suspecta. de inoffi.testa.
p ca. p.&.g.de off. delega.
q docto.l.j. C. de iurisd.

AXIOMA XLIIII.

SCiendum est tamen, Aphricanum respondisse, neminem cogi oportere, ut prorogationis pacto stare debeat[r]: quod mirum uidetur, cùm ea quæ semel placuerunt, amplius displicere non debeant[s]: quia quod à principio uoluntario fuit, ex post facto necessarium est[t]. Aliqui respondent, in his quæ priuati sunt iuris, nobis omnia licere[u]; sed non in iurisdictionis prorogatione, quæ publica est[x], & cui priuatorum pactis derogari non possit[y]. Sed hæc solutio in noua iurisdictione concedenda procedere posset[z], sed non in proroganda, quæ pacto priuatorum prorogari potest[a], etiam sine iudicis consensu[b]. Facilius enim aliquid protogatur, quàm concedatur[c].

r l. si conuenerit. de iurid.
s ca. quod semel. de reg.iur.
t l.in commodato. §. sicut cōmoda.
u l.si unus.§.pacta. uersic.& in summa.de pact.
x l.j. §.ius publicū. de iusti.& iure.
y l. ius publicum. de pact.
z l. iij. C. de iurisdict.
a d.l.si conuenerit. l.j.de iud.l. si per errorem.de iuris.
b l. ij. uers. conuenire.de iudic.
c l.sed & si manente.de preca.

AXIOMA XLV.

SEcundò igitur Albericus, Decius, Alciatus, Aphricanum intellexerunt, quoties uterque à conuentione recedere uellet. Nam communi consensu à pacto recedi potest[a], idq́ ex uulgata iuris regula[b]. Quæ solutio ut in se uera est, ita Aphricanum mordet, qui de casu tam certo ita dubitaret[c]. Quis enim dubitat, utrunque litigatorem uel à tota lite[d], uel etiam in iudicis contemptum ab instantia recedere posse[e]? Et ridicula uidetur dubitandi ratio quam commemorat Decius, quòd ex eo litigatorū pacto ius quæsitum iudici uideretur: cùm alteri non quæramus[f], & maximè in Aphricani casu, in quo uel unus solus iudicio renuntiare potuit[g].

a l.ab emptione.in princ.de pact.
b l.nihil tam naturale.de reg iur.
c l quod labeo. de carb. edic.
d l. postquam liti. C pe pact.
e l. sed & si in seruum.in fi.cum ij. seq.de arbitr.
f §. alteri. Insti.de inutil.
g l. si quis libellos. C.de appell.

AXIOMA XLVI.

TErtiò Aretinus respondet, (cui Alciatus adstipulatur[h]) quòd iurisdictio solo consensu pactoúe non transferatur, sicut nec dominium[i], nec seruitus[k], nec peculium[l]. Sed licet fateamur iurisdictionē pacto non quæri[m], illo tamen partes, etiam sine iudicis ullo usu, obligantur[n]: adeò ut Imperator Iustinianus Aphricano contradixisse uisus sit[o]. Accursius tribus modis respondet, sed ultima approbatur solutio, ut differentia sit inter pactum de iurisdictione, quæ alicuius priuilegij causa effingi poterat, & aliud de iurisdictione aliena prorogandа factum[p]; quia facilius conseruatur iurisdictio, quàm concedatur[q], in iurisdictioneq́ conseruanda res ad suam redit naturam[r]. Sed hæc solutio uera non est, cùm Iustinianus tam de conseruanda, quàm concedenda iurisdictione loquatur, cùm de arbitris mentionem facit[s].

h Alciat. l. pen. C de pact.
i l. traditionib. C. de pact.
k l.si partē. quemad.ser.amit.
l l. non statim. de pecul.
m l.antep.de iud.
n l.ij.in princ.uers. conuenire. cum seq de iudic.
o d.l.pe.C.de pac.
p Glo.fi.d.l.si conuenerit.
q l patre.de his qui sunt sui.
r l. si unus. §. pactus. uersi. quod & in specie. de pact.
s d.l.pen.uersiculo omnes.

AXIOMA XLVII.

ET ideò Alciatus differentiā aliam constituebat in pacto super fori præscriptione facto, & alio quod super exceptione fieret[t]. Præscriptio enim quoddam priuilegium est[u] quod facile per pactum tollitur[x]. Exceptio uerò ius est commune[y], quæ per pactum non tollitur, sed iudicis usum[z]. Sed Alciati solutio Iustiniani uiolat constitutionem, quæ de fori & præscriptione & exceptione loquitur: arbitros nimirum & quoscunque alios iudices commemorans[a]. præterea præscriptionis & exceptionis differentia perpetua non uidetur.[b].

t Alciat. d.l.pen.in princ.
u Alciat. uerb. annotandum. in ij. col. nume. 20. l. quinque pedum. C.fin.regund.
x l. eius. §. militia. de mili.testa.
y l.j.de excepe.
z Bar. l.j.de iudic.
a d.l pen.uersiculo omnes.
b arg. glo. rub. de excepe.C.

AXIOMA XLVIII.

NOs igitur Respondemus, tam Aphricanum, quàm Iustinianum de mutuo pacto à pluribus inuicem facto, & hinc inde obligatorio loqui, quod exceptionem non parit, cùm

cùm ab illo re integra recedere possimus[c]; secus autē est in pacto ex altera parte obligatorio, quod semper exceptionem parit[d], qua obstante ab illo recedere non possumus[e]. Sed in mutuo pacto secus est quod alicuius futuræ contemplationis est factum ante cuius euentum licita est poenitentia[f].

c l. iij. §. planè. de cond. causa dat.
d l. iurisgentium. §. sed e im nulla. de pact.
e l. iurisgent. § pre tor ait.
f Francisc. Curt. l. naturalis. §. j. de præscr. uerb.

Vnde mirum non est, si à pacto de listigando coram aliquo, antequàm ille adeatur recedi posSit[g]. Dicitur autem adiri iudex per litis contestationem[h], uel etiam ante litem contestatam, si aliquæ dilatoriæ exceptiones coram illo propositæ fuerunt[i]: secus tamen est ex sola editionis petitione[k].

g d. l. si conuenerit. l. antep. de iudi.
h Glo. ij. d. l. si conuenerit.
i l. sed et si susceperis. in princip. de iud.
k l. non uidetur. ij. de iudic.

De Mora.

TRACTATUS TERTIUS.

AXIOMA I.

MORA, quæ est cuiusque rei irrationabilis dilatio[a], in tribus uersatur: Quomodo committatur, Quomodo purgetur, & Quomodo non purgata puniatur.

Committitur autem duobus simul interuenientibus: & quòd per te facta sit dilatio, & quòd illam sciebas non esse faciendam[b]. Duobus autem modis per te dicitur fieri dilatio. Primo, si rem dare poteras, & non das[c]. Ex quo sequitur, non solùm impossibilitatem[d], sed & difficultatem impedimento esse, quominus mora committatur: siue in iudicijs[e], siue in ultimis uoluntatibus[f], siue in contractibus loquamur[g].

a l. sciendum. de usur.
b l. quod te. si cer. peta.
c d. l. quod te. uers. j. l. quoties. §. in potestate. de noxal.
d l. continuus § cū quis. de uerb. ob.
e l. ij. § si quis. si quis cautio.
f l. cùm serum. l. cùm res. §. penu. de lega. j.
g l fin §. pen. ad l. rhodiam.

AXIOMA II.

SI difficultas aliqua diligentia euitari potuit[h] aut præuideri, à nulla excusat mora[i]. Et idcirco non excusatur, qui aliquem in iudicio sistere promisit[k], cùm difficultatē præuidere poterat[l]. Item nec ille, qui promisit se quid facturum, & cum effectu curaturum[m]: Quia uerbū illud CVM EFFECTV, significat obligationem omnimodo esse perficiendam[n], alioqui sine uerbo illo sufficeret curare, & facere quod possumus[o].

h d. l. ij. §. si quis tamen.
i l. pe. de iur. dot.
k l. sancimus. in prin. uerb. nō potuerit. C. de fideiuss.
l d. l. ij. in fi.
m Ins. l. ita stipulatus. § possum. de uerb. obl.
n arg. l. si non mortis. in fi. de inoff. testa.
o Barth. consi. 236. martinus.

AXIOMA III.

PRomissor generis uel quātitatis, quia perire non possunt[p]; nulla impossibilitate[q], aut difficultate à mora excusatur[r]. Nisi creditor aliquod impedimentum fecerit[s], aut nisi debitor ex sua cōuentione, uel ex lege sine ullo dolo[t] beneficiū haberet, ne conueniretur ultra quā posset[u]: aut ne cōueniretur, nisi cum commodè posset[x].

p l. in ratio. ij §. incerta. ad l. Falc.
q l. incendium. C. si cer. pet.
r l. ad diem. de uerbor. oblig.
s l. si per emptorē. in fi. de act. empt.
t d. l. pen. de iure doti.
u l. diuortio. uers. sed & postea. de nego. gest.
x l. nepos. de uerb. signi: d. l. diuortio. uer. nō enim.

AXIOMA IIII.

SEcundo per te dicitur dilatio, siue mora fieri, si dolo fecisti, siue uero, siue præsumpto[y], quominus rem haberes[z]. Par enim est, rem habere, uel dolo desijsse habere[a]. Idem est, si lata culpa desijsti habere[b]. Hoc tamen casu, licet aliàs lata culpa dolo æquiparetur[c], differentia est: Quia ex mora dolo facta cōfestim ad æstimationem agitur[d], sed culpa tantum interueniente, dilatio datur, intra quam res repræsentari possit[e].

y l. fin. §. pen. ad l. rhod.
z d. l. quod te. si cert. peta.
a l. parem. de reg. iur.
b l. mulier. §. sed enim. ad Trebel.
c l. j. §. j. si mens. fals.
d l. cùm res. uer. sed si alibi de leg. j.
e l. si constante. §. si uxor. sol. mat.

AXIOMA V.

SEcūdum quod requiritur ad hoc, ut mora dicatur commissa, est: ut morosus sciat, uel ex iusta causa scire debeat, se moram facere non debere[f]. Cessat autem hæc iustæ scientiæ causa, cùm alienum est factum[g]; aut cùm debitum liquidum non est[h]; aut cùm temporis diuturnitas[i] uel negotiorum allegatur frequentia[k].

f d. l. quod te. in fi.
g l. qui in alteri°. de reg. iur.
h l. nō potest uideri improbus. eo.
i l. peregrè. de acquir. poss.
k Barth. l. ij § obseruari. C. de iur. tam. calum.

AXIOMA VI.

IN casibus, in quibus cessat iusta scientiæ causa, mora sine interpellatione nō committitur[a]. Interpellatione autē hac interueniente etiam extra

iud

a l. titiæ. §. fin. de lega. j.

iudicium[b], debitor in mora constituitur[c], adeò ut noceat pupillo si tutori[d], aut fideiussori si Reo facta sit[e]. Nec refert ex quo contractu[f], uel de qua re[g], aut cui personæ fiat, siue creditori siue procuratori[h], aut quibus uerbis[i], etiam si creditor duntaxat diceret, egeo pecunia mea[k]: maximè si debitoris persona talis sit, cui reuerentia debeatur[l].

AXIOMA VII.

QVemadmodum solutio cōgruo tempore & loco fieri debet[m], sic & interpellatio congruo tempore & loco facta, (licet Doctores uelint omnem locum idoneum esse[n]) parit moram[o]. nisi in his, quæ officio iudicis debentur, ut æstimatio[p], uel cautiones iudiciales: tunc enim requiritur iudicialis interpellatio[q]. Sed etsi debitor minor esset, sæpius[r], hoc est: plus quàm bis[s], interpellari debet. cum aliàs unica interpellatio debitorem, si maior sit, in mora constituat[t].

AXIOMA VIII.

RVrsus, interpellatio non statim debitorem in mora constituit, sed tantùm post modici temporis lapsum[u], quod iudicis arbitrio relinquitur, cùm lege definitum non sit[x]. Addebat prætereà Salycetus, creditorem prius à debitore in mora constitutum, postea non posse debitorem ipsum per interpellationem, sed per litis contestationem in mora constituere[y]: Cuius sententia communiter reprobatur[z], quoniam ultima mora cuicunque, etiam mulieri[a], nocere solet[b].

AXIOMA IX.

SI debitor ante interpellationem iam ipso iure in mora erat, ab hac per interpellationem purgatur[c]; maximè si post illam interuenit stipulatio[d]. Quia homo ex sua dispositione à beneficio legis recedere uidetur[e]. Sed si debitor bis à creditore interpellatur, secunda interpellatio priorem magis auget, quàm purgat[f]. Gemina enim interpellatio moræ purgationem semper impedit[g], quod secus est in sola atque unica interpellatione[h], cuius effectum etiam sola difficultas impedit[i].

AXIOMA X.

PEr citationem aut libelli oblationem debitor in mora non constituitur[k]: quia offertur libellus, non ut Reus interpelletur, sed ut deliberet[l]. Et idcirco pendente illo deliberationis tempore, debitor præcisè non potest uideri interpellatus[m]. Nisi expressè interpellaretur, petereturque cōdemnari quatenus differret[n].

AXIOMA XI.

EContrà uerò in casibus, in quibus debitor scire potest, se debere, sine interpellatione[a] in mora constituitur[b]; quoniam eius scientia interpellationis loco est[c]. Et idcirco emptor habens rem uenditam[d], & omnes malæfidei possessores[e], & prædones etiam[f], qui ipso iure morosis æquiparantur[g], item & is qui creditoris sui negotia gerit, nec à seipso quod debet exigit, sine ulla interpellatione in mora constituuntur[h].

AXIOMA XII.

OBligatus sub conditione[i], uel ad factum successiuum, sine interpellatione in mora constituitur[k]; quia tali obligationi tacitè dies inest, intra quem promissum adimplere oporteat[l]: nam ubi dies aut hora[m] est in obligatione uel ex conuentione partium[n], uel ex legis dispositione[o], uel ex natura actus[p]: Debitor, etiam si ante diem illum moriatur[q], sine ulla interpellatione in mora constituitur[r]; Quamuis miserationis gratia dies esset adiectus[s]. Nec refert, si promitto tali die, uel ex eo tempore tuo arbitratu[t].

AXIOMA XIII.

IN facto alieno[u], aut ubi de magno agitur præiudicio[x], aut quando actor & reus diuersi sunt fori[y], dies sine interpellatione debitorem in mora non cōstituit: sicut nec cum dicere: uolo teneri usque ad triginta dies[z], uel promit

b gl. mag. in prin. l. minum. Si cer. pe.
c l. si ex legati. de uerb. oblig.
d l. sed si ex stipulatu. eo.
e l. mora. eo.
f l. uidetmus. §. si actioné. de usur.
g l. j. §. item si ad l. falcid.
h l. si quis solutioni. §. mora. de usur.
i Purpurat. d. l. minum. nu. 36.
k l. etiam hoc modo. de lega. j.
l docto. d. l. uinū. l. quidā Hiber. de seruit. urban.
m l. si soluturus. de solutio.
n docto. d. l. uinū.
o l. fin. C. de seruis.
p l. centum. uer. neque enim. de eo quod cert.
q l. cum postulasset. in princ. de dam. infect.
r l. qui romę. §. coheredes. uerb. sepius. de uerb. ob.
s l. ueluti. §. fin. de edend.
t l. ita fideicō. § usuras. de leg. ij.
u l. si quis filium. §. stipulat. de coll. bon.
x l. j. in fi. de iur. d. liber.
y l. sed & si. uersic. ul. q. de cōst. pec.
z argu. l. celsus. §. fut. cum l. seq. de arb.
a l. semel. sol. mat.
b l. illud. de peric. res uend.
c l. æmilius. uers. dicebam. de min.
d l. si stichum. in princ. de nouat.
e l. fin. C. de iure dot.
f l. traiectitiæ § de illo. de actio.
g d. §. de illo.
h l. si insulam. de uerbo. ob.
i l. quod te. si cert. petat.
k l. denuntiasse. in prin. ubi Barth. de adulter.
l l. j. in princip. de edend.
m arg. §. huic ase. Instit. de actio.
n Alciat. d. l. uinū.
a l. iiij. §. fin. de leg. commiss.
b l. quod te. si cert. peta.
c arg. l. emptorem. in prin. de actio. empt.
d l. curabit. C. de act. empt.
e l. item ueniunt. §. petitum. de petit. hæred.
f l. pen. de ui & ui arm.
g l. inter stipul. §. pen. de uerb. obl.
h l. q. sine in princ. de neg. gest.
i Glos. uerb. agendum. l. ita stipulatus. de uer. obl.
k l. si ita stipulatus essem abs te. eo.
l l. interdum. eo.
m Bald. l. j. col. iij. C. ne liceat. ter. pro uoc.
n l. uinum. uers. si dictū. si cer. pet.
o l. ij. uersic. sed omni modo. C. de iur. emphyt.
p l. cōtinuus. §. iltē. de qui. uerb. obl.
q l. ad diem. eo.
r l. magnam. C. de contr. stipul.
s glos. j. l. in mora. sol. matri.
t l. cum stipulatus sum mihi. in pri. de uerb. obl.
u arg. l. fin. in fine. pro suo.
x l. j. §. hoc. de petic. rei uen.
y Gl. uerb. non uenit. l. item illo. de consti. pecu.
z l. emptorem. § de neg. de act. emp.

promitto singulis annis[a]: aut cũ dies demonstrationis causa[b], uel reductionis ad memoriam[c], uel commodioris præstationis adiectus esset[d].

AXIOMA XIIII.

PRæterea ubi creditor priuilegiarius est, ut minor[e]: ecclesia[f], fiscus[g], & dos biennalis[h], sine ulla interpellatione debitor in mora constituitur, Sicut & quando iurauit se soluturum[i], iuramentum enim habet uim litis cõtestationis[k], post quam certum est moram committi[l].

AXIOMA XV.

IVramentum, nisi factum sit super debito iam contracto, debitorem in mora non constituit[m]: ne eodem tempore quis obligetur, & sit in mora[n]. Item qui dare iurat cùm requisitus erit, ante requisitionem non est in mora[o]. Item iuramentũ post modici temporis lapsum duntaxat moram facit[p], & non statim: quia debitor non debet uenire cum sacco paratus[q].

AXIOMA XVI.

QVi se facturum & curaturum promisit, modò alienum factum non sit[r], qualis est hominis sistendi promissio[s], sine interpellatione in mora constituitur[t]. Sicut ille quoque, qui antequam interpellaretur, se nolle soluere affirmauit[u]: aut ille, qui pœna adiecta est obligatus[x], nisi cautioni iudiciali subiecta esset pœna[y]: quo casu mora non contrahitur sine iudicis facto[z], quamuis extraiudicialis fieret interpellatio[a].

AXIOMA XVII.

IN omnibus istis casibus in quibus debitor, sine interpellatione est in mora, quamuis fructus & usuras debeat[a], ex rei tamen interitu non tenetur[b]: de quo leges, quæ interpellationem in mora constituenda necessariam dicunt, loquuntur[c]. Ratio est, quoniam in his quæ debentur officio iudicis, qualis est rei interemptæ æstimatio[d], mora non dicitur nisi iudicialis fiat interpellatio[e]. Et hæc satis de debitoris mora.

a Bartho. l. j. §. j. de pen. lega.
b l. liber homo. §. j. de uerb. obl.
c l. ita stipul. uers. quòd si ab eod.
d l. si cũ præfinitione. uer. si quando dies legat.
e l. in minorũ. C. in quib. caus. resti.
f Gl. uerb. indicem. §. item mixta Instit. de actio.
g l. cum quidam. §. fiscus. de usur.
h l. fin. §. præterea. de iur. dot.
i c. j. §. licet. Si de feudo defun.
k l. nam & postea. §. si is qui. de iureiur.
l l. si insulã. de uerbor. oblig.
m Doct. d. l. usinam.
n arg. l. quod dicimus. de solut.
o c. j. uerb. requisitus. de no. for. fidel.
p l. si quis filium. §. pen. de coll bon.
q d. l. quod dicimus.
r l. j. §. non exigit. ut in poss. leg.
s l. quoties quis. de uerb. oblig.
t l. in lege. locat.
u c. j. §. ad hoc. tam. hîc finitur lex. in usib. feud.
x l. hoc iure. de uerbor. oblig.
y l. ita stipulatus. uers. nec ante. eo.
z l. antepe. § habet. de no. oper.
a l. cũ postulassem. in prin. de damn. infect.
a l. fin. §. præterea. C. de iur. dot.
b l. naturalis. § j uersic. sed si. de præscrip. uerb.
c l. si ex legati. de uerb. obli. l. titiæ. §. fina. de legat. j.
d l. centũ. uer. neque de eo quod cert.
e d. l. cùm postulassem. in princ.

AXIOMA XVIII.

CReditor uerò in mora constituitur reali oblatione extra iudiciũ facta[f]: quæ, si debitum in specie consistit, etiam à culpa debitorem liberat[g]: uel à casu tantùm, si sit quãtitas[h]. Sed si in iudicio realis oblatio fieret, debitor liberaretur[i]: quemadmodum & per depositionẽ, & oblationem[k] congruo loco & tempore factam[l].

AXIOMA XIX.

SOla uerò uerbali oblatione creditor in mora non cõstituitur[m]: nisi debitum aut immobile esset[n], aut illiquidum[o], aut tale quod momẽto non explicetur[p]. Sed & ad impediendam pignoris uenditionem, uerbalis sufficit oblatio[q]: Sicut & eo casu, quo creditor affirmauit se debitum nolle recipere[r]: aut si debitorem alibi quàm debet conueniret[s].

AXIOMA XX.

MOra purgatur, ex facto non solùm perfecto, sed & inchoato[t], aut præparato[u]: imò sola reali oblatione[x], cùm per hanc creditor in ultima mora constituatur[y], quę priorem purgare solet[z]. Verbali quoque oblatione purgatur mora[a]. Quia cùm litis contestationem impediat, (negando enim tantum litem, contestamur[b],) quandiu lis contestata non est, tam diu purgari potest mora[c].

AXIOMA XXI.

IN quibusdam tamen casibus oblatio moram non purgat, putà si sit fauor publicus[d], aut diuersarum personarum respectus[e], aut sit tantum iudicij suscipiẽdi oblatio[f], aut si à mora purgatus, pœnam in quam per moram inciderat, petere ratione purgationis uellet[g]. Item si creditor diceret, se nolle recipere, & debitor item, se nolle dare: nam magis creditoris attenditur mora[h].

AXIOMA XXII.

PRoinde purgationem ipso iure non per exceptionẽ tantùm prodesse, ex eo dicimus, quòd lex ait, de-

c bitorem

f l. si per te. C. de usur.
g l. si mora. solut. matri.
h l. qui decem. in prin. de solut.
i l. si rem. §. si. de pignor. act.
k l. obsignatione. C. de solut.
l l. cthais. §. intra. de fideic. libert.
m d. l. qui decem. §. idem resp. in fin.
n argu. Authẽ. dos data. C. de donat. ante.
o l. statuliber rationem. de statulib.
p l. si is à quo. in princ. ut in poss. lega.
q l. fundus q lucij. de rescin. uend.
r argu. c. ij. de dolo & contu. in vj.
s Bald. l. acceptam. C. de usur.
t l. si insulam. uerb. facientẽ. & uerb. ædifices. de uerb. oblig.
u l. j. §. cepisse. de pollicit. l. si pecuniam. §. j. de cõd. causa dat.
x l. semel mora. solu. matri.
y l. si per te. C. de usur.
z l. illud. de pericu. rei uend.
a Docto. d. l. si insulam.
b Bartho. l. j. C. de lit. contest.
c d. l. si insulam.
d l. mora. de uerbo. oblig.
e l. fortissimi. cum seq. C. de erog. milit an lib. 10.
f l. si de cond. furt.
g Alexã. l. si mora. sol. matri. argu. l. cum proponas. ij. C. de pact.
h l. si per emptorẽ. in fi. de act. empt.

bitorem liberari[i]. Verbum enim LIBERARI, ipso iure liberationem importat[k]: tamen secus esset in obligatione, ubi dies & poena apponeretur: siquidem lapso die per exceptionem tantùm purgatur mora[l].

i d.l.si insulam.
k l.cum quis.§.j.de solutio.
l l.& si post tres.in fi. si quis cautio.

AXIOMA XXIII.

Regula est, Moram usque ad litis contestationem purgari posse[a]: Quam Iason in Iudæo non procedere ea ratione uoluit[b]: quia moræ purgatio ex æquitate contra ius strictum sit introducta[c]. Rigor autem Iudæis obseruetur[d]. Verùm cùm hæc ratio, ubi de peccato agitur locum habeat[e], Iasonem reprehendit Alciatus[f]: quoniam in aliis, quàm peccati casibus, Iudæi iure communi utuntur[g].

a l.si insul.l.de uerbor.oblig.
b Iason ibidē.nu.5
c l.si seruum. §.sequitur.eo.
d c. ij.& per totū. de Iudæis.
e clem.j.de usur.
f Alciat. parerg.ij. cap.xj.
g l.Iudæi.j.C.de Iudæis.

AXIOMA XXIIII.

Haec regula locum non habet, si mora illa in cautionibus iudicialibus ius actoris deterius fecerit[h]: aut si in conuentionalibus stipulationibus creditor ex mora aliquod damnum passus est[i]. Aequitas enim, ex qua mora purgationem nacta est, impedit, ne quis cum aliena iactura moram suam purgare possit[k].

h d.l.& si post.
i l.si cum dies.§. fin.cū seq.de arb.
k l. nam quod. de cond.indeb.

AXIOMA XXV.

Quoniam Scæuola ait, Moram purgari, si non multò post offeratur[l]: pleriq; Doctorum etiam ante litem moræ purgationem impediri crediderunt, si multò post fuit oblatio[m]. Sed ego cum Alciato contrà: quippe omne tempus ante litis contestationem, quātumcunq; magnum sit, modicum dicitur[n]. Et ideo semper ante litis contestationē lex purgationem admittit[o]: siue dies expressus nō sit[p], siue etiam sit expressus[q].

l l.si ita quis promiserit. §.item. in fi.de uerb.obl.
m docto. d.l.si insulam.
n d.l.si cū dies.§ fi.
o d.l.si insulam.
p d § fin.
q l.sed etsi alia. de const.pec.

AXIOMA XXVI.

Si dies, & poena in obligatione ponantur, quamuis dies tacitus esset, modò præuideri potuit[r], diei lapsus moræ purgationē impedit[s]. Nec refert, si ob id quòd promissum adimpleri intrà tempus præfixum non poterat, dies prolongatus sit[t]; aut si die ueniente pars operis sit soluta[u]; Tametsi quod solutū est in poenam compensari debeat[x]:

r l.j.uers.nisi forte. de pen.leg.
s l.magnam. C.de cont.stip.l.cel sus. in princ.de arbit.
t l. cum stipulatus sim mihi.de uerbo.oblig.
u l traiectitiæ. in princ.de actio.
x Gl. l.in exequutione. §.penul.de uerb.oblig.

AXIOMA XXVII.

Lapsus anni in stipulatione annua[a], non in legato annuo, moræ purgationem impedit[b]. Quia uerborum, quæ sola in stipulatione attēduntur[c], unica conceptio facit: ut annua stipulatio unica sit in diem[d]: Cuius diei aduentus, si poena sit adiecta, purgationem impedit[e]. At contrà uoluntas, quæ sola in legatis consyderatur[f], efficit, ut legatum annuum ob diuersas legatorum præstationes plura sint legata, & sub conditione[g]: cuius conditionis euentus obligationem tantùm parit[h].

a l.ij. C.de iure emphyt.
b l.j.de pen.lega.
c l.quicquid. de uerbor.oblig.
d Alciatus parad.j. cap.14.
e l.magnam. C.de contr.stipul.
f l. in conditionibus.de condit.
g l.iiij.de ann.leg.
h l.cedere. de uerb. oblig.

AXIOMA XXVIII.

Iure Canonico dies cùm poena purgationem non impedit[i]: sed nec iure ciuili, si aut contractus bonæfidei sit[k], aut dies præuideri non potuit[l], aut prorsus in debitoris fauorē[m] adiectus fuerit.

i c.potuit.loca.
k l.lucius. uers.neque.de act.empt.
l l.qui romæ. §. flauius.de uerb.obl.
m l. mancipiorum. de opt.leg.

AXIOMA XXIX.

Iuramentum litis decisorium, quia uim litis contestatæ[a] & nouationis habet[b], purgationem semper impedit[c]. Sed si tantum contractus confirmatoriū esset, nisi dolus adsit[d], purgationi non obstat[e]. Quia ex purgatione magis euitatur periuriū, quàm purgatione reiecta, ex poenæ præstatione[f]. Adde, Iuramentū æquitatem, ex qua nata est purgatio, semper conseruare[g]: & per consequens purgationem admittere, maximè iure canonico, secundum quod & iuramentum moderatur[h], & purgatio semper admittitur[i].

a l.nam postea. § si is qui. de iureiur.
b l.qui iurasse §.fi. eo.
c Docto.d.l.si insulam.
d l.si quis maior.ij. C.de transac.
e l.si.q satisd.cog.
f Cl.uerb. necesse. l. si pecuniam. in princip. de cond. caus dat.
g c.& si christus.de iureiur.
h c.fi. de foro compet.
i c.potuit.locati.

AXIOMA XXX.

Si obligatio cui mora facta est mouetur, post nouationem impeditur purgatio[k]. Secus est in quasi nouatione[l], quæ per poenalem stipulationem fieri solet[m]. Addebat Petrus purgationem impediri, quando promissa esset poena, rato manente pacto[n]. Sed Petrus à Bartolo reprehensus est[o].

k l.j.de nouatio.
l l.j. in princip.de pen leg.
m l. obligationum fere. §.fin de act.
n arg.l. traiectitiæ. §.de illo.eo.
o arg.l.si quis à socio.pro socio.

AXIO

AXIOMA XXXI.

DEbitor, poſtquã ſoluit, moram amplius purgare non poteſt[p]. cùm eius ſolutio uim litis conteſtatæ habeat[q]. Idem eſt, ſi lex ſtatim morã, ubi cõmiſſa eſt, exequeretur[r]. Et ideo legatarius ſimul atque unam ex alternatiuis rebus ſibi legatis petit, in altera moram non purgat[s]. Quia lex ipſo iure in illum legati prius petiti dominium tranſtulit[t].

p l. qui ob rem. de cond.in leb.
q l. amplius. rem rat.habe.
r l.j §. quibus. de ſucceſſ.edict.
s l.ſi is cui.de lega. ij.
t l.l.ritio.de furt.

AXIOMA XXXII.

DElictum moræ purgationẽ impedit[u], quoniam ſtatim à lege punitur[x]: niſi aut imperfectum eſſet[y], aut tractũ haberet ſucceſsiuum[z], aut huiuſcemodi eſſet, pro quo lex in id quod intereſt ſolum actionem daret[a]: uel illud niſi ex partis conſenſu non puniret[b]. Rurſus poſtquàm res eſt perempta, nullus purgationi locus eſt[c]: etiam ſi intra id tempus perijt, quo mora purgari poterat[d].

u l.j. §. ſi rem. de poſ.
x l.qui ea mente.de furt.
y l.iiij. §.ité labeo. de uſucap.
z l.ſi in lege §.colonus.locat.
a l.iij.§ ſi. de alien. iud.morand.
b l. hoc edicto. de publ.l.ij.C.de iure emphy.
c l. ſi ex legati. de uerb.oblig.
d l.ſancimus. uerſ. ſi.C.de fideiuſſo.

AXIOMA XXXIII.

SI obligatio unam perſonam, pœna aliã reſpiciat: aliqui moræ purgationem reijciunt[e]. Alij contrà, eo exiſtimant, quòd lex præter contrahentes in obligatione nullas perſonas conſyderat[f]. Alio caſu potius reijcietur purgatio, ſi actor, ut actionem ſibi quærat, moram purgare uellet: ſiue obligatio conditionalis ſit[g], ſiue pura[h]: tametſi nonnulli citra rationem diſſentiant[i].

e l.j §.fina. de ſtip. Seruo.
f §.alteri. Inſtit de inutil.l.iiij.i prin. rem pupil.ſal.
g l.thais. §.intra de fideı.liber.
h d.l.ſi is cui.de lega.ij.
i arg.l.ſi quis inẽtione.de iudic.

AXIOMA XXXIIII.

ALtera regula eſt, Moram poſt litis cõteſtationem purgari non poſſe[k]. Quoniam à litis conteſtatione, quæ uim contractus habet[l], inuito actore Reus non recedit[m]. Sic in appellationis cauſa mora nõ purgatur, cùm appellatio litis conteſtationem non extinguat[n]. Hæc autem regula intelligitur, modò id petatur, quod ratione moræ debetur: ſecus ſi id peteretur, in quo mora facta eſt, quia per petitionem uidetur renuntiatum moræ[a]: Idq́ quod petitur uſque ad ſententiam præſtari poteſt[b].

k d.l.ſi inſulam.
l l.iij §.idem ſcribit.de pecul.
m l.ſicut. C de act. l.inter ſtipul §.j. de uerb.obl.
n l. ita demũ. C.de procur.
a l.æmilius uerſ.probam.de mino.
b §.ſi.Inſtit.de perpet.

AXIOMA XXXV.

IN obligatione faciendi poſt litem mora nũquam purgatur[c]. Quia factum nõ eſt in obligatione, ſed in præſtatione duntaxat: idq́ uſque ad litis conteſtationem[d]. In obligatione uerò ſtandi etiam poſt litem mora purgatur, non quando petitur id, quod propter moram debetur: ſed quando id petitur, quod dari promiſſum eſt: ſiue illud præſtetur[e], ſiue offeratur & deponatur[f], aut extra iudicium realiter offeratur[g].

c d.l.ſi inſulam.
d l.j.de pen.lega.
e d.§.fina. Inſtit.de perp.
f l.acceptam. C.de uſur.
g l.qui ſibi. §.fina. à contra. ſenſ. de ſolutio.

AXIOMA XXXVI.

FIdeiuſſor in iudicatum ſolui ſtipulatione uſque ad ſententiam, ſi Reus ſeſe defendat, liberatur[h]: quia ob id quòd citius committatur iudicatum ſolui ſtipulatio[i], tardius illius moræ purgatio impeditur[k]. Rurſus fideiuſſor pro euictione obligatus, etiam poſt ſententiam moram purgare poteſt[l]: quia ad id tantùm tenetur, ut emptori rem uenditam habere liceat[m]. Item in arbitrarijs actionibus, ex quarum natura[n] uſque ad ſententiam mora purgatur[o].

h l.iij.§.fina.cũ ſeq. iudic.ſol.
i Barth.d.§.fin.
k arg.l.eum qui in princ.de iureiur.
l l. fideiuſſor euictionis.de excep. dol.
m l. habere licere. de euictio.
n § præterea quaſdã.Inſtit.de act.
o l. hoc edicto. in prin.de publ.

AXIOMA XXXVII.

QVi ipſo iure unum pro alio ſoluere poteſt, id ad exequutionem uſq; poteſt[p]. Quare qui alternatiuè debet, non ex ultima uoluntate[q], ſed ex contractu: quãdocunq; moram ſuam purgare poteſt[r], licet in creditore ſecus ſit[s]. Sed etſi in ipſa litis conteſtatione duntaxat mora committatur, illa uſque ad ſententiam purgari poterit[t]: ne eodem tempore & committatur, & eius purgatio impediatur[u]. Poſtremò, actor ut actionem ſuam conſeruet, uſq; ad ſentẽtiam moram ſuam purgare poterit[x]: tametſi pro quærenda actione ne ante diem quidem purget[y], ob id quòd in debitoris damnum non admittatur purgatio[z].

p l.item ueniunt.§. idem rectè.de petic.hæred.
q l. huiuſmodi. §. ſtichum.de leg.j.
r l.eum qui certorum.§.ſi.de uerb.
s l.ſi quis ſtipulatus ſit ſtichũ.eo.
t l. ſi maior. ij. C. de tranſact.
u l. quod dicimus. de ſolutio.
x l.ſi rem.§.fina.de pig.act.
y l.ſi is cui.de lega. ij.
z l.utiq;.de arbitr.

AXIOMA XXXVIII.

INter moræ effectus præcipuus eſt Rei interitus, circa quem duæ ſunt regulæ: Prima eſt, Quia re ante morã extincta, debitor liberatur in ſtipulatione tam dandi[a], quàm faciendi[b], in

a l.ſi ſtichus.de uerbor.oblig.
b l.ſi deceſſerit. qui ſatiſda.

legatis[e], in deposito,[d] in uenditione[e], in cõstituto[f], in dote[g], in pignore[h], rei uendicatione[i], commodato[k], locato[l], usufructu[m], & sententia[n]. Horumq́ omniũ ratio est: quod debitor neq; de casu[o], neq; de impossibili teneatur[p].

AXIOMA XXXIX.

DEbitor liberatur siue res ante moram interierit, siue in hominum cõmercio esse desijt[q], uel in Tyranni manibus sit[r], uel à malis hominibus intercepta[a], aut effecta sacra[b], uel publica, seu principis[c], aut reperiri non posset[d]. Idemq́ esset, si ista post interpellationẽ, nõ congruo tempore factam, acciderent[e]. Idem quoq; est, si ante congruam interpellationem debitor rem alienasset, & postea perijsset[f]; nam periculum debitor non pręstat, etiam si creditor actionem in rem haberet, quam debitor eum habere ignorabat[g]; secus si sciret[h].

AXIOMA XL.

IN contractibus innominatis debitor ante moram de rei periculo non tenetur[i]; siquid tamen accepit, illud restituere debet[k]: quia licet ei à quo accepit, ante perfectum contractum pœnitere[l]. Rursus debitor ante moram periculum non præstat, etsi in culpa fuerit[m], modò illa causam periculo non dederit: secus si dedit: ueluti, si seruum, quem sciebat se debere, occidit[n]: aut si alius in ipsius odium occiderit[o].

AXIOMA XLI.

DEbitor generis, quoniam genus perire non potest[p], ob rei interitum nõ liberatur[q]. Dicitur autem debitor generis tribus modis. Primo, si alternatiuè obligatus est[r]: unde una ex rebus alternatiuis perempta non liberatur[s]. Secundo, si speciem generaliter promisit[t]. Et ideo qui hominem generaliter promisit, Sticho uel ante moram mortuo non est liberatus[u]. Tertio, generis debitor est, qui quantitatem promisit[x], nisi illa speciei loco esset: ut cùm quis pecuniam quæ in arca est promitteret[y], uel cùm contẽplatione certæ speciei pecuniam promisit. Quo casu perempta specie neque in contractibus[z], neque in ultimis uoluntatibus debitor pecuniam debet[a]. Nisi aut aliter conuentum esset[b], aut sola pecunia in obligatione esset[c], aut cum creditoris damno locupletior fieret[d], uel in suscipiendo iudicio morosus fuisset[e].

c l. si ex legati. de uerb. oblig.
d l. si in asia. §. fina. depos.
e l. si uina. ij. de peri. rei uend.
f l. si duo. §. fina. de const. pec.
g l. si is qui. de iure dot.
h l. quę fortuitis. C. de pig. act.
i l. item si uerberatum. §. fin. cũ seq. de rei uendic.
k l. argẽtũ. cõmod.
l l. maritus. locat.
m l. arboribus. §. natis. de usufr.
n l. si homo. de re iudic.
o d. l. quæ fortuitis. l. cũ duobus. §. dãna. pro soc.
p l. impossibilium. de reg. iur.
q l. is qui alienum. de uerb. oblig.
r l. cum in plures. §. uestimẽta. locat.
a l. argẽtũ. cõmod.
b l. inter stipul. §. sacrã. de uerb. obli.
c l. idem Iulianus. §. fin. de leg. j.
d l. cũ res. §. j. uersi. itaq. eo.
e l. cũ filius fa. §. fin. de uerb. oblig.
f l. uẽditor. ij. uersi. si ego de hæred. uend.
g Bart. l. non ab re. in fi. C. un. le ui.
h l. j. §. si rẽ. de pos.
i l. naturalis. §. j. uersi. sed etsi. de præscrip. uerb.
k l. si. uersi. & ideo. de cond. cau. da.
l l. si pecuniam. in princ. eo.
m l. si is qui ex stipulatu. de actio.
n l. si seruum. §. de illo. de uerb. obl.
o arg. l. si merces. §. culpa. locat.
p l. in ratione. ij. § mercedes. ad l. falc.
q l. incendium. C. si cer. peta.
r l. ij. § j. in fine. de uerb. oblig.
s l. sti: hũ aut pamphilum. in princ. de solutio.
t l. seruo generaliter. de opt. leg.
u l. homine. eo.
x d. l. incendium.
y l. planè. §. j. de lega. j.
z l. in naui. in fi. locati.
a l. titiæ. in fi. de lega. j.
b l. fundũ. Cornel. de nouat.
c l. in illa. j. de uerb. obli. l. ut uxori. de dot. præleg.
d l. hominẽ. mãd.
e l. electio. §. si is quem. de noxa.

AXIOMA XLII.

DEbitor generis, si speciem solenniter obtulerit[f], aut creditoris culpa genus perijt[g], uel in ipsius creditoris fauorem contractus principaliter factus est[h], aut in se periculum creditor suscepit[i], de rei interitu non tenetur. Sic igitur nec eo casu, quo pecuniæ genus principis rescripto reprobatum est: & ita perijt[k].

f l. obsignatiõe. C. de solutio.
g l. fine hæreditaria. de neg. gest.
h l. titius. de præscrip. uerb.
i l. quę fortuitis. in fi. C. de pig. act.
k Alciat. l. cũ quid. uerb. eadẽ bonitate. si cer. petat.

AXIOMA XLIII.

DEbitor non morosus in casibus, in quibus custodiam præstare debet, ut si sit carceris custos[l], uel argentarius[m], uel pastor[n], ob rei interitum non liberatur. Nisi prius docuerit fortuito casu interitum contigisse[o]. In alijs uerò casibus creditor debitoris dolum culpam'ue probare debet[p].

l l. si. §. fi. de custo. reor.
m l. si quis ex argẽtarijs §. prohibet. de edend.
n l. si quis fundum. §. unp. loca.
o l. quoties. uersic. j. de probat.
p l. cum ita. §. species. de leg. j.

AXIOMA XLIIII.

SEcunda regula est, Debitorem specie post moram perempta teneri[a], tam in cõtractibus[b], quàm in ultimis uoluntatibus[c], aut alijs quibuscunq; actibus[d]. Quoniam mora species delicti est[e], ob quod lex fingit rem extare[f], morosumq́ compellit non solum rei æstimationẽ[g], sed & fructus[h], usuras[i], idq́ quod interest pręstare[k]; quãuis creditor post moram debitoris in petendo parum diligens fuerit[l].

a l. quod te. si cert. peta.
b l. si in Asia. §. fin. depos.
c l. cum res. §. fi. de lega. j.
d l. in condẽnatione. §. unicuiq. de reg. iur.
e l. dolus. mandat. Alex. l. si mora. solu. matri.
f l. si seruum. §. fina. de uerb. oblig.
g l. uinum. si cert. peta.
h l. apud Iulianum. §. fructus. de lega. j.
i l. mora. §. in bonæfidei. de usur.
k l. iij. §. cũ per uenditorem. de act. empt.
l l. merito. de ui & ui arm.

AXIOMA XLV.

CVm res apud debitorem perijt, si perinde apud creditorem erat

peritura;

peritura: quęstio est, an debitor teneatur? Nam quidam teneri negant[m], quamuis debitor dolosus esset[n], aut creditor priuilegiarius[o]. Alij contrà sentiunt[p], cùm lex dicat, morosum omnino periculū præstare oportere[q]: nō solùm in delictis[r], uerùm etiam in cōtractibus, & ultimis uoluntatibus[s].

AXIOMA XLVI.

Nos arbitramur, debitorem de re apud se perempta minimè teneri, si bonæ fidei possessor esset, & res apud creditorē perinde peritura erat[t] & ita Cassium generaliter loquētem perstringo[u]: cùm enim duæ leges de Cassio mentionem faciant, generalis per specialem est restringenda[x]. Si uerò malæfidei possessor esset, omne rei præstat periculum[y]. Contrà, ab omni periculo est tutus eo casu, quo creditor in mora[z] esset neque ullum delictum cōmiserit ipse debitor[a]. Sed hæc ex his, quæ in arte nostra exposuimus sunt declaranda.

AXIOMA XLVII.

Alij sunt moræ effectus. Nam à tēpore morę in cōtractibus bonæfidei[b] & legatis usuræ debētur[c]: itē & fructus[d]. Sed in contractibus stricti iuris, usuræ non debentur, nisi sint per stipulationem promissæ[e]: neque fructus, antequam lis contestata fuerit[f]. Nisi rem, quæ quandoque mea fuit, peterem: tunc adhuc à tempore moræ fructus debentur[g].

AXIOMA XLVIII.

Vltimus moræ effectus est, ut contra furem[h], uel eum, qui dolo moram commisit, res perempta, quanti plurimi à tempore moræ fuit, æstimetur[i]. Sed etsi res post morā fiat deterior, moræ tēpus consyderatur[k]. Sunt & alia tēpora puta cōtractus[l], litis cōtestatę[m], sentētię[n], ad quę rei peremptæ æstimatio referri solet: qua de re infrà suo loco latius dicemus[o].

m l. si plures. §. fin. de pos.
n l. si cū exceptione. § quòd si homo ꝗ met. caus.
o l. si is q. in princ. de iure dot.
p l. cum res. §. fina. de lega j.
q l. si filiofami. §. si post sol mat.
r l. j. § rectissimè. de ui & ui.
s d. l. apud iulianū. §. ipsius quoq; de lega. j.
t l. illud. in princi. de peti. hæred.
u l. si plures. §. fina. depos.
x l. sed & posteriores. de legib.
y d. l. illud.
z l. si is qui. de iure dot.
a l. pe. in fi. de ui & ui ar.
b l. mora. §. in bonæfidei. de usur.
c l. in minorum. C. in quib. caus. in integ.
d l. usuræ. l. mora. § j. de usur.
e l. iij. C. de usur.
f l. uideamus. ij. § si actionē. de usur.
g l. Iulianus. j. de rei uend.
h l. in re furtiua. de condi. furt.
i l. pen. rer. amota.
k l. pe. de condict. tritic.
l l. fundum cornelianū. de nouat.
m l. uinū si cer. pet.
n l. iij. § in hac. cōmod.
o dixi in tractatu de eo ꝗ interest.

DE MORA.



DIFFICILIS est Moræ diffinitio, qua demonstrari possit, quomodo mora committatur: propterea quòd in facto magis, quàm in iure consistat[a]. Attamen ita diffiniri potest, quod ad uerbi pertinet significationem: Mora est cuiusque rei dilatio sine ratione facta[b]. Itaque circa huius Moræ tractatum de tribus est uidendum: Quomodo mora committatur, quomodo purgetur: & quomodo, si purgata nō sit, noceat.

MORA committitur duobus simul interuenientibus: & quòd per te facta sit dilatio, & quòd sciebas non esse faciendum[c]. Per te autem dicitur facta duobus modis: Primò, Si rē dare poteras, & non das[d], ex quo sequitur, eum nunquam in mora esse, qui propter impossibilitatem dare non potest[e]; imò sola difficultas, licet obligationis natiuitatem minimè impediat[f], obstat tamen, quominus mora committatur in iudicijs[g], arbitrijs[h], ultimis uoluntatibus[i], contractibus[k], quamuis iurata esset promissio[l], aut pœnalis[m], siue in facto[m], siue in danda specie consistat[n]: nec refert, an difficultas illa ex personæ impedimēto proueniat[o], an ex paupertate[p]. Veruntamen qui sua diligētia huiusmodi difficultatem euitare potuit, non excusabitur à mora[q]; sicut nec eo casu, quo difficultatem præuidere potuit, & nihilominus promisit[r]: ut si quem in iudicio sistere promiserim, à mora non excusor propter difficultatem[s], cùm illam præuidere potuerim[t]. Sed & illum nulla difficultas excusat, qui promisit se facturum, & cum effectu aliquid curaturum[u]: quoniam adiectio illa, cum effectu, rem omnimodo effici oportere significat[x]: qua adiectione non apposita, sufficeret promissorem curare, & facere quod posset[y]. Præterea est obseruandum, promissorem generis, uel quantitatis, nisi illa tanquam species deberetur[z], nulla difficultate excusari[a], cùm nec etiam propter impossibilitatem, uel casum excusaretur[b], ea ratione, quòd genus perire non possit[c], modò creditor in recipiendo moram non commisit[d], aut aliud impedimentum non præstiterit[e]: aut nisi debitor sine ullo dolo[f] beneficium haberet, ne ultra quàm posset conueniretur[g]: aut nisi ea lege se obligasset, ut solueret, cùm commodè posset[h]: nam & ille, qui à lege hoc

a l. mora in princi. ff. de usur.
b l. sciendum ff. de usur.
c l. quod te. si cert. pet.
d l. quoties. §. in potestate. ff. de nox. act.
e l. continuus. §. cū quis. de uerb. obl.
f l. ij. §. ex his. de uerb. oblig.
g l. ij. §. si quis in iudicio. si quis caution.
h l. iiij. §. si in arbi. de except. doli. l. Celsus. § j. de arbitr.
i l. cū seruus. l. cum res. § pe. de leg. j.
k l. tin §. pe. ad leg. rhod. de iactu.
l l. si. qui satis. cog.
m d. l. ij. si quis cau. in prin.
m d. l. cū seruus. l. j. §. si frater. de collat. bon.
n arg. l. iiij. §. fin. de act. empt. & d. l. quod te.
o d. l. sciendum. de usur.
p l. si procuratorē. §. pen. mand.
q d. l. ij. §. si quis tamen. si quis caut.
r l. pe. de iure dot.
s l. sanciendum. in prin. uerb. no potuerit. C. de fideiuss.
t d. l. ij. in fi.
u l. a too l. ita stipu. §. pallum. de uer. oblig.
x l. si no mortis. in fi. de inoffi. testa.
y Barto. cons. 236. incip. ob lu tunus.
z l. plane. §. j. de lega. j.
a l. ii. de nau. fœno. l. ad diē. de uerb. oblig.
b l. incēdium. C. si cert. pet.
c l. in ratione §. in certæ. ad l. falci.
d l. si per ēptorē. in fi. de act. emp. l. j. §. si rē. de eo per quem.
e l. ii. de lege commis. l. itē illa. ubi Barto. de consti. pecu.
f l. pe. de iure dot.
g l. diuortio. uersi. sed & postea de neg. gest.
h l. nepos. de uerb. signi.

benefic

beneficium habet, ne ſoluat, niſi cùm cõmodè poteſt, ſemper ex difficultate excuſatur: ut eſt negotiorum geſtor quando à ſeipſo exigere debet[i], uel hæres, qui rem aliquam redimere iuſſus eſt[k].

Secundo per te dicitur facta dilatio, quando dolo feciſti, quo minus rem in poteſtate haberes[l]; quoniam perinde eſt, ac ſi rem in poteſtate haberes[m]. Quod uerum eſt quando de ipſius damno agitur[n], aut ipſius dolus illi noceat[o]: Secus ſi de illius lucro ageretur[p], ne illi proprius dolus proſit[q]. Nec refert, an dolo uero, an præſumpto quis fecerit, quo minus rem in poteſtate haberet[r]. Idem etiam, ſi lata culpa hoc fecerit[s]: illa namq; dolo æquiparatur[t]. In hoc tamen dolus à culpa differt: quia mora per dolum facta, confeſtim ad æſtimationem agitur[u]: ſed ſola culpa interueniente, dilatio cõpetit, intra quam res repræſentari poſsit[x].

SECVNDVM, quod neceſſariò requiritur, ut mora commiſſa dicatur, eſt, ut moroſus ſciat, ſe nõ debere moram facere. Dicitur autem ſcire, etiam ſi neſciat, ſed ex iuſta cauſa ſcire debeat[y]: quia idem eſt Scire, uel Scire potuiſſe[a]: Intelligere, uel Intelligere debere[b]: Habere, uel Habere debere[c]. Ceſſabit autem iuſta ſcientiæ cauſa, ſi ex temporis diuturnitate[d], uel negotiorum frequentia & qualitate, allegetur obliuio[e]. Idem ſi proponatur, factum eſſe alienum, quia uel eſt hæres, uel per procuratorem contraxit[f]. Idem ſi allegaretur, quod debitum liquidum non eſt[g], tametſi pars debiti, ſi quæ liquida ſit, perſolui debeat[h], illamq; creditor accipere cogatur[i].

SED contrà, uidetur quòd ſcientia non ſufficiat, ut mora committatur, ſed interpellatio neceſſaria ſit[a]; quoniam lex ait, nõ ex re moram fieri, ſed ex perſona: id eſt, ſi interpellatus opportuno loco non ſoluerit[b]. Ego exiſtimarem, duorum caſuum diſtinctione oppoſitionem eſſe diluendam. Primus eſt, ut in ſupradictis caſibus, & alijs ſimilibus, in quibus iuſtam ſcientiæ cauſam debitor non habet, interpellationem eſſe neceſſariam[c].

i d.l.diuortio. ver. non enim.
k l.Thais. uerſic. j. de fideicom. lib.
l d.l.quod te.
m l.parem. de reg. iur.
n l. qui reſtituere. de rei uendic.
o c.culpa. de regu. iur. in vj.
p argu. l. relegatorum. in fin. de interd. & releg.
q l.j. § plane. de tutel. & rat. diſt.
r l.fina. § fina. ubi Doct. ad. l. rhod. de iactu.
s l. mulier. §. ſed enim. §. penul. ad Trebel.
t l.j. § j. ſi mẽſ. fal. mo. dixe.
u l.cũ res. uerſi. ſed ſi alibi. de leg. j.
x l.ſi conſtante. §. ſi uxor. ſol. matr.
y d.l.quod te. in fi.
a l. ſi duo ſunt. de acqui. hæred.
b d.l.quod te. in fi.
c l.pen. §. cum ita. ubi Bart. de aur. & arg. leg.
d argu. l. peregre. de acquir. poſſ.
e Barto. l.ij. §. obſeruari. C. de iur. calum.
f l.qui in alterius. de reg. iur.
g l. non poteſt uideri improbus. de reg. iur.
h l.qui ſolidum. in princ. de leg. ij.
i l.quidam. ſi cert. peta.
a l. ſi ex legati. de uerb. oblig.
b l.mora. in princi. de uſur.

In hoc itaque primo caſu regula conſtituitur, quòd interpellatio etiam extraiudicialis debitorẽ in mora conſtituit[d], etiam in contractu ſtricti iuris[e]: adeò ut facta tutori, uel reo pupillo[f], aut fideiuſſori noceat[g]: nec refert, an ipſe, an procurator meus interpellet[h]. Item non intereſt, an interpellatio fiat de debito, an de conditione adimplenda[i]: nõ curatur item quibus uerbis fiat, etiam ſi creditor tantum diceret, Egeo mea pecunia[k]: quoniam humanis uerbis debitorem admonere ſufficit[l]: & maximè cum, cui reuerentia debeatur, qui ex eo conſtituitur in mora, quòd illi dixero, Emi domũ, & debeo pretium[m]: admittitur enim cõtra huiuſmodi perſonas interpellatio, quæ aliàs non ſufficeret[n].

Porrò quibuſdam caſibus hæc interpellatio non ſufficeret: Primo, ſi facta eſſet non congruo loco[o] & tempore[p]: ſed hoc intelligendum putant interpretes legum, excepto Accurſio[q], de ſolutione, quæ ſemper congruo loco & tempore facienda eſt[r]. Interpellatio uerò, inquiunt, quocunque tempore & loco fieri poteſt. Sed hac in re uidetur lex pugnare, quæ ait, admonitionem die dominico factam neminem urgere.

Secundo, in his quæ officio iudicis debentur, non ſufficit extraiudicialis interpellatio, ſed iudicialis requiritur[s]. Vnde putarẽ, æſtimationis reſpectu, quia illa tantùm officio iudicis debetur[t], morã nõ cõmitti, niſi iudiciali interpellatione interueniente[u]: cùm ante non ſubſiſtat iudicis officium[x].

Tertio, ſi minor debitor eſſet, non ſemel tantùm, ſed ſæpius eſt interpellãdus[y]: hoc eſt, plus quàm bis[z]. Alioqui ſi maior eſſet, qui deberet, eum ſemel interpellare ſufficit[a].

Quarto, poſt interpellationem nõ ſtatim debitor eſt in mora, ſed modicum tempus habet, quo ſolutioni ſe præparare poſsit[b], quod arbitrio iudicis eſt relinquendum[c], cùm lege præſtitutum non ſit[d].

Quinto, putauit Salicetus, creditorem à debitore prius in mora conſtitutum, non poſſe debitorem ipſum poſtea in mora conſtituere, niſi per litis

c l.Titiæ. §. fin. de leg. j.
d Gl. mag. in princ. l. uinum. ſi certũ pet.
e l. uideamus. §. ſi actionẽ. de uſur.
f l. ſed ſi ex ſtipulatu. de uerb. obl.
g l. mora. de uerb. oblig.
h l. ſi quis ſolutioni. §. mora. de uſur.
i l. j. §. item ſi. ad leg. falcid.
k Bart. per l. etiam hoc modo. de lega j. & d.l. uinũ. ubi Docto.
l l. quidã Iberus. de ſeru. urb.
m Purpur. d. l. uinum. num. 36.
n argu. l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. de oper. no. nunt.
o d.l.mora in princip. de uſur.
p l.ij. de in ius uoc.
q l.ſi. C. de ferijs.
r d.l.mora. in princ. l. ſi ſoluturus. de ſolu.
s l. cùm poſtulaſſem. in princi. de dam. infect.
t l. cẽtũ. uerſi. neq; enim. de eo q; cert. loco.
u d.l.uinum, ſecundum unũ intellectum. & l.fin. de cond. trit.
x l. ædiles. ij. §. itẽ ſciendũ. de ædil. edic.
y l. qui romæ §. eo hæredes. uerſi. ſæpius. de uer. obli.
z l. ueluti. §. hæc uox. in fi. de edẽ.
a l. uria ſeio. §. uſuræ. de leg. ij.
b l. ſi quis filium. §. ſtipulat. de coll. bon.
c Gl. uerb. reſtitui. in princ. l. Aemilius. de minor.
d l. j. in fine. de iure delib.

litis contestationem[e]. Sed Alexander (respondens, hoc uerum esse, si actor ante litem contestatam non interpellat) Saliceto repugnat[f] quoniam creditor in pœna, licet difficilius euitetur[g], quàm mora purgetur[h], debitorem in mora constituit, simul atque accipere est paratus, licet prius fuerat in mora[i]: & ideo Salicetus communiter reprehenditur[k], quoniam ultima mora semper nocet[l], etiam mulieri[m].

Sextò, uoluerunt nonnulli debitorem, qui ante interpellationem iam in mora esset, à mora illa per hanc interpellationem purgari[n], & maximè quando interuenisset stipulatio[o]. Sed horum argumentum procedit, ubi uera mora fieret à lege, alia ab homine, quo casu à legis dispositione uidetur esse recessum[p]: alioqui si bis ab homine debitor interpellaretur, gemina interpellatio adeò moram aggrauat, ut postea purgari non possit[q]: quoniam quæ ad unum effectum sunt inducta, contrarium effectum operari non debent[r].

Septimò, unica interpellatio non impedit, quo minus, si actoris nihil intersit[s], debitor illam moram purget[t]: secus si bis interpellatus fuisset[u]. Item non impedit hæc interpellatio quominus debitor ex difficultate excusetur à mora[x].

Octauò, ex citatione, & libelli oblatione debitor in mora non constituitur[y]: quoniam libellus offertur, non ut debitor interpelletur, sed ut deliberet, an cedere, an contendere uelit[z]: & idcirco pendente illo deliberationis tempore, debitor præcisè non potest uideri interpellatus[a], nisi in ipso libello præcisè interpellaretur, & quatenus soluere differret, eum condemnari actor peteret[b]. Nunc uideamus de secundo casu.

IN HIS casibus, in quibus debitor scit se debitorem, aut ex iusta causa scire potest, interpellari non debet[c]: quia tantùm operatur manifestum, quantum interpellatio[d]. Et idcirco emptores simul atque re uendita fruuntur non soluto pretio sine interpellatione sunt in mora[e], sicut & omnes malæfidei possessores[f]: item & omnes

e l. sed & si alia. uersusque ad tempus. de constitut. pecu.
f Alex. d. l. uinum. num. 49.
g l. Celsus. §. fina. cum l. seq. de arbitr.
h l. & si post tres. si quis caut.
i l. si insulam. de uerb. obl.
k l. si & per emptorem. §. fin. de act. emp.
l l. illud. de peric. & cō. rei uend.
m l. semel mora. solut. mat.
n l. Aemylius. uers. dicebam. de minor.
o l. si stichum. in prin. de nouat.
p l. fina. C. de iure dot.
q l. traiectitiæ. §. de illo. de act. & ob.
r l. legata inutiliter. de leg. j.
s l. si cùm dies. §. si. cum l. seq. de arbitr. d. l. & si post tres.
t d. l. si insulam.
u d. l. traiectitiæ. §. de illo.
x d. l. quod te.
y l. denonciasse. in princ. ad leg. iul. de adulter. ubi Barto.
z l. j. in princ. de eden.
a §. huic autē. Inst. de act.
b Alci. d. l. uinum.
c l. iiij. §. fin. de lege cōmis. l. ij. uer. sed omnimodo. C. de iure emph.
d Arg. l. emptorē. in princ. de act. empt.
e l. curabit. C. de act. emp.
f l. item ueniunt. §. petita. de petit. hæred.

prædones[g], qui idcircò ipso iure morosis æquiparari solent[h]: item & is, qui gerit negotia creditoris sui, statim quod à seipso non exigit quod debet, est in mora[i]. Item debitor, qui est obligatus ad factum successiuum, sine interpellatione constituitur in mora[k]. Et hac ratione dici solet, quòd si dies in obligatione sit[l], uel ex conuentione partium[m], uel ex legis dispositione[n], uel ex natura actus[o], illius diei lapsus perinde ac conditionis euentus[p], sine ulla interpellatione debitorem in mora constituit: quia ea quæ quis promisit, in memoria sua seruare debet, non autem petere, ut ab alijs sibi manifestetur[q]. Et hæc conclusio de die procedit etiam si ante diem debitor mortuus esset[r], & sic etiam contra hæredem, uel ignorantem, uel minorem[s]: quod secus esset in interpellatione hominis[t], quoniam debitor diuinare non potuit, quando interpellaretur: quæ ratio cessat, ubi dies est in obligatione[u]. Præterea hæc conclusio de die etiam locum habet in hora adiecta[x], aut si dixero, Promitto tibi ad talem diem, & quandocunque me interpellaueris: uel, & ab eo tempore arbitratu tuo[y]. Item procedit etiam si dies adiectus esset miserationis gratia[z]. Imò idem est, si dies omnino in fauorem debitoris adiectus est: puta, Non conuenies me ante talem diem: eo nanque die committitur mora[a]. Nec obstat, quòd fauor non debeat retorqueri in odium[b]: quoniam id uerum est principaliter, non in consequentiam[c].

Proinde quibusdam casibus dies non facit moram, puta, quia non est certa[d]: uel quia adhuc probabiliter debitor ignorat, an soluere teneatur[e], ut si succesit in alterius locum[f], uel sit alienum factum[g]: statim tamen cùm sciuerit, sine alia interpellatione in mora constituitur[h]. Rursus, si debitor & creditor sint diuersi fori, dies non facit moram[i]: sicut nec quando ageretur de magno præiudicio[k]: aut si dicerem, Volo teneri usque ad triginta dies[l]: aut quando dies esset apposita gratia multiplicandæ obligationis, puta, Promitto decem singulis annis[m], quia idem tempus obliga-

g l. merito. de ui & ui arm.
h l. inter stipul. §. pen. de uerb. obl.
i l. qui sine. in prin. de neg. gest.
k l. si ita stipulatus essem abs te. de uerb. obl.
l l. interdum. de uerb. obl.
m l. uinum. uers. si dictū. si cer. pet.
n l. ij. C. de iure emphy. uers. sed omnimodo.
o l. cōtinuus. §. iet qui. de uerb. obl.
p Gl. uerb. agēdū. l. ita stipulatus. de uerb. obl.
q l. magnam. in fi. C. de contrah & commit. stip.
r l. ad diem. de uerbo obl.
s l. Aemylius. uers. putabam. de minor.
t l. quod te. si cert. pet.
u l. si quis domū. uersi. idem. loca.
x Bald. l. j. col. iij. ne. lic. tert. prou. Vlpianus tamen cōtra respōdisse uidetur, d. l. iiij. §. fin. in fin. de leg. commiss.
y l. cùm stipulatus sim mihi à Proculo. in princ. de uerb. obl.
z Glo. j. l. si mora. solut. matr.
a Bald. l. fin. §. præterea. C. de iure dos.
b l. quod fauore. C. de legib.
c l. j. in princip. de auto. tut.
d l. qui Romæ. §. Flauius. de uerb. obl.
e Arg. d. l. magnā. in fi. à contrario sensu.
f l. qui in alterius. de reg. iur.
g l. si. in fin. ff. pro suo.
h l. cū ancillis. C. de incest. nup.
i Bart. l. itē illa. & ibi gl. uerb. nō uenit. de cōst. pec.
k l. j. §. licet. de per. & cōm. rei uend.
l l. emptorē. §. deniq. de act. emp.
m Barto. l. j. §. j. de penu leg.

tionem inducere non poteſt ſimul & moram[m]. Idem cùm dies eſt adiectus cauſa demonſtrationis[n], uel reductionis ad memoriam[o], uel commodioris præſtationis[p].

Cæterùm ſciendum eſt, & alios eſſe caſus, in quibus ſine interpellatione debitor in mora conſtituitur: Primò, in creditoribus priuilegiatis, quales ſunt, minor[q], eccleſia[r], fiſcus[s]: nam his, & alijs ſimilibus uſuræ ſine interpellatione debentur, quemadmodum in dote poſt biennium[t].

Secundò, ſi debitor iurauit ſe præſtare, nam etiam ſine interpellatione præſtare debet, ſimul atq; ſcit creditorem indigere[u], quoniam iuramentum uim litis conteſtatæ habet[x], poſtquàm certum eſt moram committi[y]. Et hoc uerum eſt, ubi debitum iuramentum præceſſerit: aliàs ſi unà cum iuramẽto naſceretur, ſecus eſſet: quoniam non poteſt quis uno & eodẽ tempore obligari, & in mora eſſe[z]. Attamen hoc iuramentũ non facit moram, ubi quis iurat ſe dare, cùm requiſitus erit[a]: aut ſi ſtatim poſt interpoſitum iuramentum creditor pecunia egeat: non enim debet debitor cum ſacco uenire paratus[b]. Aut quando uenditor eſſet, qui emptorem defenſurum ſe iurauit, nam[c] ei eſt denuntiandum, tametſi Alexander in hoc repugnet.

Tertiò, qui ſe facturum & curaturum promiſit ſine interpellatione, in mora conſtituitur[a]. Decius tamen contrà putauit, inquiens, Eum qui promiſit ſiſtere hominem, promittit curaturum & facturum[b], & tamen debet interpellari[c]. Sed reſponderi poteſt, talem promiſſorem factum alienum promiſiſſe, quo caſu interpellatio neceſſaria eſt[d].

Quartò, qui ante interpellationem dixit, ſe nolle adimplere quod promiſit, amplius non eſt interpellandus[e]: ſicut nec ille citandus eſt, qui ſe nolle comparare affirmauit[f].

Quintò, In obligatione pœnali interpellatio neceſſaria non eſt[g], ſed ſtatim pœna cõmittitur, cùm cõſtat debitorem adimplere nõ poſſe quod promiſit[h], niſi ſtipulatio de iudicio ſiſtendo eſſet[i]: quia cùm prætoria ſit ſtipulatio[k], pro æquitate prætoria requiritur interpellatio[l]: quare ſtipulatio de demoliendo opere nouo, non cõmittitur antequam iudex pronuntiet[m]. Imò in iſtis cautionibus iudicialibus non ſufficeret interpellatio extraiudicialis[n]. Sed de hac pœnali obligatione latius per Doctores ſuo loco tractatur[o].

Proinde ſciendum eſt, in omnibus ſupradictis caſibus, in quibus ſine interpellatione debitor in mora dicitur conſtitutus, ſi res pereat, quamuis fructuum & uſurarum nomine teneatur[p], attamen à re ipſa per interitum, ſi interpellatus non fuit, liberatur[q]. Et de hoc rei interitu loquuntur leges, quæ interpellationem in mora conſtituenda neceſſariam eſſe innuunt[r]. Imò uidetur non teneri de interitu, niſi in iudicio interpellatus ſit, quoniam æſtimatio rei interemptæ officio tantum iudicis debetur[r], ergo non ſufficit extraiudicialis interpellatio[s]. Et hæc ſatis ſint ad cognoſcendum, qualiter debitoris mora committatur.

NVNC paucis uidendum eſt, quo modo creditor in mora conſtitutus eſſe dicatur: Et in profeſſo eſt, debitorem non per ſolam depoſitionem[s], ſed per obſignationem, uel debiti depoſitionem & oblationem, congruo loco & tempore factam[t], liberari[u]: imò per ſolam oblationem realem in iudicio factam[x]. Per eam uerò quam extra iudicium facit, creditorem in mora conſtituere ſolet[y], & debitorem etiam à culpa liberaret, ſi ſpecies eſſet debita[z]: ſed ſi eſſet quantitas, à caſu tantùm liberaretur[x].

Sed an per ſolam uerbalem oblationem creditor in mora cõſtituatur? Et non conſtitui, reſponſum eſt[a], exceptis certis caſibus. Primò, ſi res immobilis eſſet, quę quia realiter offerri non poteſt, ſufficit uerbo offerri[c], modò rem ſolutioni paratam haberet[d].

Secundò, ad impediendam pignoris irretractabilem uenditionem ſufficit uerbalis oblatio[e].

Tertiò, quãdo debitum liquidum non eſt, ſufficit debitorem uerbo offerre, ſe id, ad quod tenetur, facturum[f].

Quartò, ſi id debeatur, quod uno momento expleri non poteſt, uerbaliter

m l. quod dicimus. de ſolut.
n l. liber homo. §. v. de uerb. obl.
o d. l. ita ſtipulat. uerſic. quid ſi ab initio.
p l. ſi cum præfinitione. quando dies leg. ced.
q l. in minorũ. C. in quibus cau. in integ.
r Glo. uerb. iudiciũ. §. itẽ mixta. Inſtit. de act.
s l. cùm quidam. §. fiſcus. de uſur.
t l. fin. §. præterea. C. de iur. dot.
u c. j. §. licet. ſi de feudo defunct. cont.
x l. nam & poſtea. §. ſi is qui. de iureiur.
y l. ſi inſulam. de uerb. obl.
z l. quod dicimus. de ſolut. l. quoties in diem. de uerb. oblig.
a c. j. uerb. requiſitus. de noua for. fidel.
b Bart. l. eum qui. §. j. l. fin. de iureiur.
c l. j. C. de peric. & cõm. rei uend.
a Arg. l. in lege. ff. loc.
b l. quoties quis. de uerb. obl.
c l. & ſi poſt tres. cum glo. ſi quis caut.
d l. 4. §. non exigitur in poſſ. leg.
e c. ij. §. ad hæc. tit. hic finitur lex. in uſib. feud.
f c. eum qui. de dolo & cõtu. in vj.
g l. ſi penum. in fi. quando dies leg. ced.
h l. hoc iure. de uerb. obl.
i l. ita ſtipulatus. uerſi. nec eum. de uerb. oblig.
k d. l. & ſi poſt tres.
l Arg. l. j. de conſtit. pec. in princ.
m l. antepen. §. habet. de no. oper. nun.
n l. cùm poſtulaſſem. in princ. de dam. infect.
o Doct. d. l. ita ſtipulatus.
p l. fin. §. præterea. C. de iure dot.
q l. naturalis. §. ſed ſi ſciphos. de præſcrip. uerb.
r l. ſi ex legati. de uerb. oblig. l. Titiæ. §. fina. de legat. j.
r l. centum. uerſic. neq;. de eo quod cer. loc.
s d. l. cùm poſtulaſſem.
s l. ij. C. de uſur.
t l. Thais. §. inter. de fideicom. libert.
u l. obſignatione. C. de ſolut.
x l. ſi rem. §. fin. de pig. act.
y l. ſi per te. C. de uſur.
x l. ſi mora. ſolut. matr.
a l. qui decem. in princ. de ſolut.
b d. l. qui decem. §. idem reſponſum.
c Argu. Auth. dos data. C. de don. ante nupt.
d Bald. l. acceptã. §. quæ. C. de uſur.
e l. fundus qui Lucij. de reſcind. uend.
f l. ſtatuliber. rationem. de ſtatu lib.

liter offerre sufficit[g].

Quintò, si creditor diceret, se nolle recipere uerbalem oblationem constituitur in mora[h].

Vltimò, si debitor alibi quàm debeat cõueniatur, remittendus est, si dicat, se paratum in solutionis loco satisfacere[i], modò res solutioni parata fuerit[k]. Aduertendum est tamen, omnes hos casus locum non habere, si post uerbalem oblationem creditor incontinenti paratus est recipere, & debitor statim realiter non offert[l]. Ex his expeditus est primus moræ articulus.

NVNC de purgatione moræ. Purgatur itaq; mora non solum si perfectè adimpleatur promissio, sed etiam si inceptum fuerit adimplementum[m], aut etiam sola præparamenta facta[n]. Imò etiam si nihil fiat, sed tantum interueniat oblatio[o]: cùm enim oblatio creditorem in mora constituat[p], hæc creditoris mora, quæ ultima est, solet priorem debitoris moram purgare[q], sicut ultima negligentia priorem absorbet[r]: idq; ex æquitate contra iuris ciuilis rigorẽ admissum est[s]. Imò uolunt interpretes hoc casu, ut sola uerbalis interpellatio morã purget, cùm impediat litem contestari[t]: nimirum sola rei negatione inducitur contestatio[a]. Et si obijciatur, lex in purganda mora aliquod factum requirit[b]; per consequens sola uerbalis oblatio sufficere non uidetur[c]. Respondendum erit, Verbalem oblationem non sufficere, ubi momentum non habet[d]. Hîc autem magni effectus est, cùm litem contestari impediat.

Aliquando tamen hæc oblatio moram non purgat: ut si sit diuersarum personarum respectus. Vnde uidem[?], ultimam rei moram fideiussori, qui prius creditorem in mora constituerat, minimè nocere[e]. Similiter si dic obligationis cedente, creditor qui obuius fieret debitori, se nolle recipere diceret: & debitor diceret, se nolle dare: potius creditoris mora attenditur[f]. Tertiò, in pace uiolata, qui primo uiolauit, uiolatæ pacis pœnam petere ab eo, qui secundo uiolauit, non potest[g]. Rursus Reipub. fauor impedit, ne huiusmodi recipiatur oblatio[h]. Sed & si is, cui adimpleri debet conditio semel fuerit in mora, nihil postea operatur illius oblatio[i]. Præterea fur ex eo q; se offert, & iudiciũ suscipere parat[?], eit, moram suam purgare non potest[k].

Aduertendum est autem, hanc moram purgari non solum per exceptionem, sed etiam ipso iure, quoniam lex ait debitorem liberari[l], quod uerbum liberationem ipso iure contingere facit[m]: tametsi secus esset in obligatione, ubi dies & pœna apponerentur: quoniam post diei lapsum non purgatur mora, nisi per exceptionem[n].

SED usq; ad quod tẽpus mora purgari possit, constituuntur duæ regulæ. Prima est, Moram usq; ad litis contestationẽ purgari posse[o]. Quæ quibusdam casibus non procedit. Primo, Iason uult, Iudæum morã purgare non posse[p]: quoniam, inquit, ex æquitate quadam introducta est moræ purgatio[q]: rigor uerò in Iudæos obseruari solet[r]. Sed cõtrariam opinionẽ ueriorem existimant alij: tum quia Iudæus, exceptis casibus in quibus de pacto agitur[s], iure cõmuni utitur[t]: tum quia uerisimile nõ est etiam in materia strictã omne æquum & bonum ex quo purgatio admittitur esse arcendum[u].

Secundo hæc regula nõ procedit, si ob talem moram actoris quicquã intersset[x]: tunc enim cessat æquitas, à qua purgatio pendet[y]. Ex quo infert Baldus, Donatarium, qui ob alimẽta donatori denegata donatione priuat[?] est, morã suã purgare non posse, cùm maximè donatoris interfuit[a]. Veruntamen in cautione de iudicio sistendo, non omne interesse, sed illud tantùm, quod ius actoris deterius reddit, purgationẽ impedit[b], quoniã omnia alia dãna iudicis officio recupari possunt[c].

Tertio uolunt aliqui, post lõgi temporis lapsum purgationem non admitti, quamuis lis non sit contestata[d]. Sed Alciatus cõtrà, quoniam lex ait, usq; ad litis cõtestationem purgationem admitti[e], maximè cùm dies expressus non est[f]. Quinimo & Paulus idem respondet, cùm & dies expressus est[g]. Et ideo intelligitur lex quæ ait, moram purgari, si non multò post diem offeratur[h], de tempore ante litis con

g l. si is à quo. in princ. ut in poss. leg.
h c. ij. de dolo & contu. in vj.
i Bald. d. l. accepeam. j. quæst.
k Alex. l. si mora. solut. mat.
l l. aut qui aliter. in prin. quod ui aut clam.
m l si insulam. uer. facientem uerb. ædifices. de uerb. obl.
n l. j. § cœpisse. de pollic. l. pecuniam. §. j de con di. causa dat.
o l. semel mora. so lut. matr.
p d. l. si per te. C. de usur.
q l. illud. de peric. & cõm. rei uend.
r l. prætor. §. pen. de no. op. nun.
s l. si seruum. §. sequitur. de uerb. obl.
t Doct. d. l si insulam.
a Bart. d. l. j. C. de lit. contest.
b d. l. si insulam. uerb facientem.
c l. j. §. hæc uerba. quod quisq; iur.
d d. l. qui dotem. §. idem responsum. in fin.
e l. mora. de uerb. obl.
f l si & per emptorem. in princ & §. j. de act. emp.
g Alexã. d. l. semel mora. arg. l. cum proponas. ij. C. de pact.
h l. fortissimi. & nulli. de erog. mil. ann. lib. x.
i l. si quis hæredẽ. C. de instit. & substit.
k l. fin. de condit. furt.
l d. l. si insulam.
m l. cùm quis. §. j. de solut.
n l. & si post tres. si quis caut.
o d. l. si insulam.
p Iason d. l. si insulam. num. 4.
q d l. si seruum. §. sequitur.
r c. ij. de Iudæis.
s d. c. ij. & Clem. fin. de usur.
t l. Iudæi. C. de Iudæis.
u Alciat. Parerg. lib. 11. cap. 13.
x l. si cùm dies. §. fi. cũ l. seq. arb. l. si ita quis promiserit. §. Seia in fi. de uerb. obli.
y d. l. si seruum. §. sequitur.
a l. utiq. de arbitr.
b l. etsi post tres. si quis caut.
c l. fancimus. C. de iudic.
d d. l. si cùm dies. § fin. cum l. seq. d. §. Seia. in fi.
e d. l. si insulam.
f d. l. si cùm dies. §. fin.
g l. sed & si alia. de constit. pec.
h d. §. Seia. in fin.

tis contestationem, quod qualecunque sit, dicitur modicum[i].

Quartò, si dies & pœna in obligatione ponatur, excluditur purgatio[k]: pœna enim solet sub conditione apponi[l], quæ cõditio expressim obseruanda est[m]: nec refert si dies ille tacitus sit, modò præuideri potuit[n]. Itẽ nihil interest, si diẽ prolongaui ad opus faciendũ, quod propter moram debitor amplius facere nõ poterat[o]. Nec si ueniente die pars operis soluta sit admittitur purgatio[p], sed tantũ quod solutum est in pœnã compensatur[q]. Præterea dies etiã, quæ multiplicãdæ obligationis gratia apponitur, puta pro multis singulis annis decem, in cõtractibus purgationẽ impedit[a], non in ultimis uoluntatibus[b], quia in his ante diẽ neque obligatio, neque actio nascit[c], propterea quòd in annuo legato primi anni legatum purum est, sequentium conditionale[d]: secus in contractibus, seu stipulationibus annuis, quæ non plures sunt, sed una[e]: quoniam in illis sola uerba considerantur[f]. Vnde cùm annua stipulatio una uerborum conceptio est, perinde ac quæuis alia concipiatur, est una tantùm[g]: quamuis plures res unica cõceptione ob id plures stipulationes faciant[g], quòd contractus substantiã magis respiciant. Contrà in legatis legatarij bene merita præsumuntur[h], nec non testatoris uoluntas magis consideratur, quàm uerba[i]: quæ uoluntas multas præstationes ordinauit, multa igitur erunt legata. Veruntamen aperti iuris est, in stipulationibus iudiciarijs, modò non litis decisionem respiciant[k], sed sint iudiciorum præparatoriæ, diem purgationi non obstare[l], sicut nec cùm causa demonstrationis[m], uel reductionis ad memoriam[n], uel cõmodioris præstationis[o], uel prorsus in debitoris fauorem dies adiectus esset[p], sed nec iure canonico dies purgationẽ impedit[q], nec iure ciuili, ubi prouideri nõ potuit[r]: aut ubi contractus bonæfidei esset[s].

Quintò, si obligatio, cui mora facta erat nouata sit, post nouationem purgationi locus non est: tùm quia extincta est prior obligatio[t], tum quia nouatio uim litis contestatæ habet[u],

i d. l. si cum dies. §. fin.
k l. magnam. C. de contrah. & commit. stip. l. traiectitiæ §. de illo. de act. & obl. l. Celsus. in princ. de arbitr.
l §. alteri. uers. plane. Inst. de inutil. stip.
m l. qui heredi. in princi. de condi. & demonst.
n l. j. uers. nisi fortè. de penu leg.
o l. cùm stipu. sim mihi. de uerbor. oblig.
p d. l. traiectitiæ in princip. & d. §. scia.
q Glo. l. in executione. § pen. de uerb. obl.
a l. ij. C. de iure emphy.
b l. j. de penu leg.
c l. si in singulos. de annu. leg.
d l. iiij. de annu. leg.
e l. si Stichum. § j. de uerb. obl.
f l. quicquid. de uerb. obl.
g Alciatus Parad. j. cap. 11.
g l. scire debemus. de uerb. oblig.
h l. nec adiecit. pro socio.
i l. in conditionibus. de cond. & demonst.
k l. Celsus. in prin. de arbitr.
l l. & si post tres. si quis caut.
m l. liber homo. §. j. de uerb. obl.
n l. ita stipulatus. uers. quod si ab initio. de uerbor. oblig.
o l. si cũ præfinitione. uers. si. quando dies leg. ced.
p l. mancipiorum. de op. leg.
q c. potuit. locati.
r l. qui Romæ. §. Flauius. de uerb. oblig.
s l. Lucius. uersic. neq; eius. de act. empt.
t l. j. de nouat.
u l. alia. de nouat.

postquàm certum est purgationem impediri[x]. Secus tamen esse uolunt interpretes in quasi nouatione, quando fit per pœnalem stipulationem[y], post quam adhuc Doctores purgationem admittunt[z].

Sextò, Petrus uoluit ex Aphricani responso[a], purgationem impediri, quando pœna promissa esset rato manẽte pacto: quo casu pœna simul, cum principali[b], cùm alràs unum tantùm peti potest[c]. Sed quoniam Aphricani responsum eo casu procedit, quo dies & pœna in obligatione ponuntur, tuncque purgationẽ impediri antè ostẽdimus, Bartolus Petrũ reprehendit[d].

Septimò, mora si statim post illam facta est executio, nõ purgatur: ut si debitor in facto nõ errãs soluerit[e]: solutio enim habet uim litis cõtestatæ[f]: Idem si à lege fieret executio[g], nec ulli alij, quàm moroso mora noceret[h]: & ideo legatarius simul atque unum ex alternatiuis petit, nocere & petitionẽ purgare non potest[i]: quoniã lex ipso iure in eum legati dominium transfert[k].

Octauò, multi purgationem respuũt in obligatione iurata tribus rationibus: Prima, quòd lex ait, mox pœnã præstandã[l]. Sed alij respõdent, dictionẽ MOX, intra modicũ tempus purgationẽ non impedire[m]. Secunda ob iuramentum, quod uim litis cõtestatæ habeat[n], & renouationis[o]. Sed respondet, hæc uera esse in iuramento litis decisorio, non cõfirmatorio contractus, de quo loquimur. Tertia, quia iuramentum uim interpellationis habeat[p]: unde si alia postea interueniat interpellatio, illa geminata purgationem impedit, quia gemina interpellatio tantùm operatur, quantum renuntiatio[q]: purgatio autem post renuntiationem impeditur[r]. Sed respondent alij, hoc uerũ esse, ubi timeretur periurium[s]: at is qui morã purgat, factũ adimplendo, magis periurium euitat, quàm is qui purgatione reiecta condẽnatur in id quod interest[t]. Præterea iuramentum æquitatem, ex qua nata est purgatio[u], conseruare solet, non autem tollere[x]. Adde, quòd ob iustam causam admittitur purgatio[y]. Iusta autem causa semper à periurio excus

x d. l. insulam.
y d. l. obligationũ ferè. §. fin. de act. & obl.
z l. j. in princip. de penu leg. l. cùm fine. l. si penum. quando dies leg. ced.
a l. traiectitiæ §. de illo. de act. et obl.
b l. pen. ff. de transact.
c l. rescriptum. §. si pacto. de pact.
d l. iiij. §. q Stichũ. quod certo loc. l. si quis à socio. pro socio. l. si qr rem. de arbitr.
e l. qui ob rem. de cond. indeb.
f l. amplius. rem rat. hab.
g l. j. §. quibus. de succes. edict.
h l. mancipiorum. de opt. leg.
i l. si is cui. de legat. ij.
k l. à Titio. de furt.
l l. si quis maior. ij. uers. mox. C. de transact.
m l. quod dicimus. de solut.
n l. nã postquàm. § si is qui. de iureiuran.
o l. qui iurasse. §. fin. de iureiur.
p c. j. de form. fidel in fi.
q l. si mulier. ij. C. ad Velleian.
r l. sancimus. uers. nisi. C. de fideiuss.
s cap. j. de form. fidel. in fi.
t Glo. uerb. necesse. l. si pecuniam. in prin. de cond. ob cau.
u l. si seruũ. §. sequitur. de uerb. obl.
x c. & si Christus. de iureiur.
y l. ij. §. j. si quis caut.

excuſat[a]. Item contractus iuratus ad ius canonicum reducendus eſt[b]. Ius autem canonicum nunquam purgationi obſtare ſolet[c]. Concludendum eſt igitur, iuramentum litis deciſorium purgationi ſemper obſtare: ſed non confirmatorium, niſi moroſus & dolum adhibuerit[d].

Nono, quoties ſtipulatio ob maleficium eſt commiſſa, impeditur purgatio[d]: quoniam ſtatim poſt delictum commiſſum lex ipſo iure delicto facit executionem[e]: niſi cùm delictum perfectum non eſt[f]: & idcirco in factis tractum ſucceſſiuum habentibus non impeditur purgatio[g]: ſicut nec eo caſu, quo lex nullã propter maleficium introduxit pœnam, ſed tantùm in id, quod intereſt, actionem concedit[h]. Idem ubi lex maleficium non punit, niſi ex partis conſenſu[i], unde emphyteuta moram purgare poteſt[k]; item & publicanus[l].

Decimo, ſi res debita perijt, nullus eſt purgationi locus[m], etiam ſi perijt intra id tempus, quo mora purgari potuit[n]: quoniam ſuprà docuimus, moram non purgari, ſi creditor ex ea damnum paſſus ſit[o]: præſtando tamen æſtimationem ab omni alia pœna liberatur debitor[p]: quod aliqui uerum eſſe putant in fideiuſſore, qui alieno facto obligatur: aliud cenſent in reo[q].

Vndecimo, ſi principalis obligatio nomine unius facta eſt, pœna alterius nomine appoſita, aliqui purgationi locum non eſſe contendunt[r]. Contrà alij, quoniam lex ipſo iure tali caſu obligationem tertio non quærit[s]: præterea non uidetur meliorem conditionem tertiò, quàm ſibi feciſſe[t]. Vndè cùm admitteretur purgatio, ubi pœnam mihi ſtipulatus fuiſſem, admittitur quoque cùm tertio ſtipulatus ſum, niſi unà cum pœna dies adiectus eſſet[u]: quo caſu ſuprà diximus purgationem ſemper impediri.

Poſtremò, nonnulli uoluerunt, actorem ut actionem ſibi quærat moram purgare non poſſe[x]: alij reprehendunt ex illo uulgari, quòd actoris potior cauſa ſit in principio iudicij[y]: & contrariam legem intelligunt in obligatione conditionali, quæ propterea, quòd nominatim adimplẽda ſit[z], purgationem impedit, ſi diem habeat: aliud ſi non habeat[z]. Sed ego uereor, ne prior ſententia uera ſit in caſu, quo loquitur[a]. Quemadmodum enim non admittitur purgatio rei in detrimentum actoris, ita nec purgatio in rei damnum. Sed iam ueniamus ad ſecundam regulam.

SECVNDA Regula eſt: Moram poſt litis conteſtationem purgari non poſſe[b]. Rationem hanc adfert Bartolus, quia per litis conteſtationem interuenit duplex mora, quæ magis nocet, quàm una[c]. Sed Alexander Cumano duce Bartolum reprehendit, tum quia prima interpellatio ſuper promiſſione, litis conteſtatio ſuper intereſſe facta ſit: tum quia gemina interpellatio non impedit purgationẽ, niſi & lis ipſa conteſtaretur, licet aliqui contrà dixerunt. Vnde aliam adfert rationem, quòd per litis conteſtationem quaſi contrahatur[d], à quo contractu inuito actore recedere non licet[e]. Adde duplicem contemptum, & partis, & iudicis obſtaculo purgationi eſſe[f]. Vnde exiſtimauit Imola, purgationem ceſſare, ſi ſtatuto caueatur, inſtrumenta executioni demandanda eſſe perinde ac ſententia[g]. Similiter in cauſa appellationis impeditur purgatio: quia appellatio licet ſententiam extinguat[h], non tamen tollit litis conteſtationem, ſed appellantem ad eum ſtatum reſtituit, in quo erat litis conteſtatæ tempore[i].

Quibuſdam caſibus non procedit hæc ſecunda regula: Primò: quando actor petijt ipſum factum, & lis ſuper eo conteſtata eſt: nam poterit ipſum factum uſque ad ſententiam præſtari, cùm præſtetur quod petitum eſt[k]: per huiuſmodi enim petitionem iuri ſuo ex mora quæſito tacitè renunciauit[l]: & hic caſus in obligatione dandi locum ſibi uendicat[m], in qua non ſuccedit obligatio in id quod intereſt[n]. Aliud in ſtipulationibus faciendi, in quibus aliàs plenè demonſtrauimus, intereſſe tantum in obligatione eſſe[o], maximè ſecundũ cõmunẽ ſententiam poſt litis conteſtationem[p].

In dan

a l. fin. qui ſatiſda. cog.
b c. licet mulieres. cap. fin. de foro compet. in vj.
c d. c. potuit. loca. c. ſua. de pœnis.
d d. l. ſi quis maior.
d l. j. §. ſi rem depoſitam. depoſ.
e l. qui ea mente. de furt.
f l. iiij. § item labeo. de uſucap.
g l. ſi ſ lege. §. colonus. loca.
h l. v. §. fin. de alie. iud. l. ſi quis libellos. C. de appell.
i Doct. l. fin. C. de iure emph. & d. c. potuit.
k l. ij. C. de iure emphy.
l l. hoc edicto. de public.
m d. l. ſi ex legati. de uerb. oblig.
n l. ſancimus. uerſi. fin. C. de fideiuſſ.
o l. utique. de arbit.
p l. cum res. §. ſed ſi Stichus. de lega. j.
q l. ſi ſeruum. § ſequitur. in princ. de uerb. obl.
r l. j. in fin. de ſtip. ſeru.
s l. iiij. in princip. rem pup. ſal. fo.
t Arg. l. præter. C. de ſeruit.
u d. l. j. §. finali. de ſtip. ſer.
x l. Thais. §. intra. de fideicommiſ. libert.
y l. ſi quis intentione. de iudic.
z l. qui hæredi. in princ. de con. ſi. & demonſt.
z l. j. §. item ſi ita. ad leg. falc.
a d. l. ſi is cui. de leg. ij.
b d. l. ſi inſulam.
c d. l. ſi mulier. ij. C. ad Velleia.
d l. iij §. idem ſcribit. de peculio.
e l. ſicut. C. de act. & obl.
f Doct. d. l. ſi inſulam.
g Imola d. l. ſi inſulam.
h l. j. §. fin. ad Turpil.
i l. ita demum. C. de procur.
k §. fi. Inſti. de perpet. & temp. act.
l l. Aemilius. uerſi. putabam. de minor.
m l. interdum. §. fi. de uerb. obl.
n l. ubi. §. fina. de uerb. obl.
o l. ſi ita quis. de euict. dixi plenè in l. quatenus.
p l. ſtip. non diuiduntur. uerſ. Celſus. de uerb. obl.

In dandi ergo obligatione non solùm si præstetur lite iam contestata quod petitum est, sed etiam si offeratur, & deponatur[q]: uel etiam solùm offeratur uel uerbo in iudicio[r], uel extra iudicium realiter[s], licet Bartolus contra crediderit[t], purgabitur mora.

Secundò, In stipulatione iudicatum solui admittitur purgatio, puta cùm fideiussor promisit iudicatum solui: promisisse intelligitur, quòd reus sese defendet[a]: quandocunque autem se defendet usque ad sententiam, fideiussor liberabitur[b]; quoniam in obligatione facti in omne id quod interest, non committitur stipulatio, nisi toto tempore lapso, quo factum explicari potest[c]. Vnde cùm in stipulatione iudicatum solui specialiter admissum sit, ut non expectato toto temporis lapsu in stipulātis fauorem in totum committatur eum aliud inductum est ut usq; ad sententiam purgetur mora[d]. Vel aliter, quidam uoluerunt, fideiussorem non purgationis causa liberari, sed ob ius superueniens, cùm reus se intra litē defendat[e].

Tertiò, Fideiussor qui de euictione promisit, etiam post sententiam moram purgare potest[f]: quia ad aliud obligatus non est, quàm & faciat emptorem habere licere[g].

Quartò, Aliqui putabant, in pœnis legalibus, quæ ex delicto nascuntur, usq; ad sententiam purgationi locum esse[h], ea ratione, quòd actor agat de lucro captādo, quod non ita facilè admittitur, ut dāni euitatio[i]. Sed hæc sententia uera non est[k]: unde dicēdum est, in arbitrarijs actionibus usque ad sententiam purgationi locū esse[l]: quoniam illorum pœna non tam propter ablationem, quàm propter moram non restituendi est introducta[m].

Quintò, Is cui lex potestatem concedit unum pro alio soluendi, usq; ad executionem soluere potest[n]: tametsi is, qui ab homine eiusmodi facultatem haberet, non ita uariare posset[o]: quia durius cum homine, quàm cum lege agitur[p].

Sextò, Si in ipsa litis contestatione tantum mora cōmissa sit, usq; ad sententiā admittitur purgatio[q]: quia eodem tempore quo mora committitur impediri purgatio non debet[r].

q l. acceptam. C. de usur.
r l. si rem. § fin. de pig. act.
s l. qui sibi. § fin. de solut.
t Bart. d. l. si insulam. num. 12. per l. sed si alia. de constit. pec.
a l. iam tum. § in hoc. ij. iud. solui.
b l. iij. § fin. cum l. seq. iud. sol.
c l. si ita stipulatus essem abs te. de uerb. oblig.
d Arg. l. eum qui in princ. de iureiur.
e Arg. d. l. si rem. § fi. de pig. act.
f l. fideiussor euictionis. de doli ma. except.
g l. habere licere. de euict.
h l. hoc edicto. in princ. de publica.
i l. si is qui stichū. cum seq. de act. & obl.
k l. qui ea mente. de fur. l. pen. ui bon. rap.
l l. si cum exceptione. § j de eo quod met. cau.
m l. j. in princip. de publi. § præterea. Instit. de act.
o l. item ueniunt. § idem rectè. de pet. hæred.
o l. si quis stip. sit x. in melle. de solut.
p l. celsus. in fin. de arbit.
q l. si maior. ij. C. de transf. l. si pacto quo pœnā. C. de pact.
r l. quod dicimus. de solut.
s d. l. si rem. § fin. de pig. act. l. Celsus. § fin. cum l. seq. de arbit.

Septimò, Actor ad confirmandam actionem suam, moram usq; ad sententiam purgare potest[s], tametsi ad acquirendam etiam lite nondum contestata non purget, ut suprà diximus[t]. Facilius etiam conseruatio, quàm acquisitio permittitur[u].

Vltimò, Aliqui concedunt debitori alternatiuo, ut quoties uoluerit soluat alterutrum[x], tametsi creditor qui sibi electionem stipulatus est, nisi dixerit, QVEM VOLAM, uariare non possit[y]. Imò nec debitor in ultimis uoluntatibus[z], quia ultimas uoluntates in pendenti esse non oportet[a], imò quasi semper executionem secum important[b].

SVPEREST postremò ut de Moræ affectibus dicamus, inter quos præcipuum est rei periculum, in quo duæ regulæ constituuntur.

Prima est, Quòd specie ante morā extincta debitor liberatur in stipulatione[c], siue dandi, siue faciendi, in legatis[d], in deposito[e], in uendicatione[f], in constituto[g], in dote[h], in pignore[i], in rei uendicatione[k], commodato[l], locato[m], in sententia[n], in usufructu[o]. Huius regulæ multiplex est ratio: tum quia nulla est obligatio impossibilium[p], nec eorum, quæ post obligationem contractam impossibilia efficiuntur[q]: tum quia extinguitur obligatio, si ad eum casum res deueniat, à quo incipere non potest obligatio[r]. Adde quòd casus debitori, nisi illius adsit culpa, imputari non potest[s], nec censebitur in culpa esse, si post interpellationem non congruo tempore factam res periret[t], uel si ante congruam interpellationem rem alienasset, & postea perijsset[u], modò in ea creditor ius reale haberet, quo casu debitor sciens de periculo teneretur[x]: secus si ignorans alienasset[y]. Adde præterea nihil referre, an res interierit, an in horū cōmercio esse desierit[z], aut in tyrāni manibus sit[a], uel à malis hominibus sit intercepta[b], aut effecta est sacra[c], aut publica, uel principis[d], aut reperiri non possit[e]: & hoc modo dolum suū debitor abesse pbet[f]. Quinimò

seq. de arbit.
t l. si is cui. de leg. ij.
u l. patre furioso. de his q sui sunt iur.
x l. cum qui certorum. § fi. de uerb. oblig.
y l. si quis stipul. sit stichū. de uerbor. obl.
z l. huiusmodi. § stichum de leg. j.
a l. fi. cōmu. præd.
b l. apud Aufidiū. cū gl. de ope. le.
c l. si Stichus. de uerb. obl.
c l. si decesserit. qui satisd. cog.
d d. l. si ex legati. de uerb. obl.
e l. si in Asia. § fin. depo.
f l. si uina. ij de peric. & comm. rei uend.
g l. si duo. § fin. de consti pec.
h l. si is qui. de iure dot.
i l. quæ fortuitis. C. de pig. act.
k l. item si uerberatum. § fi. cum l. seq. de rei uend.
l l. argentum. cōmod.
m l. Martius. loca.
n l. si homo. de regul. iur.
o l. arboris. § nauis. de usufruc.
p l. impossibilium. de reg. iur.
q l. inter stip. § sacrā. de uerb. obl.
r l. pe. § fi. de uerbo. obl.
s l. cum duobus. § dūm. pro socio.
t l. cùm filiusfam. § fi. de uerb. obl.
u l. uenditor. j. uersi. si ergo. de hæredi. uel act. uend.
z l. j. § si rem depositam. depo.
y Bart. l. non ab re. in fi. C. unde ui.
z l. is qui alienum. de uerb. obl.
a l. cùm in plures. § uestimenta. loca.
b d. l. argentum. commod.
c d. § sacram.
d l. idem Iulianus. § fin. de leg. j.
e l. cū res. § j. uersi. itaq;. de leg. j.
f l. cum ita. § species. de leg. ij.

imò etiam procedit regula in contractibus innominatis, in quibus periculum ad eum pertinet qui rem accipere debet, saltem eo respectu, ut non possit agere ad implendum contractum, uel ad consequendum interesse[g]; non autem quo ad rei quam dedit repetitionem impediendam[h]; qui licet ei, qui dedit, ante implementum accipientis poenitere[i]. Rursus si debitor ante moram fuit in culpa, quæ tamen causam interitus non fecit, de periculo non tenetur[k]: Secus autem si debitoris culpa, aut facto illius iniusto res perijsset: ut si occiderit seruũ, quẽ nesciebat se debere[l], uel alius in ipsius odium occiderit[m]: liberabitur tamẽ debitor, si actiones aduersus occisorem creditori cesserit[n]. Cæterùm obseruandum est, debitorem de rei interitu aliter nõ liberari, quàm si probauerit rẽ casu perijsse[o]. Qui etiã dolum uel casum allegat, illũ probare debet[p]: maximè is, qui de custodia aliqua tenetur, ut carceris custos[q], argentarius[r]: secus si de custodia non teneatur[s]. Proinde hæc locum nõ habent in debitore generis, qui de casu & interitu tenetur[t], ea ratione, quòd genus perire non possit[u]. Dicitur autem debitor generis, qui alternatiuus est debitor[x], qui idcirco una ex alternatiuis rebus perempta minimè liberatur[y]. Dicitur item generis debitor, qui hominem in genere debet[z]. Qua ratione is non liberatur, qui hominem generalem debet si unus mortuus sit[a]. Tertio Generis est debitor, qui quantitatem debet, quoniam illa extingui non potest[b], nisi pecunia, tanquam certa species, deberetur, puta quæ est in arca: nam illa speciei æquiparatur[c]: imò si contemplatione speciei deberetur quantitas, specie perempta debitor liberatur, tam in cõtractis[d], quàm in legatis[e], aut quasi delictis[f], siue uni, siue pluribus debeat[g]: siue ex facto proximo, siue ex alieno sit obligatus[h]: quoniam pecunia in speciei locum subrogata, speciei conditionem assumit[i], modò species principalis causa esset, propter quam pecunia deberetur: quo casu ea cessante, cessare & effectus debet[k]: secus si

g l. naturalis. §. sed & si sciphos. de præscrip. uerb.
h l. si. uersi. & ideo. de cõdi. cau. dat.
i l. si pecuniam. in prin. de cõdi. ob cau.
k l. si q ex stipulatu. de act. & obli.
l l. si seruũ. §. de illo. de uerb. obli.
m Arg. l. si merces. §. culpæ. loca.
n l. huic scripturæ. ad leg. aquil. l. cũ qui. de pericu. & cõ. rei uend. l. pe. in prin. sol. mat.
o l. si quis fundũ. §. imperator. loc.
p l. quoties. uersi. j. de proba.
q l. si. §. fin. de custo. reo.
r l. si quis ex argẽtariis. §. prohibet. de eden.
s l. cùm ea. §. species. de leg. ij.
t l. incendium. C. si cert. pet.
u l. in ratione. ij. §. incertæ. ad legẽ falcid.
x l. ij. §. j. de uerbo. oblig.
y l. Stichũ aut Pãphilum. in princ. de solut.
z l. seruo. j. de opti. leg.
a l. homine. de opt. leg.
b d. l. incendium.
c l. planè §. j. de lega. j.
d l. in naue. in fine. loca.
e l. Titiæ. in fin. de leg. j.
f l. si seruus, in princi. de furt.
g l. filiusfa. in fi. de leg. j.
h l. electio. §. si is quẽ. de noxalib.
i l. si eum. §. qui iniuriarum. si quis caut.
k l. adigere. §. quãuis. de iure patr.

ipsa species non in obligatione, sed in conditione tantùm esset[l], aut si tacite à speciei obligatione esset recessum[m]: uel expressè actum esset, ut perempta specie debitor teneretur[n]: uel si debitor in iudicio suscipiendo morã commisit[o]: uel sua negligentia cõsequeretur lucrum cum creditoris detrimento[p]; aut aliter locupletior esset ex eo quòd pretium apud se haberet[q].

Veruntamẽ certis casibus generis debitor casus periculum non præstat, ueluti si speciem solenniter obtulerit[r], nam exceptionis ope liberatur, imò quandoq; ipso iure[s]. Idem est si culpa creditoris genus siue quantitas perijt[t]: aut in illius fauorem principaliter contractus factus esset[u], aut quando conuentum esset, ut creditoris esset periculum[x]: idem si pecuniæ genus rescripto principis sit reprobatum, & ita perijt[y].

SECVNDA regula est, quod debitor perempta specie post morã tenetur[z]: idq; in omnibus cõtractibus[a], ultimis uoluntatibus[b], & alijs quibuscunque actibus procedit[c]. Ratio est, quoniam mora species delicti est[d], ob quod lex fingit rem peremptam extare[e], ne frustratio sua cuiquã prosit[f]. Et eapropter debitor post moram non solùm rei peremptæ æstimationẽ præstat[g], sed & omnes fructus[h], usuras[i], & interesse[k]. Nec refert, si post moram creditor in his rebus petendis parum diligens fuerit[l], aut si res eo tempore perijt, quo mora purgari poterat[m]. Sed quid si eodem modo species quæ perijt, apud ipsum creditorem peritura erat, si illã habuisset, ac apud debitorem perijt? Articulus controuersi iuris est, nam pleriq; dicunt, debitorem nõ teneri[a], quoniam lex ait, naturalem interitum debitorem etiam dolosum non obligare[b], quãuis priuilegiarius esset creditor[c], modo ille creditor rem distracturus non erat antequam perijsset[d]. Cõtrariam partem receptior interpretũ sententia sequitur[e], cùm lex dicat, morosum omnino detrimentũ pręstare debere[f], etiam si res chasmate perierit[g]. Chasma autem perinde apud creditorem contigisset, ac apud debitorem

l l. in illa. de uerb. oblig.
m l. uir uxori. de dot. præleg.
n l. fundum cõra. de nouat.
o d. l. electio. §. si is quem.
p l. hominem. man dati.
q l. si possessor. §. fi. de pet. hæredi.
r l. obsignatione. C. de solu.
s l. qui decem. in prin. de solut.
t l. siue hæreditaria. de neg. gest.
u l. Titius. de præscrip. uerb.
x l. quæ fortuitis. C. de pig. act.
y Alcia. l. cùm qd. uersic. eadem bonitate. si cert. pet.
z l. quid te. si cert. pet.
a l. si in Asia. §. fin. depos.
b l. cùm res. §. fina. de leg. j.
c l. in condemnatione. §. unicuiq;. de regu. iur.
d l. dolus. ff. mãda. Alexã. l. si mora. sol. mat.
e l. si seruum. §. fin. l. nemo. §. j. de uerb. oblig.
f l. hominẽ. mand.
g l. uinum. si certũ pet.
h l. apud Iulianũ. §. fructus. de le. j.
i l. mora. §. in bonæ fidei. de usur.
k l. rem. § per uenditorem. de act. emp.
l l. merito. de ui & ui arm.
m l. tancimus. uersi. fin. C. de fideiuss.
a Gl. ij. l. quod te. si cert. pet.
b l. si plures. §. fina. depos.
c l. si is qui Stichũ, in prin. i. de iure dot.
d l. nẽ si uerberatũ. §. fi. de rei uendi.
e l. si cũ exceptione. §. quod si homo. quod me. cã.
f l. si filiofam. §. si post. sol. mat.
g l. cùm res. § fina. de leg. j.

contigit. Et hoc non solùm uerum est in delictis[h], quia ex delicti tempore delinquēs plus quàm frustrator est[i], uerum etiam in contractibus, & ultimis uoluntatibus[k].

In conciliandis his legibus alij aliter atque aliter distinguunt. Nos ita, ut si sit bonæfidei possessor, non teneatur de re quæ perinde apud actorem peritura erat[l]: quia bonæfidei possessor pendente bona fide, nō potest dici in mora esse[m]. Et idcirco Caßij responsum indistinctè loquentis, ad hunc bonæfidei possessorē restringitur[n]. Quapropter cùm alibi simpliciter ait, depositarium non teneri, si depositum apud deponētem perinde periturum erat[o], de deposito bonæfidei possessore intelligendum est. Qui uerò est malæfidei possessor, simul & morosus, ille indistinctè omne rei præstat periculum[p]. Et ideo simplex debitor morosus omne periculum præstat[q]: quoniam morosus semper malæfidei possessor est: quia nemo morosus est, nisi sciat se debere[r]: ubi uerò quis scit, statim malæfidei possessor est[s]: tametsi econtrà, quis potest malæfidei possessor esse, non tamen morosus: & talis de interitu non tenetur, nisi post moram[t]. Et ideo hìc à bonæfidei possessore non differt. Si uerò non possessor, sed actor est in mora, nemo de interitu tenetur[u], præterquàm in delictis, quæ periculum in delinquentem transferunt[x], nisi facto creditoris res interijt[y], aut in ipsius inuidiam species sit occisa, quibus casibus debitor nunquàm periculum præstat[z].

h l.j. §. rectißimè. de ui & ui arma.
i l.pen. in fin. de ui & ui arma.
k l. apud Iulianū. § ipsius quoque. de legat. j aliàs, Aphricanus.
l l.illud. in princ. de pet. hæred.
m d.l. quod te.
n d.l. illud. de peti. hæred.
o d.l. si plures. §. fi.
p d.l. illud.
q d.l. item si uerbe ratū. §. final. l. nemo. §. j. de uerb. obli. d.l. cùm res. §. fi. d.l. si filiofa. §. si post.
r d.l. quod te.
s l. item ueniunt. §. petitam. de peti. hæred.
t d.l. nemo. §. j. de uerb. obli.
u d.l. si is qui. de iure dot.
x d.l. pen.
y l. legis. ad legem aquil.
z Argu. l. si merces. §. culpæ. loca.

SVNT & alij moræ effectus plures, nam à tempore moræ in contractibus bonæfidei usuræ debentur[a]: item & in legatis, seu fideicommissis[b]. Idem in alijs contractibus stricti iuris, modò usuræ per stipulationem promissæ sint[c]. Rursus in contractibus bonæfidei fructus à tempore moræ debentur[d]. Idem etiam in contractibus stricti iuris, modò petantur ex re quæ mea quandoque fuit[e]. Sed si nunquàm fuit mea, à litis tantum contestatæ tempore debebuntur[f]. Prætereà à tempore moræ quanti res unquàm plurimi fuit cōtra furem æstimatur[g], uel contra eum, qui dolo suo malo moram contraxit[h]. Sed & si res post moram deterior facta est, æstimatio eius, quod deterius factum est, ad moræ tempus reducitur[i]: quia rem talem habuisset creditor, si ante moram tradita fuisset[k].

Sed & alia sunt tempora, ad quæ refertur rei peremptæ æstimatio: nūc tempus litis contestatæ[l], nunc sententiæ[m], nunc rei peremptæ[n], nunc solutionis[o], nunc contractus[p], nunc contractus & sententiæ[q]: qua de re fusius in lege quatenus, diximus.

a l. mora. §. in bonæfidei. de usur.
b l. in minorū. C. in quibus cau. in integ. resti.
c l. iij. C. de usur.
d l. usuræ. l. mora. §. j. de usur.
e. l. Iulianus. §. de rei uend.
f l. uideamus. ij. §. si actionem. de usur.
g l. in re furtina. de condi. furt.
h l. pen. rerū amot.
i l. pen. de cōd. trit.
k l. si sterilis. §. cū per uenditorem. in fi. de act. emp.
l l. uinum. si certū peta.
m l. iij. §. in hac. cōmod.
n l. hominē. māda.
o d.l. hominem.
p l. fundum cornelianū. de nouat.
q l. iij. si per uenditorem. de actio. empt.

FINIS.

De Fructibus & Impensis.

TRACTATVS IIII.

AXIOMA I.

FRVCTVS strictè[a], largè[b], & fictè usurpantur[c]. Strictè (quà à ferendo Varrone teste deducti sunt[d]) omne id quod fertur, modò renasciturū sit, appellatur[e]: ut fructus arboris est, quod ex arbore nascitur[f]: fructus fundi, quod ex fundo[g], siue sint lapidicinæ[h], siue arbores, modò cæduæ sint[i]; siue uenatio[k], modò fructus fundi ex uenatione cōstet[l], sic fructus pecudum sunt fœtus, & similia, quæ renasci solent[m], ut lac, pilus, lana[n].

a d.l. j. de glan. leg.
b l. fructus. de reg. iur.
c l. j. C. de fruct. & lit. expen.
d Copus tract. de fructib. lib. cap. j.
e l. diuortio. §. si uir. solu. matri.
f d.l. j.
g l. item si fund. in prin. de usufr.
h d. §. si uir.
i d. l. diuortio. §. si fundum.
k l. usufructuariū uenari. de usufru.
l l. uenationem. de. usur.
m l. plerunque. §. si serui. de iur. dot.
n l. in pecudum. de usur.

AXIOMA II.

ANcillæ tamen partus licet renascatur, propter hominis dignitatem in fructū non est[o]: neque pecudum fœtus, qui submissus gregē retinet[p]. In restituēda tamen in diē hæreditate ancillæ,

o §. in pecudū. uer. partus. Institu. de rer. diuisi.
p l. deducta. §. hæreditatē. ad treb.

ancillæ partus ante diem natus, quasi ususfructus esset, nõ restituitur[q]: cùm & usumfructum partuũ ancillæ constituere possimus[r].

q l. Paulus. de usufr.
r Lucius. de usufr.

AXIOMA III.

Large uerò Fructus, quasi à fruẽdo deducti[s], pro quacũq; rei fultione, & cõmoditate[t], & pro ipso usufructu accipiuntur[u]. Vnde arbores etiã non cæduæ, modò uetustæ sint[x], uel ui tempestatis euulsæ, in fructu sunt[y]. Sic pensiones[z], mercedes, operæ, uecturæ[a], usuræ[b], id quod interest[c], & generaliter omne quod ad usum hominum inductum est[d], modò illud huiusmodi sit, ut iterari[e], sal tem in genere suo soleat, fructuum lo co habetur[f].

s Argu. l. j. de usufru. l. j. quãdo dies usufruc. leg. in princ.
t l. fructus. de reg. iur.
u l. si quis ita legauerit. de usufruc.
x l. agri. eo.
y l. arboribus. eo.
z l. prædiorum. de usur.
a l. mercedes. de pet. hæred.
b l. usuræ. de usur.
c l. iiij. § j. si ser. uen dic.
d l. pen. de usufruc. legat.
e Bar. l. quædam. § nihil. de edend.
f Bar. l. si. § o. matr.

AXIOMA IIII.

Tertiò Fructus dicuntur fictione legis, qui impẽsa[g], uel opera deducta supersunt[h]: siue bonæfidei possessor: siue illius procurator[i], siue etiã prędo impensas fecerit[k]. Nullus enim casus, ne quis cum aliena locupletetur iactura[l], interuenire potest, qui hoc genus deductionis impediat[m], quàmuis lex diceret, fructus integros esse restituendos[n].

g l. j. C. de fructib.
h Glo. fin. l. per diuersas. C. mādat.
i l. fructus sol. matrim.
k l. idemq; § idem labeo. manda.
l l. si à patre § fin. de pet. hæred.
m l. plane. eo.
n l. fundus qui. in fi. prin. fam. ercis.
o l. j. cum gl. C. de his quib. ut indi.

AXIOMA V.

Quibusdam casibus impensæ ex fructibus non deducuntur: ut in Decimis[p], in Tributis ex statuto persoluendis[q], licet aliud sit cùm ex principis simplici placito soluuntur[r]. Sed & si impensarum loco aliæ impensæ[s], aut quid aliud imputari potest, nihil deducitur[t]: sicut nec cùm expressè[u] aut tacitè actum est, ut fructus nulla impensa deducta intelligantur[x].

p cap. tua nobis. de decim.
q Castrens. l. fructus. num. 7. solu. matr.
r Ias. d. l. fructus. num. 17.
s l. diuortio. § interdum. eod.
t d. l. diuortio. § ob donationes.
u d. § idem Labeo. mand.
x l. cùm duobus. § si in coeunda. pro socio.

AXIOMA VI.

Si fructus certò determinati, uel ex contractu[a] uel ex ultima uolũtate debeãtur, nulla fit ex fructibus deductio[b]. Sed ex ipsa re, ex qua debentur fructus, impensæ deducuntur: ita ut res quatenus deductũ est, cẽseatur minor[c]: illãq; habere is possit, qui aliàs non posset, nihil deducto[d].

a l. si debitor. § similiter. de cõtr. empt.
b l. mutuo. uersic. à me. de leg. ij.
c l. non amplius. in prin. de leg. j.
d l. sed & si hoc. § caddi. de condit.

AXIOMA VII.

Bartolus uoluit, expensas tunc ex fructibus deduci, cùm uerbum FRVCTVS, à lege proferatur[e]: secus si ab homine[f]. Ego contrà sentio: nam quemadmodum bona dicuntur ære alieno deducto[g], etiã si ab homine prolata sint[h]: sic fructus ab homine prolati deducta impensa intelliguntur[i]. Nam colonus legato sibi usufructu, cum fructibus expensas consequitur[k]: non ex testamento, sed ex conducto actione[l]. Vnde in legato ususfructus testator impensas non compehendit.

e Bart. l. fructus. so lu. matr.
f l. si pendentes. de usufr.
g l. subsignatum § bona. de uer. sig.
h l. si. de usufr. leg.
i Arg. l. j. C. de fructib. & lit. exp.
k l. quoties. § si colono. de usufr.
l l. ex conducto. in prin. loca.

AXIOMA VIII.

Si impẽsę ex fructibus deductę nõ sint, dubiũ est, an peti illæ possint: Nã alibi cauetur posse[m], ne quis cum aliena iactura locupletetur[n]: uultq; illas peti ex quadã æquitate, per actionem in factum Castrensis[o]. Alibi uerò cauetur nõ posse[p]: quia sibi imputare debet, qui illas nõ retinuit[q] cùm poterat, etiam ante restitutionem[r]. Sciens enim cùm soluit, uidetur donasse[s]. Distinguendæ sunt igitur necessariæ impensæ ab utilibus, ac uoluptuarijs.

m l. prætor. § & ipsi itaq;. de bo. auto. iud.
n d. l. planè. § sed bonigenus.
o Castrens. l. si in area. in fi. de con di. inde.
p l. diuortio. § si. so lu. matr.
q d. l. planè. in prin.
r l. fructus uersicu. quæ antequã. solu. mat.
s § certè. in fin. Instit. de re. diuis.

AXIOMA IX.

Impensæ necessariæ, id est, hæ, quæ si non fiant, res aut peritura est, aut deterior futura[t]: si gratia fructuum fiant, ut rem fructuosam seruare[u], cibare seruos, colere agros[x], tributum fundi præstare[y], fundi instrumenta parare[a], ex quibuscunq; fructibus[b], etiam à prędone deducuntur[c], qui tamen ad illas petendas actionem nõ habet[d], quia donasse intelligitur[e]. Sed bonæfidei possessor[f], uel rei detentor, si nihil fructuum perceperit, uel etiam si minus perceperit[g], pro impensis agit. Quod idem est in marito & fructuario[h]. Hi tamen si fructus perceperint, sumptus, si qui maiores sint, non petunt[i].

t l. impensæ. de uer bor. sign.
u l. diuortio. § fin. sol. matr.
x l. pen. & fi. de impens. in reb.
y l. neq;. eo.
a l. instrumenta. de fund. instr.
b l. si fundus. § fin. sol. matr.
c l. si à patre. § fin. de pet. her.
d l. § si sumptus. eod.
e l. si seruus serui. § si oliuã. ad leg. aquil.
f d. l. quòd si sumptus.
g Argu. l. si uno. in princ. loca.
h l. quod dicitur. § fin. de impens.
i d. l. diuortio. § fi. ubi Barto.

AXIOMA X.

Impensæ necessariæ, si non gratia fructuum, sed rei fiant, quale est factum necessarium[k], refectio[l], & id omne

k l. impensæ necessariæ. de impens.
l l. 4 & ij. eod.

omne, quod ad rei perpetuam fit utilitatem[m], illæ ipso iure rem diminuunt[n]: id est, impendens in rei detentione manet, donec illi satisfiat[o]: etiam si res non extet, modò sit bonæfidei possessor[p], & conueniatur petitione hæreditatis, non autem actione in rem[q]. Malæfidei uerò possessor non retinet, nisi quatenus dominus locupletior factus est[a]. Si uerò res restituta fuerit, non deductis impensis: illæ, nisi ante restitutionem interuenerit stipulatio[b], peti non possunt[c]: quia simul atque factæ sunt, efficiuntur illius, qui rei dominus est[d].

AXIOMA XI.

TRibus tamen casibus impensæ necessariæ in rem factæ peti possunt. Veluti cùm res retineri non potest[e], aut cùm alienum[f], uel commune negotium gestum est[g], etiam si à prædone gestum fuerit[h]: aut cùm maritus[i], uel fructuarius[k], uel colonus sumptus non modicos fecit[l]. Iudicantur autem modici sumptus, & si magni sint, quando pro tempore matrimonij uel ususfructus tantùm durant[m]: alioqui magni æstimantur, & si parui sint, ubi perpetuam rei concernunt utilitatem[n].

AXIOMA XII.

VTiles uerò impensæ, id est, hæ quæ meliorem rem faciunt[o], ueluti stercorare agrum[p], uel in eo nouelletum facere, aut seruos docere[q], pistrinum uel horreum paruo fundo adijcere[r]: illæ à Marito deducuntur, si uoluntate mulieris factæ sint[s]. Quo casu etiam mandati actione petuntur, uel negot. gesto. si sine mulieris uoluntate res utiliter gesta est[t], & aliunde, quàm ex fundo dotali persolui possint[u]. Sed si sit alius bonæfidei possessor, utiles impensas, si gratia fructuum factæ sint, petit[x]: si nihil fructuum percepit[y]. alioqui si percepit, deducit ex fructibus[z].

AXIOMA XIII.

SEd si ad perpetuam rei utilitatem utiles impensæ fiant, si easdem dominus erat facturus[a], aut rem statim uenditurus[b], quatenus locupletior est factus, illæ per retentionem seruantur: aut per officium iudicis si res retineri non possit[c]: Si tamen dominus ob paupertatem impensas soluere nequeat, non cogitur: sed qui impendit, quod fecit auferre potest, sine tamen rei detrimento[d].

AXIOMA XIIII.

MAlæfidei possessorem Bartolus uoluit utiles impensas deducere posse: non si ad nouum ædificium faciendum[e], sed si ad uetus fulciendum factæ essent[f]. Ego tamen puto: illũ necessarias tantùm, quæ simul utiles dicũtur, retinere posse[g]: pro utilibus uerò aliud remediũ non habere, quàm quòd illas, sine rei tamen læsione, auferre possit[h]: pro quibus auferendis etiam uendicationem habet[i].

AXIOMA XV.

VOluptuariæ impensæ sunt, quæ exornãt, non autem rei fructum augent[k], ut balneum[l], pictura[m], tectorium, pauimentum[n], gestatio, uel ambulatio[o]. & id omne quod ad uoluptatem factũ est[p]. Ob tales impensas, nisi res promercalis esset[q], quo casu utiles iudicantur[r]: neq; maritus[s], neq; malæfidei possessor aliquid retinere possunt: sed sine rei læsione sumptus auferunt[t], si hoc illis profuturũ sit[u]. Alius uerò bonæfidei possessor tales impensas nullo casu (nisi uoluntate domini, qui uxor non esset[a], aut minor[b]) petere potest[c]: sed tantùm per retentionem seruantur[d].

AXIOMA XVI.

FRuctus si ex ipso rei corpore nascantur sine hominis facto, ut pomum[e], Naturales dicuntur[f]: si factum hominis interueniat, sunt Industriales: ut semina[g]. quia magis industria quã natura consyderatur[h]. Quòd si non ex ipso rei corpore nascantur, ut usura, pensio, uectura[i], propriè non sunt fructus: sed quia fructuum loco habentur[k], à Bartolo Ciuiles fructus appellantur[l]: quia non natura, sed ciuili iure percipiuntur[m].

AXIOMA XVII.

Bartol

m l.iij. eod.
n § item si de dote. uersi. propter retentionem. Insti. de act.
o l. v. in prin. de impens.
p l. planè. in fine. de petit. hære.
q l. impensas. in fin. de rei uend.
a l. si pupilli. § sed si quis. de negot. gest.
b l. hæres cum. ad trebell.
c l. si in area. in fin. de condic. indeb. l. Paulus. de excep. doli.
d l. ij. C. de serui & aqua.
e l. si autem. § fin. de rei uend.
f l. omnino. in fin. de impens.
g l. in hoc iudicio. uersic. diuersum. com. diuid. l. hæreditas. de petit. hære.
h d. § sed si quis.
i d. l. omnino.
k l. sed esi fructuarius. de usufruct.
l l. si in lege. § si domus. locat. l. iij. § quicunque. de uia publ.
m Alex. d. l. diuortio. § fin.
n l. iij. de impens.
o l. v. in fin. de impens.
p l. impensæ. § utiles. eod.
q l. ueluti. eo.
r Alcia. l. impensæ. de uerb. sig.
s l. utilium. de impens.
t § sed nec ob impensas. C. de rei uxo.
u d. l. utilium. in fi.
x l. prætor § & ipsi itaq;. de bon. autor. iud.
y l. quod si sumptus. de petit. hæred.
z l. si à patre. § fin. eo.
a l. in fundo. uersic finge enim. de rei uendic.

b d. l. in fundo. uers. fin.
c l. si autem. § fin. cum seq. eo.
d d. l. in fundo. uer. finge pauperem.
e Arg. § ex diuerso. Institu. de rer. diuis. Bart. d. l. in fundo.
f l. domum. C. de rei uend.
g l. planè. cum gl. § l. seq. de peti. hæred.
h d. l. domum.
i l. habitator. de rei uend.
k l. impensæ. in fin. de uerb. sig.
l l. impensæ. in fin. de impens.
m l. utiles. uersi. uideamus. de petit. hæred.
n l. hactenus. in fin. de usufru.
o l. æquissimũ. uer. et si fortè. eo.
p l. uoluptuariæ. de impens.
q l. quòd si. eo.
r d. l. si autẽ. § fin. cum ij. seq.
s l. pro uoluptuarijs. de impens.
t d. l. utiles. in fi.
u § quòd si uoluptuariæ. C. de rei uxo.
a d. § quòd si uoluptuariæ.
b l. si uerò non. § si adolescẽs. mãda.
c l. in uoluptuarijs. de impens. l. iij. § sed & si mutua. de in rem uers.
d d. l. utiles. uersic. uideamus.
e l. fructus. in fi. de usur.
f l. si nauis. uersi. nã et si. de rei uend.
g d. l. fructus. i prin.
h l. q. sit. § in alieno. de usur.
i l. usura pecuniæ. de uerb. sig.
k l. usuræ. de usur.
l Bart. l. ex diuerso. de rei uend.
m d. l. si nauis.

BArtolus uoluit Oliuam fructum induſtrialem eſſe[n], fœnum uerò & ſyluam cæduam ex loci natura iudicari[o]. Ego non dubito panem, uinum, oleũ, induſtriales eſſe[p]: quia ab homine fiunt[q]. Idem eſt de frumento, & uua, quia illis propius opera accedit[r]. Oliua uerò, pirum, nux, naturales ſunt, ſicut pomum[s]. At fœtus, lac, pilus, lana, ob curam, quæ in illis adhibetur, induſtriales ſunt[t]. Vnde illos bonæfidei poſſeſſor acquirit[u]: quod minimè faceret, ſi tantùm naturales eſſent[x]. Fœnum uerò, & ſyluam, quia ſine ulla hominis cura uel induſtria ueniunt[y], puto naturales eſſe[z].

AXIOMA XVIII.

FRuctuum tam naturalium quàm induſtrialium, alij ſunt futuri[a], alij pendentes[b], alij percepti, alij percipiendi[c]. Futuri & legantur & promittuntur[d], ſed peti non poſſunt, donec nati fuerint[e], & ſi in proximo anno nihil naſcatur, nihil debebitur[f]: niſi certa fructuum quantitas promitteretur, tunc quandocunque nati erunt, ſunt perſoluendi[g]: modò promiſſi non ſint decem modij frumenti quod naſcetur ex tali fundo, quo caſu adhuc de proximo anno duntaxat intelligitur[h].

AXIOMA XIX.

FRuctus pendentes, qui aliâs ſtantes[i] aliâs extantes dicuntur[k], ſiue maturi ſint, ſiue immaturi[l], pars rei eſſe dicuntur[m]: & ob id immobiles ſunt[n]. Sed ſimul atque collecti ſunt, non pars rei, ſed fructuum dicuntur[o]. Non tamen ſunt fructuarij, niſi illos ante proprietarium percipiat[p]. Qui hos immaturos fructus collegit, ſi dominus non ſit: interdicto quod ui aut clàm[q], aquilia tenetur[r]: ſed ſi maturi ſint, non tenetur[s]: niſi furandi animo collegiſſet[t].

AXIOMA XX.

ALiqui dicunt fructus perceptos in bonæfidei emptore[u] & emphyteuticario eſſe, cùm à ſolo ſunt ſeparati[x]. In fructuario uerò cùm illos percepit[y]. Sed cùm colonus fructus

n §. cùm ex aliena. Inſti. de rer. diui.
o Barto. d. l. ex diuerſo.
p d. §. cùm ex aliena.
q l. antepen. in fin. de rei uend.
r d. l. qui ſcit. §. in alieno.
s d. l. fructus. in fi. de uſufr.
t §. ſi quis à nõ domino. cum gloſſ. uerb. cura. Inſtit. de rer. diuiſ.
u l. in pecudum. de uſur.
x d. l. fructus.
y l. prani. de uerb. ſignifi.
z d. l. fructus.
a l. quod in rerum. In prin. de leg. j.
b l. fructus pendentes. de rei uend.
c l. ij. C. de fructib.
d d. l. quod in rerũ. l. nec emptio. in prin. de contrah. empt.
e l. interdũ. in princip. de uerb. obl.
f l. inter ſtipulant. §. ſacrã. uerſi. pro quo & illud eo.
g Argu. l. eum qui calendis. in prin. eo.
h l. cum certus. de uin. tritic.
i l. diuortio. §. interdum. ſol. matr.
k l. ſi pendentes. de uſufr.
l l. fin. §. fructus. de his quæ in fraud. credit. l. uetuſ. de uſufr. lega.
m l. fructus pendentes. de rei uend.
n Specu. tit. de fructibus. uerſic. ſed pone.
o d. l. pen. de uſufr. lega.
p l. ſi fur decerpſerit. de uſufr.
q l. ſi immaturam. quod ui aut.
r l. ſi ſtuprum. de iniur.
s l. ſi ſeruus ſerui. §. ſi oliuam. ad l. aquil.
t d. l. ſi fur.
u l. bonæfidei. de acquir. rer. dom.
x l. qui ſcit. §. præterea. de uſur.
y l. ſi uſuf. meſſem. in fin. quib. mod. uſusfr.

à fundo ſeparatos ſtatim lucretur[z], multò magis fructuarius, qui illo potior eſt[a]. Vult ergò Bartolus, Fructuarium conſequi fructus, ſimul atq; per ſe, uel per alium ipſius nomine, à ſolo ſunt ſeparati[b]: Bonæfidei uerò poſſeſſorem, etiam ſi fortuito à fundo ſint ſeparati[c].

AXIOMA XXI.

EGo arbitror, in fructibus pendentibus, qui ſunt pars, & ſubſtantia rei[d], à qua uſusfructus prorſus ſeparatus eſt[e]: uſufructuarium nihil iuris habere, niſi cùm illos per ſe, uel per aliũ percepit[f]: Cõtra uerò, bonæfidei emptor, & colonus, in fructibus pendentibus aliquid iuris habent[g], & propterea illos acquirunt ſimul atq; à ſolo[h], etiam ſi caſu, ſeparati fuerint[i].

AXIOMA XXII.

QVia leges fructus percipiendos nunc dicunt eos eſſe, quos poſſeſſor[k], nunc illos, quos petitor percipere potuit[l]: difficile eſt ſcire, qui fructus percipiendi dicantur. Petrus uoluit, poſſeſſoris perſonam ante moram[m], poſt moram petitoris conſyderari[n]: quod Bartolus[o] reprobat, quia lex prædonis perſonam conſyderat, qui ſemper in mora eſſe dicitur[p]. uult ergo Bartol. poſſeſſorem conſyderari, ſi petitor dominus non ſit[q]: ſi ſit, petitor iure Digeſtorum conſyderabitur[r]: iure uerò Codicis etiam poſſeſſor, ſi uelit actor, attenditur[s]. Quæ Doctorum diſtinctiones nullis legibus probantur.

AXIOMA XXIII.

COmmunis opinio, fructus percipiẽdos duobus modis accipit: uel qui cõmuniter percipi potuerunt, uel qui ſingulariter[t]. Primo caſu nihil referre, an lex dicat poſſeſſorem, an petitorẽ conſyderari[u]: Altero uerò caſu petitoris perſonã ſemper attendendam credunt[x]: uoluntq; petitorem eligere poſſe, an ſingulariter, an communiter agat[y]. Sed quia hæc opinio legibus repugnat[z], arbitratur Copus, fructus percipiendos eſſe eos, quos diligentiſsimus quiſq; percipere potuit[a].

z l. ſi apes. in fin. de furt.
a Barto. l. ex diuerſo. de rei uend.
b d. l. ſi uſufructus meſſem. cum gl. circa fin.
c d. §. præterea. uerſic. quoquo modo.
d d. l. fructus pendẽtes. de rei uẽd.
e l. j. de uſufruct.
f d. l. ſi uſufru. meſſem. in prin.
g l. fullo. §. frugibus. de furt. l. antepen. §. meſſem. locat.
h d. l. bonæfidei.
i d. l. ſi apes.
k l. ij. C. de fructibus. l. domum. C. de rei uend. l. j. in fin. C. de pet. hæredi. l. ſi mora. in fi. ſol. mat.
l l. præterea. l. ſi nauis. §. fi. de rei uẽdi. l. Aphricanus. § j. de leg. i.
m d. l. ij.
n d. § j.
o d. l. domum.
p l. fina. de condic. furt.
q d. l. ex diuerſo.
r d. l. ſi nauis. §. fin.
s d. l. domum.
t Argu. l. ſi ſeruum. ad leg. aquil.
u Caſtren. d. l. domum.
x d. l. ſi nauis. §. fin.
y Iaſ. d. l. Aphricanus. § j.
z d. l. ij. C. de fructibus.
a Argu. l. ſi ſiue. § modeſtin. de admin. tutor. iuncta l. quicquid. C. arbitr. tutel.

AXIOMA XXIIII.

Ego aliter quàm Doctores, quorum omnium sententiæ diuinant, fructus duobus modis uel actione[b], uel officio iudicis restituendos esse dico[c]. Si per actionē, actor illos in petitionem deducat[d], uel de illis conqueratur[e], fructus percipiendos eos esse interpretor, quos petitor litis contestatæ tēpore percipere potuit[f]. Quia actionē ex suo iure, id est, ex eo quod percipere potuit[g], non ex eo quod possessor ex sua industria habere potuit[h], aut habuit[i], metiri debet.

b l. pro socio. §. si tecum. pro soc.
c l. idemq;. §. si ex fundo. manda.
d d. l. Aphricanus. §. j.
e d. l. si nauis. §. fin.
f d. l. præterea.
g l. j. §. j. si pars hæred.
h l. iij. in princ. ad l. falcid.
i d. l. si nauis. §. j. d. l. Aphricanus. §. j.

AXIOMA XXV.

Si uerò fructus iudicis officio restituantur (quod fit, quando res tantùm petitur[k], siue mobilis sit[l], siue immobilis[m]. quia sola rei cōtrouersia fructus non continet[n]: sed postquā lis est cōtestata officio iudicis ueniūt[o]) tum quia officiū iudicis magis possessorē, quàm petitorem[a], potissimū in liberatione, respicit[b]. Fructus percipiendos interpretor, quos ipse possessor percipere potuit[c], siue debuit[d]. Debuisse autem intelligitur, si aliqua illius arguatur culpa[e], quæ ex contractus natura lata, aut leuis iudicari debet[f].

k Bald. l. j. nu. 13. C. de fructib.
l l. ij. uersi. ex quo. eo.
m d. l. domum.
n l. fundi. §. item. de except.
o l. uideamus. §. si actionem. uersic. quod si. de usur.
a §. fi. Instit. de perpet.
b l. Arrianus. de actio.
c d. l. j. in fin. C. de petit. hære.
d l. sed & si. §. sed & fructus. de petit. hæred.
e §. & si hereditas. Insti. de offi. iud.
f l. ij. cum gloss. C. de pig. actio.

AXIOMA XXVI.

Proinde si scire uolumus, quomodo actione uel officio iudicis fructus debeantur, per singulos contractus est discurrendū. Nam in Emptione actione ex empto[g] perfecta uenditione[h], nisi aliter cautum fuerit[i], fructus pendentes petuntur[k]: uel actione ex uendito, si ante perfectam uenditionem ab emptore percepti sunt, restituuntur[l]. Imò etiam si perfecta sit uenditio, sed pacto legis cōmissoriæ, uel addictionis in diem resoluitur[m].

g l. iiij. §. fi. de usur.
h l. fructus. C. de actio. empt.
i l. pen. in princ. de contrah. empt.
k l. Iulianus. §. si fructibus. de act. empt.
l l. ij. in fine. C. de actio. empt.
m l. item quod. in princ. de in diem addict.

AXIOMA XXVII.

In Permutatione fructus actione præscriptis uerbis petuntur[n]. quia illa emptioni, & quo ad id quod interest[o], aliasq; accessiones æquiparatur[p]. Addit Copus, in Mutuo fructus accipientis esse[q]: quod satis impropriè dictum est, cùm in his rebus, in quibus mutuū consistit, ut in oleo, uino, frumento[r], nullus fructus censeatur[s]; quia fructuum fructus non sunt[t], sicut nec seruitutū seruitutes[u], aut usurarum usuræ[x].

n Arg. l. cùm mora. C. de transact.
o l. j. C. de rer. permut.
p l. fi. de rer. permu.
q Copus lib. iii. c. iij. de fruct.
r Instit. quib. mod. re. in prin.
s §. cōstituitur. uersi. nam hæres. Instit. de usufru.
t l. Iulian⁹. §. idēq;. de rei uend.
u l. j. de usufru. leg.
x l. fi. in princ. C. de usur.

AXIOMA XXVIII.

Actione ex stipulatu fructus nō petuntur[a], sed tantùm post litē contestatam iudicis officio præstari solent[b]. Quoniā in stipulatione res tantùm promissa, quę propriè fructus nō continet[c], debetur[d]. Neq; obstat, q; in hac stipulatione ueniat id, quod interest[e]; Quoniā illud in faciendi obligationibus debetur[f], non autem factum promissum[g]: quod tantùm in præstatione est, non in obligatione[h].

a l. si filiusfam. §. fi. de uerbor.
b l. uideamus. §. si actionē. de usur.
c l. fructus pendentes. uerbo. uidentur. de rei uend.
d l. quicqd. de uerbo oblig.
e l. si fundum. eo.
f l. si quis ab alio. §. fin. de re iud.
g l. si quis. de euict.
h Argu. l. j. de pen. lega.

AXIOMA XXIX.

Ex stipulatione rē dari uacuamq; possessionem tradi Vlpianus respondit ex stipulatu fructus deberi[i]; cùm tamē Pomponius contrà sentire uisus sit[k]. Sed Vlpia. loquitur, quàdo utrūq; in obligatione est expressum, quo casu altera obligatio dationem[l], altera fructus continet[m]. Pomponius uerò loquitur quàdo unum duntaxat est expressum: quo casu licet alius tacitè ueniat[n], non tamen tantùm operatur, quantū, si expressum esset.[o] Item si quis uenditor rem uenditam dare, & uacuam possessionem tradere promitteret, nō in plus obligaretur, quàm ex uenditione[p]: & sic ad id tantum, quod interest[q].

i l. iiij. in princi. de usur.
k l. iij. §. j. de actio. empt.
l l. abt. §. fi. de uerbo. obl.
m l. in conuentionalibus. §. fi. eo.
n d. l. iij. §. j.
o l. quoties. ad treb.
p l. iiij. uersic. uerū. de usur.
q l. j. in princip. de actio. emp.

AXIOMA XXX.

Ex donatione, si mortis causa fiat, donatore conualescente cōdicuntur fructus[r]. Sed facta inter uiuos, fructus percepti[a] rei donatæ appellatione non ueniunt[b]: nisi nominatim fructus donarentur[c]. Fructus uerò percipiendi actione ex stipulatu, uel si stipulatio non sit interposita, condictione ex lege[d], non à mora[e], sed ex tempore litis contestatæ petuntur[f].

r l. cùm quis. de cō di. cau. dat.
a l. in ædibus. §. j. de donat.
b l. cùm de donatione. eo.
c d. l. in ædibus. § j. in fi.
d l. si quis argentū. §. pe. C. de donat. gl. d. l. in ædibus. §. j.
e l. cū qui. de dona.
f l. uideamus. §. si actionē. de usur.

AXIOMA XXXI.

Si donator rem quam tradiderat aliquo tempore recuperat, & fructus consumat; pro illis quidē putant

eum

eum non teneri[g]. Alij hoc uerum affirmant, si esset bonæfidei possessor, necp lis contestata esset[h]. Sed ego puto indistinctè eum teneri, non insolidum, sed quatenus facere potest[i].

AXIOMA XXXII.

IN dote fructus, siue mariti sint, siue mulieris, dotis actione petuntur[k]. Quia cùm dotem augeãt, de illis perinde ac de dote ipsa iudicatur[l]. Fructus autem non possunt esse mariti, nisi tria hęc concurrant, Quòd matrimonium sit contractum[m], quòd maritus dotis onera sustineat[n], quòd dos fuerit tradita[o], uel pro eius traditione litis contestatio facta[p].

AXIOMA XXXIII.

SI quis igitur eam, quam non potest, duxerit uxorem, nullos lucratur fructus[q]. Quia dos sine legitimo matrimonio esse non potest[r]. Nec refert, quod interim onera matrimonij sustinuit[s]: Quoniam ubi unum ex his quæ concurrere debent, desideratur: alia nihil prosunt[t]. Quare si ante matrimonium contractum dos sit tradita, ex die tantùm nuptiarum maritus lucratur fructus[u], & ante perceptos restituit[x]. Rursum si solutum sit matrimonium, unà cum dote, fructus tam percepti[y], quàm etiam percipiendi, si mulier in mora non fuerit, restituendi sunt[z].

AXIOMA XXXIIII.

ILlius anni, quo soluitur matrimonium, fructus non omnes restituuntur, sed pro modo temporis, quo dotale prædium fuit, sunt diuidendi[a], siue diuortio[b], siue morte soluatur matrimonium[c]. Nec refert, an fructus sint naturales, an industriales[d], an percepti, an percipiendi[e]. Quamuis fructuarius perceptos totius anni, quo finitur usufructus, suos faciat[f]: quia ob ius, quod habebat, fructus lucratur[g], sed non maritus, nisi onera dotis sustineat[h].

AXIOMA XXXV.

FRuctus siue semel, siue bis in anno[i], aut pluribus colliguntur, pro

- g Copus li. 3. ca. v.
- h l. certum. C. de rei uend.
- i l. Nesennius. §. fundum. de re iud.
- k §. sed & nouiss. C. de rei uxor.
- l l. si marito. §. si fundũ. sol. matri.
- m l. si ante. eod.
- n l. si is qui stichũ. §. ubi dos. de iure doc.
- o l. de diuisione. sol. matri.
- p d. §. si actionem.
- q l. in insulam. § j. sol. matri.
- r l. iij. de iure dot.
- s Ias. d. l. si ante.
- t l. iij. §. itaque. de iun. adbuqi.
- u d. l. si ante.
- x d. l. si marito. §. fin.
- y d. l. diuortio. in princ. & d. l. de diuisione.
- z l. si mora. in fi. eo. l. uideamus. in princ. de usur.
- a d. l. diuortio. §. interdũ. & § ex contrario.
- b d. l. diuortio in princ.
- c §. sed & nouissi ma. C. de rei uxo.
- d d. l. diuortio. uer. neque enim.
- e d. l. diuortio. uer. alioquin.
- f l. defuncta. de usufr.
- g l. si seruus communis meus. §. fi. de stipul. ser.
- h l. pro oneribus. C. de iure dot.
- i d. §. sed & nouissimi

modo mensium, uel annorum, quibus steterit matrimonium, fructuum fiet diuisio[k]: ut si matrimonium uno mense steterit, quia sunt XII. menses in anno, fructuum unam partem ex XII. maritus lucratur[l]. Si quatuor mensibus durauit, habebit quatuor[a]: si uno anno, totius anni lucrabitur fructus[b]: si quindecim mensibus, ultimi duntaxat anni, quo matrimonium solutum est, fructus pro rata temporis parte erunt diuidendi[c].

AXIOMA XXXVI.

SI primo matrimonij mense fructus fuerint collecti, secundo fundus dotalis locatus sit, quarto dissoluatur matrimonium: lex ait, fructus cum quarta parte mercedis confundendos esse, ut ex ea pecunia tertiam portionem habeat maritus[d]. Quod mirum uidetur. quia cùm fructus habeant, XII. partes, & merces totidem[e]: si omnes fructuum partes cum quarta parte mercedis confundantur, fient quindecim. Si maritus tertiam partem habeat, habebit quinque: cùm tamen non debeat habere nisi quatuor, quia quatuor tantùm mensibus steterat matrimonium[f]. Alij aliter, atque aliter respondent[g].

AXIOMA XXXVII.

EGo dico, maritum tertiam portionem habere, non ex quindecim quæ confusa sunt: sed ex reliqua pecunia mercedis non confusæ, quæ erat nouem. Ex nouem igitur habet tertiam partem, id est, tres: habet item & unam fructuum partẽ, quia uno mense fructuum tempore steterat matrimonium[h]. Sicq; maritus pro quatuor mensibus habet quatuor, tres ex mercede, & unam partem ex fructibus.

AXIOMA XXXVIII.

ET hæc sententia pluribus annis mihi placuit. Nunc autem ista non omnino placent: quoniam ego fructuum unam partem præter Iureconsulti sensum dandam marito uolebam, quod & ante me credidit ex eo Alciatus quod uno tantum mẽse fructuũ tempore steterat matrimonium.

- k d. l. diuortio. §. quod in anno.
- l l. fructus. uersic. nam si. eod.
- a d. l. diuortio. uer. itaque.
- b d. l. diuortio. uer. interdum.
- c d. uers. itaque.
- d d. uers. itaque.
- e §. hæreditas. Instit. de hæred. instit.
- f l. fructus. uers. nã si. sol. matr.
- g Gl. & Doct. d. l. diuortio. Alcia. parad. iij. cap. j.
- h d. l. fructus. uers. nam si.

Sed hæc sententia uera non uidetur: cùm enim quatuor mensibus matrimonij onera maritus sustinuit, illius temporis omnes fructus habere[i] debet, & per consequens illorum mensium fructus uindemiæ habere, sed quia locationis pensio, statim cùm locatio facta est, debetur[k], licet ante finitam locationem non petatur[l], tres ex ipsa locatione, quia tribus mensibus tempore locationis stetit matrimonium, consequi debet[m]: unde quatuor ex fructibus uindemiæ, & tres ex pensione lucraretur marit[us], quod fieri nō potest: cùm quatuor tantū mensibus, quibus matrimoniū stetit, dotis onera ipse sustinuerit. Vt igitur hanc iniquitatem tolleret Papinianus, respondit: uindemiæ fructus nō quidem integri, sed pro tempore quo stetit matrimonium, id est quatuor mensium, confundi debent cū quarta parte pensionis, quæ est trium mensium: ut ex illis septem ita confusis tertia portio, non illorum septem, sed tertia portio fructuū unius anni uiro relinquatur: quia tertia anni parte stetit matrimonium. Sed hæsitabis quomodo ex illis septem tertia pars, id est, quatuor, uiro relinqui poterunt? Respondeo, Quatuor illos menses, quibus stetit matrimoniū, quoniam duorum annorum fructus confunduntur, in octo partes multiplicandos esse: similiter & quatuor ex fructibus in octo duplicabuntur, & tres ex mercede in sex qui cum octo coniuncti quatuordecim faciunt, ex quibus octo maritus habeat, & pro duabus primis mensium partibus, quæ unum mensem faciunt, habeat duas fructus partes, quæ sunt unius mensis fructus: nec mirum, cùm uno mense fructuum tempore steterit matrimoniū, pro alijs tribus mensium partibus, id est, pro uno mēse & dimidiato, habeat & tres fructus partes, id est, unius mēsis & dimidiati fructus. Ex fructibus igitur habebit quinque partes, quæ faciunt duorum mensium & unius dimidiati fructus: ex mercede uerò pro reliquis tribus mensium partibus, tres ex pensione in sex diuisa habeat, id est, unius mensis & dimidiati mercedem. Et per consequens ex hac dinumeratione quatuordecim, maritus habet octo, mulier sex, quæ redacta ad suos menses, marito quatuor, mulieri tres tribuit.

i l. unica. §. sed & nouissimè. C. de rei uxo. act.

k l. si à colono. de fideiuss.

l l. j. in fin. quando dies ususfr. leg.

m d. l. diuortio. §. ex contrario.

AXIOMA XXXIX.

IN communione, si sit Societas, actione pro socio fructus petūtur[a], tam percepti[b], quàm percipiendi[c]. Si non sit societas, communi diuidundo agitur pro fructibus, qui ex communionis tempore sunt percepti[d]: etiam ab eo, qui non putabat mecum communionem habere[e]. Agitur quoq; familiæ erciscundæ iudicio, si sint hæredes[f], & de fructibus post aditam hæreditatem natis uel perceptis quæratur[g]: non de alijs, nisi à sciente percepti sint[h]. Tamen alia actione adhuc peti possunt[i]. Item post litem contestatam fructus in finium regūdorum actionem ueniunt[k].

a l. pro socio arbiter. §. si. pro socio.

b l. q scit. in princ. de usur.

c l. uideamus. §. sed etiam in societatibus. eod.

d l. iiij. uers. planè com. diuid.

e l. si quis putans. in princ. eod.

f l. quibus casibus. pro socio.

g l. pactum. famil. ercisc.

h l. inter. §. fructus. eod.

i l. pen. eod.

k l. iiij. § post litē. fin. regund.

AXIOMA XL.

IN pignore, quia in bonis debitoris manet[l], fructus pignoris non sunt creditoris[m]: illos tamen tandiu habet obligatos, quandiu pignus[n]. Sed quos cunque percepit, uel percipere potuit, certum est, primò usuras, si quæ sint[o], deinde debitum diminuere[p]: ita ut si debitum adæquent, res desinat pignori esse[q]. Quod si quid plus sit ex fructibus, pignoratitia actione petitur[r]. Aliquando tamen fructus pignoris non minuunt debitum, sed sunt usurarum loco: puta si ita conuentum sit[s], aut si pignus pro dote sit obligatum[t], uel si debitor gratuita pecunia utatur[u]: ut ex commodato[x], mandato[y], deposito[z].

l l. pignus. C. de pig. act.

m d. l. qui scit. in princ.

n l. j. C. de pacti. pigno.

o l. is cui. §. queritur in poss. leg.

p l. j. & ij. C. de pigno. act.

q l. j. C. de distrac. pign.

r l. si pignore. §. si prædo. de pign. act.

s l. si ea lege. C. de usur.

t c. salubriter. de usur.

u l. cum debitor. in quib. cau. pign.

x l. si gratuitā. de præscr. uerb.

y l. j. in fi. mandat.

z l. lucius j. depos.

AXIOMA XLI.

IN commodato & deposito, quia dominium non mutatur[a], fructus unà cum re restituendi sunt[b]. Similiter in locatione, quia rei locatæ non transfertur dominium[c], fructus pendentes remanent domini[d]: percepti uerò sunt coloni[e]: quia merces quam præstat est loco fructuum[f]. Cuius mercedis causa etiam pro fructibus pendentibus uel futuris ex conducto actionem habet[g].

a l. rei cōmodatæ. Cōmod. l. licet. §. rei depositæ. Depos.

b l. uideamus. §. si possessionem. de usur.

c l. nō solet. locat.

d l. antepe. §. messem. locat.

e l. si apes. in fi. de furt.

f l. sed addes. §. si quis cum. locat.

g l. ex conducto. in princ. locat.

AXIOM

AXIOMA XLII.

IS qui negotia gerit, negotiorum gestorũ actione fructus quos percepit, uel percipere potuit[h], etiam post mortem domini[i], deductis tamen impensis, restituere cogitur[k]. Idem in Tutore, qui de omnibus fructibus, quos bona fide percipere potuit tutelæ iudicio tenetur[l]. Quinimo & curare debet, ut fructus pupillo acquirantur[m]. Hacq; ratione pupillares usuræ, quæ fructuum nomine ueniunt[n], multis priuilegijs sunt insignitæ[o].

h l. sequi. §. non tantum. de neg. ge.
i l. iij. §. hæc uerba. in fin. eod.
k l. qui aliena. in princ. eod.
l l. si fine. § mode stinus. de admin. tutor.
m l. ob fœnus. eod.
n l. usuræ uicem. de usur.
o toto titul. C. de usur. pupill.

AXIOMA XLIII.

IN Mandato fructus deductis impensis[p] mandati actione petuntur[q]. Sed contrà, officio iudicis peti uidentur[r]. Respõdeo, Id officio iudicis præstari, quod accessorium est, nec per se peti potest[s]. Vnde cùm in omnibus bonæfidei iudicijs, sublata principali actione per sententiam[t], uel per præscriptionem, fructus petitio tollatur[u], possunt dici officio iudicis præstari[a]. Sunt tamen in obligatione, non separata, sed cum principali connexa[b], & ideo ex tempore moræ debentur[c]. Secus si officio iudicis præstarentur, ut in stricti iuris iudicijs[d].

p l. idemq; §. idem Labeo. mand.
q l. qui proprio. §. procurator. ut in cæteris. de procurat.
r d. l. idemq; §. si ex fundo.
s l. qui per collusionem. § fin. de actio. emp.
t l. iij. C. depos.
u l. eos. in princ. C. de usur.
a d. § si ex fundo.
b d. l. iij.
c l. mora. §. in bonæfidei. de usur.
d l. uideamus. §. si actionem. eo.

AXIOMA XLIIII.

CVm rem nostram petimus, illius fructus per cõditionem sine causa[e], aut actione in rem, si sint pendentes[f], aut officio iudicis, si sint percepti, consequimur[g]. In Rescissorijs item actionibus fructus petuntur[h], etiam si in restitutione detenta mora interuenerit[i]: & non solùm fructus percepti, sed & qui percipi potuerunt[k]. Sic in actione Quod metus causa[l], in Fauiana[m], in Minoris deceptione[n], in Velleiano[o], in Redhibitorijs actionibus[p], in Condictionibus[q], aut pactis quibus contractus rescinduntur, fructus peti solent[r]: ut in pacto legis commissoriæ, uel addictionis in diem[s].

e l. qui se debere §. fi. de cõd. ca. dat.
f l. fructus pendentes. de rei uend.
g l. qui restituere. eod.
h l. nec nõ. §. fi. ex quib. caus. maior.
i l. uideamus. §. itẽ si ui. de usur.
k l. ait prætor. § p hanc. quæ in fr. cred.
l l. si cum excep. §. quadrupla. quod met. caus.
m d. l. uideamus, §. in Fauiana.
n l. quod si minor. § restituto, de minor.
o l. fi. §. j. ad Vell.
p l. cùm autem §. cùm redhibetur. de ædil. edict.
q d. l. uideamus. §. itẽ si in lebitum.
r l. cum te. C. de pact.
s l. v de lege commiss. l. item quòd. de in diẽ addict.
t l. antepe. de petit. hæred.

AXIOMA XLV.

PEtitione hæreditatis hæreditas unà cum fructibus[t], uel etiam soli hæreditarij fructus peti possunt[u]. Quoniam illi[x], siue ante aditam hæreditatem, siue post accesserint[y]: imò etiam fructuum fructus, hæreditatem augere solent[z]. Et ideo semper, quemadmodum & ipsa hæreditas, sunt restituendi[a]. & tam percepti, quàm hi qui percipi potuerunt[b], etiam si tales sint, quos petitor percipere non potuisset, modò illos possessor perceperit[c]. Nec refert, si ex causa inhonesta percepit[d], tametsi in his, quos percipere potuit, honestã solùm cõsideremus causam[e].

u l. & non tantùm. §. seruitutes. eo.
x l. ij. uers. fructus. C. eod.
y l. item ueniunt. §. fructus. ff eo.
z l. sed etsi lege. §. fi. cũ. ij. ll. seq. eo.
a l. si marito. §. fin. sol. matri.
b l. j. C. de petit. hæred.
c d. l. antepen.
d l. ancillarum. in fi. eo.
e l. fructus nõ modò. de rei uend.

AXIOMA XLVI.

OMnes suprascriptæ actiones cõtra bonæfidei uel malæfidei possessorem competunt[f]. Dicitur autem Bonæfidei possessor, is qui titulum ab eo, quem dominum[g], tutorem, procuratorem'ue putabat, habet[h]. Quod si iniustã tantum causam habet, quam iustam putaret, nihilominus fructus suos facit: quia ut suos faciat, sufficit eum dolo carere[i]. Et ideo credulitas illa, licet non faciat bonæfidei possessorem, facit tamen ne malæfidei sit[k].

Sciendum tamen est, bonam fidem semper præsumi, non malam[l], soloq; actoris iureiurando probari[m]: quod tamen non admitteretur, si Reus malam fidem plenè probare uellet[n].

f l. certum. C. de rei uend.
g l. quicunq;. in fi. de publ. act.
h l. bonæfidei. de uerb. sig.
i l. igitur. § potest. de liber. cau.
k l. sed etsi. § scire. ubi Bart. de petit. hæred.
l l. pe. C. de euict.
m Glo. mag. §. sed istæ. Insti. de act.
n Bartol. l. ij §. si à pupillo. p empt.

AXIOMA LXVII.

LEx ait, Bonæfidei possessorem naturales fructus percipiendo suos facere[o]: Contrà alibi dicitur, suos non facere[p]. Accursius interpretatur Suos facere, scilicet industriales[q]: Bartolus uerò suos facere dicit, si titulum habeat[r]. Sed quia uterque diuinat, dico, Bonæfidei possessorem naturales fructus suos nõ facere[a], nisi bonæfidei emptor esset[b]. Hic enim maius priuilegium habet, propterea quod & contractus & traditionis tempore bonam fidem habere debeat: cùm in alijs sufficiat contractus tempore habere[c]. Si tamen hi fructus naturales consumpti sint nullus bonæfidei possessor, nisi quantum locupletior est[d], teneatur[e].

o l. bonæfidei. de acqui. rer. dom.
p l. fructus. de usur.
q Gl. l. ex diuerso. de rei uend.
r Bart. d. l. ex diuerso.
a d. l. fructus.
b d. l. bonæfidei.
c l. ij. in princ. pro empto.
d Gl. d. ex diuerso.
e d. l. certum. uerb. extantes. à contra. sensu.

AXIOMA XLVIII.

FRuctus uerò industriales, quos bonęfidei possessor percepit, suos facit[f]: non perpetuò, sed interim[g], hoc est, quandiu res euicta non fuit[h]. Et ideò extantes fructus restituit[i]: imo etiam consumptos, quos post litem consumpsit[k], uel consumere percipere'ue potuit[l]. Sed de his quos ante litis contestationem consumpsit, sicut nec de his quos non percepit[m], minimè tenetur[n]: nisi eatenus, quatenus locupletior factus est[o]: aut nisi post consumptionem sumptus deducere uellet: quoniam illi cum fructibus tam ante litem quàm post perceptis[p], compensatur[q].

f d. l. fructus. de usur.
g d. l. bonæfidei. de acquir. rer.
h l. qui scit. §. bonæfidei. de usur.
i d. l. certum.
k d. l. certum. in fi.
l l. ij. C. de fructi. & lit.
m §. etsi hæreditas. Insti. de off. iudi.
n § si quis à non domino. Inst. de rer. diuis.
o l. item ueniunt. §. eos autem. de petit. hæred.
p l. emptor. de rei uendic.
q l. sumptus. eo.

AXIOMA XLIX.

MAlæfidei possessor dicitur, qui domino contradicente emit[r], uel qui dolo uenditorẽ inducit[s], quiq́ ab eo emit, quem sciebat ius uendendi non habere[t]. Sed & post litis contestationem[u], imò & quandoque post controuersiam motam litigator malæfidei esse fingitur[x]. Hic autem malæfidei possessor omnes fructus[y], siue sint extantes, siue consumpti, restituere debet[z]. Extantes, scilicet rei uendicatione: consumptos uerò condictione[a]. Nec refert, si illius auctor bonam fidem semper habuerit[b].

r l. si fundum. C. de rei uend.
s l. dolus. de resc. uend.
t l. qui à quolibet. de contr. empt.
u l. ij. C. de fruct.
x l. sed etsi lege. §. si ante. de petit. hæred.
y d. l. certum. C. de rei uend.
z d. §. etsi hæreditas. in fi.
a l. iij. C. de condict. ex lege.
b l. quin etiam. de acq. re. dom.

AXIOMA L.

DVbium est, an malæfidei possessor de fructibus percipiendis teneatur: lex nanq́ ait eum teneri de his, quos sua culpa non perceperit[c]: Contrà dicitur eum obligari de his, quos mala fide percepit[d]. Accursius dissoluit, existimans, eum qui titulum haberet, de percipiendis non teneri[e]. Quod Castrensis uerum putat, si ficta sit, non uera malafides[f]. Sed quia uterque aduersus leges loquitur[g]: Ego puto indistinctè malæfidei possessorem de fructibus percipiendis teneri[h]: maximè eum qui actione quod metus causa[i], aut Fauiana condemnatus fuerit[k], necnon qui sciens aduersus legem emit[l], uel à fisco non solenniter uendente comparauit[m].

c d. §. etsi hæreditas.
d d. l. si fundum.
e Glos. d. l. ex diuerso.
f Castren. d. l. qui fundum.
g l. j. in fi. C. de petit. hæred.
h l. ij. C. de fruct. & lit. imp.
i l. sed & partus. in princ. quod met. caus.
k l. ait prætor. §. per hanc. quæ in frau. cred.
l l. quemadmodũ. in fi. C. de agric. & cens. lib. xj.
m l. j. C. de fid. instru. lib. xij.

AXIOMA LI.

LEx quæ ait, Malæfidei possessorem fructus restituere, quos probatum fuerit eum malafide percepisse[a]: non infert à contrario sensu, illum non teneri de percipiendis. Quia cùm hoc sit contra leges[b], argumentum à contrario sensu non est recipiendum[c]. Sed singulariter infert, eum qui mala fide contraxit, in fructuum restitutione quasi malæfidei possessorem non condemnari: nisi probetur & illum malafide percepisse. Quia cùm percipere fructus sit facti, non initium tantùm, prout in usucapione, consideratur[d]: sed singula temporum momenta[e]. Quòd si non probetur malafides in perceptione, donec res euicta fuerit, præsumetur bona[f].

a d. l. qui fundum.
b d. l. j. in fin. C. de petit. hæred.
c Glos. l. consectricul. C. de epic.
d l. in bonæfidei. uers. j. de acq. rer. dom.
e l. qui bona. uers. & magis. eo.
f l. qui scit. §. fin. de usur.

AXIOMA LII.

MAlęfidei possessor, si rẽ XXX. annis pręscripsit, pro fructibus non tenetur[g]. Idem est, si suis sumptibus effecit, ut fructus maiores sumptus adferret: tunc pro his, quos non percepit, non tenetur[h]. Satis enim abundè fecit petitori, quod sumptus in re melioranda factos illi donauit[i]. Præterea de his, quos inhonestè percipere potuit, nunquam tenetur[k], tametsi perceptos ex causa etiam inhonesta restituere debeat[l].

g l. cum. in princ. C. de usur.
h l. ceterum. de rei uend.
i §. certè. Institu. de rer. diuis.
k l. fructus nõ modò. de rei uend.
l l. cùm hæreditas. de petit. hæred.

De eo

De eo quod Intereſt.

TRACTATVS V.

AXIOMA I.



VM ſententia cõtrouerſiã tollat[m], quam incertitudo parit[n], illa incerta eſſe non poteſt[o]; niſi uel ex negotij natura[p], uel ex aduerſarij facto incertitudo proueniat[q]. Veluti eſt id quod intereſt: quod licet ſit incertũ[r], tamen, quia ex Rei conuenti mora prouenit[s], ſententia ſuper eo lata ualet[t], Iudex tamen, ſi poteſt, eius quantitatem taxet[u].

AXIOMA II.

INtereſſe nunc ob debitoris moram[x], nunc ob illius libertatẽ tuendam introductum eſt[y]. Genus enim quoddam ſeruitutis eſt, præciſè adimplere id, quod promiſit[z].

AXIOMA III.

INtereſſe & largè & ſtrictè, accipitur[a]. Largè dicitur id omne, quod in futurum utilitatem, uel damnum adferre poteſt[b]: ſiue priuatum ſit[c], ſiue publicum[d]: quod aliquando æſtimari non poteſt[e], aliquando æſtimabile eſt[f]. In hac itaq; larga ſignificatione Intereſſe & fructus[a], & rei æſtimationem continet[b]. Vnde ab his uerbis, Quanti ea res eſt, non differt[c].

AXIOMA IIII.

REi æſtimatio dicitur pretium rei, quod non ex affectione uel utilitate ſingulorum, ſed communiter fungitur[d]. Vera quantitas, Quanti ea res eſt, Veritas, idẽ ſignificant[e]: æſtimationem ſcilicet uel rei[f], uel pœnæ[g], uel eius quod intereſt[h]. Sed quantitas omnem æſtimationem, etiã eius quod intereſt, excedit[i]: id continens, quod actor æſtimat[k], uel in litem iurat[l]. Intereſſe autem ſpecialiter ſumptum, rei æſtimatione nunc maius eſt[m], nunc minus, nunc æquale[n].

m l.j.de re iudic.
n argu. l. duo ſunt titij.de teſt.tut.
o §. curare. Inſtit. de actio.
p l.j. §. fina.ſi pars hæred.
q l.j.§. quia autem. Quor.lega.
r l.ſi. ſi quis in ius uocat.
s l.iij. §. fin. de act. empt.
t Rub. C. de ſent. quæ p eo quod inter profer.
u l. iij. in fin. C. de inutil.ſtipul.
x d.l. iij. §. fina. de actio.emp.
y Bart.l.ſtipul.non diuid. num.13.de uerb.obl.
z l.titio centũ.§.titio.2.de condit.
a Bart. d. l.j. C. de ſentent. quæ pro eo.col.iiij.
b l.pen.ad exhib.
c l. ſtipulatio iſta. §.alteri.
d l.v. §.ſi qs riuos. de ope. no. nunt.
e Gl.uerb.& reip.l. j.ſol.matri.
f l. ſi quis ab alio. in prin.de re iud.
a l.iiij. §.j.ſi ſeruit. uend.
b l.numis.de in lit. iur.
c l. qui reſtituere. uerl.pe.de rei uẽ.
d l. pretia rerum. ad l.falcid.
e l.ij. §. fin. qui ſatiſd.cog.
f l.inter hęc uerba. de uerb ſign.
g l.j in fin. ſi quis ius dicent.
h d. l. qui reſtituere.uerſ.pen.
i l.i ij §.in eum.de dam. infec. d.l.j. §.fin.
k l.pen. §.j ne quis eũ qui in ius uo.
l l. ſi tutor. de in lit.iur.
m l.j. in princ. de actio.emp.
n d. l. ſi quis ab alio.in princ.

AXIOMA V.

INtereſſe, non eſt ſingulare rei pretium[o]: quia ab eo ſæpe ſeparatur[p]. Non eſt damnũ emergens & lucrum ceſſans, ex eo quod fieri ceſſatur[q]: cùm etiam ſit ex eo quòd dari ceſſetur[r]. Non eſt æſtimatio utilitatis non habitæ[s], cùm illa poſsit eſſe rei pretium[t]. Non eſt damnum, uel lucri amiſsio, extra rem proueniens[u], cùm & in re ipſa plerunque ſit[x].

AXIOMA VI.

INtereſſe utiliter acceptum eſt id quod tua culpa[a] in præſenti[b] mihi abeſt, quodq; lucrari potui[c]. Quod nunc maius eſt ipſo rei pretio[d], nunc æquale[e], nunc minus[f], nunc etiã prorſus diuerſum, & ſeparatum[g].

AXIOMA VII.

CVm cuiuſq; interſit[h], uel ſecundum affectionem[i], uel ſine affectione[k]: ſequitur non unum tantùm, ſed plura eſſe Intereſſe. Plus enim & Minus, licet genere non differant[l]: diuerſas tamen conſtituunt ſpecies, ſi ex diuerſa cauſa perueniant[m].

AXIOMA VIII.

INtereſſe non poteſt eſſe, aut Singulare, aut Commune, aut Conuentum[n]: cùm duo poſtrema nuſquam legantur, ſed illud, commune rei pretium[o], hoc pœna dicatur[p]: quæ, etiam ſi nihil interſit, locum habet[q]. Nec Intereſſe, cùm ſemper ſecundum cuiuſq; qualitatem æſtimetur[r], Cõmune eſſe poteſt: cùm alia ſit qualitas nobilis, alia plebeij, alia pauperis, alia diuitis[s].

AXIOMA IX.

TRia in obligatione uenire poſſunt, Res cum ſua cauſa[t], quæ cõmuni pretio æſtimatur[u]: Pœna, quæ, quia in numis conſiſtit, æſtimationem non recipit[x]: & Intereſſe, quod uel ex utilitate uel ex affectione cuiuſq; æſtimationẽ recipit[y]. Et ideo Intereſſe eſt duplex: affectionis ſcilicet ſiue ſingulare[z], & utilitatis ſiue pecuniarium[a].

o Gloſ. uerbi prout poſsibile.C.de ſentent.
p l.in furti.in prin. de furt.
q Gl. d.uerb.prout.
r l. naturalis. §. j. præſcr.uerb.
s Barto. col.iiij.C. de ſent.q p eo.
t l.j. §. cõſiderandũ.de tut. & rat.
u Caſtan. in tract. de eo quod inter.
x l. qui tabulas in prin.l. ſi uendidero.§.cum autem. de furt.
a l.iij.§.fi.l.ſi ſterilis. §. cum per.de act.empt.
b d. l. ſi quis ab alio.in prin.
c d. l. ſi commiſſa. rem rat.hab.
d l.j. in princip. de actio.emp.
e l.pe.ex quib.cauſ. in poſſ.eat.
f d.l.ſi qs ab alio.
g d.l.ſi uendidero. §. cũ autẽ. d.l.j.§. conſiderandum.
h l. quatenus. de reg.iur.
i l.j. §. & aliàs uideamus. ſi quid in fr.patr.
k l. liberum.in fin. de religioſ.
l l.ſi.de fun.inſtr.
m l.j. de ſeru.ruſt.
n Glo.j. C.de ſent. quæ pro eo.
o l ſi ſeruum. ad l. aquil.l. pretia.ad l.falcid.
p l. duo ſocietatẽ. pro ſocio.
q l. ſtipulatio iſta. §.alteri.
r d.l. quatenus.d.l. ſi quis ab alio.
s l.ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti.§.j. de uerb.obli.
t l. pretia. de act, empt.
u d.l.pretia rerum.
x d.l. numis. de in lit.
y d.l.j. §. & aliàs.l. iiij. in princi.fin. regund.
z d. §. & aliàs.l. ſi in emptione. de minor.
a d. l.iiij. §.in eum. de dam.inf.d.l.liberũ.in fi. de rel.

AXIOM

AXIOMA X.

SIngulare intereſſe prouenit ex affectione, quæ plerunq; rei pretium excedit[a]: puta quòd res fuerit maiorum[b], uel quòd ſit confinis[c], uel quòd locus ſit, in quo fui educatus[d], aut quod uoluptatem aliquam adferat[e]. Pecuniarium uerò naſcitur ex damno uel lucro re uera amiſſo[f]. Vnde in ueritate eſſe dicitur[g].

a l.libertus qui ſoluendo. de bo.liberto.
b l. ſi in emptione. de minor.
c l.ſi cui fundus.de lega.ij.
d l. j. §. & alias. ſi quid in fr.patr.
e l.cõpetit. in prin. quod ui aut cl.
f l.j.uer.in alijs.C. de ſent.q pro eo.
g l.ij.§. fin. qui ſatiſd.cog.

AXIOMA XI.

INtereſſe ſiue ſingulare ſiue Pecuniarium, aut eſt circa rem, aut extra[h]. Circa rem dicitur, quod in rei[i] aut fructuum ualore[k], naturaliter[l], uel aduerſarij facto[m]: aut extrinſecus aliquo puta caſu contingit[n]. Extra rem uerò dicitur, quod non in re, ſed ob rem uenit[o]: qualis eſt mors ſerui, ex eo quòd frumentum debitum non ſolueras, perempti[p].

h Glo. uerb. productæ d.l.j.
i l.ſi ſterilis.§.cum per uenditorem. de actio.empt.
k l. item ueniunt. §. item non ſolũ eum. §. fructus. de petit.hæred.
l l.fluuium. §. uitiũ.de dam.inf.
m l. q domũ. loca.
n l.j.C.locat.
o l. qui proprio. §. procurator. de procurat.
p d.§.cùm per uenditorem.

AXIOMA XII.

INtereſſe, in caſibus certam quantitatem habentibus, duplum non excedit: ſiue pecuniarium ſit, ſiue ſingulare[q]. Quia non eſt uериſimile, contrahentes ſimplum, quod in illis caſibus apparet[r], magna ſumma excedere uoluiſſe[s]: etſi uoluerint, ipſis imputetur, quod apertius legem non dixerint[t]. Sed in caſibus incertis cùm ſimplum non appareat, nihil imputari poteſt[u]: in quibus ideo præſtatur quod re uera intereſſe contingit[x].

q d. l.j. uerſ. ſancimus.
r Gl.uerb. damnũ. uerſic. ſed quare. d.l.j.
s Arg.l.titius.in fi. de act.empt.
t l. ueteribus. de pact.
u Alciat.ca.v.in fi. de eo q inter.
x d.uerſ. in alijs.C. de ſent.quæ pro.

AXIOMA XIII.

SImplum quod in intereſſe duplatur, eſt ipſa res in obligatione deducta[a]: quæ communi pretio æſtimatur[b], ut ſic intereſſe illius æſtimationis ſiue quantitatis duplum non excedat[c]. Quam communem æſtimationem alij intereſſe Conuentum, alij intereſſe Communem uocant[d].

a l.iij. §.fin. de act. empti.
b l.pretia.ad l.falc.
c d.l. j. uerb. dupli quantitatem.
d Gl.d.uerb.dupli. in princ.

AXIOMA XIIII.

SI res in obligatione deducta æſtimari nõ poſſit, tunc pretium conuentum duplicatur[e]. aliàs ſi res æſtimari poſſit, illa ratione intereſſe ſemper duplatur[f], non autem pretium conuentum[g].

e l.titi⁹.j. §.fi. cum l.ſeq.de act.emp.
f l.iij.§.fin.eo.
g l.quidam.cum ij. ſeq.de euictio.

AXIOMA XV.

QVoniam in iuramento in litem ſine taxatione fit æſtimatio[h], & in actione arbitraria fit ultra legitimũ uſurarum modum[i], id eſt, ultra duplum[k], & omne damnum datum[l], uel lucrum amiſſum æſtimatur[m], quamuis quadruplum excedat[n]: omnes falſò exiſtimauerunt intereſſe multis caſibus excedere duplum[o]. Cùm hoc, in caſibus certam naturam habentibus & Iuſtinianus[p], & Paulus[q], & alio in loco Iureconſultus[r], in duplum ad uſurarum ſimilitudinem[s] coarctent.

h l. qui reſtituere. uerſ.j.de rei uẽd.
i l. iij. §. fin. de eo quod cert.loc.
k l.pen.C. de uſur.
l l. inde neratus. ad l.aquil.
m l.ſi cõmiſſa.rem rat.hab.
n l.Iulian.in princ. de act.empt.
o d.Gl.uerb.dupli. Cattan.ca. 11. de eo quod inter.
p d l.j.C. de ſent.
q d.l. [illegible] cũ l.ſeq.
r l.cum fundus uti optim⁹. de euict.
s d.l.pe. C.de uſu.

AXIOMA XVI.

INtereſſe pecuniarium circa rem conſiſtens, ſi non excedat rei pretium, tale quale eſt præſtatur[t]: Si excedat, integra rei æſtimatio petitur[u]: non quatenus conuenta fuit, ſed quanti pluris eſt tempore contractus uel ſententiæ[a]: & præter illam intereſſe quod excedit petit[b], modò illud æſtimationis non excedat duplum[c].

t l.ſi iactũ.uerſ.fin. de act.empt.
u d.l.titius. uerſ.cũ emptor.
a l.iij.§.fi.d.l.ſi ſterilis.§.cùm per.
b d. l. qui tabulas. in princ.de furt.
c d.l. titius. in fin. cum l.ſeq.

AXIOMA XVII.

HOc pecuniarium intrinſecum intereſſe duplum excedere poteſt in iuramento in litem[d]: quia illud non ſolùm quod intereſt[e], ſed & id quod actor æſtimat continet[f]: & ſic ab intereſſe tanquam genus à ſpecie differt[g]. Item & in arbitraria actione intereſſe duplum excedit[h], quia in illa utriuſq; litigatoris intereſſe conſideratur[i]: quod in cæteris caſibus non eſt, in quibus reſpectu illius qui pretium petit nullum conſideratur intereſſe, ſed tantùm uſura[k].

d d.l.q reſtituere.
e l.pe.de in lit.iur.
f l.pen. §. j.ne quis eum q in ius uoc.
g l.ij. de in lit. iur. l.non à iudice.de iudic.
h d.l. iij.§. fi.de eo quod cert.loc.
i l.ij.in princ.eod.
k l. curabit. C. de actio.emp.

AXIOMA XVIII.

INtereſſe affectionis tantùm abeſt ut dupletur, cùm non ſit conſiderabile[l]. Niſi in contractibus bonæfidei[m], aut niſi dotis[n], uel minoris[o], uel Reipub.fauor[p], uel Rei conuenti lucrũ[q], aut dolus[r], aut aliqua pactio faciat ut affectio conſideretur[s]. Quibus caſibus affectionis intereſſe etiã duplum excedere poteſt[t].

l l.j.§ ſed & alias. ſi quid in fr.patr.
m l.cum ſeruus extero.mandat.
n l. pater. in fin. de euictio.
o l.ſi in emptione. de minor.
p l. ſi liber. ad exhib.
q l.libertus qui ſoluendo. de bon. libert.
r l.competit.uerſ.j. q ui aut clam.
s l. ſeruus ea lege. de ſeru.export.
t l.uideamus. uerſ. j.de in lit.iur.

AXIOM

AXIOMA XIX.

INtereſſe affectionis, quod & uoluptatem continet [u], præter caſus in præcedenti axiomate relatos, ne uim quidem retentionis habet: ſi retentor ſe rei dominum non eſſe ſciret [x]: alioqui ſi ignoraret, non ſolùm contra dominum retentione utitur [y], ſed etiam aduerſus eum, à quo rem habuit agere poteſt [z].

u l. ſi. de op. ſeruo.
x l. in uoluptuarijs. de impenſ.
y l. idẽq; Iulianus. §. illud. de actio. empt.
z l. in fundo. uerſi. finge pauperem. de rei uend.

AXIOMA XX.

INtereſſe pecuniariũ extra rem conſiſtens, ſi ipſi rei cohæreat, ut fructus [a], expenſæ [b], & id quod per rem ipſam acquiri poteſt [c], uel eſt depretiatum [d], illud etſi quadruplum excederet præſtatur [e]. Quamuis in ipſa rei æſtimatione, id quod per rem acquiri poteſt, nõ conſyderetur [f]: quia rei æſtimatio ex præſenti fit tempore [g].

a l. uideamus. de uſuris.
b l. qua actione. in prin. ad l. aquil.
c l. proinde. eo.
d l. proinde. in fi.
e l. inde Neratius. eo. l. uenditor. de euictio.
f l. pretia. uerſi. ſed nec. ad l. fal.
g l. iij. §. diui. de iure fiſc.

AXIOMA XXI.

INtereſſe quod extra rem eſt, nec rei ipſi cohæret: ut mors ſerui ex frumento debito non præſtito defuncti [h], uel negotiatio ob debitum non ſolutum derelicta [i], uel ſi ex delicto [k], uel ex dolo aduerſarij contingat [l]: etiã ſupra quadruplum præſtatur [m]. Ob ſolam quoq; illius moram idem dicendum eſſe Doctores putant [n], quibus Pauli reſpõſum manifeſtè repugnat [o].

h l. ſi ſterilis. §. cum per. de act. empt.
i l. fin. de peric. re. uend.
k l. iij. de condict. furt.
l l. ij in fi. de in lit. iur.
m l. ſi cõmiſſa. rem rat. hab.
n l. ij. §. fina. qui ſatiſd. cog.
o d. §. cùm per uenditorem.

AXIOMA XXII.

PAulus id, quod extrinſecus intereſt, non eſſe præſtandum reſpõdit [a]. Alij intelligunt de re augmẽtum, uel diminutionem recipiente, loqui [b]: Alij in lucro [c]: Alij ſpecialiter in contractu emptionis [d]: Alij de æſtimatione eius, nõ quod intereſt, ſed ipſius rei [e]: Alij de eo quod à mora facta uſq; ad litis conteſtationẽ extrinſecus contigit [f]. Ego cum Curtio generaliter de omni moroſo [g].

a d. §. cùm per.
b Bart. nu. 18. C. de ſent. quæ pro eo.
c Decius ibidẽ nume 98.
d Alciat. c. 9. de eo quod inter.
e Bart. lib. iiij. cap. ult. de indiuid.
f Catia cap. 9. de eo quod inter.
g Curtius, nu. 21. C. de ſent. quæ pro.

AXIOMA XXIII.

OB ſolam aduerſarij morã, quod extrinſecus intereſt non præſtatur [h], etſi ſit iudicialis cautio [i]. Quia mora ſicut pretij reſpectu uſuras tantùm parit [k], ita reſpectu rei ſolum intereſſe, quod uſurarum loco eſt, producit [l]: ut inter contrahentes ſeruetur æqualitas [m]. Sed ſi aduerſarius nõ tantùm eſſet in mora, uerùm & in dolo: ut cùm me prohibet [n], uel decipit [o], uel depoſitum negat [p], uel non facit quod lex iubet [q]: inſolidum condemnatur. Sicut & eo caſu quo, niſi quod extrinſecus intereſt pręſtaretur, inutilis fieret contractus [r].

h d. §. cùm per uenditorem.
i l. etſi poſt tres. uerb. ius deterius. ſi quis cautio.
k l. fin. de peric.
l l. ſocium qui, in prin. pro ſocio.
m l. j. C. de uſur. lib. 11.
n l. ſi fundus. uerſi. pen. locat.
o l. ſi cõmiſſa. rem rat. hab.
p l. numis. de in lit. iur.
q l. ex empto. §. & ex empto. de act. emptio.
r l. liber homo. §. ſi. l. ſi pœnã. de uerbor. oblig.

AXIOMA XXIIII.

SI, quod extrinſecus intereſt ex rei uitio proueniat, illud, ab eo qui ſciens uitium rem tradidit, omnino præſtatur [s]: niſi quædam uitia exceperit, pro quibus tantùm ſe obligari uoluit [t], aut niſi uitium ita manifeſtum eſſet, ut ab omnibus intelligi potuerit: tunc in commodato [u], depoſito [x], mandato [y], emptione, permutatione, locatione [z], uitiorum reticentia non nocet.

s l. Iulianus. ĩ prin. de act. emp.
t l. quæritur. § ſi uẽditor. de ædilit. edict.
u l. in rebus. §. item qui ſciens. cõmo.
x l. ſi ſeruus. §. ſi uerò. de furt.
y l. inter cauſas. §. fin. mandat.
z l. j. §. j. de act. empti. d. §. ſi uenditor.

AXIOMA XXV.

QVi ignorans rem uitioſam tradit, ſi dolo [a], & omni culpa ignorantia careat [b]: non ad id quod extrinſecus intereſt, ſed actione Quanti minoris [c], quæ obligationem ad nihilum quãdoq; reducit [d], tenetur. At ſi ignorantia culpa nõ careat, id omne quod extrinſecus intereſt in emptione [e], Locatione [f], mandato, & ſimilibus, præſtatur [g]. In cõmodato uerò ſolum uitium ſciens tenetur [h]. Scientiæ autem, uel ignorantiæ culpa ex rei natura [i], aut alijs ſignis cognoſcitur [k].

a l. antepe. §. ſeruũ. locat.
b l. ſi quis fundũ. §. cellas. eo.
c d. l. Iulianus. in princ.
d l. ſed addes. §. j. locat.
e l. tenetur. §. ſed ſi uas. in fin. de act. empt.
f d. l. ſed addes. §. j.
g d. l. inter cauſas. §. fin.
h l. in rebus. §. pen. commod.
i d. §. ſed ſi uas. d. l. ſed addes §. j.
k l. j. §. cauſa. de ædili. edict.

AXIOMA XXVI.

OMne id quod Euictionis cauſa, uel circa rem [l], uel extrinſecus intereſt, pręſtari debet [m]. Sed Bartolus ex Pauli reſponſo credidit, illud excedere nõ debere duplum [n]: etiam ſi uenditor (ut Alciatus uoluit) rem alienã ſciens uendidiſſet [o]. Sed Paulus de intereſſe circa rem loquitur [p], quod cùm præter rei æſtimationẽ petitur [q], æſtimationis duplum nunquam excedere poteſt [r]. Aliud in eo quod extra rem euictionis cauſa intereſt. [s]

l l. ſi controuerſia. C. de euict.
m l. uẽditor. de euictio.
n l. titius. in fi. cũ l. ſeq. de act. empt.
o Alciat. c. 9. de eo quod inter.
p d. l. titius. in fi. cũ l. ſeq.
q l. ſi ĩ uẽditione. de euictio. d. l. titius.
r l. j. C. de ſent. quę pro eo quod int.
s d. l. uenditor.

AXIOMA XXVII.

Cum

CVm interesse etiam Digestorũ tempore ad duplum coarctatum esset [a], disputant Doctores, quid noui Iustinianus in sua constitutione introduxerit [b]. Alij de omni specie eius quod interest [c]: Alij de omnibus contractibus, etiam stricti iuris, illum loqui putant [d]: Alij nihil noui induxisse, sed latius explicuisse uolunt [e]: Alij in casu speciali tantùm iure Digestorum duplum introductum fuisse arbitrantur [f]: Alij aliter [g]: & omnes mea sententia male.

a d.l.titius. in fi. cũ l.seq.
b l.ij.C.de sent.quæ pro eo.
c Glo.in.d.l.j.
d Petrus & Cynus. d.l.j.
e Catia.cap.11.
f Decius.d.l.j.
g Alciat.ea.q. de eo quod inter.

AXIOMA XXVIII.

CVm Digestorum iure in sola emptione & in casu speciali interesse ad duplum coarctatum esset [i], ipsa ꝑ emptio nunc certa sit [k], nunc incerta [l]: apparet nouiter sanxisse Iustinianum, & generaliter in omnibus certis casibus interesse non excedere duplum, in incertis quatenus esset præstari [m].

i d.l.titius. in fi.cũ l.seq.
k d.l.j.uersi.ij.
l Barto.d.l.j. nu.4.
m d.l.j.C.de sent. quæ pro eo.

AXIOMA XXIX.

DOctores, quibus cum non conuenio, Certum in contractibus uocant, quod apparet quid, quale, & quantum sit [n]: in Interesse uerò, quod sui, aut adiuncti respectu certum est [o], etiã in faciendi obligationibus [p]. Nam cùm id quod interest in facto consistat [q], factum autẽ ex probatione pendeat [r]: existimauit Alciatus, in interesse ex probatione esse accipiendum: ut si facilis esset probatio, certus esset casus; si difficilis, incertus [s].

n l. certum. si cert. peta.
o l.v.§.fi.de re iud.
p Barto.d.l.j.nu.5.
q l.quatenus.de regu.iur.
r Laret.hu.fa.de statu hom.
s Alciat. d.tract. c. ij.Catia.c.9. Bart. lib.iiij.cap.iiij.

AXIOMA XXX.

LIcet interesse quatenus quantitꝗ sit in facto cõsistat, attamen quid sit [t], & in quo statuatur, est iuris [u]: nec ex faciliore probatione certum facit casum [x]. Nam si faceret, certi cõdictio ne ageretur [y], cùm tamen incerti agatur [z], quamuis sit facilis probatio [a].

t l.si cõmissa. rem rat.hab.
u uersi.penul. C.de sent. quæ pro eo quod.
x l.fin. de fund.instruc.
y Insti.de uerb.obl. in princ.
z l.& ideo.de condict.furt.
a l.si inter.§.fin.de pigno.

AXIOMA XXXI.

IVstinianus exprimendo Quantitatem & Naturam, plus comprehendit, quàm si Quantitatem & Speciem dixisset. Nam Quantitas ad numerum refertur [b]: Natura uero cùm id contineat quod tacitè inest [c], & speciem quæ semper tacitam certitudinem continet [d], & omnia quæ in contractibus naturalia sunt, complectitur [e]: ut in mutuo eadem bonitas [f], in legato aditio hæreditatis [g].

b Gl.uerb.quãtitatem.C.de senten. quæ. Alc.l.cũ stipulamur. de uerbo.sign.
c l.interdũ.de uerb.oblig.
d l.pretia.ad.l.falc.
e l.iij.in fi.C.de fideiusso.
f l.cũ quid. si cert. peta.
g l.iij.de leg.iij.

AXIOMA XXXII.

CErtum tam in obligatione [h], quã in interesse [i], aut alia materia [k] dicitur, quod ex ipsa rei nominatione uel alia certa demonstratione [l], per se, uel per relationem ad aliud [m], apparet quid, quale, & quantum sit [n], Alioqui quod uno ex his deficitur, tam in obligatione [o], quàm in interesse [p], aut alia materia [q], incertum appellabitur.

h l.ubi.§.fin.de uerbo.
i l.eum qui §.idẽ scribit.de furt.
k l.v.§.fi.de re iud.
l l.certum. si cert. peta.
m d.l.ubi. §.qui uinum.
n l. stipulationum quædam.eo.
o d.l.ubi.in prin.
p l.si iactũ. in prin. de act.emp.
q l.fina. C. de sent. quæ fine cert.

AXIOMA XXXIII.

REs non generaliter sed specialiter promissa [a], item quantitas olei [b], uel pecuniæ certo numero conclusæ [c], certum continent. Aestimatio quoque rei uel quantitatis certa est [d], per relationem ad rem [e]: per quam & pœna legis [f], & naturalia ipsius rei iudicantur certa [g]. Interesse uerò nunquam certum est [h], quia ad certam nõ refertur speciem [i].

a d.l.ubi.in prin. & §.fin.
b Glo.uerb.quãtitatem. C.de sent. quæ pro.
c §.fi. insti.de uerbo.oblig.
d l.si nõ fortem. §. libertus uersi. sed hæ.de cõdict.indeb.
e l.in quartã. §.fin. ad l.falcid.
f uersi. cũ sciamus. C.de senten.quæ pro eo.
g uer. tancimus.eo.
h l.si pœnam. in fi. de uerb.oblig.
i l.iij.§.q de sepulcri.de sepulcro.

AXIOMA XXXIIII.

COntractuum quidam certi sunt, quidam incerti [k]. Certi sunt, Mutuum [l], Venditio cùm uenditor dominus est [m], Vacuæ possessionis traditio [n], & Certę speciei dãdæ stipulatio [o].

k l.certi cõdictio. in prin.si cer.pet.
l l.j.de condict.tritica.
m Gl.uerb.certum. d.l.certi.
n l. in conuentionalibus.in fin.de uerb.obli.
o d.l.ubi §.fin.

AXIOMA XXXV.

INcerti contractus sunt, qui in facto consistunt [p]: ut Locatio, quæ patientiam continet [q]: Venditio, quãdo uenditor dominus non est [r], item omnes restituendi obligationes, ut Commodatum, Depositum, Pignus, quæ & id quod interest [s] & dolũ continent [t]: Dolus autẽ [u], & interesse in facto consistunt [x]. Mandatum item [y], & Societas [z], & omnes ex maleficio obligationes prouenientes in facto consistunt [a]: & per consequens sunt incertæ.

p d.l. ubi. §. qui id quod.
q l.ex condocto.in princ.legat.
r Barto.nu.5. C.de sent.quæ pro eo.
s l.iij §. fi. reddita. commod.
t l.j.§.si res deposita.depos.
u l.j.de excep.doli.
x l.quatenus.de regu.iur.
y l.si procurator. §. mandat.mand.
z l.si non fuerint.l. si duobus. §.si in coẽunda.pro soc.
a l.actionum genera.§.ex facto.de actio.& oblig.

AXIOMA XXXVI.

EX eo quod omnes ferè cõtractus sunt incerti, (ut in precedẽti axiomate probauimus) Iureconsultus ait, illos

illos magis facti esse, quàm iuris [b]; hoc est, magis secundum contrahentium facta [c], & ipsius obligati factum pendere [d], quã à iuris dispositione. In hoc tamen iuris sunt, quod obligatus secundum iura compelli debeat [e].

AXIOMA XXXVII.

CVm omnes ferè contractus sint incerti, mirum est, quòd illos omnes certos Iustinianus appellare uidetur [f]. Ego omissis aliorum sententijs [g], certum casum, de quo Iustinianus loquitur, à contractu certo plurimùm differre dico [h]; cùm etiã incertus casus ex certo contractu, uel certus casus ex incerto contractu [i], imò certum simul & incertũ ex eadem obligatione nasci possit [k]: ex qua etiã duæ actiones certa & incerta proueniunt [l].

AXIOMA XXXVIII.

EX omnibus contractibus [m], tam certis, quàm incertis [n], si certa species uel quantitas sit [o], aut illarum æstimatio petatur [p], contractus certum casum cõtinet [q]. Si uerò petatur aliquod factum [r], uel facti æstimatio, (quæ nihil aliud est, quàm id quod interest [s]) incertus casus ex contractu nascitur [t]. Et ob hoc incertũ, non ob totum contractum incerti agitur [u].

AXIOMA XXXIX.

IVstinianus hîc de certis casibus ex delicto prouenientibus non loquitur: quia delicta, licet aliquando certum contineant casum [a], grauius tamẽ puniuntur [b], siue delinquẽdo [c], siue con trahendo commissa sint [d]. Horum itaque causa interesse quatenus est, præstatur, ut patet in iuramẽto in litem [e], in lege aquilia [f], in denegata rei restitutione [g], in prohibitione non iuridica [h], in Ratihabitione non præstita [i], in re uitiosa à sciente tradita [k].

AXIOMA XL.

IN certis casibus interesse non excedit duplum [l]. In incertis, ratione affectionis [m], uel uoluptatis [n], maximè in bonæfidei contractibus [o], aut casibus specialem aliquam rationem habentibus [p], id quod interest olim in

b l. consilio. in fin. de curat. furios.
c d. l. in cõtractionalibus. de uerb. oblig.
d l. ij. de act. & obl.
e Insti. de oblig. in princ.
f l. j. in princ. C. de sent. quæ pro.
g Glo. uerb. cõtractibus. d. l. j.
h l. uerba cõtraxerunt. de uerb. sig. l. neq; legibus. de legib.
i l. certi condictio. si cert. pet. l. si nõ sortẽ. §. libertus. uersic. sed hæ. de cond. indeb.
k d. l. ubi. § qui sortem. de uerb. obl.
l l. naturalis. § j. de præscrip. uerb.
m uers. j. C. de sent. quæ pro eo.
n d. l. certi condictio. in princ.
o l. certũ. C. si cert. peta.
p l. si seruum. ad l. aquil.
q l. tribus. de usufru. earũ. d. l. certi condi. in princip. uers. hæc.
r d. l. ubi. §. qui id quod.
s l. si quis ab alio. §. fin. de re iudic.
t l. stipulat. cõmo. diff. de uerb. obl.
u l. ex ea parte. in prin. eo.
a d. l. certi condictio. uers. cõpetit.
b l. ij. de in lit. iur.
c l. iij. de cõdi. furt.
d l. Iulianus. i prin. de actio. empt.
e d. l. ij. de in litem.
f l. inde Neratius. ad l. aquil.
g l. omnis. de in litem.
h l. si fundu. §. pen. locat.
i l. si cõmissa. rem rat.
k d. l. Iulianus. in princ.
l uersi j. C. de sent. quæ pro eo.
m l. j. §. spectat. de interr.
n l. competit. quod ui aut clàm.
o l. cùm seruus extero. mandat.
p l. si in emptione. de minor. l. si pater. in fi. de euict.

infinitum plerunq; protrahebatur [q]. Sed hodiè infinitate sublata, quatenus re uera contigit, præstatur [r]: excepto iuramento in litem, quod, quia ex delicto defertur [s], etiam affectionis causa in infinitum adhuc extendi potest [t].

AXIOMA XLI.

CVm interesse plerunq; ipsam rei æstimationẽ tantùm contineat [u], non abs re erit, de ea, ad quæ tempora referenda sit, dicere: quæ diuersa uidentur. Iussus iudicis [x], contractus [y], fideiussionis [z], rei peremptæ [a], moræ [b], litis contestatæ [c], sententiæ [d], solutionis [e], dici in contractu expressi [f]. Aliqui duo tempora [g], alij quàm plurimi res unquã ualuit [h], alij ab anno quanti plurimi fuerit, tempus considerant [i].

AXIOMA XLII.

COmmunis est sententia, Aestimationem eo tempore, quo à petitione [k] etiam extraiudiciali [l], & per consequẽs [m] usq; ad sententiæ executionem [n], res unquã plurimi fuit, esse faciendam [o], ut moratori & non alij noceat [p], qui furi æquiparatur [q], & contra quem fit interpretatio [r]. Si enim à die, ubi in obligatione exprimitur, fiat æstimatio [s]: cur non & à mora [t]?

AXIOMA XLIII.

COmmunis hęc sententia duobus casibus uera est, uel cùm res deterior est facta [u], uel cùm à fure æstimatio petitur [x]. Fur etenim à cæteris moratoribus plurimum differt [y]. In alijs uerò casibus infinitæ penè leges communem opinionem euertunt [z], & maximè in strictis iuris iudicijs, in quibus non solùm æstimatio, sed & fructus [a], & aliæ rerum accessiones, à lite tantùm contestata præstari debent [b].

AXIOMA XLIIII.

ALciatus [c] uoluit in strictis faciẽdi obligationibus litis contestatæ [d], in bonæfidei sententiæ tempus considerari [e]: In strictis uerò dandi obligationibus sententiæ tempus, si reus æstimationem obtulit [f]: si non

q l. qui restituere. uers. j. de rei uẽd.
r uers. in alijs. C. de sent. quæ pro eo.
s l. ij. de in litem.
t l. uideamus. eod. cum si.
u l. si uendidero. §. cum autẽ. de furt.
x l. ubi §. is autem. de edend.
y l. fundum cornelianũ de nouat.
z l. cũ quis. de act.
a l. pen. in princ. de condict. tritic.
b d. l. pen. in fi.
c l. unũ. si cert. pet.
d l. iij. §. in hac. cõmod.
e l. hominem. mandat.
f l. ad diẽ. de uerb.
g l. iij. §. si per. de actio. empt.
h l. in re furtiua. de cond. furt.
i l. ait lex. ad legẽ aquil.
k d. l. minum.
l l. si decem cũ petiero. de uerb. ob.
m l. pe. in fi. de cõd. tritic.
n l. in fideicõmissi. in prin. de usur.
o d. l. in re furtiua.
p C. mora. de regu. iur. in vj.
q l. inter stipulantẽ. § pe. de uerb. obl.
r l. locum. §. condẽnatio. de tab. exhib.
s d. l. minum.
t l. magnam. C. de contra. stipul.
u l. pe. in fi. de condict. tritic.
x d. l. in re furtiua.
y l. merito. de ui & ui arm.
z d. l. iij. §. in hac. commod. l. fi. de condi. tritica. d. l. hominẽ. uersi. pe.
a l. uideamus. ij. §. si actio certa. de usu.
b l. cùm fundus. in prin. si cert. pet.
c Alciat. c. 8. de eo quod inter.
d d. l. hominẽ uers. alter. manda.
e l. iij. § in hac. commod.
f l. iij. in princip. de condict. tritic.

obtulit, litis contestatæ[g]. Sed in bonæ fidei cōtractibus dandi uel sententiæ, uel contractus tempus obseruet[h]. At hæc falsa est opinio[i], cùm & in tradendi obligatione, quæ facti est[k], duo tempora considerentur[l].

AXIOMA XLV.

CAtianus[m] putat in bonæfidei iudicijs tempus contractus & sententiæ[n], uel si iuretur in litem sententiæ tantum tēpus consyderari[o]: quod postremum falsum est[p]. In strictis uerò actionibus tempus litis contestatę[q], uel, si res deterior facta sit, tēpus moræ (Vlpianum & Seruium notans) obseruat[r].

AXIOMA XLVI.

SI in actionibus, in quibus iuratur in litem, (quas Martianus enumerat[s]) res non pretio, sed actoris arbitrio[t], & plerunq; sine taxatione æstimetur[u]: in illis nullum tempus considerari potest. Sed iuratur in litem ut rei iudicandæ tēpus obseruetur quanti res sit[x]: hoc est, (ut ipse interpretor) ut iudex sententiæ tempus obseruet, & in id Reum cōdemnet, quanti actor iurauit tēpore illo sua interesse. Verbum enim, Quanti res sit, ex subiecta materia nunc ad rem[y], nunc ad pœnam[z], nunc ad id quod interest refertur[a].

AXIOMA XLVII.

IN exhibitione, quæ officio iudicis facienda est, propter cōtemptum[b], tempus iussus iudicis attenditur[c]. In ea uerò quæ fit per actionem ad exhibendum, quamuis iuretur in litem[d], tempus litis & sententiæ consideratur[e]. Quia nisi tempore litis intersit, sententia proferri non potest[f]: maximè in strictis iudicijs, quæ potissimū à contestatione pendent[g]. Sententiæ quoque tempore, nisi intersit, propter iuramentum in litem[h] iudex Reum absoluere potest: quia actoris nihil interest[i].

AXIOMA XLVIII.

IN alijs actionibus, in quibus non iuratur in litem, ad diuersa tempora æstimatio refertur. Nam in strictis actionibus, æstimatio rei, quia officio iudicis debetur[k], quod à lite cōtestata initium habet[l]: litis contestatæ tēpore spectatur[m]. Aestimatio uerò eius quod interest, quia interesse in obligatione est[n], ad obligationis tempus refertur[o].

g l.uinū. si cert. pet.
h d.l.iij. §. si per uenditorem.
i l.fin. de condict. tritica.
k l. stipulationes non diuiduntur. de uerb. oblig.
l d.§. si per uenditorem.
m Cat.a.c.v. de eo quod inter.
n d.§. si per uenditorem.
o d.l.iij. §. in hac.
p l.tigni. in fine ad exhib.
q l.fi. de cond. triti.
r l.pen. in prin. iuncto fine. de condict. tritic.
s l.in actionibus. in prin. de in litem.
t l.si furor. eo.
u l. qui restituere. uers. j. de rei uend.
x d.l.iij. §. in hac.
y l. inter hæc uerba. de uerb. sig.
z l.j. in fi. si quis ius dicent.
a d.l. qui restituere.
b l.j. de in litem.
c d.l. ubi. §. is auté. de edend.
d d.l. in actionib[us].
e d.l. tigni. in fi.
f l. ut fundus. com. muni diui. l.
g l. æ liles j. § item sciēdum. de ædil. edict.
h d.l. in actionibus. uers. item.
i l. si liber homo. ad exhib.

k l. centū. uers. neq; enim. de eo quod cert. loc.
l d.§. item sciendū.
m d.l. iij. §. in hac. cōmod. d.l. hominem. uers. fi. in id.
n l. si quis ab alio. §. fin. de re iud.
o l. qui autē. §. fin. si quis cautio.

AXIOMA XLIX.

IN Obligationibus de ipsa æstimatione factis, obligationis tempus cōsideratur[a]: in his quibus dies adijcitur, diei tempus[b]: in casu quo creditor rem accipit nulla consideratur æstimatio[c], nisi de ea protestatus sit[d]: & protestationi debitor acquieuerit, secus si repugnauit[e].

a l. fundū cornel. in fi. de nouat.
b l. quoties in diē. de uerb. oblig.
c l. fin. in fin. de eo quod cert. loco.
d l. si debitor. §. j. quib. mod. pig.
e l. si filiusfa. ij. ad maced.

AXIOMA L.

IN Venditione uel tempus contractus[f], ut saltem emptor recuperet quantum numerauit[g], uel sententiæ tempus spectatur[h]: quia sentētiæ tempore dandum est, quod iam olim contractus tempore dari oportuit[i]. In Mandati uerò actione solutionis tempus obseruatur[k], quia omne quod mandatarius supra debitum soluit recuperat[l].

f d.l.iij. §. si per uenditorem.
g l. tertius. uers. cùm emptor. eo.
h d.l.iij. §. si per.
i l. si sterilis. §. cum per uenditorem. eod.
k d.l. hominē. mand.
l l. si is qui negotia. §. fin. eo.

AXIOMA LI.

IN Euictione uenditionis tempus obseruatur[m], quia illius est natura, nō interueniente duplæ stipulatione, id restituere, quod datum fuit[n]. Nec refert, quod lex ait, augmenti tempus spectari[o]: Quia illud non euictione[p], sed actione ex empto petitur[q].

m l. bonitatis. de euictio.
n l. si in uenditione. eod.
o l. sed si quid. eod.
p l. ex mille. § j. eo.
q cu. cta re. eo. tita.

AXIOMA LII.

IN Fideiussoria obligatione Aphricanus ait, fideiussionis tēpus, etiam si principalis obligatio sit in diem[r], considerari. Quod mirum omnibus uisum fuit Doctoribus[s], tum quia in stricta actione litis contestatæ tempus obseruatur[t], tum quia in obligatione in diem ad ipsum diem refertur æstimatio[u]. Aphricanū præter alios arbitror loqui de æstimatione, quæ ex mora rei, (quæ licet fideiussori noceat[x], illius tamen obligationem nunquam auget[y]) ab ipso fideiussore peteretur.

r d.l. cùm quis. de actio.
s l. uinū. si cert. pet.
t d.l. iij. §. in hac.
u l. fi. de cōd. tritic: & d.l. uinū. cū fi.
x l. mora. de uerb. oblig.
y l. centū. uers. nec oportebit. de eo quod cert. loco.

AXIOM

AXIOMA LIII.

OMnia quæ suprà diximus, procedunt in æstimatione, quæ ex tẽpore, uel loco augetur, minuitur'ue; illa uerò quæ ex bonitate rei prouenit, ad tempus contractus refertur: si res sit, quæ in genere suo functionem recipiat[z], ut uinum, oleum, frumentum[a]. Si non recipiat, ut equus, fundus, moræ tempus attenditur[b].

AXIOMA LIIII.

MOra autem uel per interpellationem committitur[c], uel per litis cõtestationem tantùm[d]; ut quando quis iustam litigandi causam usq; ad litis contestationem habet[e], ueluti in eo qui fundum & æstimationem promisit[f]. Nam quia alterum tantùm debet[g], si petatur fundus, cùm æstimationis obligatio ipso iure sublata non sit[h]: ne bis idem præstet, iustam habet litigandi causam[i].

AXIOMA LV.

SI uerò uenditor in mora non fuerit, nullum rei præstat detrimentum[a]: nisi aduersus illum bona fide litigantem (quo casu per contestationẽ in mora non constituitur[b]) iudicium esset cœptum: tunc, nisi res apud actorem perinde deterior facta fuisset: ac apud Reum fuit[c], ipse Reus debet rei pretium[d], quod quale fit, si res non sit prorsus perempta, sed tantùm deterior facta, attenditur condemnationis tempus: uel mortis, si sit prorsus perempta[e].

AXIOMA LVI.

IN lege Aquilia spectatur tempus, quãti res ab anno[f] uel à XXX. diebus æstimatur[g]. In furto quanti unquam plurimi fuit à mora[h]. Quod idem esse Alciatus[i] & Catianus[k] uolunt, in quocunq; per dolum moram committente[l]. Vnde cùm iuramentum in litem ex dolo deferatur[m], mirum non est, quod suprà dixi, nullum tempus ibi considerari, ubi in litem iuratur: sed rem quanti unquam plurimi fuit ex actoris iuramento æstimari[n]. Quia non est uerisimile, ipsum actorem in minus iurare, quàm quanti unquàm plurimi fuerit[o].

z l. cùm quid. si cer. petat.
a Instit. quib. mod. re. in princ.
b l. pen. in fi. de con dict. tritic.
c l. si ex legati. de uerb. oblig.
d Bar. l. iij. §. in hac. commod.
e arg. l. qui sine dolo. de reg. iur.
f l. fundum cornel. uersic. denuq. de nouatio.
g l. locum. §. inde queritur. de tabu. exhib.
h d. l. fundum cornel. uersi itaq;.
i l. bona fides. de reg. iur.
a l. cùm res. §. fina. de lega. j.
b d. l. qui sine dolo.
c l. si plures. §. fina. depos.
d l. item si uerberatum. §. fina. de rei uendicat.
e l. pen. in princ. de cond. tritic.
f l. ait lex. ad legẽ Aquil.
g § cæterum. Insti. eo. titu.
h l. in re furtiua. de condict. furt.
i Alcia. ca. 9. de eo quod int.
k Catia. c. 2. v. de eo quod inter.
l l. pe. rer. amota.
m l. ij. de in litem.
n l. iij §. in hac. cõmod.
o argu. l. qui leuandæ. ad leg. rhod.

AXIOMA LVII.

QVod Accursius uoluit[p], Interesse iudicis officio deberi[q], & non per obligationem[r], etiam si res perempta esset[s], quia nec usuræ ex obligatione, sed per officium iudicis præstantur[t]: illud uerum intelligunt Doctores, in dandi obligationibus[u], in quibus omnino dare oportet[x]. In faciendi uerò obligationibus lex ait, interesse & uenire[y], & cõtineri[z], proinde eo actionem dari[a].

AXIOMA LVIII.

SEd cur in faciendi, & non dandi obligationibus, interesse sit in obligatione[b]? Doctores plurimũ disquirunt. Alij quia facta tractum temporis habent[c], & sic quandam seruitutem continent. Alij, quia facta uel ex temporis momento mutentur[d]. Alij, quia non semper nostra intersit factum consequi[e]. Alij, ut factorum incertitudo[f] per interesse tollatur[g]. Alij quia in traditione & restitutione, quæ facti sunt[h], superiores rationes cessant: existimarunt dationes à factis non differre[i]: quæ ultima opinio legi repugnare uidetur[k].

AXIOMA LIX.

IN obligatione faciendi & factum[l] simul & interesse contineri, omnes interpretes existimant[m]: nõ ut utrunq; petatur[n], sed ut actor alterutrum eligat[o]: iudex uerò ad alterum tantùm condemnet[p]. Baro uerò ait[q], factum usque ad moram impurgabilem[a] expresim in obligatione esse[b]. Interesse uerò tantùm sub conditione tacita, si, quod promissum est, nõ fiat[c]. Et ideo ante conditionem, & per consequens ante moram, in obligationem non uenire[d].

AXIOMA LX.

IN obligatione dandi idem Baro censet[e] interesse contineri[f] sub conditione tacita, si res dari non possit[g]. ubi enim res, quæ dari debuit, perempta est,

p Gl. uerb. casibus. i fi. C. de sent. quę pro eo quod inter.
q l. antepen. §. siue autẽ. de oper. nouum.
r l. si seruum §. fin. de uerb. obl.
s l. promissor hominis. cũ glos. de constit. pecu.
t l. quia tantundẽ. de neg. gest.
u Gl. uerb. contractibus. in fi. C. de sent. quæ pro eo.
x l. ubi autem. § fi. de uerb. obli.
y l. si pœnã. i fi. eo.
z l. quoties quis in princ. eo.
a l. fin. si quis in ius uocat.
b l. si quis ab alio. §. fin. de re iudic.
c argu. l. j. de oper. liber.
d l. si non sortẽ § libertus. uer. nã plerũq;. de cõd. ind.
e Barr. l. stipul. non diuid. num. 13. de uerb. obl.
f d. l. ubi autem. §. qui id quod.
g arg. l. j. in prin de usucap.
h d. l. stipulationes non diuiduntur.
i Alciat. d. l. ubi autem. §. fin.
k d. l. si qs ab alio, §. fin.
l §. sic itaq;. uersic. appellamus. Instit. de actio.
m l. fi. si quis in ius uocat.
n l. qui bis idem. de uerb. obli.
o l. ij. in fi. prin. de eo quod cert.
p Barto d. l. stipul. non diuid. nu. 15.
q Baro lib. j. c. ij. de in diuid. obl.
a l. si insulã. de uerbo. oblig.
b d. l. si quis ab alio. §. fin.
c d. l. stipul. non diuid. uers. celsius.
d l. cedere diem. de uerb. sig.
e Baro ca. 8. lib. iij.
f l. naturalis § j de præscr. uerb. l. liber. ij. §. fi. de uerbo. obl.
g arg. l. interdum. de uerb. oblig.

pta est, illa amplius non debetur sed æstimatio[h]: & lex quæ dicit, rem perемptam deberi[i], de rei æstimatione interpretari debet[k].

AXIOMA LXI.

EGo uerò in obligatione faciendi utrunque esse & factum & interesse nusquam legi, sed tantū interesse: non purè sed sub conditione[l] in obligationem uenire[m], seu contineri[n]: etsi nihil intersit, nihil in stipulationē uenire[o]. Faciendi enim obligatio, quantitatis, hoc est, eius quod interest[p], dicitur[q], & idcirco in sola illa quantitate fieri solet condemnatio[r].

AXIOMA LXII.

QVod promittimus potest esse indebitum, sed illius æstimatio debetur[s]; sic factum nō debetur, quia cùm purè promissum sit, si deberetur, statim cederet dies[t]: cùm tamen lex dicat ante moram non cedere[u]. Ante moram ergo nec factum, nec interesse debetur[x]: post moram uerò certum est factū non deberi[y]: nam in faciendi obligationibus inest semper conditio, ut, si factum non fiat, interesse detur[z]. Quapropter factum in ipsum interesse sub conditione, si non fiat[a], translatum est[b]: ita ut non amplius in obligatione sit, sed in præstatione[c]. Si statim tamen præstetur, uidetur in obligatione fuisse[d]: sin minus, uidetur nunquam fuisse[e].

AXIOMA LXIII.

QVòd lex ait, facere oportere[f], (ex quo uidebatur factum esse in obligatione[g],) ad ipsam obligationis necessitatem, non ad factum præcisè præstandū, referri debet[h]: Quod Paulus docet, inquiens, uerbū Oportere facere, demonstrare non factum, sed pecuniam quæ debetur[i]. Quare in tradendi obligatione quamuis lex dicat tradere oportere[k], non tamē debitor præcisè cogitur: sed præstando quod interest liberatur[l].

AXIOMA LXIIII.

MEndosa est lectio, qua dicitur, Obligationem ex eo quòd tardius agatur non augeri[a], licet æstimatio crescat: (unde colligi poterat interesse non esse in obligatione.) sic enim Haloander restituit, obligationem nō augeri quamuis crescat. Nam augere ad id quod extrinsecus contingit refertur[b]; crescere ad id quod circa rem[c].

AXIOMA LXV.

DEbitor interpellari potest ut factum præstet[d], ob quam interpellationem quia in mora constituitur[e], conueniri potest[f]. Sed id tantùm æstimabitur, quantū in illo interuallo effici potuit[g]. Si uerò non interpelletur, antequam totum tempus prætereat, quo factum fieri potuit, non est in mora[h]. Post uerò in id omne quod intererit[i], etiam futuri temporis respectu[k], uel semel tantùm[l]: uel si factum sit quod iteretur, toties quoties cōtrauentum erit, compellendus est[m].

AXIOMA LXVI.

i d. l. huiusmodi. §. quibus.
k l. ııj. s. de leg. j.
l l. legata inutiliter. §. si. s. de leg.
m j. Bart. hic. s. oppo.
[illegible] de leg. j.
[illegible] scriptura. uers. præsenti. de leg. j.
c l. unic § hoc ita. C. de cad. toll.
d l. sicut § j. ff. quib. mod. usus f. amit.

eritis uerbis coniuncti[e]; quia semper in duabus orationibus inest punctus, qui uim tacitæ copulæ habet[f]. Vnde cum ille pũctus, seu tacita copula uerbalem coniunctionem non faciat[g], neque etiam expressa copula hoc facere poterit[h]. Præterea coniunctio uerbalis non propter copulam[i], sed ob sermonis unitatem introducitur[k]: quæ unitas in diuersis orationibus consistere nõ potest[l]. Petrus tamen à Bella pertica, cuius opinionem Ioannes de Ripa sequitur, non rectè dixisse Bartolum crediderunt[m], quia (inquit à Ripa) copula inter duas orationes respectiuè apposita sensum coniũgit[n], item uerborum complexu fit uerbalis coniunctio[o], qui complexus ex illis uerbis, Aequis partibus, cognoscitur[p]. Sed ego Bartoli opinionem ceu receptiorẽ amplector: nõ enim hîc quærimus de coniunctione sensus, sed sermonis[q] tantum, & nominum complexu[r]. Nec uerum est, quòd hæc uerba Aequis partibus, coniungant: imò re separant & disiungunt[s], prò æquis tamen partibus[t]. Vnde fieri non potest, ut coniunctionem uerbalem patiantur[u].

D. ET CONIVNCTA ORAT.

Hîc declarare oportet, quæ sit oratio coniuncta. Coniuncta oratio dicitur sermonis unitas[a]. Vnitas autẽ sermonis in una & eadem oratione tantum[b], non in diuersis esse potest[c]. Vnde duæ orationes solutæ, etsi in his plures personę enumerẽtur[d], nunquã resoluuntur in coniunctam[e]. Vnica uerò oratio, etsi soluta sit[f], in coniunctam plerunq; resoluitur[g]. Et idcirco, siue apponatur copula, ET, QVE, CVM[h], siue non apponatur, si sit una oratio, dicetur coniuncta[i]. Idem si nomẽ collectiuum[k], aut distributiuum[l] apponeretur. Dicuntur autem Collectiua omnia nomina quæ in singulari numero plura significãt, ut Populus, Agnatio, Turba, Gens[m]. Item omnia Appellatiua in plurali numero[n]. Itẽ, Omnis, in plurali est collectiuũ[o], sed in singulari distributiuũ[p]. Itẽ Quisq;[q], licet aliquando ex benigna interpretatione sit distributiuũ[r]. Distributiua uerò sunt Si quis, Quisquis, Quilibet[s], Quicunq;[t], Quisquam[u]. Et hæc distributiua si cum proprijs nominibus iungantur, rem omnibus æqualiter distribuunt: nam si dixero, Quisquis fecerit monumentum & Titius, sint mihi hæredes; si duo faciant duos trientes habebunt, & Titius unum[x].

Sciendum est tamen, quòd ex his distributiuis quædam sunt quæ ad perfectam orationem duo uerba requirunt, quæ à doctoribus duplicia uocantur[a], ut Quisquis, Siquis, Quicunq;: nã imperfecta est oratio, Quisquis mihi hæres erit, nisi subiungam, Det Titio decem: aut quid simile. Et hæc distributiua, omnium concursum necessariò non requirunt[b]: siquidem hæc oratio, Quisquis uestrum audit, uera est, siue unus audiat, siue omnes[c]. Item ut actum primi uerbi cuilibet attribuunt, ita & actum secũdi[d]; quoniam si dixero, siquis mihi genitus erit habeat decem: si duo nascantur, quilibet habebit decem: quia actus primi uerbi, puta Natiuitas, cuilibet insolidum competit, cùm nemo ex parte nascatur: Actus igitur secundi uerbi, nempe Habere decem, cuilibet insolidum competet. E diuerso, si actus primi uerbi cuilibet pro parte competat, ita & actus secundi[e]. Sunt & alia distributiua, quæ unum tãtùm uerbum requirunt: & ideo à doctoribus Simplicia uocantur, ut Quilibet: perfecta enim est oratio, si dixero, Quilibet hæredum det decem. Et hęc simplicia omnium concursum requirunt[f]: non enim uera est hæc oratio, Quilibet hęredum det decem, si unus sit, qui decem non dederit[g]. Et ideo actum uerbi cuilibet insolidum attribuunt[h], nisi rei natura repugnaret: ut si illos, qui insolidum mihi hæredes esse non possunt, ita alloquerer, Quilibet uestrum mihi hæres esto[i]. Sed quare nomina Collectiua, sicũ proprijs iungantur, non ita ut Distributiua rem omnibus æqualiter distribuunt, sed tantùm nomine proprio uocatis, quantum omnibus collectis attribuere solent[a]: ut si Titium & fratres instituero, tantum Titius solus habebit, quantũ fratres[b]. Respondent interpretes, Distributiuorũ naturam

e Barto. hîc. nu. 12.
f Glo. uerb. moliri. l. iij. ff. de carb. edict.
g §. si eadem Insti. de legat. uersi. ti.
h d. l. iij de leg. j.
i l. triplici. ff. de uerb. sig. uersi. uideamus.
k d. §. hoc ita.
l l. j. uersi. duplex. ff. de uulg.
m argu. l. si ita quis hæredes. ff. de hæred. insti.
n l. si ita quis promiserit decẽ. ff. de uerb. obli.
o d. l. triplici. in prin.
p l. interdũ. in prin. ff. de hære. insti.
q d. §. hoc ita.
r d. l. triplici. in prin.
s ut hîc. uers. quoniam semper.
t d. l. interdum. in prin.
u arg. l. legata inutiliter. ff. de adi. legat.
a d. §. hoc ita.
b d. l. j. ff. de uulg.
c d. l. sicut §. j.
d d. §. si eadẽ. uers. distinctum. Inst. de legat.
e Barto. in ij. opp.
f d. l. triplici. uers. uideamus.
g l. sæpe. de uerbo. sign.
h l. cũ in testamento. §. j. ff. de hære. instit.
i d. uers. uideamus.
k l. si pluribus. in princ. cum gl. de leg. ij.
l l. qui filiabus. §. j. de lega. j.
m l. propon. [illegible] de iudic. l. j. ff. de proba. l. [illegible] ff. de fideius.
n Castr. [illegible] impub. & [illegible]
o l. non distinguemus. l. cum in plures ff. de arbit.
p l. moschus. ff. de iure fisci.
q l. si necessarios. §. si annua. ff. de pig. actio.
r l. hoc articulo. ff. de hære. instit.

s d. l. si pluribus.
t l. qui liberis. §. hæc uerba. ff. de uulg.
u l. si creditores. C. de pact.
x d. l. fina. C. de impub. & alijs.
a Bart. l. hoc articulo. ff. de hær. insti.
b l. ex duobus. §. j. ff. de uulg.
c l. ait diuus. ff. de iure fisc.
d Bart. d. l. hoc articulo.
e l. qui filiabus. §. j. ff. de leg. j.
f l. si creditores. C. de pact.
g l. si pluribus. in prin. de leg. ij.
h l. non distinguemus. §. cũ in plures. ff. de arbit.
i d. l. hoc articulo. in fi.
a l. si pater. §. j. ff. de uulga.
b l. interdũ. in prin. ff. de hæred. insti.

hanc esse, ut rem cuilibet insolidum attribuant, Collectiuorum uerò, ut omnibus collectiuè[c]. Sed hæc ratio quatuor modis oppugnari potest; Primò, si libertis, & quos testamento manumisi, & Seiæ alumnæ legem prædium, ita ne de nomine familiæ exeat: Seia, licet proprio nomine uocata, nõ ultra, quàm unus ex collectis consequetur[d]. Aliqui respondebant, relatiuum Quos, quod in hoc exemplo proponitur, distributiuum esse, quod planè falsum est[e]. Alij dicunt, prohibitionem alienationis, quam fecit testator, hoc operari[f]: alij aliter. Ego ita, quòd tunc fiant æquales partes, quãdo proprium nomen & collectiuum apponuntur obscuritatis declarandæ causa, & præterea omnibus æquale onus imponitur: nam cùm familia constet ex pluribus personis[g], & testator uolebat quibusdam de familia legare, ita tamen ne extra familiam legatum exiret, necesse fuit nominare eos, quibus legare uolebat: nominauit igitur libertos suos, item eos quos in testamẽto manumisit, id est, eos qui poterant esse nõ ipsius liberti sed hæredis, uidelicet quando fideicommissariæ essent libertates. Inter has itaque libertorum species nullam legati facere uoluit differentiam, sed illos potius ita celeriter expresit, quàm coniungere uoluit[h]. Præterea nominat Seiam alumnã, ideo quia poterat esse non liberta, erat tamen de familia[a]. Illam igitur nominauit, ut ostenderet cui de familia relinquere uolebat, sed æqualiter tantùm illam admitti uoluit, tum quia illam, sicut & alios libertos, æqualiter grauauit, uidelicet ne extra familiam fieret alienatio, ex quo æquali grauamine legati æqualitas præsumitur[b]: tum quia species libertorum æqualiter uocauit, unde in eadem oratione non potest diuerso modo admitti Seia[c]. Nec obstat si dixeris, in hac oratione Titio & fratribus, quamuis sit una oratio, esse inæqualitatem[d], quia hoc propter significationem nominis collectiui, à qua non recedimus, nisi de contraria testatoris uoluntate manifestè constet[e]; sicut in casu quo de agimus[f]. Cum enim (ut

c Glos. d. l. si pluribus. ff. de leg. ij.
d l. antepe. §. lucius. j. ff. de leg. ij.
e Bart. arg. d. l. si pater. j. ff. de uulg.
f Bar. hic. nu. 30.
g l. fi. C. de uerbo. signifi.
h arg. u. l. si ita quis hæredes. ff. de hæred. instit.
a Ang. arg. § eadẽ. insti. qui. ex caus. manu. licet.
b l. utrũ. §. fina. j. de reb. dub.
c argum. l. iiij. ff. de uulg. uersi. incongruum.
d l. interdũ. in prin. ff. de hære. instit.
e l. nõ aliter. ff. eo.
f d. l. antepe. §. lucius.

iam dixi) testator inter libertorũ species collectiui nominis significationẽ non obseruauit, cùm omnes libertos uocat æqualiter, non autem cuilibet speciei dat dimidiam partem, nec is quoq;, qui proprio nomine uocatus est, dimidiam habebit, sed æqualem.

Secũda oppugnatio est, si te & posthumum instituí, si duo uel tres posthumi nascantur: tu, quamuis proprio nomine uocatus, non plus habebis, quàm unus ex posthumis[g]. Respondebat Bart. hoc ideo esse, quia testator non sperabat nisi unũ nasci, ad id nãq; quod frequentius accidit respexisse præsumitur[h]. Vel aliter, & rectius, dicas: quòd, cùm posthumum instituo, perinde est, acsi omnes posthumos instituerẽ[a]: quoniã indefinita oratio uniuersali æquipollet[b], & sic dictio Posthumus, in singulari numero non est collectiua: secus autem si dixissem, Te & posthumos instituo; tunc tantum habebis, quantum omnes posthumi[c].

Tertia est oppositio, quòd si tres instituí, & primo cohæredes pro hæreditarijs portionibus substituí, postea te substitutis adieci: primo hærede nõ existente tu dimidiam non habebis, licet sis per nomen proprium uocatus[d]. Quidam dicunt quod hîc à significatione collectiui receditur, propter institutionem in certas partes factam. Alij, quòd substitutio erat facta pro hæreditarijs portionibus, quod nihil refert, cũ ita facta intelligeretur, quãuis id nõ esset expressum[e]. Respondẽt igitur alij, quòd Tu eras re coniunctus, alij uerbis coniuncti, & ita duæ erant orationes, & illi uerbis coniuncti te potiores erãt[f]: sed quia expresè eras substitutus, unà cum illis admitteris. Sed nec hæc responsio placet, quia respectu portionis deficientis, in qua tantum considerari debet coniunctio[g], omnes æqualiter erant coniuncti. Dico igitur, quòd tu eras substitutis adiectus cohæres, quo casu testator non uoluit ut plus haberes, quã unus ex his, quibus fuisti adiectus, nõ enim uoluit te plus diligere[h], quod si uoluisset, nõ te substitutis adiecisset, sed ipsi primo te substituisset[i]. Quarta est oppugnatio, si Titiũ, & fratres æquè instit

g l. quidam. §. fina. cũ duabus ll. seq. j. de reb. dub.
h l. nam ad ea. ff. de legib.
a l. si quis ita. uer j. ff. de testa. tutel.
b l si pluribus. ff. de leg. ij.
c Castrens. l. fi. C. de impub.
d l. qui cõplures. ff. de uulg.
e l. j. C. de impub.
f ut hîc, uersi. præfertur.
g l. unic. § ubi. uerò ti uerò pars. C. de cad. tol.
h arg. l. publius. in fin. j. de condi. & demonst.
i arg. l. ij §. si quis ita scripserit. j. de bo. pos. sec. tabu.

institiuam, Titius non plusquàm unus fratrum consequitur [a]. Huic oppositioni facilis est responsio, quoniam dictio Aequè, id operatur, quæ semper æquales facit partes [b]. His itaque dissolutis oppositionibus, stat conclusio uera, quòd qui collectiuo nomine uocantur cum alio, illi unam tantùm personam, hic aliam repræsentant [c], etiam in usufructu [d], uel contractu [e], aut potestate concessa [f], uel eligendi facultate [g], uel pœnæ præstatione [h], alio'ue quolibet actu [i]. Postremò in hac uerbali coniunctione omittendum non est id, quod Barto. uoluit per has aduersatiuas, Autem, Verò, in eadem oratione positas, coniunctionem uerbalem effici [k]: quoniam coniunctio una pro alia accipitur [l]. Sed ego cõtrariam partem sequerer [m], cùm uix fieri possit, ut in eadem oratione huiusmodi aduersatiuæ collocentur. Magis sequerer Bartolum in disiunctiua Aut, ut illa uerbalem coniunctionẽ pariat, si in eadẽ oratione, & inter personas collocaretur [n]. Hactenus de uerbis coniunctis.

a l. interdũ in prin. ĩ. de hære. inst.
b ut hĩc.
c d l. si pater. j. ĩ. de uulg.
d l. si quis titio. ff. de usufr. accr.
e l. iij. ff. de stipul. seruo.
f arg. l. si plures. ff. de pact.
g clem. si plures. de iure patro.
h Auth. causa quæ fit. cũ gloss. uerb. cũ officio. C. de epis. & cler.
i arg. c. postulasti. de cõcess. præben.
k Barto. hĩc nu. 14.
l Gl. l. cas [illegible]. j. de cõd. & [illegible].
m l. lucius §. quæ habebat. j. ad trebel.
n l. cùm quidã. C. de uerb. sign.

AXIOMA IIII.

Re & uerbis coniuncti dicũtur, quibus eadem res [a], partibus nullis expreßis [b], in eadem & coniũcta oratione relinquitur.

A. EADEM RES. Quæ suprà in uerbali coniunctione diximus, de eadem re, eadem oratione, & coniuncta oratione in hac mixta coniunctione repeti possent.

B. PARTIBVS NVLLIS EXPRESSIS. Ex hoc sequitur, quòd si Titio & Caio legem fundum, hi erunt re & uerbis coniuncti [a]: Sicut & illi, Titius & Caius hæredes sunto [b]. Nam partes uiriles in eadem oratione expressæ, uerbalẽ [c]: subintellectæ, realem & uerbalem faciunt [d]: expressa enim nocent, nõ tacita [e]. Nam licet in hac oratione, Fratribus lego fundum, insint & debeãtur uiriles partes [f]: perinde ac in illa, Fratribus lego fundum æquis partibus [g]: tamẽ aliud est, Inesse, aliud Exprimere [h]: quia expresſio ſæpe rei mutat effectum [i]. Vnde iuriſconſultus dicit, per hæc uerba Aequis partibus, si expressa sint, fieri coniunctionẽ uerbalẽ [k], si sint tãtũ tacita, fieri realem & uerbalẽ [l]. Non obstat quod Iason effutit, Iureconsultũ unum tantũ exemplũ (quo cõmunis regula coarctari nõ solet [m]) proposuisse, ut uerbis coniunctos demonstraret [n]: siquidẽ & si fateremur hoc uerũ esse, attamen uerisimilũ est, Iureconsultũ eius generis exemplũ proponere debuisse de quo maior dubitatio oriri potuisset [o], at si hanc orationẽ, Fratribus lego fundũ æquis partibus, exemplum duntaxat appellemus, tale erit, de quo nulla dubitatio oriri potuisset, si hæc oratio, Fratribus lego fundum, uerbalem tantum coniunctionem faceret. Certò igitur hoc sequamur, quòd mixtam faciat [a]: nanque cùm sola partiũ separatio coniunctionẽ realẽ impediat [b], & separatio orationũ coniunctionem nõ realem, sed uerbalem [c], necesse est, ut unitas partium & sermonum, quæ dicitur rerũ & nominum cõplexus [d], mixtam producat coniunctionẽ [e]. Contrariam tamen partem Petrus à Bella pertica sequitur, eiusque opinionẽ plerique etiã ex nouissimis amplectuntur [f]. His rationibus quilibet ex re coniunctis ab initio rem insolidum habet [g]: contrà in uerbis coniunctis quilibet ab initio partẽ habet [h]: at in suprascripto exemplo, Fratribus lego fundum, quilibet fratrũ ab initio habet partẽ [i]: ergo fratres sunt tantũ uerbis coniuncti, non re: & maximè (inquiunt) in hoc exemplo, Titio & Caio lego fundum: tunc enim copula ET, sicut cuique pro uirili parte actũ distribuit, tam in cõtractu [k] quàm in sententia [l]: ita quoque & in testamento [m], quod, maximè quo ad uerborum significationem, à contractu non differt [n]. Huic argumento respondebat Bartolus [o], quòd partes tantùm cuilibet sunt distributæ per concursum [p]: sed ab initio testator unicuique solidum assignare uidetur [q]. Quæ responsio omnibus displicuit, quoniam imo ab ipso initio [r], nimirũ à testamento facto [s], cuilibet partes uidentur esse factæ: siue partes testator expresserit, siue nõ expresserit [a], semper enim dicitur cõmuniter non insolidũ omnibus legasse [b]. Et hanc opinionẽ Zazius ueram affirmat, quòd in coniunctione mixta

a Glo. fin. l. j. §. fi. ff de usufr. accresc.
b l. triplici. §. uideamus. de uerb. sig.
c ut hĩc, uersi. quia semper.
d l. si duobus. § fin. cum glo. ij. & iij. ĩ. de leg. j.
e l. expressa. de reg. iur.
f l. legata inutiliter. §. fi. ĩ. de leg. j.
g l. interdũ. in prin. ĩ. de hæred. instit.
h l. si quis sempronium hæredem. ĩ. de hæred. instit.
i l. si in diem. in fi. j. de cõd. & dem.
k ut hĩc. uersi. item.
l d. l. si duobus. §. fi. ĩ.
m l. damni. ij in fin. ff. de dam infect.
n Iason hĩc, nu. 38.
o l. si ancillæ. C. de furt. cum fim.
a d. l. triplici. uersi. uideamus.
b ut hĩc, uersi. item
c l. sicut § j. ff. quib mo. usu. fr. amit.
d d. l. triplici. ĩ prin.
e §. ex maleficijs. Instit. de act.
f Alex. l. planè. §. si cõiunctim. de legat. j.
g l. unic. §. ubi autẽ. uersi. sin uerò nõ omnes. C. de cad. toll.
h ut hĩc, uersi. item.
i l. legata inutiliter. §. fi. ĩ. de leg. j.
k l. reos § cũ in tabulis. ff. de duobus reis.
l l. j. C. si plur. una sent.
m l. cui fundus. de cõd. & demon. j.
n l. quæ de legato. ĩ de leg. j.
o Bart. hĩc, nu. 16.
p l. coniunctim. ĩ. eod.
q l. utrũ. uersi. quasi. j de reb. dub.
r d. l. planè. j. §. si cõiunctim. ĩ de legat. j.
s d. l. cui fundus.
a l. si duobus. §. fi. ĩ. de leg. j.
b l. eum qui ita. in prin. ff. de uerb. oblig.

mixta partes ab initio fiant[c], quia lex ait, Si coniunctim Titio & seruo legē, partes ab initio fieri[d]. Hic autem non est realis cōiunctio, quia ab initio non facit partes[e]: nec uerbalis, quoniā habet partes expressas[f]: est ergo mixta coniunctio[g], quæ ab initio partes facit sicut uerbalis. unde mixta uerbali magis assimilatur, quàm reali cōiunctioni, quæ tātùm per cōcursum facit[h], & ante concursum rem cuilibet insolidū attribuit[i]. Rationem hāc adfert idem Zazius, quoniam mixtū eius simplicis, cum quo magis participat, effectus retinere solet[k], ut patet in alternatiua rerum, in qua debitoris est electio[l]: in alternatiua locorū est creditoris[m]: in mixta uerò & rerum & locorū etiam creditoris est electio[n], & ita hęc mixta alternatiuorum locorum naturam sequitur. Idem (inquit) in coniunctione mixta est dicendum: illa nanque cum coniunctione uerbali magis, quā reali participat: & sic mirū non est, si illius effectus retineat. Patet, siquidem coniunctio mixta esse non potest sine rei & uerborū complexu[o]: realis autem à uerborū complexu est omnino aliena[a], sed uerbalis nō prorsus à rei complexu aliena est[b], cùm tātùm rei eiusdem partes pro indiuiso faciat[c]. Sic igitur realis à uerbis alienior est, quā uerbalis à re. Et ita realis à mixta quę rem & uerba coniungit est alienior: unde suprà docui, re coniunctos plerunque dici disiunctos[d]. Quid dicendum? Si mixta coniunctio ab initio semper partes faciat, erit'ne Petri opinio uera? ut si tibi & Caio legem fundum, sitis uerbis tantū coniuncti, quia ab initio partes habetis? Sanè non[e], ut & ipse Zazius fatetur: quia, ut nunc diximus, non solùm uerbalis coniunctio, sed etiam mixta partes ab initio facit. Sed contrà imo quasi ab initio solidum tribuit[f]. Et si respondeas, dictionem quasi fictionem arguere[g], nō satisfaciet responsio: tum quia plerunque & ueritatem arguit[h]: tum quia etiā in re coniunctis non uerè, sed per fictionem tantùm, solidum cuique ab initio dicitur datum[i]. In hoc articulo Iureconsulti sibi constare non uidentur: qui nunc partes ab initio fieri uerè[k], nunc fictè[l], nunc ab initio solidum cuilibet uerè dari[m], nunc fictè dicant[n]. Ego igitur ita censendum existimarem ut uerbis coniuncti partes ab initio habeant, quoniam sunt coniuncti cum partium expressione[a]. Re autem coniuncti ab initio solidum, sed per concursum partes habent[b]: sed ab initio totum habent ex ipso testatoris sermone expresso[c]: sicut & uerbis coniuncti expresso testatoris sermone partes habent[d]: & ideo contra huiusmodi sermonem expressum nec probatio in contrarium admitteretur[e], nec lex quicquam fingere posset: quia cessat fictio, ubi est ueritas[f]. Qui uerò re & uerbis coniunguntur, ex præsumpta testatoris uoluntate ab initio partes habent[g]: sed si non concurrant, fictione legis solidū ab initio habent[h]: quoniam lex, sicut in postliminio, quod fuit, nunquam fuisse fingit[i]: ita & hîc partes ex præsumpta testatoris mente nunquam fuisse factas fingit. Ex his omnibus ita explicatis, si Titio & Caio legem fundum, constat illos uel partes ex præsumptione, uel totum ex legis fictione habere, req; & uerbis esse coniunctos. Sed quid si legem Titio fundum & Caio eundem fundum? Omnes post Petrum existimarunt, istos esse re & uerbis coniunctos[k], quia res unicuiq; insolidum, & in eadem oratione attribuitur. Sed ego Accursio cōtradicenti assentior[m], illosq; puto re tantùm esse coniunctos[n]: quia diuersæ sunt oratione, licet altera imperfecta sit, ut suprà diffusius ostendimus[a]. Et hæc de coniunctorum speciebus dicta sufficiant, modò sciuerimus, illas tres species ab homine tantùm fieri posse, qui ut liberum in rebus suis arbitrium habet[b], ita de illis liberè, & uarijs modis disponere potest[c]. A lege uerò non nisi uno modo coniunctio fieri solet, & secundum Bartolum uerbis tantùm coniunctos facit[d]: quia (inquit) lex coniungere dicitur, quando in unius locum plures[e], puta hæredes[f] uel dominos[g], aut in locum plurium unum[h] admittere solet. Itaque cùm illos admittat per nomina collectiua, liberos, agnatos, & similia[i], quæ ut

suprà

c d. §. si cōiunctim. Z. 12. in suis intel.
d d. §. si cōiunctim.
e d. l. cōiunctim. ꝭ.
f ut hîc, uers. item.
g d. §. ex maleficiis. instit. de act.
h d. l. coniunctim.
i d. l. unic. §. sin uerò non omnes.
k l. cū quæritur. ff. de sta. hom.
l l. plerunq;. in fin. ff. de iure dot.
m l. iij. in prin. uers. quare. ff. de eo qd cer. loc.
n d. l. iij. in princip. uersi. proinde.
o d. l. triplici. ī prin.
a ut hîc, uerb. separatum. & l. sicut. §. j. quibus modis ususfr.
b l. huiusmodi. §. quibus. de leg. j.
c ut hîc, uers. item.
d dixi ꝭ. inf. axiomate.
e d. l. triplici. §. uideamus.
f l. uerū. uers. quasi. ĵ. de reb. dub.
g l. iij. §. fin. ff. de ui & ui arm.
h l. si ante. cū gloss. fi. ꝭ. sol. matr.
i d. §. fin uerò non omnes.

k l. planè. §. si coniunctim. leg. j.
l l. cui fundus. ĵ. de cond. & dem.
m l. coniunctim. ꝭ. eod.
n d. §. sin uerò non omnes.
a ut hîc, uersi. quia semper.
b l. coniunctim. ꝭ. eod.
c d. §. si uerò non omnes.
d Gloss. si duobus. §. fi. ꝭ. de leg. j.
e l. non aliter. ꝭ. eo.
f l. qui ad certum. ff. locati.
g d. §. si. cum gl. & l. planè. §. si coniunctim. leg. j.
h d. l. rerum. uersic. quare.
i §. si ab hostibus. Instit. quib. mod. ius patr.
k argu. l. stipulatio ista. §. cū qui ita. de uerb. oblig.
m Gloss. j. hîc.
n l. meuio. in princ. secundum cōmu. intellec. de leg. ij.
a dixi ꝭ. in. ij. Axio. uers. separatum.
b l. dudū. C. de contrah. empt.
c arg. l. in cōditionibus. ĵ. de cond. & demon.
d Barto. hîc, nu. 18.
e l. j. §. quibus. ĵ. de succ. edict.
f l. legatarius. ī principio. ꝭ. de leg. j.
g l. v. ff. de stipul. seruo.
h l. si duobus seruis. ꝭ. de leg. ij.
i l. ij. ĵ. de suis & legit.

ſuprà diximus uerbalem coniunctionem faciunt [k], admittat item illos in partes ſeparatas, nempe in capita, aut ſtirpes [l]: ſequitur illos (ait) uerbis tantum eſſe coniunctos. Ego tamen rectius Accurſium ſenſiſſe exiſtimo, dicentem, eos re & uerbis eſſe coniunctos [m]. Non obſtat, quòd lex coniungit per nomina collectiua, quoniã illa etiam mixtam coniunctionem producunt [n]. Rurſus non obſtat quòd lex in partes ſeparatas coniungat, quia partes ſeparatæ ſi non ſint expreſſæ uerbalem coniunctionem nõ faciunt, ſed mixtam [o]. At cum lex uocat, licet partes æquales intelligantur [p], non tamen illas exprimit, ſed ſimpliciter dicit, ad ſuos pertinet hæreditas [a], uel ad agnatos pertinet [b], uel ad proximos cognatos [c]: & ita in alijs legum coniunctionibus partes tantùm uiriles intelliguntur [d].

k Bart. hic, nu. 11.
l Authẽ. in ſucceſſione. C. de ſuis & legit.
m Glo. j. uerb. ex ſocij § idem ait. ff. de uſufr. accreſ.
n Barto. hic, nu. 16. in fin.
o Glo. l. ſi duobus. § ſi. ĩ. de leg. j.
p l. quoties. § hæredes. ĩ. de hæred. inſtit.
a §. j. Inſti. de hære. quæ ab inteſt.
b Inſtit. de leg. ag. ſucceſ. in prin.
c Inſtit. de ſuc. eſſ. cog. in princ.
d l. j. in princi. ĩ. de legi. tuto.

SVPEREST nunc, ut de coniunctionis effectibus tractemus. Et ſciendum eſt, ut iam ſuprà in definitione diximus, quòd coniunctio coniunctos ita connectit, ut omnes unius loco habeantur [e]. Sic quoqꝫ commoda & onera coniunctorum ita coniungit, ut illa eadem, & nõ diuerſa cenſeantur [f]. Sed hæc onera & commoda aliquando in portione noſtra [g], aliquãdo in portione conſocij noſtri, qui nobis coniunctus eſt, coniungit [h]: de utroque igitur caſu eſt uidendum. Circa primum interpretes nihil hîc tradiderũt, eſt enim diffuſiſsimus in toto iure articulus, & infiniti propemodum negotij: illum igitur per tranſennam indicabimus, eam duntaxat ob cauſam, ut diligens lector obſeruet quanti ſint in uarijs iuris articulis connexus, quos ſi apertè docere Iureconſulti uoluiſſent, non ſolùm conſultatoribus, ſed potius diſcere uolentibus ſeſe præſtitiſſent [l]. Sed ad rem ueniamus: Rei debendi & ſtipulandi ita coniuncti ſunt, ut unius loco habeantur [a]: & idcirco factum unius in alterius portione nunc prodeſſe, nunc obeſſe ſolet [b]. Idem eſt in pluribus fideiuſſoribus [c], mandantibus [d], iubentibus [e], tutoribus [f]: nam omnes iſti ex legis diſpoſitione ſunt re & uerbis coniuncti, licet in illis hac loquendi forma Iurecõſulti non utantur: cùm enim eiuſdem rei & nominum complexus illos coniungat, certum eſt eos re & uerbis eſſe coniunctos [g]. Idẽ eſt in ſtipulatione, uel promiſsione rei indiuiduæ [h]: nam non ſolùm huiuſmodi ſtipulatores, uel promiſſores, uerum etiam hæredes illorum plerunqꝫ unius loco habentur [i]: & ita in portione ſua ex alterius facto tenentur, perinde ac ſi ipſi feciſſent [k]. Et hæc ſatis ſint quo ad primum caſum: nunc de ſecundo uideamus, quomodo ex portione ſocij & commodum habeamus, & incommodum patiamur: quod tantùm contingere poteſt, quando portio ſocij nobis coniuncti deficere ſolet, & nobis acquiritur [l]. Explicare igitur oportet, quomodo deficiat, deinde quomodo defecta nobis acquiratur.

e l. plane. in prin. ĩ. de leg. j.
f l. ſi Titio § ſi. de leg. ij.
g l. ij. § ſi ff. de uerbor. oblig.
h l. mortuo. § fina. de leg. ij.
l l. ij. § & quidem, ex omnibus. ff. de orig. iur.
a l. iij. § fina. ff. de duob. reis.
b l. fina. C. de duob. reis.
c § ſi plures. Inſtit. de fideiuſſ.
d l. reduct. § duobus. ff. mand.
e l. fina. ff. quod iuſſ.
f l. j. § nun. tractemus. ĩ. de tutel. & rat.
g l. triplici. in prin. de uerb. ſign.
h l. iij. § fina. ff. de uerb. oblig.
i d. l. ij. § ex his.
k l. iiij § cato. ff. de uerb. oblig.
l rub. quando non pet. part. C.

AXIOMA V.

Portio cõiuncti deficere poteſt ex perſona inhabili [a], ex actu falſo, uel obſcuro, uel deducto in caſum, à quo incipere non poteſt, ex conditionis defectu, ex repudiatione, aut temporis lapſu.

A. EX PERSONA INHABILI. Portio, ſiue ius alicuius, tribus modis deficere poteſt [a]. Primo, quãdo ab initio in perſona illius actus non ualuit, tunc portio habetur pro non ſcripta, ſiue ſit legatum [b], ſiue hæreditas [c], ſiue contractus [d]. Ab initio autem non ualet actus, quando quis falſo [e], aut etiam teſtatoris iuſſu [f], ſibi aliquid in teſtamento adſcribit: uel quando actus ita obſcurus eſt, ut intelligi non poſsit [g]: aut in eum caſum eſt diductus, à quo incipere non poterat [h]. Idem eſt, quando perſona eſt incapax, nempe aut deportatus [i], aut mortuus [k], aut ſpurius, uel religionem ingreſſus [l]. Secundo, quãdo ab initio actus, ſpe quidem ualet, ſed ante ſpei exitum conditionis [m], aut perſonæ [n], uel rei defectu [o], nullus redditur: tũcqꝫ portio deficiẽs quaſi caduca dicitur [p]. Tertio, quando actus nõ ſolùm ſpe, ſed & re ipſa conſtitit, ſed poſtea per repudiationem, uel temporis lapſum [q]

a l. unic. § & cũ triplici. C. de cadu. toll.
b Glo. j. l. ij. ĩ. de hæred. inſtit.
c l. curatoribus. § j. ĩ. de leg. j.
d §. quod ſi quis. Inſti. de inutil. ſtipul.
e l. j. ĩ. de his, quæ pro non ſcrip.
f l. ſi. eod. tit.
g l. duo ſunt tit. ĩ. de teſta. tutel.
h l. ſi pro parte. ff. de ſeruit.
i l. j. C. de hæred. inſtit.
k d. § & cum triplici.
l Bal. l. eam quam. C. de fideicomm. num 18.
m d. § & cũ triplici.
n l. ſi duobus. § fin. de leg. j.
o § ite̅ ſi iuris. uerſi. item contra. Inſtit. de inutil. ſtipul.
p d. § & cũ triplici.
q l. j § ſi nemo. ĩ. ad tertul.

r l. iij. §. fin. cū ij ll. seq. ff. de bo. poss.
s d. §. & cū triplici.
t l. j. §. quibus. ff. de succes. edict.
u l. si mulier. §. diui. ff. de leg. j.
x Authen. hoc amplius. C. de fideicomm. l. j. in fi §. iure delib.

defecta est portio [r], quæ hoc tertio casu appellatur caduca [s]. Temporis autem lapsum intelligo, siue à lege [t], siue à testatore [u], siue à iudice ex legis autoritate [x] esset præstitutum. Item circa repudiationem sciendum est, quòd si unus idem iure ciuili & prætorio succedere possit, si alterum ius repudiet, eius portio nondum deficit, quoniam ex altero iure adhuc succedere potest [a]. Qui enim duo iura habet, alterum per alterius repudiationem non perdit [b]. Et sic portio non dicitur defecta, cùm ipso iure non deficiat [c]. Vnde lex ait, eius qui bonorum possessionem omisit portionem deficere si cesset legitima successio [d], id est successio quæ iure ciuili, uel ex testamento [e], uel ab intestato defertur [f]. cessat autem legitima successio per repudiationem [g], præscriptionem [h], emancipationem [i], cognationē ab agnatione separatam [k], exceptis matre & filio, qui tametsi tantum cognati sint, sibi inuicem per senatusconsulta succedunt [l]. Sed contrà. Imò uidetur, quòd per solam bonorum possessionis omissionem defecta censeatur portio [m], alioqui successorium edictum introductum, ne creditoribus longior mora fiat [n], superuacaneum esset, si post omissam bonorum possessionem ius adeundi, quod triginta est annorum [o], competeret. Huic oppositioni respōdent interpretes [p], quòd per omissionem bonorum possessionis nō obstante iure adeundi statim portio deficit, sed propter hoc ius aditionis poterit reuocari, licet interim alius administrationē exercuerit [q]. Sed hanc dissolutionem confutauit & rectè Curtius, quia per omissionē bonorum possessionis portio ita deficit, acsi omittens in eo non fuisset numero [a]: & per consequēs sine ulla reuocationis spe bonorū possessionem perdit. Aliter igitur respondet idem Curtius, quòd per omissionem bonorū possessionis portio deficit, in eo scilicet qui de iure ciuili succedere non poterat, aliàs si potuisset non esset defecta portio, cum superesset adhuc ius ciuile [b]. Sed hæc quoque responsio mihi displicet, tum quia leges generaliter loquentes restringit [c], tum quia si patronus omittat bonorū possessionem dicitur esse defecta [d], & tamen de iure ciuili succedere adhuc poterat [e]. Existimarem igitur ita censendum, quòd per omissionem bonorum possessionis ipsa tantum bonorum possessio, non autem portio eius, qui de iure ciuili succedere potest, sit defecta [f], leges enim dicunt, per omissionem bonorum possessionis ius eius perditur, & cæteris ipsa bonorū possessio competit [g]. portio uerò cæteris nunquam competit, nisi legitima cesset successio [h]. Et si dixeris, sicut ille qui altero iure agnoscit utroque iure dicitur agnoscere [i], ita qui altero iure repudiat, utroque iure censeatur repudiasse [k]. Respōdebo, bonū, firmum ue non esse argumentum ab agnitione, ad repudiationem [a]. Rursum si dixeris, si per omissionem bonorum possessionis defecta nō fit portio, sed tantùm bonorum possessio: ergo successorium edictum creditoribus nō subueniretur [b]. Respondebo, creditores eum qui omittit bonorum possessionē cogere posse, ut intra certū tempus iure ciuili adeat, aliàs excludatur [c].

a l. j. C. de suis & legit. hær.
b l. nec is. §. j. ff. de acquir. hæred.
c Glos. l. si duo patroni. ff. de iure iur.
d l. unica. C. quan. non pet. part.
e l. lege obuenire. ff. de uerb. sign.
f l. iij. §. de illo. ff. pro so. io.
g d. l. nec is. §. j.
h l. sicut. C. de præscrip. 30. ann.
i §. mancipati. Instit. de hære. quæ ab intest.
k l. j. in prin. ff. unde cog.
l titulis ad senatusc. orfic. & tertull.
m l. j. §. qui semel. §. quibus. ff. de successedict.
n l. j. in princip. ff. de success. edict.
o l. cer. C. de iur. delib.
p Decius l. unic. C. quando non pet. part. circa finem.
q l. si impubes. §. quæsitū. cum gl. ff. de carb. edict.

a §. cùm igitur. in fin. Instit. de bon. poss.
b Curt. d. l. unica quando non pet.
c d. l. j. §. qui semel. §. quibus. cū fini
d l. ij. in princ. ff. de bon. liber.
e Instit. de succ. libert. in princ.
f d. §. cùm igitur in fin.
g d. §. qui semel. & §. quibus. de bon. poss.
h d. l. unica. quādo nō pet. part. portionem.
i l. puberem. C. de iur. delib.
k arg. l. j. in prin. de his qui sunt sui.
a Bart. d. l. nec is §. j. de acqui. hæred.
b Ias. d. l. unica. nu. 39. quando non pet.
c l. si quis institutus. §. j. ff. de hæred. instit.

De Grad

De Gradibus affinitatis.

TRACTATVS VII.

AXIOMA I. LEX I.



PARENTES, id est, omnes maiores etiā ultra tritauum[a], siue masculi sint, siue fœminæ[b]: in cognatione superiore[c], non naturali tantùm, uel ciuili, in quibus patres tantùm ueniunt[d], sed in mixta sunt[e].

AXIOMA II.

Liberi, id est, omnes descendentes, etiam ultra trinepotem[f], siue sui sint iuris, siue in potestate[g], siue masculi, siue fœminæ[h], sunt in inferiore cognatione mixta[i]: sed in naturali, uel ciuili, adhibetur distinctio[k].

AXIOMA III.

IN transuersa linea fratres, & sorores, liberiq́ eorum continent[l]: item patruus, Amita, Auunculus, matertera, filiję eorum[m]: Sed isti prioribus uno gradu semper remotiores sunt[n].

AXIOMA IIII.

GRadus est de proximo in proximū transitus[o]; & quot sunt transitus, modò remotiores sint[p], & non æquè propinqui[q], tot erunt gradus[r].

AXIOMA V.

TRansuersa linea iure ciuili à secundo gradu incipit[a]. Quia à fratre & sorore incipit[b], inter quos sit secundus transitus[c], & fit secundus gradus[d]: quoniam à patre in filiū primus fit trāsitus[e]. Pontifex uerò quia tātùm ob nuptias, quæ sine masculo & fœmina esse nō possunt[f], gradus numerat[g]: sororē in primo gradu facit[h], quoniā post matrē & filiā, q̄ ob carnis unitatem non numerātur[i] proximior est[k].

AXIOMA VI.

NEptis & Auus, quia & maior copulæ prohibitio est[l], & proximior consanguinitas[m], quàm inter fratrem & sororem, iure pontificio sunt in primo gradu.

a l.iiij. §. parentes. de in ius.
b l.appellatione parentum. de uerb. sign.
c l.j hic in princ.
d l.patris. de in ius uoc.
e l.iiij. uers. utroq;. j. eod.
f l. liberorum. de uerb. sign.
g d.l. iiij. circa fin. uersi. in adop. j.
h l. cognoscere. §. liberorum. de uerb. sign.
i Vt hic, in princ.
k d.§. in adoptionem.
l Vt hic, in princ.
m Instit. eod. tit. §. secundo.
n §. secundo gradu j.
o l. iureconsult. §. gradus. j.
p d. l. iurisconsf. §. secundo. uersic. sed hic.
q Glos. uerb. generata. §. hactenus. Instit. eod tit.
r d. §. hactenus.
a Vt hic.
b d. l. j. hic. §. secundo gradu.
c d. l. iurisconsul. uers. nā qui mihi.
d d. §. secundo gradu.
e d. l. iurisconsf. uer. idem faciēdum.
f §. nuptiæ. Instit. de patr. potest.
g c. ad sedem. uers. denuq;. 35. q. 5.
h d. c. ad sedē. uers. fratres itaque.
i cap. contradiximus 35. q. 5.
k l. j. § post suos. de su. & legit.
l §. ergo. §. inter. Instit. de nup.
m d. l iurisconsf. uers. proximiores. uu cto §. ita demū. Instit. de hæred. quæ ab intest.

AXIOMA VII.

PAter cum filijs, quamuis naturalibus tantùm, nunquàm concurrit[n], neq; mater cum legitimis[o], sed cum naturalibus in duabus uncijs[p], cum legitimis ex alia susceptis in una concurrit[q]. Pater item & mater in filij hęreditate, si sint alij filij, concurrunt[r]: si non sint, præfertur pater[s]. Filius uerò & filia in parentis hæreditate semper concurrunt[t].

AXIOMA VIII.

TRansuersi cum superioribus[u], non cum inferioribus[x] (quia illis magis debetur successio[y]) cōcurrunt. Sed & inter se aliquando cōcurrunt[z], aliquando non concurrunt[a].

AXIOMA IX.

INtestatus decedit, qui cū poterat[b], uel non poterat[c], testamentum non fecit; uel imperfectum fecit[d], aut etiam perfectū, quod tamē postea capitis diminutione[e], p̄teriti posthumi natiuitate[f], uoluntatis mutatione[g], aditionis negligētia[h], inofficiosi querela, contrastabulas'ue bonorum possesione[i], aut magna hęredis ingratitudine deficit[k].

AXIOMA X.

CVm testamentum deficit[l], proximior[m] legis[n], uel prætoris autoritate succedit[o]: imò & tacito defuncti iudicio[p]: unde perinde grauari potest, atq; hæres institutus[q].

AXIOMA XI.

SVccesio ab intestato primò suis[r], quasi illis debita sit etiam sine aditione[s], quia ante defuncti mortem domini sunt[t], acquiritur.

AXIOMA XII.

HÆreditatem nō aditam etiā ad hæredes extraneos sui transmittunt[u], Alij ad consanguineos tātùm[y], non

n §. nouiss. Institu. ad orfic.
o l. si matre. C. de suis.
p §. si quis autem defunctus. Auth. quib. mod. natur. effic. sui.
q l matre. C. de natur. libe.
r l. si quis. C. ad tertull.
s l. in successione. eod.
t §. j. Instit. de hæred quæ ab.
u Vt hic. uersic. ex transuerso.
x l. quoties. C. de suis.
y l. nam & si. de inoffi.
z l. j. C. de legit. hæred.
a l. patruo. eo. tit.
b l. j. in prin. uersic. planè. de suis.
c l. qui duos. l. Lucius. de uulga.
d Inst. de hær. quæ ab. in princ.
e §. alio. Insti. quib. mod. testa.
f l. iij. de iniust. rupt.
g §. posteriore. Instit. qui. mo. test.
h l. j. in princ. de suis.
i l. ut liberis. in prin. C. de colla.
k § si quis de prædictis. Authen. ut cùm de appell.
l l. quamdiu. ij. de acq. hæred.
m l. ij §. legitimi. de suis.
n l. lege obuenire. de uerb. sig.
o l. j. in princip. si tab. testa.
p l. conficiuntur. in princ. de iur. codicill.
q l. j § si. de leg. iij.
r d. l. iurisconsf. in princ. §. qui autem per.
s l. fin. in princ. de bon. damnat.
t l. in suis. de suis & legit.
u l. in suis. de liber. & posthu.
x §. in nouiss. C. de caduc.
y l. j. C. de his qui ante aper.

non ascendentes, sed descendentes[z]. Et cum Sui in omni successione ipso iure hæredes sint[a], in illis nunquam iacet hæreditas[b], licet ante aditionem conueniri non possint[c].

AXIOMA XIII.

SVus quamuis se abstineat, non desinit esse suus hæres[a]. Vnde post repudiationem olim perpetuò[b], hodie intra triennium hæreditatem adhuc consequi potest[c].

AXIOMA XIIII.

SVus licet quodammodo etiam sine apprehensione possideat[a]: uerum tamen possessionem, nisi illam apprehendat, non consequitur[b].

AXIOMA XV.

SVi possunt esse descendentes usque ad septimum gradum[a]: Sed nullus uerè suus est, nisi qui in potestate sit[b]: & tempore mortis defuncti proximior[c].

AXIOMA XVI.

POsthumus licet in his, quæ illius tantùm commodum respiciunt, habeatur pro nato[a], ut in tutela[b], uel legato[c]: secus tamen est in his, quæ sibi damnosa, ut patria potestas[d]: uel alteri utilia[e], aut dãnosa esse possunt[f]. Vnde testamentum non rumpit[g]: neque Suus, nisi largè dicitur[h], sed tantùm futurus suus.[i]

AXIOMA XVII.

NEpos suus est, si morte aui sit proximior[a], uel destituti testamenti tempore[b], quia illud non mortis tempus, ab intestato[c], aut quando nemo mortis tempore propter præteriti[d] uel exhæredati[e] impedimentum suus est, consyderatur[f].

AXIOMA XVIII.

NEpotes quia mortuis patribus sui sunt[a], in stirpes non solùm inter se[b], sed & cum patruo concurrunt[c] imò nepos ante patruum, non post genitus[d], ex primo nato filio

z l.ij. cum glo. C. ad orfici.
a l.j.§ si quis in potestate. si quis omiss. caus. testa.
b Gl. pe. l. cùm hereditas. C. depos.
c l. necessarijs. de acq hæred.
a l. cùm quasi. §. sed & si suus. de fideicom. libert.
b l. si quis suus. de iur. delib.
c l. fi. C. de repud. hæred.
a l. Arg. l. cùm miles. ex quib. caus. maior.
b l. j §. scæuola. si quis testa. liber.
a Gl. l. si fœmina. C. ad Turpill.
b §. cum. sapæ. Instit. de hæred.
c § sui. Institut. de hæred. qualit.
a l. qui in utero. de stat. hom.
b §. cùm autẽ. Instit. de tutel.
c §. posthumus. Instit. de legat.
d Ias. l. si à primo. num. 8 de liber. & posthu.
e l. ij. §. qui autem in uentre. de excusat. tutor.
f l. cùm quidam. §. j. uersic. si fuerit editus de acq. hæred.
g l. iij. §. ex his. de iniust. rupt.
h §. posthumi. Instit. de hæredita.
i l. posthumo. C. de collat.
a §. ita demũ. Instit. de hæredita. & l. posthumorũ. de iniust.
b l. si quis posthumos. § si filium. uersi. sed & si. de lib. & posthu.
c l. si quis filio. in princ. uersi. nam agnoscendo. de iniust rupt.
d l. si filius hæres. de lib. & posthu.
e l. qui in aliena. §. interdum. de acquis. hæred.
f l. in uersic. neque eum de condit. instit.
a d §. ita demum.
b l. j C. de suis.
c l. iij. eod. tit.
d Clem pastoralis. de re iudic.

præfertur[e] in Regno, quod per statutum non filio primogenito[f] sed simpliciter primogenito defertur[g].

AXIOMA XIX.

NEpos post Aui mortem conceptus, licet quædam iura habeat[a], non tamen suus est[b]: sicut nec is, qui se patris hæredem negauit[c].

AXIOMA XX.

CAptus ab hostibus, si ibi decedat, suus non est[a]: sed si reuertatur, etiam post patris mortem, suus est[b]: quia ius postliminij fingit illum nunquam fuisse captum[c].

AXIOMA XXI.

EMancipatus suus non est[a], iure tamen Prætorio si exhæredatus non sit[b], aut tempore exclusus[c], uel se in Arrogationem non dedit[d], cum suo æqualiter concurrit[e].

AXIOMA XXII.

LIcet Agnationis & Cognationis[a], non tamen patriæ potestatis & Emancipationis sublata est differentia[b]. Quamuis olim parenti tantùm[c] & sui iuris morienti[d], hodie uerò omnibus parentibus[e], & etiam fratribus, æqualiter cum suo emancipatus succedat[f].

AXIOMA XXIII.

FIlia non autem ex ea nati[a], quamuis Auo materno succedant[b], excepto feudo[c], sua est[d]: nisi per statutum successione priuetur[e]: quo casu licet adhuc matri intestatæ[f], non tamen patri uel in legitima succedit[g]. licet dotari debeat[h]. etiam à matre[i], non autem à fratre dotata[k].

AXIOMA XXIIII.

QVi à Consanguineo adoptatur[a] excepto feudo[a], suus est[b]: nisi emancipetur, tunc naturali patri succedit[c]. Qui uerò ab extraneo adoptatur, naturali patri semper suus est[d]: sed non adoptanti[e], nisi intestatus adoptato non manumisso[f] decesserit[g].

AXIOMA XXV.

ARRO

e Bald. d. l. iij
f Alex. l. is potest. de acq. hæred.
g c. licet uniuersis. de noto.
a l. Paulus. § Paulus. de bo. libert.
b §. cùm autẽ. Inst. de hæred.
c l. qui se patris. C. unde liberi.
a l. lege Cornelia. de testam.
b §. interdum. Inst. de hæredita.
c §. si ab hostibus. Inst quib. mo. ius patri. potest. sol.
a §. emancipatus. Inst. de hæred.
b l. iiij. unde liber.
c l. j. eod. tit.
d l fin. eod. tit.
e d. §. emancipatus.
a §. nulliã. Auth. de hæred. ab intest.
b Alciat. lib. iij. Parad. cap. x.
c l. iiij. unde libert.
d Peronus. l. gallus. § & quid si tantum.
e §. si quis igitur. Auth. de hæred. ab intest.
f l. maximinus. C. de legit. hæred.
a Insti. de patr. potest in fi.
q § neque illo. Auth. de triente &.
c Titu. de success. feudi. in princ.
d §. j. Insti. de hæreditat.
e Bar. l. j § sciendũ. de suis & legit.
f Bald. l. j. num. 4. C. de legit. hære.
g Decius, l. iura sang. de reg. iur.
h Bald. l. fi. nu. 5. C. de dot. promiss.
i Bald. l. neque mater. in fine. C. de iure dot.
k Bald. Authen. res quæ. num. 16. C. commu. de lega.
a §. adoptiuus. tit. si de feud. defun.
b l. j §. nos. de suis & leg.
c l. pen. in princ C. de adoptio.
d §. sed & omnia. Instit. de hæreditat.
e d. l. pe. § sed ne.
f d. l pen. §. fin autem.
g d. §. sed ne articulum.

ARrogatus suus est [a], etsi impubes sit, quamuis exhæredetur, uel sine causa emancipetur, quartam tamen partem bonorum non arrogatoris [b], sed eorũ quæ habere debebat [c], sine ullo grauamine sequitur [d].

AXIOMA XXVI.

OLim filio in potestate existenti, quia nulla bona habebat [a], nullus hæres esse poterat [b]. Sed emancipato Mater post Patrem [c], siue famosa esset [d] siue in aliena potestate [e], filijs etiam uulgò conceptis succedebat [f].

AXIOMA XXVII.

IN successione Nepotis olim Auus patrem [a], Pater Matrem [b], Mater Auum excludebat [c], quibus omnibus superstitibus, cæteris auus potior erat [d].

AXIOMA XXVIII.

MAter omnino est potior auo, quia illa iure ciuili [a], Auus uerò iure prætorio, quod non adeò forte est [b], succedit. Auus uerò patri præfertur, quia pater respectu Aui tacito tantùm iure, quod lenius est [c], succedit [d]. Respectu uerò matris duplici iure [e], unde matri præfertur propter duo uincula [f].

AXIOMA XXIX.

HOdie, excepto usufructu [a] & feudo in quo frater [b], & lucris nuptialibus in quibus illi à quibus prouenerunt admittuntur [c]: Pater & Mater, Auis etiam ab alterutro exclusis [d] (qui post patrem & matrem in stirpes tantum admittuntur [e]) filio si soli sint æqualiter succedunt [f]. Si sit frater non ex altero [g] sed utroque latere coniunctus [h], aut huius filius [i], unà cum illis concurrit.

AXIOMA XXX.

PAter [a], Mater [b], si secundo uel deinceps nupserint [c], in usufructu bonorum à defuncto coniuge prouenientium [d]: fratres nisi nuptijs consenserint [e], aut sine prole decesserint, in proprietate succedunt [f].

a d.l.pen.§.fin.
b l.pap.§.si qs impubes .de inoff.testa.
c Gl. uerb. quartã. § cùm autem impubes. Institut.de adoptio.
d l.si arrogator.de adoptio.
a l. placet. de acq. hæred.
b l. ij. de castrens. pecul.
c l. si ad patrem de suis.
d l. ij. § si mulier. ad tertul.
e l.filij.eod.tit.
f d.l.ij.in princ.
a l. j. §. nepos. si à parent.
b l.si ad patrem.de suis.
c l. ij. §. sed neque auus.ad Tertull.
d l. æquissimum. eod.tit.
a Instit.ad Tertull. in princ.
b §. quos autem. Instit.de bo.pos.
c Argu. l. express. de reg.iur.
d Gl.uerb.facultates.circa fi. l.qui se patris. C.unde lib.
e l.ij. §. sed neque. uers. uideamus.d. l.æquiss.uerb.ideo admittunt. ad Tert.
f §. cuius. Instit.de hæredita.
a l.si qs §.sin uerò. C.ad Tertull.
b Tit. de success. feudi.
c l. quod scitis. C. de bon.q liber.
d Gl.uerb.gradus. Auth. defuncto. C.ad Tertull.
e § si igitur defunctus. uers.si autẽ eundẽ. Auth. de hære.ab intest.
f d.auth defuncto.
g d §.si igitur.
h d. Auth. defuncto in fi.
i §.hoc itaq..auth. ut fratr.filij.
a §. & hæc cõus. Auth.de nupt.
b Authen.ex testamento. C. de secundis nupt.
c Arg. gl. in Rub. C.de secun. nup.
d §. hinc nos. Authen.de nupt.
e Gl.uerb.copulantur.§ hoc constitutionibus.Auth.

AXIOMA XXXI.

MAter quæ tempore mortis mariti minor nõ erat [b], si intra annum idoneum tutorem uel curatorem liberis suis non penitus egentibus [c] uel furiosis [d], & impuberibus [e], non petierit; Successione etiam testamentaria [f] priuatur. nisi pupillus pubes factus decesserit [g], aut illi legatum, si tutorem non petierit, esset relictum [h]: uel matri relicta esset administratio [i].

AXIOMA XXXII.

PAter naturalis in duabus uncijs [a], mater in reliquo [b], adoptans uerò non extraneus [c], sed consanguineus [d], aut arrogator [e], post matrem [f], nisi arrogatus impubes esset, succedit [g].

AXIOMA XXXIII.

FIlijs non extantibus [a], uel etiam extantibus, sed repudiantibus [b], fratres & sorores etiam sine dotis paternæ collatione [c], filijque eorum [d] fratribus ex altero tantùm latere coniunctis exclusis [e], fratri etiam apud hostes defuncto [f], quamuis emancipato, succedunt [g].

AXIOMA XXXIIII.

FIlij duorum, uel pluriũ fratrum, patruis defuncti præferuntur [a]: cum patruis uerò suis in stirpes concurrunt [b]. Sed si soli sint, quia eo tantùm casu, quo cum patruis cõtendunt, ius antiquum est correctum [c], in capita Digestorum [d], Codicis [e], & Institutionum iure succedunt [f]. Nam si cum ascendentibus, qui aliàs in stirpes admittuntur [g], in capita concurrunt [h]: multò magis soli, quia remotiores sunt, in capita uenire debent [i].

AXIOMA XXXV.

POst fratres utrinque cõiũctos, eorumque filios [a], fratres uterini in bonis maternis, Consanguinei in paternis

de non eligend.
f l.fœminæ.in fi.C. de sec.nupt.
a l.ij. §.si mater. ad Tertull.
b l. ij. C. si aduers. delict.
c d §.si mater.uers. quòd si penitus.
d d.§.si mater.uers. quid si furiose.
e d.§. si mater.uers. qd si curatores.
f l.sciant.C.de legit.hæred.
g l. matres. C. ad Tertull.
h d.l.ij §.tractari.
i d. l. ij. §. quòd si pater.
a §.in quibus. Aut. quib.mod.natur. eff sui.
b §.fin.Instit.de se. Tertull.
c §. sed hodie. Instit.de adoptio.
d Ar. l.pe.§.si uero pater.uers.eiq; ac grat.C.de adop.
e §.mortuo.Inst.de acqui.per arrog.
f l. ij . § obijcitur. ad Tertull.
g § cùm autẽ impubes.Institut.de adoptio.
a §.si igitur.ij. Aut. de hær.ab intest.
b l.defunctis. C.de legit.hæred.
c l.j. cum glo. fin. eod.tit.
d Aut.cessante.eo.
e Auth. itaque. C. com.de success.
f l.si quis. C.de legit. hæred.
g l.j.C.commu.de successio.
a § illud palã. Authen. de hære.ab intest.
b §.si igitur ij.uers. si autem. eod.tit.
c d.§. si igitur.uer. sed ut ipsis. & d. §. si uero neque. uer.sicut diximus.
d l.ij. §. hæreditas. de suis. l.j. §. fin. si pars hære. pet.
e l.pe. circa fi.uers. illo. C.de legiti. hæred.
f §.hoc etiã in fin. Institut.de legit. agnato.success.
g §.si igitur. j.uers. si autẽ eundem.
h Auth.ut fratrum filij.in princ.
i Zasius, in suis Intellect.
a d.§ si igitur.ij.

ternis[b],in reliquis mixtim fuccedunt[c]: quibus deficientibus fine liberis,proximiores in capita fuccedunt[d], fi fint legitimi: nam illegitimi inter fe[e] uel maternis tantum tranfuerfalibus[f], nõ paternis fuccedunt[g].

AXIOMA XXXVI.

POft decimũ tranfuerfalium gradũ[a],non fponfus aut fponfa[b], fed maritus & uxor[c],fi iuftum fit,& mortis tempore matrimonium[d], tametfi non interuenerit copula[e],fibi inuicem fuccedũt. Poft coniugem uerò fuccedit fifcus[f], nifi collegium effet[g], aut peregrinus[h],uel clericus[i].

AXIOMA XXXVII.

Notus ille uerficulus,

Nõ tangũt dextros qui funt in parte finiftra[a]:

In fuperiore cognatione trãfuerfa tantùm,ita cantari poterat,

Nunquam dextra ligat fuperos, Tranfuerfa finiftros[b],

In fupiore recta eft fupfluus, nimirũ,

Afcendens recto nullos coniungere poffet[c].

In recta uerò,uel tranfuerfa cognatione inferiore,falfus eft:quoniam

Inferior,recto ac tranfuerfo fanguine iungit[d].

AXIOMA XXXVIII.

CVm arboris confanguineæ Trũcus iure ciuili fit Pater & Mater[a], iure Canonico Frater & Soror[b], cumq́ unus tantùm primus gradus fit, & in eo quatuor dũtaxat pfonæ[c]: Cella Petrucij,quam aliter Truncum uocant[d], ex arbore prorfus extirpanda eft,quia duos primos gradus,in his octo perfonas conftituens,facit.

AXIOMA XXXIX.

Regula illa,

Tot funt gradus, quot funt perfonæ, una dempta,

in rectis lineis,quia perfonæ uel cellæ duplo plures, quàm gradus femper inueniuntur[a].& in tranfuerfi fuperiore falfa eft.

AXIOMA XL.

Regula,

Quoto gradu diftant à cõmuni ftipite, eo gradu duplicato diftant inter fe[a],

b l.de emancipati. uerfic. exceptis. C.de leg. hæred.
c Glo. fin. Authen itaq. C. comm. de fucc.
d §. fi uerò neque. Auth. de hæred. ab.
e l. ij. unde cognati.
f §.uulgò.Inſti.de fucceff. cog.
g §. filium. Auth. quib.mod.natur. effic.fui.
a §.fin. Inftitut. de fucc.cog.
b c. in illis. de defponf.imp.vi.
c l. unica. in princ. fi tab.tefta.
d l j. unde uir & uxor.
e Argu.l.non fine. C. de bon. quæ liber. l. nuptias. de reg.iur.
f l.j.fi.uacantia.C. de bon.uacant.x.
g l.j. C. de hæred. decur.x.
h Auth. omnes peregrini. C. cõm. de fucceff.
i Docto. c.j. & ij. de fucceff. ab inteft.
a Ioan. And. fuper arb.confang.
b c. quod fuper. de confang.
c l. affinitatis. C. cõm.de fucceff.
d l. patruo. C. de legit.hæred.
a l. Iurifconful. §. funt & ex lateribus. uerfic. idem facient.
b c.feries.35.q.5.
c d.l. Iurifconf. §. primo gradu.
d Gl.uerb. deinde. uerfic. formauit autem. in arbore confang.
a l.iij.§.fin.ĵ.eod.
a Gl. d.uerb. deinde.uerfic. fecundum leg.

in tranfuerfa inferiore uera eft[b], falfa in fuperiore.

AXIOMA XLI.

In fupiore recta uerũ eft hoc axioma,

Quot funt affinitates remotæ,tot funt gradus una dempta.

patet ex regula, in omnibus arboribus, in alijs uerò cognationibus, modò feparatim dinumerentur, uera erit hæc regula,

Quot funt generationes remota,tot funt gradus.

AXIOMA XLII.

REgula illa, quæ in afcendentibus,& defcendentibus rectis iure canonico traditur,

Vt tot fint gradus,quot perfonæ,una dempta[c].

falfa eft: tum quia Pater & Filia duæ funt perfonæ,nec tamen unius gradus eft[d]: tum quia Auus & Neptis licet fint tres perfonæ, funt in primo gradu,quemadmodum Frater & Soror[e]. unde in his regula eft,

Tot funt gradus,quot generationes, una dempta.

AXIOMA XLIII.

Regula tranfuerforum æqualium,

Quoto gradu diftant à cõmuni ftipite, eo diftant inter fe[f],

uera eft in tranfuerfis inferioribus[g]: fed non in fuperioribus, cùm inter fe fint fratres[h]. In his igitur axioma erit,

Quot funt generationes remota,tot funt gradus[i].

AXIOMA XLIIII.

TRanfuerfi inæquales inter fe eo gradu differunt, quo remotior à communi diftat ftipite[k]. unde Atnepos fratris à filia fororis quinto gradu eft[l].

In uerfic.quarto gradu,poft uerb foror:adde

Filios & Filias Patrui & Amitæ, Auunculi & Materteræ.

Poft uerb.finale,adde,

Nepotes & Neptes Patrui & Amitæ,Auunculi & Materteræ.

In l.

b c.ad fedem. 35.q. 5. uerfic. fratres itaque.
c Glo. d. uerb. deinde. uerf. ad inueniendum.
d c. cõtradicimus. 35.q.5.
e d.c. cap. ad fedẽ. uer. fratres itaq.
f Gl. d. uerb. deinde.uerfic.collateralium.
g d. uerfic. fratres itaque.
h §. tertio gradu. Inftit. de gradib.
i c. feries.cum feq. uerfic. funt.enim quidam.35.qu.5.
k c.fi.de confang.
l c. quod dilexi. eod.tit.

In l.iij.post uerb. Neptis, adde

Patrui, Amitæ, Auunculi, Matertexæ, Pronepos Proneptis.

AXIOMA XLV. *§. Admonendi.*

OMnes recti, atq; transuersi inferiores in adiectis gradibus semper duplantur [a]: nec non liberi superiorum transuersorum, qui in singulis parentum personis semper quadruplantur.

a Vt hic.

AXIOMA XLXVI. LEX IIII.

REcti in infinitum [b], transuersi omnes hodie ad decimum usque gradum succedunt [c]: excepto feudo, in quo usque ad septimum [d]: & militis delinquentis peculio, in quo usque ad quintum [e], & bonis contrahentium incestas nuptias, in quibus usque ad tertium gradum admittitur successio [f].

b §. ergo. cum gl. uerb. in infinitū. Instit. de nupt.
c Gl. §. fin. Institut. de succ. cogn.
d c.j. §. hoc autem. qui feud. dar.
e l. ij. de ueteran. success.
f l. si quis incesti. C. de incest. nupt.

AXIOMA XLVII.

COgnati hodie usq; ad decimum gradum admittuntur [a], si iure ciuili succedere uelint [b]: si iure prætorio, usq; ad septimum duntaxat gradum succedunt [c], sibi enim imputent, quòd ueterem legem elegerint [d].

a Glo. §. fin. Instit. de succ. cog.
b Salic. & Dec. l. fi. C. unde cog.
c l. j. §. hæc autem. unde cog.
d Argu. l. fin. §. fin autem hæc aliquid. C. de iure deliber.

AXIOMA XLVIII.

CAsus speciali lege limitati [a], per nouam legem generalem non mutantur [b]: quia lex noua generaliter loquens ad ueterem specialiter loquentem non extenditur [c].

a l. ij. de uetera. succes. d. l. si quis incesti. d. c. j.
b Vide text. l. fi. C. unde legit.
c l. sciendum. cum glo. in princ. qui satisd. cog.

AXIOMA XLIX.

COgnati rectos ac transuersos [a], aliquando omnes transuersos [b], propriè uerò transuersos ex fœminis uenientes significant [c]. At Agnati qui & Legitimi appellantur [d], sunt illi, qui per uirilem sexum nobis iunguntur [e]: id est, patrum nostrorum familiam sequuntur [f].

a Theop. Instit. de leg. ag. succ. in princ.
b l. pe. unde legit.
c §. atqui. Instit. de leg. ag. tut.
d Theop. Instit. de nuptijs. §. cogna.
e l. sunt autem. de legit. tut.
f §. j. Instit. de legit. ag. tut.

AXIOMA L.

OMnes recti superiores agnati sunt [a], omnes transuersi ex latere matris, excepta sorore cōsanguinea [b], Cognati sunt [c]: ex latere patris transuerso Cōsanguinei, & q ex his descendūt sunt Agnati [d]: trāsuersi uterini, & qui ex his descendunt, sunt Cognati [e].

a l filius. de suis.
b Theop. Institut. de leg. agn. tut. §. j.
c d. §. atqui.
d d. l. sunt Autem.
e Theoph. Institu. de nupt. d. §. cognati.

AXIOMA LI.

COnsanguinei largè etiam agnatos [a], propriè eos tantùm qui ex eodem patre nati sunt [b] significāt: cùm ex eadem matre nati uterini sint [c]. Proximitas quoq; largè de omni cognatione [d], strictè de cognatis ex fœmina natis dicitur [e].

a l. cùm quidam. §. j. de acq. hæredi.
b l. ij. §. agnati. de suis.
c Auth. de consan. & uter. fratrib.
d l. cùm alienare. C. de legat.
e l. iiij. unde cogn.

AXIOMA LII.

TRes sunt Cognationes, Spiritualis, Legalis, Carnalis [a]: & una Affinitas [b], quæ matrimonium impediunt. Spiritualis itaq; cognatio olim ex septem sacramentis prouenit [c]; hodie ex uno trium Catechismo, Baptismo, aut confirmatione contrahitur [d]. Sed Catechismus ne matrimonium contrahatur tantùm impedit [e]. Baptismus aut Cōfirmatio etiam contractum dissoluit [f].

a c. ita diligere. 30. q. 3.
b §. hos itaque. l. ij. j. hic.
c c. peruenit. in fin. 30. q. 1.
d c. in catechismo.
e c. pen. in fin. de cog spir. vj.
f c. fin. eo.

AXIOMA LIII.

PEr procuratorem, nisi sit uniuersitas [a], non exequuntur quæ in facto consistunt [b], ut baptizati susceptio [c]: uel in stipulatione [d], ut Catechismus [e]: uel extra administrationem patrimonij [f], ut est legalis cognatio [g], & per consequens Spiritualis [h]. Secus est in his, quæ solo consensu fiunt [i], ut est matrimonium [k].

a Arg. c. si sententia. de sententia excom. vi.
b l. si statulibera. §. si quis non dare. de statulib.
c c. detrahe. 2. q. 1.
d l. si procuratori. de uerb. oblig.
e c. exorante. de cōsecrat. dist. 4.
f Gl. fin. l. iij. C. de uind. libert.
g l. post mortem. §. fin. de adoptio.
h Bart. l. gallus. §. forsitan.
i c. fin. de procurat. vi.
k l. nuptias. de regu. iur.

AXIOMA LIIII.

SPiritualis cognationis effectus sunt non successio, sed aliquando alimentorum præstatio [a], uocationis in ius sine uenia impedimentum [b], testimonij suspicio [c], & matrimonij prohibitio [d].

a Bald. Auth. nisi. numer. 19. C. ad Trebell.
b Alcia. l. j. C. de in ius uoc.
c Docto. l. generaliter.
d c. j. de cognatio. spir. vi.

AXIOMA LV.

PArentes eius qui Baptisatus est, neque cum baptisante aut eius uxore [a], (licet enim solus episcopus confirmet [b], baptisare tamen, si non adsit sacerdos, laicus aut mulier [c], aut etiam infantis pater potest [d]) neque cum suscipiente aut eius uxore [e] prius ab eo cognita [f] matrimonium contrahere possunt. Similiter nec baptisatus cum omnibus his contrahere posset [g]; imò nec cum illorum liberis [h].

a c. j. de cognatio. spir. vi.
b c. de his de consecrat. dist. 5.
c c. constat. c. inter. de cōsecr. dist. 4.
d c. super quibus. 30. q. 3.
e d. c. j. de cognat. Spir.
f c. Martinus. de cognat. Spir.
g d. c. j.
h c. pen. c. fina. de cognat. spirit.

AXIO

AXIOMA LVI.

SPiritualis cognatio ad filios adoptiuos[a] Sponsam[b], baptismati nouercam[c], cōcubinā[d], nepotesq́ nunq̄ extendit. Nam inter duos suscipientes[e], nisi contraria sit consuetudo[f], aut inter suscipientem & baptisantem, liberos uel baptisati fratres[b], aut inter maritum & uxorem[i], aut inter eum qui iam commatrem accepit, & aliam commatrem contrahitur[k].

AXIOMA LVII.

COpula carnalis honesta, ex nuptijs proueniens[a], inter multos effectus, quos habet[b], impedit ne recti perpetuò copulari possint[c], necq̄ transuersi[d], nisi in quinto gradu iuris Canonici existerent[e].

AXIOMA LVIII.

COpula carnalis inhonesta, ex meretricio puta, uel concubinatu inter rectos[a] & transuersos matrimonium impedit[b]. Successionem in matribus etiam cum legitimis[c] operatur[d]. Patribus uerò nati ex meretrice, ob incertitudinem[e], nunquàm succedunt[f]. Sed nati ex concubina & reuerētiam debent[g], & si filij sint, non nepotes[h], defunctis legitimis & uxore[i] in duabus uncijs, etiam iure Canonico[k], cum concubina modo in eadem domo maneat, succedunt[l].

AXIOMA LIX.

COpula carnalis prohibita, ut inter consanguineos, infamiam parit[a], & dignitatum[b] maximè ecclesiasticarum[c], omniumq́ successionum incapacitatem[d], & alimentorum denegationem, non tamen iure canonico[e], sed tantùm ciuili[f].

AXIOMA LX.

QVum natis ex coitu inhonesto, uel prohibito, nihil relinqui possit[a], nisi alimentorū prætextu[b], relictū præstari non debet si aliunde uictus haberi possit[c], si non possit, personæ qualitatem excedere non potest[d], nec non post mortem reuocatur[e], uel post solutum matrimonium, si dos sit[f].

a Glo.c.in summa. 30.q.3.
b c.si quis. cum gl. 30.q.4.
c Gl. uerb. cognitam.d.c.j.
d Panor.d.c. Martinus.
e Gl.d.c.in summa
f c. post uxoris. 30.q.4.
g c.iij. de cog. spirit.
h c.j c. super eo.de cog.spir.
i d.ca.Martinus.
k d.c.post uxoris.
a Vt hîc. uersic.utroque iure.
b Gl.j.§.j. Institut. de pat.pot.
a §.ergo. Instit.de nupt.
d c.pen. & fina. de consang.
a c.ad sedē.35.q.5.
a l.j.§. si qua. de concub.
b l.& nihil.de ritu nuptia.
c l.si qua illustris. C.ad orfi.
d l.j.§.sed & uulgò.ad tertull.
e l.uulgò. de statu hom.
f §.uulgò. Instit. de suc.cog.
g l.parentes. de in ius uocan.
h §. filium uerò. Auth.quib.mod. nat.effic.sui.
i §.consyderemus. Auth.de Trien.
k Abb.c. tanta. qui fil.sint leg.
l §.si quis autē defunctus.d. Auth. quib.mod. natu. effic.sui.
a c.consanguineorum.3.q.4.
b l.generaliter. de decurio.
c c. cùm indultis. de electio.
d §.fi. Auth. quib. mod.nat. eff.leg. gl. §. nouissimè. Institut.ad orfic.
e c. cū haberet. de eo q dux. in mat.
f §. altra. Aut.qb. mod.nat.eff.sui.
a l.j.C. de natur. lib.
b d.c.cū haberet.
c l.si quis à liberis. §.sed si filius. de lib.agnosc.
d Clem. exiuit. de uerb.sign.
e l.cùm hi. §.modus.de transact.

AXIOMA LXI.

NAturales si legitimi fiant, perinde atq; sui succedunt[a], feudo excepto[b]. Legitimi autem fieri possunt non nati ex prohibito coitu[c], (quamuis Statutum contrà caueret[d]) Sed nati ex inhonesto, qui per subsequens matrimonium[e] etiam in mortis articulo cōtractum[f] (quamuis aliud cum alia muliere post concubinatum contractum esset[g]) legitimi fiūt: etiam si alij sui hæredes sint[h], modò tamen concubina coitus tempore uxor esse poterat[i].

AXIOMA LXII.

QVi patris consensu Curiæ offertur[a], aut Curiali nubit[b], nullis consanguineis, præterquàm patri, agnascitur[c]: cui etiam cum suis hæredibus[d], nisi sua sponte se curiæ obtulisse[e], succedit.

AXIOMA LXIII.

REscripto principis[a], & non alterius[b], nisi specialem à principe potestatem habentis[c], naturalis etiam ex damnato coitu naturæ[d] legitimus fieri potest: si ex principis sit territorio[e], & surreptitium non sit rescriptum[f], & in quo clausula derogatoria iuris, disponentis spurium succedere non posse, exprimatur[g]: aut certa, loco illius clausulæ, interueniat principis scientia[h].

AXIOMA LXIIII.

LEgitimi item fiunt inhonestè nati, si pater illos in instrumento tribus testibus ad præcipuam fidei agnitionem subsignato[a] filios nominauerit, neque addiderit naturales[b], modo huic nominationi mater consenserit[c]: quæ & talis esse debet, cum qua nuptiæ consistere possunt[d].

AXIOMA LXV.

IN omni legitimatione consensus eius, qui fit legitimus, semp requiritur[a] non autem aliorum consanguineorum, si uel pater[b], uel princeps[c], certa scientia legitimationi assentirent: alioqui consanguineorum consensus,

f Bart.l. fi.§.si à socero. de his q̄ in frau.l.credit.
a l.cùm quis. C.de natur.lib.
b c. naturales. si de feud.fuer.cōtro.
c §.fin. Auth. quib. mod.nat.eff.leg.
d Ba c. l. testamēti factio.de testa.
e d.l.cùm quis.
f Decio. l. sed est quæsitum. de liber.& posth.
g §. si uerò etiam naturalib. d. Authen quib.mod. nat.effic.legit.
h d l.cùm quis.
i §.quibus.Insti. de hære.q̄ ab intest. defer.
a §.fin. Institut.de nupt.
b l.si quis.C.de natur.lib.
c l. communium. eod.tit.
d §.si qs igitur fuerit.Auth.eff.sui.
e §. si qs igitur ex qualibet.eo.tit.
a Auth. præterea. C.de natur.lib.
b l.j.C.de iure.aur. annulorum.
c Argu.l.j.§. qui mandatam.de offic.eius.
d c.per uenerabilē. qui fil.sint legit.
e Arg.l.fin.de iurisd.om.iud.
f c. ij. de fil. presbyt.
g Gl.uerb. participium §. fin. Authen.effic.sui.
h Arg.l.qui in prouincia. §.j. de secund.nup.
a Panor.c. p tuas. de probat.
b §.hoc autem. Authē ut lic.matri.
c Bald. in tract.succesi. numer. 57.3. parte.
d d §.hoc autem.
a §. generaliter. Auth.quib.mod. nat.effic.sui.
b Barto.l.gallus.§. & quid si tātum.
c l.ij in fi.de nata. restit.

sensus, si illis praeiudicium legitimatio adferret[d], requiritur[e].

d l. nam ita diuus. de adoptio.
e Authent. praeterea. C. de natu. lib.

AXIOMA LXVI.

COgnatio Ciuilis, quae uel legitima, uel legalis dicitur[a], fit per adoptionem[b] apud magistratum dūtaxat[c], cùm eos, qui in aliena potestate sunt, adoptamus[d]: uel apud principem[e], quando ij, qui sui iuris sunt, arrogantur[f].

a Rub. de cog. legal. in antiquis.
b Vt hic. uersicu. si mris.
c Abb. c. unico. de cog. legali.
d l. ij. uer. inferior. de adoptio.
e l. arrogationes. C. de adoptio.
f l. j. in fi. eo. tit.

AXIOMA LXVII.

COgnatio legalis praeter successionis[a] & potestatis commoda[b], operatur, ne iure, uel pacto[c] inter adoptatum & adoptantem[d] eius'ue uxorem, etiam adoptione dissoluta consistat matrimonium:[e] uel non dissoluta, inter adoptatum & adoptantis agnatos[f], & non alios[g], etiã si cognati essent[h]: quia cognatio naturalis in adoptione pro nulla habetur[i]: tametsi Accursius contra sentiens ineptiat[k].

a l. pen. eo. tit.
b l. si pater. l. pen. de adoptio.
c Panor. d. c. unico.
d l. quin etiam. de ritu nupt.
e l. adoptiuus. in prin. eo. tit.
f d. l. quin etiam.
g Gl. c. in summa. 30. q. iij. §. eius uerò. Insti. de nup.
h l. si qua. §. adoptiuae. de ritu nuptia.
i Theop. Instit. de nup. §. haec autẽ.
k Glo. d. §. adoptiuae. & §. itẽ amitã. Instit. de nup.

AXIOMA LXVIII.

ADoptio, cũ sit actus legitimus[a], adoptato legitimos tantùm[b], ut sunt agnati[c], non naturales[d], quales cognati sunt,[e] coniungere potest.

a §. sed hodie. Instit. de adoptio.
b l. nihil tã naturale. de reg. iur.
c Rubri. ff & C. unde legi.
d §. sed an agnatio nis. Insti. de legi. agna. tut.
e l. si. §. inter agnatos. j. hoc tit.

AXIOMA LXIX. *§ affines.*

AFfinitas est diuersarum Cognationum nõ per sanguinem[a], sed per nuptias copulatio[b]. Vnde ex copula, ubi nuptiae interdictae sunt, non contrahitur affinitas[c], id est, matrimonium[d]: neq; matrimonij commoda[e], sed bene incommoda[f].

a Theop. §. diximus. Inst. de nup.
b Vt hic. §. affines.
c §. sciẽdum. j. eod.
d l. uideamus. ij. in prin. de usur. §. si aduersus. Institu. de nup.
e l. unica. unde uir. & uxor.
f l. j. §. si qua. de cõcub.

AXIOMA LXX.

AFfinitas non inter maritum & uxorem[a], licet plerunq; affines dicantur[b]; neq; inter mariti & uxoris cognatos contrahitur[c]: Sed uiro affines sunt uxoris cognati: & uxori mariti cognati[d].

a Glo. § affinitatis. Instit. de nup.
b l. non ideo. C. de haere. instit.
c c. quod super his. de consang.
d Vt hic.

AXIOMA LXXI.

SIcut socer uxoris[a], sponsae'ue[b], aut mariti, sponsi'ue[c] pater auus aut proauus dicitur[d]: ita & socrus uxoris, sponsae'ue, aut mariti, sponsi'ue mater auia, proauia'ue dicitur[e]. Econtrà filiae, neptis, proneptis[f], maritus[g], aut sponsus, Gener uocatur[h], filij uerò, aut nepotis[i], etiam ex filia nati[k] uxor uel sponsa, nurus appellatur[l].

a Vt hic. uersic. & quidem.
b l. labeo. uersi. si. j.
c l. seruius. j.
d l. adoptiuus. §. fi. de ritu nupt.
e l. soceri. de uerb. signi.
f l. iij. uersic. item, de postul.
g Vt hic. uersi. potest. uersic. itẽ socrus.
h l. in legibus. de testib.
i l. nurus. de uerb. signi.
k d. l. labeo. j.
l l. si qua. §. j. de ritu nupt.

AXIOMA LXXII.

VItricus, id est, matris, auiae, proauiae, maritus[a] aut sponsus[b]: & Nouerca, id est patris, seu Aui uxor uel sponsa[c]: ex alio matrimonio uel concubinatu[d] natos, Priuignos, priuignasq; uocant[e].

a d. l. adoptiuus. §. fin.
b d. l. si qua. uersi j.
c Vt hic. uersi. potest.
d l. priuignos. j. eo.
e Vt hic. uersi. priuignus.

AXIOMA LXXIII.

AFfines sunt transuersorum, inferiorum[a] & superiorum coniuges[b], usq; ad quartũ gradum, dinumeratione secundum Canones facta[c].

a Vt hic. uersi. uiri.
b c. porrò duorũ. 35. q. 5.
c c. non debet. de consang.

AXIOMA LXXIIII.

GRadus affinitatis qui non propriè[a], sed largè tantùm dicũtur[b] perinde matrimoniũ impediunt, atq; consanguinitatis gradus[c].

a Vt hic. uersi. gradus autem.
b l. iurisconsult. in prin. j.
c d. c. non debet.

AXIOMA LXXV.

PErsona addita personae per carnis copulam mutat genus, sed non gradum[a]: sic tot sunt affinitatis genera, quot & affinium copulae[b]. unde uersus,

Mutat nupta genus, sed generata gradum.

a Gloss. in arb. affi. uersi. genus affinitatis apertius.
b c. & hoc. c. porrò. 35. q. 5.
c Hostien. in summa. de consang.

AXIOMA LXXVI.

QVoto gradu cõsanguineus meus mihi est, eodem uxori[a], uel sponsae[b], aut concubinae[c], in primo affinitatis genere affinis est[d]: & uice uersa consanguinei uxoris, marito per affinitatem ita coniunguntur[e].

a Gl. hic. uer. nulli.
b c. sponsae de spõsal. in antiq.
c c. discretionem. pen. de consang.
d Glo. in c. de literis. de testam.
e d. glo. uerb. nulli.

AXIOMA LXXVII.

MAriti consanguinei consanguineis uxoris semper copulantur[a]: sed non uxori, si intra quartum consanguinitatis, uel affinitatis extiterint gradum[b].

a c. quod super his. de consang.
b d. c. non debet.

AXIOMA LXXVIII. *§. in Adoptionẽ.*

ADoptiuus antiquae familiae cognatos nõ agnatos retinet: Cũ sit ciuile nomẽ quod facile perditur[a].

a §. sed agnationis. Insti. de leg. agn. tut.

h Adop

Adoptiuæ uerò familiæ agnatos (qa sine his naturalis cognatio quam adoptio sequitur non subsistit) habet: sed eos tantùm quibus agnascitur[d], id est, eos qui arrogatori agnati sunt[e].

b l. adoptio enim. de adoptio.
c l pe. unde legiti.
d Vt hic.
e l. in adoptionē. de adopt.

AXIOMA LXXIX.

ADoptiuus antiquæ familiæ affinitates retinet, sed non nouæ: licet ab uxore patris adoptiui propter publicam honestatem[a] abstinere debeat[b].

a Theoph. argu. §. uxor mea. Instit. de nupt.
b l. adoptiuus. in prin. de rit. nupt.

AXIOMA LXXX. *l. Stemmata.*

COgnatio recta superior parentū est, inferior Liberorum[a], sed trāsuersa & à superiore pendet, quia trāsuersi omnes à patre alijsq́ superioribus nascuntur[b], & à secundo gradu[c], quia ab illo incipit: nulliq́ transuersi esse inter se possunt, nisi à secundo gradu nimirum à fratribus, uel sororibus, proficiscuntur[d].

a l.j. in prin. §. eod
b Theop. instit. de success. libertor.
c Vt hic.
d Theop. Instit. de leg. ag. success. in princi. uersicu. ex transuerso.

AXIOMA LXXXI. *l. Iurisconsultus.*

LEgitima tutela, ubi testamētarius deficit[a], proximioribus ab intestato uenientibus[b], excepto surdo, uel muto[c], & muliere[d], defertur. Mulier tamen hodie si uelit, tutrix esse potest[e]; si nolit, tutorem petere debet[f].

a l. intestato. de legit. tuto.
b l. si plures. eo. tit.
c l. pen. & fin. eod.
d l. iij. §. si duo. eo.
e §. fi. Auth. de hæred. ab intest.
f l. ij. §. si mater. ad Tertul.

AXIOMA LXXXII.

PAter filij sui emancipati (nā cùm est in potestate, legitimus administrator est, nō tutor[a]) legitimus tutor est[b], si cōtracta fiducia emancipauit: tunc enim legitimus est hæres[c]. Si sine fiducia, olim uicem tantùm legitimi tutoris sustinebat[d], quia cum tantùm prætorio iure succederet[e], Legitimus hæres nō erat[f], & per consequēs nec legitimus tutor[g]: hodie secus, cum semper ex lege succedat[h].

a l.j. C. de bon. matern.
b Insti. de leg. par. tut.
c §. fina. Institu. de leg. ag. succes.
d l. iij. §. fin. de leg. tuto.
e l.j. si à parente.
f §. quos autē. Instit. de bon. poss.
g l.j. in prin. de leg. tuto.
h l. fi. C. de emancip. liber.

AXIOMA LXXXIII.

QVi Legitimus hæres est, tutor est legitimus[a]: ut patronus, patroni filius[b], frater, patruus, alijúe agnati[c], quæ agnatio per emācipationem semper tollitur[d]. Vnde emancipator aliquando legitimus tutor est, aliquando non est[e]: Emancipatoris uerò filius fiduciarius tantùm tutor est, non legitimus[f]: cùm nec hæres legitimus sit[g]. Hodie tamen sublata differentia emancipationis[h], & agnationis[i], omnes proximi ex lege succedunt: sicq́ legitimi sunt tutores[k].

a l.j. in princip. de legit. tuto.
b Institu. de leg. patro. tut.
c Instit. de leg. ag. tut. in prin
d §. sed agnitionis. eo. tit.
e Instit. de leg. parent. tut. l. iij. §. fi. de leg. tutor.
f Institu. de fiduciar. tut.
g l.j §. liberos. si à parente.
h l. ne lucrū. C. de curat. furiosi.
i §. ex his. Aut. de hæredi. ab intest.
k l. iij. C. de legiti. tut.

AXIOMA LXXXIIII.

HAereditates, Tutelæ, Bonorum possessiones ad proximū quemque redeunt[a], seruata ordinum prærogatiua[b]. Prior ordo inferiorum qui inter se prælationem nō habent[c], cæteris etsi in primo gradu sint, præferūtur: etiā in sexto gradu existentes[d].

a Vt hic
b Theo. §. ex his. Instit. de gradib.
c §. cum filius. Insti. de hæreditat.
d §. repetitis. Insti. de seruil. cog.

AXIOMA LXXXV.

SEcundus est Ascendentiū, qui uel in sexto gradu trāsuersos propinquiores, excepto fratre utrinq́ cōiuncto, & eius filio, qui cum illis semper cōcurrunt, superant[a]. Tertius est trāsuersorum[b], qui si agnati sint, etiam in longissimo gradu propinquiori Cognato præferuntur[c].

a §. si igitur. Auth. de hære. ab intest.
b d. Auth. in princ.
c §. à nobis. Instit. de ter. cog.

AXIOMA LXXXVI.

TEstamēto facto duæ sunt Bonorum possessiones: Secundū tabulas, & Contra tabulas: Ab intestato quatuor: Vnde liberi, Vnde legitimi, Vnde cognati, Vnde uir & uxor[a]. Sunt & tres quæ ius nō tribuunt, sed rei tantùm defensionē: Carboniana: Ventris nomine, & Litis agnoscēdæ causa[b]. Itaq́ bonorū possessio, patre etiā ignorante[c], & sine tutore[d], & per procuratorem[e], sed intra annum[f], & iudice autore agnoscitur[g]: iuraq́ tantùm utilia transfert[h], quæ omnia in hæreditate adeunda cessant.

a Insti. de bon. pos. per totum.
b Gl. uerb. incommo[d]um. l. j. de bon. poss.
c l. j C. qui admit. l. si quis mihi bona. §. iussum. de acquir. hære.
d l. bonorū. C. qui admit. Institu. de auth. tut. in prin.
e l. iij. §. acquirere. de bo. poss. l. qui procuratorē. de acqui. hæred.
f l. j. §. largius. de succes. edict. l. licet. C. de iur. deliber.
g l. fi. C. qui admit. l. si aetia C. de iure delib.
h §. quos autē. Instit. de bo. poss.

AXIOMA LXXXVII.

AGnati recti nec pro se[a], nec cōtra se[b], etiā uolētes[c], testimoniū dicere possunt: nisi de filij ætate[d], uel peccati correctione[e], aut matrimonio dirimendo ageretur[f], uel aduersarij cōsensus adesset[g], aut militis esset testamētum[h], uel tertij negotiū[i]. Transuersi uerò, modò sub eiusdem potestate non sint[k], nec in eadē domo habitent[l], nec de graui agatur præiudicio[m], testes esse possunt[n].

a l. testis idoneus. de testib.
b Vt hîc.
c l parentes. C. de testib.
d l. etiam. de probatio.
e c. in omni negotio. de testib.
f c. præsenc. 21. q. 5.
g Argu. l. fi. § fi. de de tempo appel.
h l. qui testamēto. § per cōtrarium. de testa.
i §. pater. Instit. de testa.
k Gl. d. l. parentes.
l Arg l. cùm allegas. C. de castrē. pecu x.
m l. si sororem. C. qui accus.
n c. literas. de præsumptio.

AXIO

AXIOMA LXXXVIII.

AFfines etiam ob ſponſalia tantum[a], nec pro ſe, nec cõtra ſe inuiti teſtimoniũ dicunt[b], nec in ciuili cauſa[c]: Si tamen uelint poſſunt, cùm non prohibeantur[d]: quo caſu teſtimonium illorum pro utroq; aduerſario recipiendum eſt[e].

a l. in legibus. de teſtib.
b Vt hîc.
c Glo.l. iiij. de teſtibus.
d l.j.§ adhiberi. de teſtib.
e Glo.ſi. Auth. ſed iudex.C. de epiſ. & cler.

AXIOMA LXXXIX.

CVm ad ea, quę publicã utilitatẽ cõcernũt cogamur[a], regulariter teſtimoniũ, quod & munus publicũ eſt[b] atq; officium, in ciuilibus cauſis[c] inuiti dicere cogimur: Niſi cognatio uel affinitas[d], aut minor,[e] aut maior ætas[f], aut iuriſdictio[g], uel loci periculum[h], uel temporum feriæ[i], aut publica occupatio[k] nos excuſet. Tunc enim niſi aliter ueritas haberi non poſſet, nunquàm cogimur[l].

a l.ij §.j.ſi quis cautio.
b Glo.l.ſi quando. C.de teſtib.
c c.dilectorum. de teſtib.cogend.
d Vt hîc.
e l.inuiti. ij. de teſtib.
f l.fina.C. qui æta. lib.x.
g l.nullum.C.de teſtib.
h c. hortamur. 3.q. 9.
i l.j.de feriis.
k d.l.inuiti.
l l.ut gradatim. §. quoties. de muner.

AXIOMA XC.

DInumeratio graduum ab eo, de cuius cognatione quæritur, incipienda eſt[a], id eſt, à filio ſi rectos inferiores computare uolumus[b]: uel à patre, ſi rectos ſupiores[c]. Ratio eſt, quoniã ſupior & inferior cognatio à primo gradu[d], id eſt, à patre, filio'ue incipit[e]. Sed ſi trãſuerſos computare uelimus, quia à ſuperioribus deſcẽdunt[f], à patre ergo eſt incipiẽdũ[g], ſurſum uerſus tendendo uſq; ad eum, qui tranſuerſam cognationem genuit[h]; à quo ad illam deſcendendum eſt[i].

a Vt hîc.
b §. quarto gradu. uerſi. abnepos.§. ſexto gradu.uerſ. per ſingulos. j.
c § quinto gradu. in prin.uer. ut ſic ad ſingulos j.
d l.j. in prin. uerſi. & ſuperior.§.
e §. primo gradu. infrà.
f l.ſtemmata.§.
g § quinto gradu. uerſi. patruus maior.§ ſexto gradu.uerſi. patruus maximus j.
h Vt hîc.uerſic.idẽ facièdum. & j. §. quinto gradu. uerſi.ideoq;.
i Theoph.Inſtitu. de leg.ag.tute.

AXIOMA XCI. *§.Gradus.*

COgnatio eſt ipſa ꝓximitas[a]: Linea eſt proximitatis ſeparatio[b], Gradus uerò eſt de proximo in proximum trãſitus[c]. Sed in quolibet cognationis nomine ſemel tãtùm trãſire oportet[d]: niſi de alicuius cognatione agatur. Nã per filiũ ſemel aſcendendo, ſemelq; deſcendendo tranſimus, cùm ille inferiores ſimul, & ſuperiores cognatos habere poſsit[e].

a Inſti.de ſer. cog. in princ.
b d.l. ſtemmata.
c Vt hîc.
d §.uerſic.nam qui mihi.
e l.j.§.§.itaq;.

AXIOMA XCII. *§ primo gradu.*

IN primo gradu cõtinentur Pater, Mater, Filius, Filia[a]: Auus, & Nepos in ſecundo. Vnde conſtat illorum appellatione iſtos non cõtineri[b], niſi per interpretationem[c], in caſibus etiã odioſis[d], in quibus ex eadem ratione[e], aut ſeparatione dura[f], uel teſtatoris uſu[g], natura'ue contractus[h], colligeretur alterius appellatione alterum uenire.

a Vt hîc.
b l. lege Iulia. § j. de ritu nupt. l. q ſi nepotes. de teſta.tutel.
c l.iuſta. ubi Alci. de uerb.ſign.
d l. filius. ad Macedo.
e l. ſed & milites. in ſi.prin.de exc. tutor.
f l. Lucius. de hæred.inſtit.
g l.alimenta. de aliment. & cib.lega.
h la(.l.gallus.§.inſtituens.

AXIOMA XCIII. *§.ſecundo gradu.*

IN ſecundo gradu duodecim perſonæ continentur[a], inter quas frater & ſoror numerum augent[b]. Vnde frater ſororis appellatione, niſi ob maiorẽ frequentiã nominata ſit[c], nũquã uenit[d]: etſi eadẽ ratio eſſet[e], q̃ tamẽ facit, ut fratris appellatione ſoror ueniat[f].

a Vt hîc.
b Vt hîc. uerſi. hic ſoror.
c Decius, l.ij.numma.de reg.iur.
d l.ſi ita ſcriptũ. in prin.de lega.j.
e c.quoniã.in prin. & in ſi.de ſimon.
f l.tres fratres. de pact.

AXIOMA XCIIII.

SI mater tua nupſit patri meo, tu mihi cognatus non es[a], imò ne affinis quidem[b]: tametſi natus ex his ſit tibi frater uterinus[c], & ita cognatus tuus[d]: mihi uerò ſit conſanguineus frater, & ita agnatus[e], nihil olim à fratre utrinq; cõiuncto diſcrepans[f]; hodie tamen longè poſtponitur[g].

a c.quod ſuper his. de conſang.
b §.marito.Inſtitu. de nup.
c Vt hîc.uerſi. ſed ideo.
d §. cognationis. uerſ.frater. §.ea.l.
e d.§. cognatiõis. uerſi.namq;.
f Vt hîc.uerſic.ſed hic.
g Auth.de cõſang. & uter.& § ſi uerò cum aſcendentibus. Authen.de hære.ab inteſt.

AXIOMA XCV. *§.tertio gradu.*

IN tertio gradu trigintaduę ſunt ꝑſonæ: ſedecim recti, totidem tranſuerſi[a]: inter quos contingere poteſt, ut unus idẽ fratris ſit filius et patruus, nam ſi matrẽ meam accipias in uxorem, ego tuã: ſumus inuicem uitrici, & priuigni: illæ ſunt mutuo nurus & ſocrus ex nobis nati inuicem patrui, uel natæ inuicẽ Amitæ[b]. Ecõtra, ſi filiã meã accipias in uxorẽ, ego tuam: inuicẽ ſoceri, & generi ſumus: illę mutuo priuignę, & nouercę: nati, & natæ ex nobis, iuicẽ auũculi & materteræ[c].

a Vt hîc.in prin.
b Vt hîc.uerſic.idẽ euenit.
c Vt hîc. uerſicul. auunculus.

AXIOMA XCVI.
Verſi. Illud autem notandum.

EX cognationũ nominibus, quæ omnia correlatiua ſunt, aliqua hinc inde diuerſa nomina habent, ut recti[a]: alia eadem, ut trãſuerſi æquales: ueluti parentum filij inter ſe, qui fratres, fratrũ filij, qui inter ſe conſobrini dicũtur[b]. Alia ſunt quæ ex uno latere ſpeciale nomen habent, ex alio non[c]: ut tranſuerſi inæquales, puta patruus & fratris filius[d].

a §.primo.§.
b §.ſeq.uerſi.fratrũ ſororumq; meorum.
c Vt hîc.
d §.ſeq uerſ.fratris autẽ mei nepos.

AXIOMA XCVII. §. quarto gradu.

IN quarto gradu sunt octoginta personæ, trigintaduæ recti[a], utriusque Aui fratres quatuor, qui patrui magni[b]: & tot sorores, quæ amitæ magnæ: utriusq; Auiæ quatuor fratres, qui Auunculi magni: & tot Sorores, quæ matereræ magnæ dicũtur[c]. Cõsobrini sedecim, item sedecim fratris atq; sororis nepotes & neptes[d].

a Vt hîc, in princi. & circa fi. uersic. abnepos.
b Vt hîc, uersi. patruus.
c Vt hîc, uersic. amita. cũ duobus seq.
d Vt hîc. uersi. eod. uersi. fratris.

AXIOMA XCVIII.

QVi matri meæ sunt patrui & Amitę, licet mihi sint patrui magni & amitæ magnæ[a], non tamẽ sunt mei agnati, cùm nec mater mea agnata sit[b].

a Vt hîc, uersic. qui uerò.
b In §. i. de s. c. Tertull. in prin.

AXIOMA XCIX. Versi. eodem.

FRatris sororis'ue nepos patruo magno propinquior fingitur[a], patruus magnus auũculo magno[b], auũculus magnus consobrino, tametsi omnes in quarto gradu sint[d]: Vnde fratris proneptis uxor haberi nõ potest[e]: secus est in matertera maiore. Verùm matertera magna uxor esse non potest[f]: licet consobrina possit[g]. Sed hoc iure ciuili, non pontificio[h].

a §. illud palã. Authẽ. de hære. ab.
b l. patruo. C. de leg. hæred.
c §. si uerò neque. d. Authẽ. de hæred. ab.
d Vt hîc.
e l. sororis. de ritu nupt.
f l. per adoptionẽ. § amitam cod.
g §. duorum. Insti. de nupt.
h c. fi. de consang.

AXIOMA C. Versi. Patruus magnus.

IN successione patrui mei magni materni post matrẽ admittor[a], licet sim illi cognatus, mater agnata[b] Non obstat, quod agnati cognatis cõferãtur[c]: quoniã illud uerum est in agnatis rectis, non transuersis, inter quos non erat locus successorio edicto[d].

a l. §. C. de succes. edict.
b Theoph. Institu. de legi. ag. tut. in princ.
c § amoris. Instit. de ser. cogna.
d §. placebat. Insti. de leg. agn. success.

AXIOMA CI. Versi. eodem gradu.

COnsobrini sunt duorũ fratrum filij, unde patrui, amitæ, auunculi, materteræ filius, meus est consobrinus[a]. propior sobrinus dicitur patrui magni filius[b]: sed sobrinus est patrui maioris filius[c]. Duorũ quoq; cõsobrinorũ filij, inter se sobrini sunt[d]. quoniã æquè remoti sunt atq; patrui maioris filius[e]. Itẽ qui ex cõsobrino nascitur, propior sobrinus est[f]. Nati igitur ex duobus consobrinis inter se sobrini sunt[g]. Vnde puto Paulũ qui istos consobrinos appellat[h], corruptum esse: & (sobrinos) legendum.

a Vt hîc, & uersic. sub hac.
b l. 4. in fi. ff. eo.
c §. septimo gradu. uersic. his personis ff.
d l. iij uersi. qui uerò. ff. eod.
e c. ad sedem. uersi. fratres itaque. 35. q. 5.
f § quinto gradu. uersi. patrui. 2. ff.
g d. § septimo. uer. his personis.
h Vt hîc, uersi. fratrũ sororumq;.

AXIOMA CII. §. quinto gradu.

QVinto gradu cõtinentur personæ centũ nonaginta duæ: Trigintaduo attaui & attauiæ tot atnepotes & atnepotes[a]. tot propatrui, proamitæ, proauũculi, promaterteræ[b], tot propiores sobrini, sobrinæq;[c], tot cõsobrinorum, consobrinarumq; filij & filiæ[d], tot fratris & sororis pronepotes, & proneptes[e].

a Vt hîc, in princi. & in fi.
b Vt hîc, uersi. patruus. cum tribus seq.
c Vt hîc, uersi. patrius magni.
d Vt hîc, uersi. patrui nepos.
e Vt hîc, uersi. fratris pronepos.

AXIOMA CIII.
Versi. patrui magni. ij.

FIliũ patrui mei magni propiorem sobrinũ appello, quia patri meo consobrinus est[a], ipse me ex cõsobrino natum uocat[b]: ecõtrà uerò patrui mei nepotẽ, licet in eodem gradu sit, ex consobrino natum appello, ille me propiorem sobrinum[c].

a Vt hîc. uersic. patrui. 2.
b § septimo gradu. uersic. patrui magni. in fi. ff.
c Vt hîc, uersi. materteræ nepos. in fine.

AXIOMA CIIII. § sexto gradu.

IN sexto gradu personę cõtinentur CCCCXLVIII. tritaui, & tritauiæ LXIIII[a]. tot trinepotes & trineptes[b]: tot abpatrui, abamitæ, abauũculi, abmatertereę[c]: tot sobrini, & sobrinę[d]: tot ꝓpiorũ sobrinorũ, sobrinarumq; filij & filiæ[e]: tot cõsobrinorũ, cõsobrinarumq; nepotes, & neptes[f]: tot fratris, & sororis, abnepotes, & abneptes[g].

a Vt hîc, in prin.
b Vt hîc, in fi. uersi. trinepos.
c Vt hîc, uersi. patruus. cum trib. sequen.
d Vt hîc, uersic. patrui maioris.
e Vt hîc, uersi. patrui magni.
f Vt hîc, uersi. patrui pronepos.
g Vt hîc, uersi. fratris sororisq;.

AXIOMA CV.

TRitauus dicitur quasi tertij aui auus: nam auus est abaui, qui patris tertius auus est: sicut trinepos tertij nepotis nimirũ abnepotis nepos.

AXIOMA CVI. Versi. per singulos.

CVm quilibet sexus duos superiores habeat, ex quibus progignitur, & duos inferiores quos progignit[a], necesse est, ut in singulis superioribus & inferioribus gradibus, personarum accedat geminatio[b]. Sed in transuersis gradibus, transuersorum parentes, excepto fratre & sorore qui sunt gemini, semper quadruplantur: quia quatuor modis differunt. Cùm sint masculi uel consanguinei, uel uterini; aut fœminæ uel consanguineæ, uel uterinæ. Transuersorũ uerò liberi geminantur tantùm.

a Vt hîc.
b Vt §. § at quotiens.

AXIOMA CVII. §. *Septimo gradu.*

SEptimo gradu continentur personæ.1024.[a] Sed de rectis curandum nō est, cùm natura ad illos usq; uiuere non patiatur[b]; ex transuersis uerò omnes cognati[c], nulli agnati, præter ex sobrino & sobrina natum, consyderabantur[d]: Sed hodie secus[e].

a Vt hîc.
b l.iiij. in princi. ff. eod.
c §. fina. Institu. de succes. cog.
d l.j. §. hæc autem. unde cogna.
e §. nulli. Authen. de hære. ab intes.

AXIOMA CVIII.

APpellatiōe patrui, propatruus, abpatruus, nō ex propria uerbi significatiōe[a] (licet nō specie, sed qualitate tātùm differāt[b]) sed per interpretationē tātùm cōtinētur[c]. Sicut & Nurus pronurum[d]: quāuis in hoc Bartolus sibi constans minimè fuerit[e].

a Bart. l. Lucius. §. quæsitum. de lega. iij.
b l. fin. de fund. instru.
c l. mista. de uerbo. sign.
d l. nurus. de uerb. sign.
e Bartol. l. gallus. §. instituens.

AXIOMA CIX.

COllatio (quæ est bonorū nostrorum cōmunicatio[a]) olim ab intestato duntaxat[b]: hodie tam ex testamento, quàm ab intestato, nisi exprefsè prohibita sit, fieri debet[c].

a Barto. l. pater filiū. de colla. dot.
b l. j. C. de collat.
c Authē. ex testamēto. C. de collat.

AXIOMA CX.

COllatio locum habet, non si de descendētium uel trāsuersorum, sed ascendentium duntaxat succefsione agatur[a].

a l. ut liberis. C. de collat. glos. fi. l. j. C. de legit. hære.

AXIOMA CXI.

COllatio locum habet inter eos, qui in primo gradu, aut in locū primi succedunt[a] inter eos quibus legitima debetur. Alij uerò pro extraneis habentur[b], quibus conferendum non est[c].

a Bald. l. si emancipati. num. 8. C. de collat.
b §. sin autem. Institut. de hæred. qualit.
c l. fi. §. fin autem. C. commu. utri. iud.

AXIOMA CXII.

HOdie ea tantùm cōferūtur, quæ ab eo, de cuius hæreditate agitur, prouenerunt[a]. Excipiendū est legatum, quod nunquā confertur[b]. Nec illa quæ dignitatis cōsequendæ[c], uel sustinēdæ causa data fuerunt[d]. Aestimatio tamen, quæ ex ea dignitate tempore patris mortis haberi potuisset, conferenda est[e]. Donatio itē simplex, quæ tantùm post donatoris mortem ualet[f], non confertur: nisi donans dixerit, aut donatarij frater donationem ob causam habeat[g].

a d. l. ut liberis. uer. de cuius.
b l. à patre. C. de collat.
c l. quæ pater. ij. famil ercisc.
d l. j. § nec castrense. de collat. bon.
e l. illud. in princi. C. de collat.
f Gloss. j. l. ij. C. de inoffi. donat.
g d. l. illud. in fi.

De Regulis iuris.

TRACT. VIII.

IN L. PRIMAM, ET L. OMNIS DEFINITIO.

De Regula, & Definitione.

AXIOMA I.



EGVLA, quoniam à regendo deducit[a], omne id, quo aliquid regitur, significat: ut sunt, uiuēdi ratio[b], monachorum statuta[c], torcularis quali[d]. At quia facilius est regimen quod breuioribus traditur præceptis[e], factum est, ut Regula pro breui narratione usurparetur[f].

a c. regula. j. distin.
b l. ij. de legib.
c Authen. de monach. in fin.
d l. sed addes. §. illud. & ibi Budæ. locat.
e §. his igitur. Insti. de iust. & iur.
f Vt hîc.

AXIOMA II.

CAusidicus olim causam antequā ageretur conijciebat, id est, paucis enarrabat[a]: quod ipsum dicebatur causæ coniectio, id est, in breue coactio[b]. Sic Regula quasi causæ cōlectio dicta est[c], quòd paucis multa cōiungat[d].

a Cice. ad Heren. lib. ii. ca. xvj.
b Asco. Pedia. iij. in Verr. acti.
c Vt hîc.
d Glos. hîc, uersi. super tertio.

AXIOMA III.

REgula uerbis uniuersalibus[a], quæ omnia continere solent[b]: aut indefinitis[c], quæ per interpretationem[d] uniuersalibus æquipollent[e]: aut alijs plura significantibus constitui solet[f].

a Gl. hîc, uersi. sed generaliter.
b l. Iulianus. in pri. de leg. iij.
c l. ij. iij. iiij. cum simil. j.
d l. si seruitus. de seruit. urb.
e l. si pluribus. de leg. ij.
f l. ferè. l. plerunq;. cum si. j.

AXIOMA IIII.

DEfinitio rē breuiter narrat, quēadmodum regula[a]: unde unum pro altero accipitur[b]. Sed regula per genus tantùm[c], Definitio per genus & differentias rem narrat[d].

a Quintil. vij. cap. iiij.
b l. j. de reg. caton.
c Gl. hîc, uersic. sed generaliter.
d Bartol. l. j. de testamen.

AXIOMA V.

CVm hæreditatis[a], iudicij[b], dotis[c] definitio, non omnes hæreditates, iudicia, uel dotes, comprehendat: sequitur definitum non conuerti cum sua definitione: quæ ob id periculosa dicitur[d], quia in casibus, quos nõ continet, falsa est[e]. Econtrà uerò definitio semper cum suo definito conuertitur affirmatiuè[f], quòd si nõ conuertatur, omni modo falsa est[g].

a Barto. Rubri. de acqui. hæred.
b Doct. Rub. de iudic. extra.
c Alex. Rubr. solo. matrim.
d l. omnis definitio. ff.
e d. l. j. de reg. cato.
f l. quintus ij § cui aurum. de aur. & arg. leg.
g l. j § j. de dol.

AXIOMA VI.

IVs ex iure[a], nõ ex regula[b], uel definitione sumitur: unde regulã iuris nõ ius regulæ dicimus[d]. Aliquando tamen, ab his puta qui legis condendæ potestatem habent, ius ex regula sumitur[e]: & tunc regula ius est[f], ex qua tamen aliud ius sumi nõ potest[g]. Nam ex sorore, licet agnata sit, non tamen agnati nascuntur[h].

a l. non possunt. de legib.
b Vt hic.
c l. fi. de regu. cato.
d Gl. ru... de regu. iur. vi.
e l. pen. C. de pact.
f l. j. de regu. cato
g d. l. fina. de regu. cato.
h Theoph. Institu. de leg. ag. succes.

AXIOMA VII.

REgula, & exceptio ita contrariæ sunt[a], ut si altera actum tantùm uel potentiam importet, altera id quod ex diametro pugnat, necessariò infert[b].

a l. in his. de legib.
b l. iij. cũ gl. mag. in princip. C. de transact.

AXIOMA VIII.

SI regula uniuersaliter cõcepta exceptionem patiatur[a]: multò magis si regulariter tantùm[b], aut generaliter, id est, indefinitè[c] concipiatur[d]. cùm ista non tam multa comprehendant[e]. In alia tamen materia, quæ aliquo fine terminari potest, hæc uerba, Vniuersaliter[f], Generaliter, exceptionem non habent[g].

a l. omnis definitio. uerb. omnis. & uerb. rarũ. ff.
b l. regula. de iur. & fact.
c l. j. §. generaliter. de lega. præstan.
d Vt hic.
e Barto. l. generali. §. uxori. de usuf. leg.
f l. Iulianus. de lega. iij.
g l. ...apud. §. generaliter. de iniur. d. l. j. §. generaliter. de legat. præstan.

AXIOMA IX.

EXceptio si de alio quàm regulæ prædicamento fiat, nulla est[a]: si de eodem, in casu excepto[b], uel simili[c] uitiat regulam: in alijs confirmat[d], Regulam tamen, si generalior sit, ad exceptionis genus restringẽs[e]: & nunquàm extendens[f], nisi casus exciperetur, qui secundum ius in simplici regula non contineretur[g].

a Bartol. d. l. in his.
b Gloss. d. l. omnis definitio.
c c. post translatũ. § quanquam. de renunt.
d l. ...um prætor. de iudic.
e l. nam quod § fi. de penu leg.
f l. generaliter. §. uxori. de usufru. leg.
g c. qui ad agendũ. de procur. in vi.

IN L. FOEMINAE, L. QVO TVTELA. L. IN EO. § FIN.

De Sexubus.

AXIOMA X.

CIuile officium dicitur tam publicum, quàm priuatũ[a]: si quidem munera personalia, quæ priuata sunt[b] ciuilia dicuntur[c]. Publicũ uerò propriè dicitur, quod in uniuersum tantùm utilitatem adfert[d], licet priuatam per consequentiam aliquando adferat[e]: sed illud propius ciuile est, quàm publicum[f].

a Arg. l. j. ad Vell.
b l. honor. §. munus, de munerib.
c l. j. § p'sonalia. e.
d l. inter publica. de uerb. sig.
e l. j. solu. matrimo.
f l. athletæ. §. tutela. de excusa. tut.

AXIOMA XI.

FOeminæ ab omnibus ciuilibus uel publicis[a], id est, à muneribus personalibus[b] remotæ sunt[c]: Nisi aut nullam[d], aut sexui conuenientem habeant administrationem[e]. A patrimonialibus uerò non excusantur[f], necp à mixtis nisi quatenus personalia sunt[g].

a Vt hic.
b l. munus tribus. de uerb. sig.
c l. iij. §. corporalia. de munerib.
d l. j. l. mulieres. C. de dignita. xii.
e Rubri. C. de mulier. in quo. li. x.
f l. ætatẽ. de cẽsib.
g l. relegatorũ. in fi. de interdict.

AXIOMA XII.

MVlier non potest iudicare[a], arbitrari[b], postulare[c], procuratrix esse, siue agat[d], siue excipiat[e], accusare[f], nec maritum de adulterio[g]. Item nec deferre[h], nec populari actione agere[i], nec de liberis exhibendis interdicto[k].

a l. cũ prætor. de iudic.
b l. fi. C. de recept. arbit.
c l. j. § sexũ. de postula.
d l. fœminis. de procurat.
e l. nec fœminas. eo. tit.
f l. j. §. accusatiopẽ. ad turpil.
g l. j. C. de adulter.
h l. deferre. de iure fisci.
i l. mulieri. de popul. actio.
k l. iij. §. sed si mulier. de lib. hom. exhib.

AXIOMA XIII.

SIcut Consuetudine, uel principis rescripto[a] pro omnibus, ita iure cõmuni in uoluntariæ iurisdictionis iudicio[b], uel in contentioso mulier testis esse potest[c]: in quo itidem pro se[d], aut consanguineis, aut affinibus[e] certis[f], si in iudicio interesse non possunt[g], mulieres agunt: uel etiam tutoribus[h], aut consanguineis masculis non accusantibus[i], proximorum nomine accusant[k].

a c. dilecti. de arb.
b l. j. §. illud quoq. C. com. de manu.
c l. ex eo. de testib.
d l. mulieri. de popu. act.
e l. ij. de accusat.
f l. nõ ignorat. C. de his qui accu.
g l. fœminis. de procur.
h l. s c. C. de his q accus.
i l. iij. de libe. caus.
k l. j. de accusat.

AXIOMA XIIII.

IN causis Pijs[a], uel utilitatẽ publicam præcipuè respiciẽtibus[b], uel in maximis delictis, ut læsæ maiestatis[c], hæreseos[d], sacrilegij[e], Simoniæ[f], & similibus[g], sine ullo subscriptionis uinculo

a §. cõsequens. Instit. de suspect.
b l. mulierem. de accus.
c l. in quæstionibus. ad leg. Iuli. maie.
d l. Manichæos. C. de hæretic.
e l. si quis in hoc genus. C. de epis.
f l. si quenquam. uersi. fin. eo. tit.
g l. propter. C. de his qui accus.

uinculo[h] (quo alij profitentur se accusatores[i] talis criminis[k], quod ad finem usq; persequentur[l], & si falsarij sint Talionis pœnam subire uolunt[m]) mulier accusare potest: nec in Turpillianum incidit, si ab accusatione desistat[n].

h l. de crimine. eo.
i l. libellorum. uer. item de accus.
k l. pe. C. de accus.
l l. si cui. in fi. prin. de accus.
m l. ij. C. de fide instrum.
n l. mulier. ad Turpill.

AXIOMA XV.

Mulier cùm filios in potestate non habeat[a], illos suos non habet[b]: qui ideo si prætereantur contra tab. non agunt[c]: sed olim pro exhæredatis erant[d]: hodie sine causa præteriti, testamentum nullum dicunt[e]: nisi adoptati essent[f]: nam fœminæ, quia potestate carent, neq; adoptant[g], neq; pupillariter substituunt[h], neq; ex filij contractu acquirunt[i].

a §. cæterum. Inst. de hæred. qual.
b l. nulla. de iuis & legit.
c l. iiij. §. ad testa. de contratab.
d § fi. Instit. de exhæred. liber.
e §. aliud. Authen. ut cùm de app.
f l. si suspecta. §. quoniam. de inoff. testa.
g §. fœminæ. Inst. de adopt.
h l. si mater. cum gl. de uulg.
i l. debitor. §. fin. ad Trebell.

AXIOMA XVI.

Mulier pro alio etiam filio[a], nisi fauore dotis[b], intercedens per Velleiani exceptionem iuuatur[c]: nisi decipiendi animo[d], aut in rem suam intercesserit[e], aut nulla intercessione præcedente, pro alio soluerit[f]: uel interiecto biennij spatio bis intercesserit[g], aut de Velleiano certior facta[h], illius beneficio renuntiauit[i].

a l. iij. C. ad Vell.
b l. si dotare. l. fina. eod. titu.
c ut hic.
d l. in eo quod plus. § fin. j.
e l. iij. l. aliquando. in prin. ad Vell.
f l. quamuis. C. ad Velleia.
g l. si mulier perfectè. eod.
h l. antiquæ. §. ne autem. C. eod.
i Auth. matri. C. quando mulier tut.

AXIOMA XVII.

Mulier neq; tutorẽ dat, nisi confirmetur[a], neq; tutrix olim esse poterat[b]: hodie si omni auxilio renunciet[c], filiorum, & nõ alienorum tutrix esse potest[d]: etsi esse nolit, filio impuberi[e], etiam naturali[f], tutorem intra annũ petere debet[g]. Aliâs successione etiam testamentaria priuatur[h], nisi fortasse minor esset[i], aut pupillus pubes factus decesserit[k], uel filio legatum, si tutorem non haberet, esset relictum[l].

a l. j. & ij. de confir. tutor.
b l. fin. de tutel.
c §. quia uerò. Aut. ut sine prohib.
d l. fin. de tutel.
e l. j. qui pet. tut.
f l. fin. C. eod. tit.
g l. sciant. C. de leg. hæred.
h d. l. sciant.
i l. ij. C. si adu. delict.
k l. matres. C. ad Tertull.
l l. ij §. tractim. ad Tertull.

AXIOMA XVIII.

Mulier quamuis in Codicillis testimoniũ dicere posit[a], in testamẽto tamen nõ, nisi à milite[b], uel ad pias causas[c], aut inter liberos facto[d], neq; in feudo[e], neq; in priuata scriptura eo casu quo publicæ uim habet[f], neq; iure Canonico nõ Ciuili[g], in causa criminali, non ciuiliter[h], sed criminaliter mota[i]: in omnibus uerò alijs negotijs testis est[k]: ita tamen, ut à uiro diuersum testificante uincatur[l].

a Glo. uerb. quinq; l. fi. C. de codicil.
b l. lucius. uerb. legitimus. de milit. testa.
c Feli. c. quoniam. de testib.
d Glo. Auth. quod sine. C. de test.
e titu. qui testes. in fi. in usib. feud.
f l. scripturas. in fi. uerb. tutoris. C. qui potio. in pig.
g l. ex eo. de testi.
h d. c. quoniam.
i c. mulierẽ. 33. q. 5.
k l. qui testamẽto. §. mulier. de testam.
l c. forus. ad fin. de uerb. gl. sing. c. de neq. 32. distinct.

AXIOMA XIX.

Mulier ordinem ecclesiasticum non suscipit[a], nec sacra tangit[b], nec sacerdoti ministrat[c], nec prædicat[d], nec excommunicat, nec à peccatis absoluit[e]. Ius tamen patronatus ecclesiasticum habet[f].

a c. fi. 32. distinct.
b c. sacratas. 23. dist.
c c. j. in fin. de cohab. cleric.
d c. mulier. 23. dist.
e c. noua. de pœnit. & remiss.
f Abb. c. nobis. j. nota. de iure patro.

AXIOMA XX.

Mulier natura timidior est[a]: unde minore metu excusatur[b]. Ab ea tormentum incipi debet[c]. Natura est fragilior[d]: unde in carcerem, nisi meretrix sit[e] innupta[f], uel ob tutelam obnoxia[g], non conijcitur[h]. Natura citius pubescit[i]: unde citius nubere[k], ueniam ætatis impetrare[l], testari potest[m]. Natura imperitior est[n] & mutabilior[o]: unde ab ignorantia[p], à crimine alieno facilius excusatur[q], & correctioni uiri subijcitur[r].

a l. quisquis. §. ad fœminas. in fin. C. maiesta.
b Glo. c. cùm locū. de sponsalib.
c l. unius. in princ. de quæstio.
d c. ex parte. uersic. sed iudices. de priuileg.
e §. fi. Auth. de restitutio.
f Alex. l. plerique. de in ius uocād.
g Bart. auth. matri. C. quādo mulier.
h Auth. hodie. C. de custod. reor.
i Instit. quib. mod. tute. in princ.
k Instit. de nupt. in princ. cum glos.
l l. ij. C. de his qui uen. ætat.
m l. qua ætate. de testam.
n l. si. uers. ꝗ autem. qui pet. tutor.
o c. forus. in fin. de uerb. sig.
p l. fin. C. de iur. & fact.
q d. l. quisquis. §. ad filias. C. maiesta.
r c. placuit. 33. q. 2.

AXIOMA XXI.

Mulier in feudo non succedit[a]: successione, si dotata sit[b], per statutum plerunq; excluditur[c]: cum etiam iure ciuili si mater esset, non succedebat[d].

a titu. de success. feud. in princ.
b Bald. l. fi. nu. iiij. C. de dot. prom.
c Bart. l. j. §. sciendum. de suis.
d Insti. ad Tertull. in princ.

AXIOMA XXII.

Mulier cùm familiæ suæ sit caput & finis[a], nati ex ea nõ sunt ex illius familia[b]: Cuius ideo neque

a l. pronũtiatio. in fi. de uerb. sig.
b §. adqui. Insti. de leg. agn. tutel.

 nobilit

nobilitatem[c], neque priuilegia[d], nisi expresse à lege concessa sint[e] neque arma uendicare possunt[f]. cùm etiam mater ipsa, postquam nupta est, ex his priuilegijs pleraque perdat[g].

AXIOMA XXIII.

FOemina masculum, etiam si in utroque eadem sit ratio[a], nunquam cõcipit[b]; nisi illa ob maiorem frequentiam nominaretur[c], aut uocabulum expressum esset, quod utrique conueniret sexui[d], ut, persona[e], uniuersitas[f].

AXIOMA XXIIII.

VBi expressa non est masculi & fœminæ differentia[a], eadem est utriusque conditio. In contractibus[b], iuris priuilegijs[c], compulsionibus[d], pollicitationibus[e], ultimis uoluntatibus[f], collationibus[g], iuramento[h], cessione bonorum[i], delictis[k], oneribus[l], glebæ ascriptione[m], sepulcrorum iure[n], & similibus[o].

AXIOMA XXV.

APpellatione benigni æquū cōprehenditur[a]. Vnde in dubijs id quod minorem habet iniquitatem sequimur[b]. Sed hæc æquitas, nisi manifesta sint uerba, aut mens[c], in dubijs cæteris omnibus est potior[d]. cùm propter illam, à uerbis testatoris[e], ab eo quod usitatum est[f], à forma contractus[g] à iuris regula[h], & solennitate recedimus[i].

AXIOMA CI.

NOn sequimur quod benignum est, quoties actus redderetur nullus[a], unde tunc neq; in cōtractu[b], neq; in ultimis uoluntatibus, quod minimum est debetur, sed mediocre[c].

AXIOMA CII.

SI obscurum declarari nō possit, ex probationis, non iuris, defectu[a], utiatur actus[b]. Sed ex eo quod superfluum est, actus, licet quandoq; suspectus fiat[c], non tamen uitiatur[d]. maximè si dubitationis tollendæ causa fuerit appositum[e], nisi aduersus formam actus adiectum esset[f].

AXIOMA CIII.

EX natura actus, plerunque dubia interpretamur. Ideo pro dote[a], pro libertate[b], pro legato alimentorū fit interpretatio[c], unde dici solet, in contractibus plenam[d], in testamentis pleniorem[e], in beneficijs plenissimam faciendam esse interpretationē[f]: hacq; ratione impoßibilis cōditio[g], uel temporis angustia[h]: contractum, non ultimam uoluntatem, uitiant. Ex testamēto, non ex contractu, sine traditione Dominium transfertur[i], usuræ debentur[k], ad id quod deterius factum est agitur[l], parata est exequutio[m].

AXIOMA CIIII.

LIcet de legato ad Cōtractum plerunq; argumentemur[a], latior est tamen legati interpretatio[b]. Vnde

k l. si præfec. de pœ.
l l. si ita sit scriptū. in fi. de leg. j.
a l. nulla. de legib.
b l. quoties nihil. j.
c l. prospexit. qui & à quib.
d l. in oībus qdē. j.
e l. qui filium. § fin. ad trebell.
f l. imperatores. in fi. de appel.
g l. si & me & titiū. in fi. si cert. peta.
h Authent. ut fine proh. matri. i pri. cum glos.
i l. & si nihil. j.
a l. quoties. ij. de rebus dub.
b l. si quis argentū. uers. similiq; modo. C. de donat.
c l. legato generaliter. cum glos. ij. de leg. j.
a l. duo sunt titij. de testa. tut.
b l. quo tutela. § q̄ in testamento j.
c l. si quis sub cōditione. cum glos. j. de condit. instit.
d l. non solent. j.
e l. quæ dubitationis. j.
f l. fideiussor obligan. § qui certo. de fideiuss.
a l. in ambiguis. pro j.
b l. quoties dubia. l. in obscura. l. libertas. j.
c l. is cui annua. de aliment.
d c. cùm dilecti. de donat.
e l. in testamētis. j.
f l. fi. de cōst. princ.
g l. impoßibilis. Instit. de hær. instit. § si impoßibilis. Insti. de inutil. stipul.
h l. si mihi, & tibi. § j de le. j. § loca. Insti. de uerb. ob.
i l. cum hæredes. in prin. de acq. poss.
k l. iij. C. in quibus caus. in integr. l. iij. C. de usur.
l l. huiusmodi. § ædes. de le. j. l. & elegāter. § nō solū. uer. fi. de dolo.
m l. fi. C. de edict. diui Adr. toll. l minor xxv. ann. cui fideicō. de min.
a l. quæ de legato. de leg. j.
b l. ij. § si uinum. de tritico legat. l. j.

legatum alimentorum incertum[c], aut in disponentis uoluntatem collatum, ualet: & non contractus[d].

§. licet. de peric. & com. rei uend. c l. quædã. de tritic. l. triticũ. de uerb. d l. fideicõmissa. §. quanq;. de leg. iij. l. in uendentis. C. de contrah. emp.

AXIOMA CV.

VErba obscura contra stipulatorem[a], uẽditorem, locatorem, interpretantur[b]: nisi plus æquo onerosa esset interpretatio[c], ob quam uitandam, uitiatur actus[d]. Cæterùm quòd Doctores Papinianum dicentem pactum obscurum uenditori nocere, hactenus ita interpretantur, ut pactio obscura proferenti noceat, mihi nunquam placuit. Papinianus enim non absq; causa uenditorem commemorat, quoniã illius respectu contractus semper certus est, cùm certum pretium habere debeat: uerisimileq; est, illum tale pretium adiecisse, qualis esset rei ualor: quod in emptore secus est.

a l. cùm quæritur. de reb. dub. b l. ueteribus. de pactis. c l. iij. §. si quis insulã. de eo quod cert. d l. quod in rerũ. §. j. de leg. j.

In iudicijs uerò pro proferẽte, (excepta iudiciali probatione, quæ si incerta sit, nulla est[e],) fieri debet interpretatio[f]: quia proferẽtis sententia maximè spectatur[g]. Beneficiũ uerò proprio motu, nõ ad alteri[us] postulationẽ concessum[h], latissimè interpretatur[i]: nisi aut ius commune repugnet[k], aut publica utilitas[l], aut tertij damnum[m].

e l fin. C. unde leg. f l. si quis intẽtione. de iudic. g l. in ambiguis orationibus. j. h l. j. C. de peti. bo. sub. r. i l. fi. de cõstit. prin. k c. cùm dilecti. de rescript. l l. si aliquando. j. C. de oper. publ. m l. ij. §. merito. ne quid in loc. publ.

IN L. NON VIDETVR CEPISSE. Cum multis alijs.

Quid dicatur Esse nostrum.

AXIOMA CVI.

PEr Dominiũ res efficitur nostra[a]. Vnde obligatus ad dãdum, quia dominium transferre debet[b], non dicitur dare, si rem non faciat nostram[c]: quæ si à nobis auferri non possit, tunc perfectè dicitur nostra esse[d], illamq; cepisse dicimur[e] uerbum enim Capere acquisitionem importat[f].

a §. singulorum. in prin. Insti. de rer. diuis. b §. sic itaq;. Instit. de actio. c l. non uidẽtur data. j. d l. nõ omnes. § j. j. e l. nõ uidetur quis quæ. j. f l. aliud est. de uerbor. sign.

AXIOMA CVII.

PErfectæ acquisitioni, quale est dominium[a], nihil addi potest[b]: unde facta est regula, Dominiũ ex una tantum causa quæri posse[c]: & ideo res quæ per Dominiũ nostra est, neq; stipulatione[d], neq; legato[e], neq; emptione[f], neq; usucapione[g], neq; alijs modis amplius nostra fieri potest[h]. Imò nec locare, nec in depositũ, uel precario habere rem meam possum[i]: nec in ea seruitutem constituere[k].

a l. j. § qui in perpetuũ. si ager uect. b Argum. l. ij. C. de uind. liber. c l. non ut ex pluribus. j. d l. nemo rem suã. de uerb. oblig. e §. sed si rem legatam. Insti. de leg. f l. suæ rei. de contrah. empt. g l. iiij. §. lana. cum glo. de usucap. h § sic itaq;. Institt. de actio. i l. neq. pignus. j. k l. in re communi. de seruit. urba.

AXIOMA CVIII.

SI dominium iure speciali[a], aut ex causa dubitabili[b], aut ex acquisitione non perfecta habeam[c], illud adhuc acquirere possum[d].

a Bart. l. idemq;. in fin. princ. qui pot. b c. post electionẽ. de concess. præb. c l. in bello. §. si quis seruum. de capt. d l. si quis mihi. §. sed quod. cum gl. de acquir. hered.

AXIOMA CIX.

SEcundò res dicitur esse nostra pro qua actionem[a] uel exceptionem habemus[b]. Istud itaq; pro quo actionem uel exceptionẽ habemus, cepisse quoq; nos dicimur[c], id est acquisiuisse[d]. Ille uerò qui exceptione summoueri potest, cepisse non dicitur[e], neq; is rem habere dicitur, pro qua conueniri potest[f]. Sed ille qui agit rẽ habet, adeo ut in illius bonis esse dicatur[g].

a l. bonorum j. §. fi. de uerb. sign. b l. rem in bonis. de acq. rer. dom. c l. si quis obligatione. in prin. j. d l. aliud est. de uerbor. sign. e Vt hic. f l. q; euincitur. j. l. qui actionem. j. g l. metum. mag. §. licet. quod met. caus.

AXIOMA CX.

QVia per actionẽ res perfectè nostra non fit[a], neq; per exceptionem cùm illa opponi debeat[b], Res sicut ex pluribus causis nobis deberi potest[c], ita & pluribus exceptionibus defenditur[d]. Vnde sicut minus est habere actionẽ quã rẽ[e], ita minus est per exceptionẽ tutum esse quã ipso iure[f].

a Argu. l. minor 25. annis cui fideicõ. in fi. prin. de min. b l. pen. & fin. C. de exceptio. c l. non ut ex pluribus j. d l. nemo ex his q uegat. j. e l. minus est j. f l. nihil interest cũ glo. j.

AXIOMA CXI.

TErtio in bonis nostris sunt, quæ à nobis possidentur[a]. Et ista ex pluribus causis[b], id est titulis[c], possidere possumus, modò contrariæ non sint[d]. Si tamen ex uno titulo usuceperimus, licet ex alio adhuc possideamus[e], ex hoc tamen adhuc usucapere non possumus[f], quia per plures usucapiones dominia quæreremus[g], quod fieri non potest, cùm dominiũ ex una tantùm causa quæri possit[h].

a d. l. bonorũ; §. in bonis. b l. iij. § ex pluribus. de acq poss. c l. j. in princip. pro dote. d l. si ancillã. in fin. prin. pro suo. e l. j. §. h. pro suo. f argu. l. iiij. §. lana. de usucap. g l. traditionibus. C. de pact. h d. l. nõ ut ex pluribus.

AXIOMA CXII.

QVartò rem dicimur habere, quã duntaxat detinemus[a], puta ex commodato, deposito locato, missione[b]. Sed tunc res nõ dicitur esse in bonis nostris sed ex bonis[c]. Licet enim omnes res sint in dominio nostro uel extra[d], non tamẽ omnes sunt in bonis nostris uel extra. Sed aliquæ sunt ex bonis, aliquæ quæ neq; sunt in bonis, id est, dominio[e] neq; extra bona[f], id est, extra ius agendi[g].

a l. stipulatio ista. §. habere. de uerbo. oblig. b l. officium. §. fin. de rei uend. c l. ij. §. in hac. ui bo. rapt. d Insti. de rer. diuis. in princ. e Theoph. §. fi. Instit. ui bo. rapt. f l. j. de usufru. leg. g d. l. bonorũ. §. fi. de uerb. sign.

IN L. IN OMNIBVS OBLIGATIONIBVS. Quæ particularis est.

AXIOMA CXIII.

IN obligatione sine die, licet præsenti die & debeatur[a], & peti possit[b], exactio

a Vt hic. b l. cedere. de uerb. sign.

exactio tamen differtur, donec fieri traditio possit[c]. Dilatio autem tribus modis fit. Ex natura actus. Vnde mutuum[d], commodatum[e], pignus[f], quāuis sine die fiant, non tamen statim repetuntur, ne actus sit inutilis[g]. Sic promissio dotis in tempus nuptiarum[h], legatum post aditionem (quamuis pura sint) debentur[i].

c § fina. Instit. de inutil. stip.
d Barto. l. si pœna. de uerbor.
e l. in cōmodato. §. sunt. commod.
f l. Lucius mādati.
g Arg. l. qui sic. de solut.
h Arg. l. qui filiā. ubi pupil. educ.
i l. omnia. in prin. de lega. ij.

AXIOMA CXIIII.

SEcundò ex natura rei uel loci conceditur dilatio[a]; sic in fructibus purè promissis, tempus quo nascentur: expectandum est[b]. in insula ædificanda, diligētis ædificatoris[c], in promissione aliquo loco soluenda, diligentis patrisfamiliâs dilatio consyderatur[d]. Alioqui in contractibus stricti iuris non bonæfidei[e], temporis angustia uitiat contractum[f], non tamen ultimam uoluntatem[g].

a l. interdum. de uerb. oblig.
b l. inter stip. §. sacram. eod.
c l. cōtinuus. § item qui insulam eo.
d d. l. continuus. §. cùm ita.
e l. in insulam. §. ij. loca.
f §. loca. Instit. de uerbor.
g l. si mihi & tibi. §. j. de leg. ij.

AXIOMA CXV.

TErtiò dilatio conceditur ex benigna interpretatione[a], quæ uel ex disponentis uoluntate[b], uel ex miseratione quadā fieri solet[c]: nūquam enim debitor cum sacco paratus uenire debet[d]. Hoc autem miserationis tempus si à lege expressum sit, obseruatur; ut in Constituto[e], in dote[f], in re iudicata[g]. Si non sit expressum arbitrio iudicis relinquitur[h], nisi specialiter se hodie soluturum quis promitteret[i].

a Gl. j. in fin. §. oīs. Instit. de uerbor.
b l. epistolam. §. fi. ad Trebell.
c l. si cùm militi. §. fin. de compens.
d l. quod dicimus. de solutio.
e l. promissor. §. j. de constit. pecu.
f l. unica. §. exactio. C. de rei uxo. act.
g l. fin. C. de usur. rei iud.
h l. j. in fin. de iur. delib.
i l. liber homo. §. j. de uerb. obl.

AXIOMA CXVI.

MIserationis tempus mutari potest[a]. Actionē[b], usucapionem[c], uel compensationem[d], non impedit. Secus est in alio tempore quod expressum in obligatione est, uel tacitè inest. Præterea petitio, quæ fit ante miserationis tempus, duplicandarum induciarum pœnam non continet, prout alia dilatio[e].

a l. ij. de re iudi. l. Lucius. manda.
b l. si constante. §. quoties. sol. matrimo.
c l. in rebus. uers. si. de iur. dot. l. cùm notissimi. §. illud. C. de præscr.
d l. si cùm militi. §. fin. de compens. l. quod in diem. in princ. eod.
e §. hodie. Institut. de except. Alex. in l. intra. de re iudica.

IN L. IMAGINARIA.

Quæ particularis est.

AXIOMA CXVII.

IN fraudem factum, simulatum, fictum, & imaginarium differunt[a]. nam in fraudem fit, quod uerè, sed in alterius fraudem fit[b], illudq́ ualet, rescinditur tamen[c]; fraus uerò non præsumitur[d], nisi ex alienatione clandestina[e], aut simulata[f], aut in creditorum fraudem facta[g].

a Alciat. Parer. lij. cap. xi.
b l. fraus. de legibus.
c Rubric. quæ in fraud. cred.
d §. in fraudē. uers. præualuisse. Inst. q. ex cau. manu.
e Arg. l. fin. de ritu nupt.
f l. licet. §. supu. cuī. qb. mo. pig.
g l. j. in princ. quæ in fraud. cred.

AXIOMA CXVIII.

SImulatum dicitur, cùm aliud tacitè agitur, aliud expressè simulatur[a]; & tunc actus non ualet, si tacitè id contrahentes agebant[b]; alioquin tacitum si ualere potest consyderatur[c], si non potest, attendimus simulatum[d], nisi unus tantùm ex contrahentibus simulator esset[e].

a l. j. §. j. de dolo.
b l. simulatè. de ritu nupt.
c Rub. C. plus ualere quod.
d l. Luci⁹. ij. depos.
e Glo. l. à duob. de ritu nupt.

AXIOMA CXIX.

FIctum dicitur quod cum ueritate pugnat[a]; & à lege tantùm introducitur[b]: nec aduersus illud probatio admitti solet, cùm pro ueritate habeatur[c]. Attamen ibi tantùm, ubi ueritas locum habere potest, lex fingere solet[d]. sed in diuersis rebus[e], aut temporibus[f], ueritas & fictio locum habere possunt. In eodem uerò ueritas fictioni præfertur[g], nisi contrarios effectus haberent, tunc fictio anteponitur[h].

a §. sed si in bello. Inst. de exc. tuto.
b Bart. l. si is q pro emptore. nu. 23. de usucap.
c §. si ab hostibus. Instit. de usucap.
d l. qui ad certum. locat.
e l. hereditas ī mul tis. de acq. rer.
f l. quæ legata. cū seq. j.
g l. filio quē pater. de lib. & posth.
h l. qui in utero. de stat. homi.

AXIOMA CXX.

IMaginarium dicitur, quod ad Imaginem & similitudinem, non perpetuam, sed temporariam[a], est introductum[b], & à simulato quoniam sine illo esse non potest[c], differt: sicut species à genere[d], quod autem imaginarium est, ipso iure nullum censetur[e].

a Auth. quo. opor. episc. uersic. neq; enim.
b Instit. de testam. in princ.
c l. contractus. de actio.
d § plebiscitū. Insti. de iure natu.
e l. nuda. de contrah. empt.

AXIOMA CXXI.

VEnditio non est imaginaria si pretium accedat[a], quia illud, & si non numeratū, sed conuentum duntaxat esset[b], substantia contractus dicitur[c]; & ideo qui illud habet, imaginarium non potest dicere contractū[d]. Nisi fortasse unius nummi esset[e], emptio uerò etiam pretio accedente esse potest imaginaria[f], quando emptor sub imagine alterius personæ emerit[g], nec suo pretio rem compararet[h].

a Vt hîc.
b l. ij. uersic. fin. de contrah. empt.
c l. pacta conuenta. eod. tit.
d Argu. l. iij. C. de rei uend.
e l. si quis conduxerit. locat.
f l. iij. §. si ab ignoto. de manu.
g l. & qui sub imagine. C. de distract. pig.
h Argu. d. l. ij. C. plus ualere quod agit.

IN L. TEMPVS
Quae particularis est.

AXIOMA CXXII.

QVi hodie promisit, hodie soluere debet[a]: qui hoc anno, in fine anni[b], uel in principio[c]: si fauore accipientis[c], aut finiẽdae obligationis causa, tempus sit adiectum[d]: sed qui quotannis, uel aliquid annuum ꝓmisit, uel in principio soluet anni[e], uel eo tẽpore, ꝙ ex natura actus[f], aut rei inest[g].

a l. liber homo. ij. §. j. de uerb. obl.
b l. qui in hoc anno. eo. tit.
c l. si ita fuerit libertas relicta. de manu. testam.
d l. eum qui ita. §. q ita. de uerb. obl.
e l. nec semel. in princip. quando dies lega.
f d. l. nec semel. §. si in habitationem.
g l. firmio. §. pater. eod. tit.

AXIOMA CXXIII.

TEmpus in dubio fauore soluentis creditur esse adiectum[a]: siue in Contractibus[b], siue in ultimis uolũtatibus[c], siue in iudicijs loquamur[d]. nec refert an à Lege, an ab homine tempus fuerit adiectum[e], aut ex natura ipsius actus insit[f].

a §. omnis. in fi. Insti. de uerb. obl.
b l. cũ qui calendis. §. fi. de uerb. obl.
c Vt hîc.
d l. intra. de re iudic.
e l. unica. §. exactio. C. de rei uxo. act.
f l. continuus. §. cũ ita. in fi. de uerb.

AXIOMA CXXIIII.

IS in cuius fauorem tempus est adiectum, siue debitor sit[a], siue creditor[b], (quia fauori suo renuntiare potest[c]) ante illud tempus soluere petere'ue potest[d]: modò aut incertum non sit tempus[e], aut damnum accipienti solutio non adferat[f]; uel à lege non sit interdicta[g].

a l. quod in diem. de solutio.
b Arg. l. si cũ dies. §. si arbiter. in fi. de arbitr.
c l. fi. §. fi C. de tempor. appell.
d l. post mortẽ. C. de fideicõ. l. patrẽ. cum seq. quae in fraud. creditor.
e l. stipulatio. §. inter certam. de uerb. obl.
f l. uxorẽ. §. seium. de legat. iij.
g l. j. C. si dos constant. matrim.

IN L. QVAE LEGATA. *Cum seq.*

AXIOMA CXXV.

SI legatarius ante puri Legati[a], uel in diem certũ relicti[b], acceptationem moriatur: illud ad haeredes suos transmittit. uel si in potestate sit, ei in cuius est potestate acquirit[c]. Nõ idem est in conditiali Legato, quia apud haeredem remanet[d], licet in stipulatione conditionali adhuc idem sit.[e]

a l. v. in prin. quando dies legat.
b l. j. uersic. dies. de cond. & demõst.
c Vt hîc, & l. si usufru. §. fi. quando dies lega.
d l. unica. §. sin autem. uers. ꝙ si in medio. C. de caduc. toll.
e Vt hîc, in fi. cum l. seq.

AXIOMA CXXVI.

IN contractibus, quia facti sunt[a], tempus facti, id est, cõtractus attenditur[b]: & ideo conditio contractus cum extat, ita retrotrahitur[c] ut nec transmissionem[d], nec acquisitionem, interim dum non extat, impediat[e]. In legatis uerò quia etiam ignorantibus acquiruntur[f], solũ acquisitionis tempus spectatur[g]. Et idcirco legati conditio, antequam extet, & transmissionem[h], & acquisitionem impedit[i], nec illa retrotrahitur[k].

a l. consilio. §. fin. de cura. fur.
b Vt in l. seq.
c l. potior. in fin. princ. qui potio. in pig.
d §. ex conditionali. Instit. de uerb. oblig.
e Vt hîc. in fi. cum l. seq.
f l. cum pater. §. surdo. de leg. ij.
g l. si legat. in fin. de pignor.
h d. l. unica. §. sin autẽ. C. de caduc.
i l. ij. in princip. l. si usufructus. in fi. quãdo dies lega.
k l. si mater. §. eandem. uersic. at si. de exce. rei iudi.

AXIOMA CXXVII.

COnditio contractus non retrotrahitur, si uel potestatiua sit[a], uel de dominij acquisitione agatur[b]: uel si obligatio in cõditionis tempus sine fraude collata fuerit[c].

c l pe. q̃ res pign.
b Barto. l. si is qui ꝓ emptore. num. 47. de usucap.
c l. fina. de stipul. seruorum.

AXIOMA CXXVIII.

OBligatio, quae tempore contractus, uel ex personae defectu[a], uel rei, nõ qualitatis tantùm[b], sed substantia deficiente, est nulla[c]: (quamuis per conditionis euentum cesset effectus) confirmari non potest. sicut nec cùm cõditionis tempore, rei[d], uel personae defectus cõtingeret[e]. his enim casibus nunquã retrotrahitur cõditio[f].

e l. usufru. in fi. de stipul. seru.
b l. si rem meã. de uerb. obl.
c l. inter stipulantem. §. sacrã. eo.
d l. quoties. i prin. de nouat.
e d. l. quoties. uers. fin.
f l. postquã haeres. in prin. ut legat. seu fideicom.

IN L. QVI CVM ALIO. §. NON SOLET.

AXIOMA CXXIX.

DOli exceptione summouetur, q̃ petit quod reddere debet[a]. Is autem reddere non debet, qui secundum testatoris uoluntatem petit[b]: siue sit expressa[c], siue tacita[d], siue etiam ꝑ conditionem suspensa[e]. Tametsi conditio actus puri naturã aliquãdo impediat[f]: econtrà uerò ille doli exceptione repellitur, qui cõtra testatoris uolũtatẽ petit[g]: siue expressam[h], siue tacitam[i].

a l. dolo malo fecit. de dol. mal.
b Vt hîc.
c l. j. uers. inconsule. de his q̃ in testa.
d l pen. § fin. de secund. tab.
e l. j. in princip. de excep. dol.
f l. pecunia. si cer. petat.
g l. iij. §. praeterea. de dol. excep.
h Insti. de adimẽd. lega. in prin.
i l. v. § fin. de adimen. lega.

IN L. NON DEBET CVI QVOD. *Cum multis alijs.*

De Toto & Partibus.

AXIOMA CXXX.

PLus & Minus primò quantitate differunt[a]: siue in pecunia[b], siue in speciebus[c], siue in quotis partibus consistat quantitas[d]. Et hoc casu regula est, In maiore quantitate minorem inesse[e]: id est, dispositionem si in maiore quantitate non ualeat, in minore ualere: siue in contractu[f], siue in iudicijs[g], siue in ultimis uoluntatibus[h], aut legum dispositionibus loquamur[i]. Sed econtrà, Maior quantitas in minore esse non potest[k].

a Gl. mag. §. praeterea. Institu. de inutil. stipul.
b l. j. §. si stipulanti. de uerb. obli.
c d. l. j. §. sed si mihi.
d l. qui quartam. in prin. de leg. j.
e l. in eo quod plus. j.
f d. §. si stipulanti.
g l. inter pares. §. j. de re iudi.
h l. iij. §. si quis plus. de adim. legat.
i c. auaritiae. in fin. de electio. vi.
k l. rogasti. §. si tibi. in fi. si cert.

AXIOM

AXIOMA CXXXI.

MInor quantitas in maiore non inest, si hoc damnosum esset[a], aut de utraque quantitate contrahentes disposuissent[b], uel minorem non contineri in maiore expressissent[c]. Sed & in indiuiduis[d], in fideiussoribus[e], in testibus[f], quod non ualet in maiore quantitate, neque in minore subsistet, negatiuè, item extra iudicium, non in iudicio[g], maior summa minorem non continet[h].

a l. si decē in prin. locat.
b l. ex facto. §. item quæro de uulg.
c Gl. uerb. non erit. d. l. j. §. si stipulanti. de uerbor. obl.
d l. in hoc iudicio. famil. ercisc.
e l. græcè. § illud. uerb. omnimodo. de fideiuss.
f Alexan. d. §. si stipulanti.
g l. si unus. §. si cū mihi x. de pact.
h Barto. d. §. si stipulanti.

AXIOMA CXXXII.

SEcundò Plus & Minus qualitate differunt[a], ut si purè interroganti sub conditione respondeatur: minor enim est responsio[b], & hoc casu in pluri nunquam inest minus; sed actus redditur nullus[c].

a Glos. magn. d. §. præterea.
b l. si te solū. §. sed si te. de hær. insti.
c l. j. §. si quis simpliciter. de uerb. ob.

AXIOMA CXXXIII.

TErtiò Plus & Minus mediocritate differunt[a]: ut superficies, quæ pars integralis domus est[b]. usus fructus Causalis, pars integralis fundi[c], uel dominij[d]. usus fructus uerò formalis seruitus[e], à dominio separatus est[f], cùm res domini, ipsi domino, nunquam seruiat[g]. huius tamen usus fructus emolumētum adhuc partis est instar[h].

a l. si. de fun. instru.
b l. eum qui ædes. de usucap.
c l. si ali. de usufru. lega.
d l. iiij de usufru.
e Gl. uerbo partes. l. & per Iusiurandum. de accepti.
f l. rectè. de uerb. sign.
g l. uti frui. si usufruct. peta.
h l. cùm filius. §. dominus. de leg. ij.

AXIOMA CXXXIIII.

LIcet in toto pars integralis contineatur[a], tamen si dispositio in toto non ualet, neque in parte ualere potest[b]. Et si prius totum stipuler, partem postea stipulari non possum[c]. Econtrà totum pòst promissum, obligationem de parte prius factam nouat[d]: nisi stipulatio totius aut damnosa esset[e], aut pœnalis[f], aut ad maiorem tantùm cautelam adiecta[g].

a l. i toto & partes. j.
b Argu. l. inter stipul. § si stipulante. de uerb. obli.
c l. q usumfru. uers. sed quid. eo. tit.
d d. l. qui usumfru. in princ.
e l. si diuortio. uer. alia aut. eo. tit.
f Bart. l. ita stipulatus. nu. 24. eod.
g Barto. l. iiij. §. si ex conuentione. de re iud.

AXIOMA CXXXV.

VLtimò Plus & Minus genere differunt[a], quando in diuersis rebus consisterent[b]: ueluti genus & species consistunt[c], hocque casu qui in pluris & in minori potestatem habet[d], non autē econtrà[e]. Attamen qui non à se, sed ab altero pluris facultatem habet, minus non potest: ut in iurisdictione[f], mandato[g], decreto[h]. Si plus potest, non minus ille cui ex aliqua speciali causa minus est prohibitum[i]. Item minus quod inutile est, aut à pluri indiuiduum, non possumus[k].

a l. si. de fun. instru.
b l. si à reo. §. si reo. de fideiuss.
c Bartol. d. l. qui usumfru. nu. 4.
d Vt hic, & l. cuius est & l. cùm quis possit. j.
e l. iiij. de senato.
f l. solemnus. §. iurisdictio. de iudi.
g c. ei cui. de præbend. vi.
h l. si pupillorū. §. si prætor. de reb. eorum qui sub cur.
i l. iij. §. si. ad uelleia. l si. C. de præd. decur. x.
k l. j. & ij. de acq. hæred.

AXIOMA CXXXVI.

LIcet in generalibus specialia insint[a], generi tamen per speciem derogatur[b]: siue in legibus[c], siue in cō tractibus[d], siue in ultimis uoluntatibus[e], siue in Rescriptis[f]. In hypotheca[g], in iurisdictione[h], in priuilegijs, generi per speciem non derogatur[i].

a l. semper in generalibus. j.
b l. in toto iure. j.
c l. sancimus. de pœ.
d l. dolo. de uerb. o.
e l. uxorem. §. felicissi de leg. iij.
f c. j. de rescript.
g l. si generaliter, C. qui potiores.
h l. si C. de iurisd. om. iudic.
i c. ucniens. de præscript.

IN L. CONTRACTVS.

De Dolo, Culpa, & Casu.

AXIOMA CXXXVII.

DOlus, qui malitia est in alterius præiudicium adhibita[a], Verus dicitur quoties ex facti probatione[b], manifesta arguitur aut dissimulatio aut fallacia[c] aut metus[d]. Præsumptus uerò est, cum ex facti probatione malitiæ duntaxat arguitur præsumptio[e]: ut cùm alienum restituere nolo[f]. Sed hic præsumptus dolus mulierem & minorem excusat[g], contraria præsumptione tollitur[h]. Criminalem non importat pœnam[i]: quæ omnia in uero dolo contraria sunt[k].

a l. j. §. dolum. de dol.
b l. dolum. C. de dolo.
c l. ea quæ. in si. de contrah. empt.
d l. si cū exceptione. § cum qui. quæ met. caus.
e Gl. l. dolus. mandat.
f l. si quis mancipijs. in fin. de institor. actio.
g Glos ij. l. ubi. de edend.
h Gl. ij. §. proinde. commod.
i l. abientem. uers. si. j. de pœn.
k l. si. C. de probat. l. j. i pri. de dolo.

AXIOMA CXXXVIII.

CVlpa est si nos rei ad nos non pertinenti immiscuerimus[a]: uel si per imperitiam[b] aut infirmitatem aliquid faciamus[c]: aut cùm quid me sciente fit quod prohibere poteram[d]: aut cùm quod diligenter præuideri poterat, non est præuisum[e].

a l. culpa. est. j.
b l. imperitia j.
c l. idē iuris. §. idē docet. ad l. aquil.
d l. culpa caret à contra. sent. j.
e l. si putator. ad leg. aquil.

AXIOMA CXXXIX.

SIcut quadruplex est diligētia, Exactissima[a], exacta[b], Moratoria[c], & uniuscuiusque propria[d]: Ita quadruplex est culpa, Leuissima[e], Leuis[f], Lata[g], & Latior[h].

a §. sin. uers. culpa. Instit. de societ.
b § fin. Instit. quib. mod. re.
c l. tutor. qui repertorio. §. j in si. de admi. tutor.
d l. quòd nerua. uers. l. pen. depos.
e l. in lege ij. ad leg. aquil.
f l. tutori. uers. sic ij. C. de nego. gest.
g l. cedere. §. si de uerb. signi.
h d. l. quòd nerua. in princip.

AXIOMA CXL.

DIligẽtiſsimus eſt[a], exactiſsimãq́ præſtat diligentiam qui ſupra communem hominum naturam aliquid facit[b]. Sed qui hoc non explicat in leuiſsima tantùm eſt culpa[c], quæ negligentia dicitur, in quam diligentiſsimus non incideret[d].

a l. in rebus. cõmo.
b l. continuus. §. cùm ita. & §. ſequẽ. de uerborũ.
c d. l. in lege.
d §. at is qui utendum. §. præterea. ueri. culpæ. Inſtit. quib. mod. re.

AXIOMA CXLI.

DIligens eſt[a], exactamq́ præſtat diligentiam qui ſecundum communẽ hominũ naturã aliquid facit[b]: & qui hoc non præſtat in leui eſt culpa[c], quæ negligentia dicitur quam diligens paterfam. non commiſiſſet[d].

a l. ſi cùm uenderet. §. ſi. cũ l ſeq. de pign. actio.
b d. l. continuus. §. cùm ita. & §. ſeq.
c l. quicquid. C. arbitr. tutel.
d Glo. l. ſi merces. §. qui columnã. locat.

AXIOMA CXLII.

DElicatus eſt qui Moratoriam diligentiam[a], id quod infra communem hominum naturam eſt præſtat[b]: & ſi quis nec hoc præſtaret negligentiſsimus diceretur[c], & in Lata eſt culpa quæ dicitur nimia negligentia, quam nullus ne delicatus quidem committeret[d].

a d. l. continuus. §. cùm ita. l. ſi ſeruos. in fin. de pigno. actio.
b d. l. tutor. qui repertorium. §. ij.
c l. regula. §. ſed facti. de iur. & fact. ignor.
d l. cedere. §. fin. l. latæ. de uerb. ſig.

AXIOMA CXLIII.

PRopria cuiuſq; diligentia cæteris diligentijs aut maior, aut minor, aut æqualis eſſe poteſt[a]: & hanc in ſocietate[b], & cõmunione præſtare ſufficit[c]. In alijs uerò actibus ſecundum illorum naturã, cæteræ diligentiæ ſunt p̃ſtandę[d], quiq; hanc propriã diligentiam in alieno nõ præſtat negotio, culpa quia grauior eſt[e], Latior appellari ſolet; frausq; eſſe dicitur[f], cùm lata culpa, tantùm prope fraudem accedat[g]: & dolo duntaxat comparetur[h].

a Gl. uerb. ad eum modum. d. l. ꝗ nerua.
b §. fin. Inſtitut. de ſocietat.
c l. hæredes. §. non tantum. fam. erciſc.
d Vt hîc, uerſic. in his quidem.
e l. ſi cõteſtante. §. ſi maritus. in fin. ſolut. matri.
f d. l. quod nerua. ĩ prin. & uer. l. pe.
g l. impuberibus. §. j. de ſuſpe. tuto.
h l. j. uerſic. lata. ſi mẽſ. fa. mod. dix.

AXIOMA CXLIIII.

IN pœna corporali[a], in delatione iuramenti in litem[b], in infamia irroganda[c], in reſtitutione in integrum[d], in mala fide inducenda[e], in impedienda fructuum acquiſitione[f], lata culpa dolo non æquiparatur.

a l. in lege. j. de ſicar.
b l. in actionibus. cum gl. de in lit. iur.
c §. ſuſpectus. Inſtitut. de ſuſpect. tutor.
d Bartol. d. l. quod nerua. num. 23.
e l. ſed & ſi. § ſcire. de petit. hæred.
f Gl. uerb. errant. in ſi. l. ſi fur. §. j. de uſucap.

AXIOMA CXLV.

DOlus[a], lata culpa[b], & propria diligentia, in Depoſito regulariter præſtantur[c]. Item & leuis culpa, cum pecunia pro depoſito cuſtodiendo eſt data[d]. Imò Leuiſsima ſi ſua gratia depoſitarius accepit depoſitum[e]; uel ſe depoſito obtulit[f]. Quinimò & de caſu tenetur; ſi in reddendo depoſito Moram contraxit[g]: uel per loca periculoſa depoſitum portauit[h], uel ſe ad caſum fortuitum obſtrinxit[i], uel pecuniam depoſitam ea lege accepit, ut tantundem redderet[k].

a Vt hîc.
b l. j. C. depoſi.
c d. l. quod nerua.
d l. j. §. ſi ueſtimenta. depoſ.
e l. ſi quis nec. ſi cert. peta.
f l. j. §. ſæpe. depoſ.
g l. ſi in Aſia. §. ſi depoſ.
h l. in rebus. uerſ. ꝗ anno. commo.
i Vt hîc, & l. j. §. ſi conuenerit. depoſi.
k l. dies ſponſaliorum. § j. depoſi.

AXIOMA CXLVI.

PRecariũ dolum tantùm[a], & culpam latam[b], nec nõ Leuiſsimam, lite tamen conteſtata recipit[c]. Mandatum ſi ſimplicem diligentiam requirat, dolum tantùm & latam culpam[d]: ſi exactam, dolum & leuem[e]: ſi exactiſſimam dolum & Leuiſsimã recipit[f].

a Vt hîc.
b l. quæſitũ. §. cum quoq;. in fin. de precar.
c d. l. quæſitum. §. & generaliter.
d l. ſi procuratorẽ. § fin. mand.
e Vt hîc.
f l. à procuratore. C. mandat.

AXIOMA CXLVII.

COmmodatum Leuiſsimam recipit culpam[a]: uel leuẽ, ſi utriuſq; gratia fiat[b]: uel latam, ſi gratia accipientis[c]: uel dolum tantùm, ſi de illo ſolum præſtando pactum eſſet[d], aut de contraria commodati actione ageretur[e]. De caſu item tenetur cõmodatarius, ſi ad illum ſe obligauit[f], uel cõmodatum æſtimatum recipit[g], aut eo aliter ꝙ acceperat uſus eſt[h], aut quando ipſius culpa caſum præceſsit[i].

a l. in reb⁹. in prin. commod.
b d. l. in rebus. §. hoc ita.
c l. ſi ut certo. §. interdum eod.
d d. §. interdum.
e d. l. in rebus. §. item qui ſciens.
f l. j. C. commod.
g l. v. §. commodatum. commod.
h d. § interdũ uerſ. quòd autem.
i d. l. v. §. ꝗ uerò.

AXIOMA CXLVIII.

EMptio leuem tantùm culpam, niſi aliter conuentum ſit[a], recipit[b]: licet Paulus aliter dixiſſe uideatur, quem Accurſius rectè explicat[c]. Pignus item non iudiciale quod dolum & latam recipit culpam[d]: ſed conuentionale (licet commodato æquiparetur[e]) leuem tantùm culpam admittit[f], niſi aliter ſit conuentum[g], aut mora interuenerit[h].

a l. quod ſæpe. §. ſi res. de contrah. empt.
b l. v. §. nunc uidendum. uerſic. ſed ubi. commod.
c l. iij. cum glo. j. in fin. de peric. & comm.
d l. prætor ait. §. præterea. de bon. auto. iud.
e l. ſi cũ uenderet. §. ſi. de pig. act.
f §. fin. Inſtit. quib. mod. re.
g l. quæ fortuitis. C. de pig. act. i ſi.
h Glo. l. pignus in bonis. C. eod. tit.

AXIOMA CXLIX.

IN locatione leuis præſtatur culpa[a], uel leuiſsima ſi res ſit fragilis[b], uel caſus, ſi hoc ſit expreſſum[c]. In Dote etiam culpa leuis præſtatur[d], uel leuiſsima, ſi maritus in bonis ſuis diligentiſsimus ſit[e], uel caſus, ſi dos æſtimata data ſit[f]. De dolo uerò tantùm

a d. l. v. §. nunc uidendum.
b l. ſi merces. § q̃ l columnam. loca.
c Gl. l. in iudicio. C. locat.
e Glo. j. in fin. l. in rebus. C. de iure doc.
f l. ſi non. cum ſeq. de iudic.

tùm tenetur maritus, si excepit ne conueniretur in plus quàm facere posſit[g], aut si mulier in mora fuerit[h].

g l. etiam. §. j. sol. matrim.
h l. si mora. solut. matrim.

AXIOMA CL.

Negotiorum gestor de Leui tantùm culpa tenetur[a], aliquando tantùm de lata[b], aliquando de casu[c]. Item Tutor cui Curator æquiparatur[d], licet ob leuiſsimam culpam remoueri posſit[e], de leui tantùm culpa tenetur[f], uel de lata tantum si in emendis pupillo rebus[g], uel conueniendis debitoribus fuit negligens[h], aut si tutor non sit, sed tutoris hæres[i].

a l. tutori. C. de nego. gest.
b l. iij. § interdum. de neg. gest.
c Gl. l. si negotia. eod. tit.
d l. properandum. §. fi. C. de iudic.
e Glo. §. suspectus. Instit. de susp.
f l. quicquid. C. arbitr. tutel.
g l. tutor q. §. cōpetit. de adm. tuto.
h l. ij. C. arbitr. tut.
i l. j. C. de hæred. tutor.

AXIOMA CLI.

Haeres si modicam utilitatem consequatur, Dolum, & latam culpam[a]: si mediocre commodum, Leuem[b]: si magnum leuiſsimam præstat culpam[c]. In contractibus uerò innominatis, contractuum nominatorum, quibus aſsimilātur[d], culpa præstatur[e]. Magistratus imperitiam[f] & latam culpam præstat[g], uel leuiſsimam si magistratum ambiuit[h]. Et Proxeneta de lata tantùm tenetur culpa[i], sicut & Agrimensor[k].

a l. mulier. §. sed enim. ad trebel.
b l. si seruus legatus. §. cùm quid tibi. de leg. j.
c l. cùm res. §. culpam. de lega. j.
d l. naturalis. §. j & seq. & penul. de præscrip. uerb.
e Barto. d. l. quòd Nerua.
f l. ij. q. quisq; iur.
g l. si quis mdū. §. celsus. locat.
h Bald. d. l. quæ fortuitis.
i l. ij. de proxen.
k l. j. §. j si mens. fal. mod.

AXIOMA CLII.

Nullus de casu fortuito, quia præuideri non potest[a], tenetur[b]: nisi qui ad illum se obstrinxit[c]. Obstrinxiſſe autem dicitur siue casum exprimat[d], siue periculum ad quod iam tenebatur, promittat[e]. Item si rei quam non posſidet, periculum promiſerit[f]: attamen qui de leui culpa tenetur, periculi promiſsione, non de casu[g], sed leuiſsima tenetur culpa[h].

a l. ij. §. si eo. de admin. rerum.
b l. à procuratore. C. mand.
c l. amep. C. de nego. gest.
d l. qui iniuriarū. §. j. si qs cautio.
e l. periculo. de nauti. fœnor.
f l. si in uenditione. in prin. de peric. & cō. rei uen.
g l. litis. §. j. de nego. gest.
h l. opus. locat.

AXIOMA CLIII.

De casu improuiſo obligamur[a], & per consequens de incendio quod cùm ex leuiſsima præsumatur contingere culpa[b], lex aquilia[c], & commodatum illud recipit[d]. Secus est in uenditione[e] uel locatione[f], nisi de illo uel cautum sit[g], aut pars indiuidui actus sit exusta[h].

a l. j. cum glo. fin. C. de sicar.
b Glo. fin. § præterea Inst. quibus mod. re.
c l. si seruus. §. si fornacarius. ad leg. aquil.
d l. v. §. proinde. cōmod.
e l. pen. C. de per. & comm.
f l. ex conducto. uersi. fin. locat.
g l. insulam. §. fina. eod. tit.
h l. & ideo hæsitatum. de uerb. obl.

IN L. PLVS CAVTIONIS.

De Cautionibus,

AXIOMA CLIIII.

Cauere[a], satisdare & satisfacere licet plerunque confundantur[b], propriè tamen tres cautiones important. Prima est repromiſsio quando nuda stipulatione, adhibito quandoque iureiurando[c], sub hypotheca rerum nostrarū[d] nos ipsos obligamus[e], & de hac uerbum (cautio) nisi de idonea loquamur[f], aut promittens inops esset[g], intelligitur[h].

a l. habere. §. cautum. de uerb. sig.
b l. item. §. j. quib. mod. pig.
c §. sed hodie. Insti. de satisdat.
d l. filiorum. in fin. ut legat. nomi.
e l. satisdationis. & ibi Alciat. de uerb. sign.
f l. si mandato ctij. §. fin. manda.
g l. si creditores. de priuil. cred.
h l. iij. C. de uerb. sign.

AXIOMA CLV.

Secunda cautio Satisdatio dicitur, ritęque fideiuſſoribus datis[a]: & ab hac, persona idonea[b], aut diues[c], item is qui illam promisit, (modò creditor repromiſsione sit contentus[d]) releuantur. Diues autē nunquam is præsumitur, qui rem alienam defendit[e], etiam si locupletiſsimus eſſet[f], uel mandatum haberet[g], aut filius uel pater eſſet[h], & idcirco semper satisdare debet[i].

a l. ij. q satisd. cog.
b Authen. cui relictum. C. de ind. uidat.
c l. de creationibus. C. de episc. aud.
d d. l. satisdationis.
e l. q rem alienā. j.
f l. minor. §. fi. cum 2 seq. de procur.
g l. si ad defendendum. iudic. sol.
h l. & ideo. § si filiosam. re. amot.
i l. in eo quod plus. §. j. j.

AXIOMA CLVI.

Tertia est satisdatio quæ fit pignoribus datis[a], aut cùm alio modo, uolente tamen creditore[b], ipsi creditori satisfit[c]. Et hac pignorum satisfactione, satisdationis loco, debitor uti potest[d]: sed à creditore non cogitur[e].

a d. l. j qui satisd.
b l. iiij. §. ait prætor. de re iudic.
c l. si rem alienam. §. omnis. de pig. act.
d l. j. §. iubere. de collat. bonorū.
e l. promiſſor Stichi. §. fin. de cōst. pec. l. prætoriæ. ult. de præto. stipul.

AXIOMA CLVII.

Quæ in Rem sunt siue cautiones[a], siue facta[b], siue actiones[c], siue priuilegia[d], his quæ in personam sunt firmiora eſſe solent. Nam personalia ad hæredes singulares non transeunt[e]: imò nec ad uniuersales si pacta sint[f], aut priuilegia[g].

a Vt hic.
b l. & hæredi. §. fi. l. idem. §. j. de pact.
c l. j. §. si hæres. ad Trebell.
d §. sed & quod principi. Institu. de iur. nat.
e l. quoties. C. de hæred. instit.
f l. maritum. cum seq. sol. matrim.
g l. priuilegia. j.

IN L.

IN L. QVI POTEST INVITIS.

AXIOMA CLVIII.

IN alienatione [a] iudicis[b], uel tutoris datione[c], agnitione bonorum possess.[d] & in quouis alio negotio[e], quod possum te inuito multo magis te ignorante & absente possum[f]. quoniam eius requiritur scientia, quo inuito actus explicari non potest[g]. Inuitus autem duobus modis dicitur[h], absens uerò pluribus[i].

AXIOMA CLIX.

IN sententia[a], Delegatione[b], emphyteusi[c], collegio[d], restitutione[e], matrimonio[f], quod non possum te absente, te inuito plerunque possum. Sicut & eo casu, quo coram Titio aliquid facere iussus sum[g].

IN L. NEC EX PRAETORIO.

AXIOMA CLX.

IVs ciuile uel prætorium[a], uel naturale[b], modò publicum sit[c], priuatorum, quamuis magistratuum[d], pactis mutari non potest. Publicum autem primò dicitur, si publicam respiciat utilitatem[e]. unde uel res publica, uel sacra, neque uendi[f], neque promitti potest[g].

AXIOMA CLXI.

SEcundò publicum dicitur, cùm de delictorũ coërcitione agimus[a]: de quibus tamẽ (adulterio excepto[b]) si sanguinis pœnam contineant, quia quocunque modo sanguinem redimere possumus[c], paciscí licet. Si alia pœna puniantur, non licet[d], nisi delictum priuatum esset[e], aut ante litem remitteretur accusatio[f].

AXIOMA CLXII.

TErtiò Reipub. interest, ne quid contra bonos mores fiat[a], ut ne, de uiuentis successione paciscamur[b], aut ne testandi[c], uel nubendi tollatur potestas[d], ne delictum futurum re-

a l. j. & ij. C. debi. uend. pig.
b l. cùm furiosus. de iudic. l. munerum. §. iudicandi. de mune.
c l. illud. cum seq. de tutore dat.
d l. j. C. qui admit. l. fi. § fin autem pa tre. C. de bo. quæ liber.
e l. iiij. §. illud. de fideicom. liber.
f Vt hîc.
g l. cẽ-m°. in prin. uers. fine scientem. C. de litigios.
h l. iiij. de seruit. urba. præd.
i Alcia. l. mulieris. in fi. de uerb. sig.
a l. inter stipu. § si stichum de uerb. obl. l. de uno. de re iudic.
b l. duo ex tribus. de re iudic.
c l. fin. in princ. & uersic. sin autem duorum. C. de iur. emphy.
d l. quod maior pars. ad munici pal. l. iij. quod cuiusq; uniuers.
e l. etiam. § fin. de minor.
f l. uiduæ. C. de nupt.
g l. coram. de uerb. sign.
a Vt hîc.
b l. ius agnationis. de pact.
c l. neq; pignus. j.
d l. ij. §. ius reipub. de adm. rer.
e l. iurisgentium. §. si paciscar. de pact.
f l. iij. & iiij. C. quæ res uend.
g l. inter stipul. §. sacrã. de uerb. ob.
a l. ita uulnerat°. in fi. ad leg. aquil.
b l. transigere. C. de transact.
c l. j. de bon. eorum qui an. sent.
d d. l. transigere.
e l. interdum. §. qui tutelam. de furt.
f l. iij. §. si is cuius. de sepulcr.
a l. iustitia. §. j. de iustitia.
b l. fin. C. de pact.
c l. stipulatio hoc modo concepta. de uerb. obl.
d l. titia. in princ. eod. tit.

mittatur[e]. Simili ratione aleatorum pactiones[f], paternorum alimentorum renuntiationes, adeo reprobantur[g], ut nec iuramento quidem confirmari possint[h].

AXIOMA CLXIII.

QVartò & ultimò iuri publico aduersatur, qui iudiciorum[a], contractuum[b], ultimarum uoluntatum[c], Donationum[d], beneficiorum[e], & aliorum quorumcunq; actuum formam, à iure specialiter introductam, non obseruat[f]. Vnde non ualet pactum ne bonis cedere possim[g], ne res diuidatur[h], ne pignus uendatur[i], ne minor restituatur[k], ne in contractibus innominatis pœnitentiæ sit locus[l].

AXIOMA CLXIIII.

PActa contra ius publicum, naturalem aliquando producunt obligationem. Vt cùm pater filio donat[a], cùm pupillus sine tutoris autoritate obligatur[b], cùm tutor fundum minoris[c], uel maritus fundum dotalem alienat[d]. Idem est quando lex contractui nec assistit nec resistit[e], aut actioni tantùm aduersatur[f].

AXIOMA CLXV.

OBligationum causæ sunt locus, Dies, Conditio, Modus[a], super quibus pactum appositum informare contractum dicitur[b]: ipsoq; iure mutat obligationis causam si incontinenti fit adiectum[c], quia actionẽ producit[d]. Aliàs si ex interuallo apponatur, cùm tantùm exceptionem pariat[e], per exceptionem duntaxat obligationis causam immutat[f].

IN L. DIVVS. *Cum similibus.*

De beneficio quatenus quisq; facere possit.

AXIOMA CLXVI.

NEque pacto[a], neque petitione[b], necq; condẽnatione[c], beneficium quod quis habet ne ultra quàm possit conuen

e l. si unus. § pacta §. illud. de pact.
f l. fi. C. de religi.
g l. abdicatio. C. de patr. potest.
h c. non est obligatorium. de reg. iur. vi.
a l. quos ꝓhibet. de postuland. & l. ꝓperandum. cũ glo. C. de iudic.
b l. ij. §. pe. de poss. cùm precario. de preca.
c l. de his. l. cùm hi. in princip de transact. l. nemo. de leg. ij.
d l. sancimus. C. de donat. l. j. de donat. inter uir.
e Glo. l. si intra. C. de in integ. rest. l. generaliter. C. ad Vellea.
f l. j. & ij. C. de fideiuss.
g Bart. l. & alia. §. eleganter. sol. matrimon.
h l. in hoc. § si conueniat. C. de diuid.
i l. iiij. de pign. actio.
k Gl. d. l. si intra.
l l. si pecuniam. in princ. de cond. ob caus.
a l. frater. de cond. ind.
b l. j de nouat.
c l. & si is quem prædium. C. de præd. minor.
d Bart. l. cùm lex. de fideiuss.
e l. stipulatio ista. §. alteri. de uerb. oblig.
f l. ij § j. ad. Vell. l. j. ad macedo.
a l. obligationũ ferè. in prin. de act.
b l. iurisgẽt. §. quinimo. de pact.
c Vt hîc, uerb. & ipso iure.
d l. in bonæfidei. C. de pact.
e d. l. iurisgent. §. sed cùm nulla.
f Vt hîc. uersic. & per pacti conuenti.
a l. & alia. §. eleganter. sol. matrim.
b l. pen. q; cum eo.
c l. nesennius. §. fin. de re iudic.

conueniatur, tolli potest. Hoc autem beneficium in primis habet donans[d], etiam si dotis nomine[e], uel per stipulationem permisit[f]: excepto eo qui ob causam donat, quia ille liberalis non est[f] nisi quatenus liberalitas causam excedit[g].

d Vt hic.
e l. si extraneus. de iure dot.
f l. qui id quod. de donat.
f l. j. de donat.
g l. si sponsus. §. circa. de dona. inter.

AXIOMA CLXVII.

SEcundò maritus[a], mulier[b], si fraude carent[c], pro dote uel alio contractu, se mutuo, ultra quàm facere possunt, non conueniunt[d]. Miles itē[f] etiam si gregarius esset[e], uel ueteranus[f]: modò ex ignominiosa causa missus non sit[g]. Item qui actu Doctor est, clericus, uel aduocatus hoc beneficium habent[h]. Socij item[i], siue uniuersorum bonorum, siue unius negotiationis[k], hoc beneficio utuntur. Idem est in parentibus à liberis conuentis[l]. uel ex diuerso in Liberis qui à parentibus conueniuntur. Idem etiam in fratribus utrinque coniunctis, quia cùm omnes isti egentem alere teneantur[m]: in dolo sunt, dum ab egente petunt, quod illi statim restituere tenentur[n].

a l. mariti. sol. mar.
b l. ex diuerso. uers. etenim. eo. tit.
c l. si rerū. de re iu[d].
d l. nō tantū. eo. tit.
f l. item miles. de re iudi.
e l. causa. de bono. possess. ex testam. milit.
f Arg. l. nihil. in fi. C. de quæstio.
g l. testamenta eorum. de testa. mil.
h Gloss. l. miles. de re iud.
i l. sunt qui. eo. tit.
k l. uerū. pro socio.
l d. l. sunt qui. & §. fi. Instit. de actio.
m l. si qs à liberis. si quis uel parēs §. sed & si alius. de lib. agn.' gl. uerb. fraternitatis. d. l. uerū. pro socio.
n l. dolo. de excep. dol.

AXIOMA CLXVIII.

FIlius ex contractu suo licet insolidum obligatus sit[a], interim tamen dum pater uiuit, quāuis emancipatus sit, non plus quàm potest soluit[b], imò neq; mortuo patre, si in nullo uel in modico sit institutus[c]. Rursum qui bonis cessit[d], qui per imperitiam male iudicauit[e], qui in fraudē creditorum liberatus est, non ultra quàm potest conuenitur[f].

a l. tam ex contractibus. de iudic.
b l. ij. q; cum eo.
c d. l. ij. & l. si filiusfa. §. fin. eo.
d §. si uersi fi. Insti. de actio.
e l. fi. de uar. & extra cog.
f l. fin. C. quæ in fraud. cred.

AXIOMA CLXIX.

QVi id negat, cuius causa habet priuilegium[a], qui insolidum soluit[b], qui ex dolo suo obligatus est[c], qui actione in rem conuenitur[d], qui ad pinguiorē peruenerit fortunam[e], qui debitum habet, sed ex artificio suo uiuere potest[f], qui debitoris est hæres extraneus[g], uel fideiussor[h], qui iusiurandum detulit[i], beneficio ne in plus quàm possit conueniatur, uti non potest[k].

a l. sed hoc ita. §. fi. de re iud.
b l. nam & maritus. C. de condi. in de.
c d. l. sed hoc ita. §. fina.
d l. nesennius. §. fin. eo. tit.
e l. ne maritus. C. sol. matr.
f Glo. l. si maritus. ij. ff. eo.
g l. sciendum. de re iud.
h l. etsi fideiussor. in princ. eo. tit.
i l. etsi qui. §. si mulier. cum gloss. de iureiur.
k l. in condemnatione. j.

AXIOMA CLXX.

IN beneficio quatenus quisque potest, consyderandum est, ne debitor egeat[a], nam secundum dignitatem, non uoluptuariam[b], sed necessariam uiuere debet[c]. Item proprietatē, quæ magni ualoris est, sed parui reditus, uendere non cogitur[d]: attamen quod alijs debet, pro patrimonio reputatur, nisi donator fuerit[e].

a l. in cōdemnatione. j.
b Alc. l. nepos proculo. de uerb. sig.
c l. tutor secūdum dignitatē. de admin. tuto.
d Arg. l. qui bonis. uers. utrū ex quātitate. de cessio. bonor.
a l. ioterea. uersi. is quoq;. de re iudi.

IN L. QVOD AB INITIO.
Cum similibus.

De Initijs.

AXIOMA CLXXI.

INitium cuiusque actus, siue utile[a], siue inutile[b], inspiciendum est[c], & idcirco siue in ultimis uoluntatibus[d], siue in contractibus[e] siue in iudicijs[f], siue in rescriptis[g], siue in electionibus[h], siue in usucapionibus[i], siue in possessionibus[k], quod ab initio inutiliter factum est, ex postfacto non conualescit[l]. Inutiliter autem aliquid fit, si ab initio, aut persona sit incapax[m], aut res in commercium deduci non possit[n], aut expressa legis forma obseruata non fuit[o].

a §. diutina. uers. q; si ille. Institu. de usucap.
b l. si donare. §. fin. de donat. inter.
c l. iij. C. ad maced.
d Instit. de exhær. liber. in prin. uers. alioquin.
e l. inter stipul. §. sacram. de uerb. ob.
f l. si expreßim. de appell.
g c. j. de rescrip. uj.
h c. auditis. de electio.
i l. iij. § de illo. in fi. de usucap.
k l. clam possidere. de acqui. poss.
l Vt hîc. l. quod ab initio. j.
m l. j. §. fin. commo.
n §. j. in fin. Instit. de inutil. stipul.
o l. obligari. §. tutor. de auto. tut.

AXIOMA CLXXII.

CEssante uitij causa, negotiū per ratihabitionem cōfirmatur[a], uel per causam superuenientem, quæ negotium ipsum confirmet[b]. Idem est si ex temporis diuturnitate[c], aut principis rescripto[d], uel conditionis[e], seu diei euentu[f], uel aliquo priuilegio uitium purgaretur[g]. Idem est si uitium non infirmaret actum, nisi per hominis impugnationem, & nemo impugnauit[h].

a l. per fundum. de seruit. rust.
b l. si rem alienā. §. fin. de pig. act.
c l. hoc iure. §. ductus. de aqu. quotid.
d l. adoptio. ij. de adopt.
e l. j. de reg. cato.
f l. in tēpus. in prin. de hæred. instit.
g l. generaliter. de fideicom. libert.
h c. q; si ue. in fi. de electio. l. filio. de iniust. rupt.

AXIOMA CLXXIII.

VTile initiū in Contractibus[a], in testamentis[b], Vsucapionibus[c], iudicijs[d], alijs'ue actibus consyderatur[e]. Et titulo actionis præfertur[f]: nec non ea quæ in cōtractibus[g], ulti-

a l. si procuratorē. in princ. mandat.
b l. omnia quæ ex testamento. j.
c l. unica. §. hoc tantum modo. C. de usucap. transf.
d l. ubi cœptum. de iudic.
e l. sed & si. § de eo. de petit. hære.
f l. iij. ad macedo.
g l. patre furioso. de his qui sui uel alien.

mis uoluntatibus [h], aut iudicijs [i] utiliter cœpta sunt, cõseruat: licet ad eum casum ueniant, à quo incipere non potuissent [k].

h l. is cui. in prin. de testam.
i l. j. § casum. de postul.
k l. in ambiguis. ff. de doct. §. non est. j.

AXIOMA CLXXIIII.

Actus imperfectus, si ad eum casum peruenerit, à quo incipere non potest [a], uel propter quem ab ipso actu recedere possumus [b], ipso iure uitiatur; actus uerò perfectus nunquam uitiatur [c] nisi ad eum casum peruenerit, qui ipsi actui contrarius esset [d].

a l. si in metallum. § fina. de his quæ pro non script. l. si sub una. §. fi. de uerb. obl.
b l. non distinguemus. §. sacerdotio de rece. arb.
c c. factũ legitimè. de reg. iur. vj.
d l. Vranius. uersic. sed cùm duo. de fideiussor.

IN L. NVPTIAS.
Quæ particularis est.

AXIOMA CLXXV.

Sponsalia [a], & nuptiæ [b], parentum simul & liberorum consensu [c], non ficto, sed uero [d], & spontaneo contrahuntur [e], quamuis nec dos data sit, nec dotalia instrumenta confecta [f]. Attamen quamuis solus ille consensus & donationẽ inter uirum & uxorem impediat [g], & conditionem (si nuptiæ factæ sint) uerificet [h]: ingressum tamen religionis non impedit [i]. nec Bigamia contrahitur [k]. Sed copula requiritur, quæ cum consensu iuncta, perfectum facit matrimonium [l].

a l. iij. de spons.
b Vt hîc.
c l. Titia. in princi. de uerb. Instit. de nupt. in fi. prin.
d c. tua nos. de sponsal.
e c. cùm locũ eo. ti.
f l. fi. in prin. C. de repud.
g l. cùm hic status. § si mulier. de dona. inter uir.
h l. cùm fuerit. de cond. & dem.
i c. ex publico. de conuers. coniug.
k c. debitũ. in prin. de bigam.
l Glos. hîc.

AXIOMA CLXXVI.

Iure Canonico, quo Libera debent esse matrimonia [a], Doctores affirmant sine patris consensu filium nuptias cõtrahere posse [b], neq; ob id exhæredari posse [c]. Ego uerò etiam iure ciuili [d], patris (si consentire posit, neq; filius sit emancipatus [e]) consensum esse necessarium [f]: & si negligatur ob id filium, si turpem duxerit uxorem, exhæredari [g].

a d. c. cùm locum.
b Glos. l. Paulus respondit. de statu hom.
c Decius, hîc.
d Instit. de nupt. in princ.
e l. filius emancipatus. de ritu nupt.
f c. aliter. c. nostrates. 30. q. 5. ca non omnis. in fi. cum iij. seq. 32. q. 2.
g l. iij. §. si emãcipatus. de contra tab.

IN L. VERVM EST.

AXIOMA CLXXVII.

Cvm impossibilia sint extra potestatem nostram [a], factũ pro infecto haberi non potest [b], nisi quandoq; ex quadam iuris fictione [c]. Licet enim lex super eo quod & generaliter & specialiter est impossibile non fingat [d], super eo tamen quod in genere possibile est, quamuis in specie impossibile fingit [e].

a l. impossibiliũ. j.
b Vt hîc.
c l. non dubium. C. de legib.
d l. qui ad certum, locat.
e Bar. l. sub conditione. de solutio.

IN L. IN EO QVOD VEL IS. *Cum simil.*

De Reo, & Actore.

AXIOMA CLXXVIII.

Ex regula illa qua rei Actoribus fauorabiliores dicuntur [a], duæ conclusiones colliguntur. altera, sicut Reo omnia licent, quæ actori [b] ipso iure [c] uel per rescriptum conceduntur [d], ita actori omnia denegãtur quæ Reo permissa nõ sunt [e]. Hoc excepto quòd Reus iudicem coram quo cõueniatur, nec eligit [f], nec impetrare potest [g], licet id Actori sit concessum [h].

a l. fauorabiliores. j.
b l. pertẽda. C. de in integ. restit.
c Glo. uerb. iudicij. l. properãdum. §. & si quidem. C. de iudic.
d c. ij. cum glos. de mut. petitio.
e l. post litem. l. per omnia. in prin. de procur. l. non debet actori. j.
f l. nemo. C. de iurisd. om. iud.
g Authẽ. ut omnes obed. §. hoc considerantes.
h l. cùm clericis. in prin. C. de episc. l. quãdo. C. de dila.

AXIOMA CLXXIX.

Secunda Conclusio est. Reo multa licere quę Actori denegãtur ut in editione [a], in dilationibus [b], in probationibus [c], in absolutionibus [d], in ignorantia [e], uel etiam in pari delicto [f], sed & si de lucro agatur [g], siue is qui petit, siue is à quo petitur, sit in lucri causa: semper durior est Actoris conditio [h]. Sed cùm alter lucri, alter damni causa, contendit: semper præfertur qui de damno contendit [i]. Et idcirco repetenti semper fauetur [k], quia de damno contendit [l].

a l. fin. C. de edend.
b l. fi. de ferijs.
c c. ex literis. de probat.
d l. qui accusare. C. de edend. & l. Arrianus. de solu.
e l. qui in alterum. j.
f l. cùm per delictum. j.
g l. nemo prædo §. cum de lucro.
h Vt hîc.
i l. proculus. in fin. de dam. infect.
k l. nõ debet actori § j. j.
l l. si is cui. §. fin. de furt.

AXIOMA CLXXX.

Reus in probationibus actore fauorabilior est [a], & maximè in præiudicijs, in qbus etsi agat, probare tamen nõ tenetur [b]. Itẽ in exceptionibus fauorabilior est, cùm plures non solùm diuersas [c], sed etiam contrarias proponere posit [d]. Et adeo actoris intentionẽ, excipiẽdo, nunquã probat [e]: nisi exceptionẽ mutare nolit [f], quam semper mutare potest [g], nisi lex prohibeat [h]. Prohibet autẽ si per pactum [i], aut mendacium iam conuictus sit [k].

a d. c. ex literis.
b l. generaliter. de except.
c l. nemo. eo. tit.
d l. cùm de indebito. in princip. de probat.
e l. non utique. de except.
f l. si quidem. uersi. j. C. de except.
g l. v. de except.
h l. nemo ex his. j.
i l. quotiẽ. de his qui not. infam.
k l. fina. de rei uendicat.

AXIOMA CLXXXI.

Licet Reus pluribus defensionibus utatur: Actor tamẽ pluribus action

actionibus, ex eadem causa uel onerosa[a], uel lucratiua[b], contra unum uel plures competentibus[c], experiri non potest[d]. Sed una electa altera extinguitur[e], aut si ex delicto prouenium, quatenus in poena concurrunt, quæ electa est, alteram tollit[f].

a l. quod in hæredem. §. eligere. de tributo. act.
b §. nostra autem. Instit. de legat.
c l. omnes. de act. & obl.
d l. nemo ex his. §. fin. ff.
e l. si mihi & tibi. in prin. de lega. j.
f l. j. ui bon. rapt.

AXIOMA CLXXXII.

Actor plures actiones proponere potest, ex probabili causa ignorantiæ[a], aut si actiones ex pluribus causis prouenirent[b], quamuis altera onerosa, altera lucratiua esset[c]. Est autem lucratiua quæ ex donatione uel testamẽto uenit[d], aut ex ludo[e], uel poena[f], uel dote[g] Potest item actor unam actionem proponere, quatenus in illa obtinebit[h]. Item in summarijs iudicijs plures actiones proponit, nec non in ordinarijs simpliciter factum narrare potest[i]. Hodie actiones non nominantur, sed simpliciter actor narrat speciem facti, & super hoc petit sibi iustitiam administrari[k].

a l. j. §. quia autem. quorum legat.
b l. si pluribus. de leg. j.
c l. huiusmodi. §. q seruaru. eo. tit.
d l. unica. C. de impo. lucra. desc.
e l. si. uersi. commodis. C. de relig.
f l. iiij. §. si quis. uersic. cæterũ. de excep. dol.
g l. ex promissione. de actio.
h Gl. l. ij §. item. de uerb. oblig.
i Doct. l. edita. C. de edend.
k Docto. c. dilecti. extra de iudic.

AXIOMA CLXXXIII.

Licet Reus fauorabilior sit, Cautio tamen de iudicio sistendo pro actore interpretatur[a]; quia in potestate illius est quãdo agat[b]. Iudex tamen quia de defensoris exhibitione pronũtiare debet[c], illam actoris potestatem secundum legis dilationem[d], uel personæ conditionem[e], aut regionis consuetudinem moderatur[f].

a l. de die. in princ. qui satisd. cog.
b l. q in alterius. ff.
c l. fin. C. de exhib. reis.
d l. j. si quis cautio.
e l. continuus §. cũ ita. de uerbor.
f l. si finita. in prin. de dam. infec. & d. l. de die. in pri.

IN L. QVOD A QVOQVAM POENAE.

Quæ Particularis est.

AXIOMA CLXXXIIII.

Licet in obscuro faueatur potius repetitioni quàm lucro[a], poena tamen quãmuis lucrum sit[b], repeti non potest[c]. tum quia poenæ certæ sunt non obscuræ[d], tum quia in executione talis poenæ solutæ repetitio cessat[e]. Adde etiam quòd licet poena Legalis, lucri loco semper habeatur[f]: Conuentionalis tamen nunc lucri[g], nũc eius quod interest, uicẽ sustinet[h], interdum etiam sortem innuit[i].

a l. nõ debet actori. §. j. ff.
b l. id quod. de solutio.
c Vt hîc.
d l. iij §. poena. de crim. stell.
e l. qui ob rẽ. & ibi Bar. de cõd. inde.
f d. l. ad quod l. iiij. §. si quis autẽ. uersic. cæterũ. de excepe. dol.
g § alteri. Instit. de inutil. stip.
h l. rescriptum. § si pacto. de pact.
i l. si quis à socio. eũ seq. pro socio.

AXIOMA CLXXXV.

Nemo poenam quam soluit repetere potest[a], siue negotia sua gerendo[b], siue aliena, in illam inciderit[c]: tum quia melior est conuenti conditio[d], tum quia iniquum est ut quis ex suo dolo agat[e]. poenam enim is petit qui in eam non incidit[f], at contrà, poenam tam iure diuino[g] quàm pontificio ille præstat qui delinquit[h].

a Vt hîc.
b l. poenæ. de cõdi. indeb.
c l. qui proprio. §. poenã. de procur.
d l. iij. de condi. ob turp.
e l. j §. planè. de tutel. & ratio.
f l. cùm per delictum §. illud. ff.
g Exod. 22. cap.
h c. in legibus. 12. q. 2.

IN L. CONSILII.

Quæ est particularis.

AXIOMA CLXXXVI.

Nemo ex consilio tenetur[a], nisi illud causa negotij constiterit[b], aut ratione muneris, uel officij fuerit datum[c], uel nisi fraudulentum sit[d]. Sed & in delictis leuioribus consultor, si is cui consulitur aliàs delictum non erat commissurus, pari poena plectitur[e]; aut mitiore, si delinquens etiã sine consilio deliquisset.[f]

a Vt hîc.
b l. vj. §. planè. mandat.
c l. ij. quod quisq; iur.
d Vt hîc.
e l. nõ solùm. uers. attilicinus. de iniur.
f c. sicut dignũ. §. qui uerò. de homicid.

AXIOMA CLXXXVII.

Consilium, cùm specialis poena non est imposita[a], in atrocioribus delictis, ut in parricidio[b], in Læsa Maiestate[c], cum probatum fuerit, (aliqui nõ præsumitur[d]) eadem poena qua delictum plectitur[e], etiam si delinquens absque consilio aliàs deliquisset[f]. Si tamẽ delictum subsequutum non fuit[g] aut si alia esset delinquentis quàm consulentis conditio[h], Aut si statutum delinquenti duntaxat poenam imponeret[i], mitius punitur consulens: sicut & cùm contrario consilio delinquentem reuocare tentauit[k].

a Arg. l. sanctio. de poen.
b l. utrum. de parricid.
c l. quisquis. in princip. C. maiest.
d l. merito. pro soc.
e c. felicis. in princ. de poen. vj.
f Decius hîc, nume 5.
g l. item apud. §. si cõuenerit. de iniur.
h l. qui seruo. §. itẽ placuit. de rit.
i Bar. l. j. § j. de sicar.
k Bart. d. l. non solùm. nu. 22.

IN §. SOCII MEI.

AXIOMA CLXXXVIII.

Socij mei socius, socius meus non est[a]: contrà, hæres hæredis mei meus est hæres[b], quia hic[c], non ille, ius quod ex me habet, in alium transferre potest[d].

a Vt hîc.
b l. fin. uersi. & hoc arg. C. de hæred. instit.
c l. qui per successionem. ff.
d l. qui admittitur. pro socio.

IN L. QVICQVID CALORE.

AXIOMA CLXXXIX.

IN matrimonijs [a], testamentis [b], iudicijs [c], iuramento [d] uoto [e], & in cōtractibus [f], quicquid calore iracundię factum fuit, non habetur ratum, nisi perseuerātia apparuerit [g]. Delicta uerò cùm ab ignorante cōmissa puniātur [h], nullo iræ calore excusari solēt [i]: nisi quòd leuiore pœna plectantur [k], aliquando etiam nulla, si in principem delinquatur [l].

a l.ij.de diuort.
b l. si filiam tuam. C.de inoffi.testa.
c l.ij.C.de abolit.
d l.ij. C.de iureiur.
e Gl. uerb. iracundiæ c.dudum. de conuers. coniug.
f l.licitatio. i prin. de publ.
g Vt hic.
h l.ij.de legib.
i l.si non conuicij. C.de iniur.
k l. si adulteriū. §. Impp.de adulter.
l l.unica. C.si quis imp.maledix.

AXIOMA CXC.

COnfessio per iram facta, si reuocetur, non nocet [a], si non reuocetur: & iudicialis sit, plenam probationem importat: aliâs præsumptionem tantùm si sit extraiudicialis [b].

a Glo.uerb.admonita. c.ex literis. de diuort.
b Dec. c.at si clerici.nu.18.de iudi.

IN L. ALTERIVS CIRCVNVENTIO. *Cum simil.*

De eo quod in alienis possumus.

AXIOMA CXCI.

CVm in alienis nihil possimus [a], imò culpemur si illis nos immiscuerimus [b]: factum est, ut, libera potestas quam in rebus nostris habemus [c], restringatur, ne alij damnum fiat [d]. Nullus enim cum alterius damno [e] uel iniuria [f] fieri debet locupletior: adeo ut pupillus [g], uel ecclesia [h], ex alieno quo locupletati sunt, obligentur: quoniam nostrum nisi per usucapionem [i], uel publicam causam [k], ad alium sine facto nostro trāsferri non potest [l].

a l. nemo exterus. C.de iudæ.x.
b l.culpa est.j.
c l.dudū.C.de contrahen.empt.
d l.domum.j.
e l.iure naturæ.j.
f c.locupletior. de reg.iur.vj.
g l.j.§.j.in fi.de auto.tutor.
h Gl.auth.quæ res. C de sacrosan.
i Glo. d.l.iure naturæ.
k l.item si uerberatum.§ item si forte.de rei uendica.
l l.is quod nostrū. §.

AXIOMA CXCII.

COnsilium in alterius iniuriam mutare non possumus [a], siquidem quod semel placuit, maximè ubi translatum est dominium [b], amplius, in eadem re [c], displicere non potest [d]. Siue in contractibus [e], siue in testamento [f], siue in iudicijs [g], siue in alijs actibus loquamur [h].

a l.nemo pōtest mutare.j.
b l. serui electione. in prin.de leg.j.
c l. si sterilis. §.fin. de act.emp.
d c.quod semel. de reg.iur.vj.
e l.si pecuniam. in prin. de condict. caus. data.
f d.l. serui electione.
g l. iudex postea quam. de re iud.
h c.mutare. de reg. iur vj.

AXIOMA CXCIII.

SIcut alieno nomine (nisi Tutores [a], Procuratores [b], Consanguinei [c], hæredes [d], uel Defensores essemus [e]) agere prohibemur [f]: ita quoque alieno nomine, & si sanguinis [g], aut Reipub. fauor interuenerit [h], stipulari nō possumus [i], nisi pater [k], aut filius [l], tabellio [m], sacerdos [n], tutor [o], procurator [p], Negotiorum gestor [q], creditor [r], aut debitor stipulans esset [s]: aut nisi eius cui stipulatum erat, postea interesse cœperit [t].

a l.quæsitum. de ius uoc.
b l. non solū. §.sed interdū de pcur.
c l.exigēdi.de procurator.
d Barto.l.furti. §.si qs alieno. de his qui noc.infa.
e l.Iulianus.qui satisd.cog.
f l.nemo alieno.j.
g l.pater. C.de pac. conuent.
h l.arbiter intra.de arbitr.
i l.quo tutela.§.fina.j.
k l. stipulatio ista. § alteri. de uerb. oblig.
l l.quodcunq. §.j. de uerb.
m §. cùm aut. Instit. de adoptio.
n c.dudum. de conuers.coniug.
o l.quoties.in prin. de adm.tutor.
p l.qui procurator. de procurat.
q l. Iulianus. qui satisd.cog.
r l.si ita stipulatus. §.possum. de uerbor.obl.
s §.sed & si quis stipuletur. Instit.de inutil.stipul.
t d.l.stipulatio ista.

AXIOMA CXCIIII.

DElictum alterius, siue Tutoris [a], siue filij [b], siue testatoris [c], alteri damnosum esse non potest [d], cùm neque alteri per alterum iniqua conditio inferatur. Sicut nec res inter alios acta alteri prodesse potest [e]. Et ideo alterius circūuentio alteri actionem non præbet [f].

IN L. CVIVS PER ERROREM.

De Indebito.

AXIOMA CXCV.

DVplex est Indebitum, uel quod nullo modo debetur, uel quod per exceptionem eliditur [a]. Omnino non debetur, quod nunquàm fuit [b], uel quod solutum est [c], uel quod in diem incertum debetur [d], uel quod alij quàm cui debetur soluitur: uel quod alius debet, alius quasi ipse deberet, soluit [e]: uel quod plus debito solutum est [f]. Et istis modis Indebitū quocunque errore solutum [g], repeti, etiam quandoque totum potest [h].

a l.neque interdicto.j.
b l.ex pœnalibus.j.
c l.pupillū. §.in heredem.j.
d l. non debet alteri.j.
e C.res inter alios, &c.
f Vt hic.
a l.si non sortem.§. indebitum.
b Glo.j.l.j. eod.tit.
c Instit.quib. mod.tol.obl.in prin.
d l.cedere.de uerb. signifi.
e l.in summa.uers. fin.de cond.inde.
f §. plus. & ē. Instit.de actio.
g l. sed & si me potero. in princi. de cond.ind.
h l.cùm amplius.j.

AXIOMA CXCVI.

DEbitum quod exceptione eliditur, si sit naturaliter indebitum, quia iuraui me non debere [a], uel sum tutus pacto de non petendo [b], uel

a Gl.j.l.j.de condi.ind.l.fin. in prin. de iureiur.
b l. Stichum. §.naturalis.de solut.

ex sen

ex ſententia debeo [c], aut chirographum non petij [d], quocunque errore ſolutum ſit repetitur [e]. Si ſit ciuiliter indebitum, ut pactum nudum [f], promiſsio pupilli [g], mutuum inter fratres [h], legatum ex teſtamento non ſolenni [i], debitum per ſententiam declaratum indebitum [k], detractio falcidiæ uel trebelliani [l], repetitur per errorem facti non iuris ſolutum [m].

c l. ab eo. C. quom. & quando iud.
d Gl. d. l. j. de cond. indeb.
e l. ſi quis iuraſſe. § ſi qs exceptionem. §. fi. de cond. indeb.
f l. iuriſgétium. §. quinimo de pact.
g l. j. in fi. de nouat.
h l. frater à fratre. de cond. ind.
i l. j. C. ad leg. falc.
k l. Iulianus. de cõdi. indeb.
l l. debitoré. de his quæ in fra. cred.
m l. error. C. ad leg. falcid.

AXIOMA CXCVII.

DEbitum, quod nullo iure, perpetua exceptione obſtante, debetur, ſi ſit fauorabilis repeti poteſt: ſecus ſi odioſa [a]. ſed ſi temporalis eſſet, repetitio ceſſat [b]: ut exceptione conueniatur in plus quàm facere poſsit [c], ne conueniatur ultra peculium [d], ne conueniatur ante diem [e].

a l. qui exceptioné. de cõdict. indeb.
b l. nam ſi cùm mo rar. eo. tit.
c l. qui nomine. eo.
d l. ſi ticio quo. eo.
e l. in diem. eo. tit.

AXIOMA CXCVIII.

QVi ſcienter [a], & uolens, ſuoque nõ alieno nomine, indebitum ſoluit [b]: repetere non poteſt, cùm donare uideatur [c]. Idem ſi per errorem ſoluerit, ſed rei iudicatæ autoritas interceſsit [d], uel tranſactio [e]: aut cùm ſublata opinione falſa relinquitur pietatis cauſa, ueluti ſi mulier ea in opinione ſit, ut credat ſe pro dote obligatam [f].

a l. j. de cõdi. indeb.
b l. j. ubi Bald. C. de cond. indeb.
c Vt hic.
d l. ij. de cõd. indeb.
e l. ea quæ. eod. tit.
f l. cùm is. § ſi mulier. de cõd. inde.

IN L. NVLLVS VIDETVR DOLO.

AXIOMA CXCIX.

QVi ſuum recipit [a], aut ſuo uel publico iure [b] utitur, nec uim [c], nec dolum facere uidetur [d]. Suo autem iure utitur, qui aliquid facit ut lucretur [e], uel ut damnum uitet [f], quamuis ex his factis præiudicium tertio fieret [g], dum tamen nocendi cauſa, negotium principaliter non fuerit geſtum [h], quod in dubio nunquàm præſumitur [i].

a l. nihil dolo. ff.
b l. iniuriarum. §. is qui iure. de iniur.
c l. factum cuique. §. j. ff.
d Vt hic.
e l. cùm pater. §. filio. de leg. ij.
f l. atqui. §. ſi cùm me. de neg. geſt.
g l. fluminum. §. fi. l. proculus. de dã. infect.
h l. j. §. denique. de aq. plu. arc.
i l. merito. pro ſoc.

AXIOMA CC.

DOlo facit, qui petit quod reſtituere debet [a], niſi aut ex interuallo facienda eſſet reſtitutio [b], aut incertum eſſet quid reſtitui debeat [c], aut alij quàm danti reſtituere oporteret [d]: aut niſi agens interdicto, non adipiſcendæ [e], neque retinendæ [f], ſed recuperandæ poſſeſsionis ageret [g].

a l. in condénatione. §. fi. ff.
b l. fina. ut legato. nom.
c l. 4. §. rediguntur. cum gl. quorum legator.
d l. ſi ſocer. §. Lucius. ſol. mat.
e l. iij §. duæ cauſæ. de carb. edict.
f Barto. l. naturaliter §. nihil cõmune. in j. lectura. de acq. poſſ.
g Gloſſ. d. l. in condemnatione. §. fi

IN L. BONA FIDES.

AXIOMA CCI.

GEminatio actus ſuperflua reijcitur [a], potiſsimum quatuor caſibus. Primo in ſolutione [b]. cùm enim prima ſolutio omnem obligationem tollat [c], quod ſemel fuit ſolutum, iterum exigi non debet [d], quamuis plures eſſent obligati [e]. Quod igitur ſine reuocatione [f], & perpetuo ex una cauſa lucratiua conſequutus ſum [g], ex altera ab aliquo alio (niſi quantitas debita eſſet [h]) nihil petere poſſum [i].

a l. qui uſumfr. uerſ. j. et ij. de uerb. ob.
b Vt hic.
c Inſtit. quib. mod. toll. obl. in princ.
d ca. bona fides. de reg. iur. vj.
e l. ij. in [illegible] de duobus reis
f l. inter ſtipul. § ſi rem quã. de uerb. oblig.
g l. ſi quis duos. de ſolutio.
h l. tritia ſeio. ĩ prin. de leg. ij.
i l. iiij § autoris. de excep. dol.

AXIOMA CCII.

SEcundo ſi contractus emptionis [a], uel mandati [b], uel ſtipulationis bis de eodem fiat, ſecundus inutilis erit [c]: niſi uel primus eſſet inefficax [d], uel ſecundus animo nouandi fieret [e], aut niſi id quod promitteretur, ex alia obligatione diuerſa, debitum eſſet [f]. Tertio in ultimis uoluntatibus ſuperflua geminatio reijcitur [g], & ideo ſpecies bis legata ſemel debetur [h], aliquando bis, ubi à diuerſis legatur [i].

a l. ſi id quod. de reſcind. uend.
b Gloſſ. l. licet. §. ea. de procur.
c l. qui bis idem. de uerborum.
d l. ſi dari. eo. tit.
e §. præterea. Inſti. quibus mod. toll. oblig.
f l. duo ſocietatem. pro ſocio.
g l. ſi te ſolũ. §. ſed ſi te. de hær. inſti.
h l. cùm queſtio. in fi. C. de legat.
i l. planè. § j. uerſ. ſed ſi duorum. de leg. j.

AXIOMA CCIII.

QVarto de eodem crimine (in pluribus enim ſecus eſt [a]) nemo poſt primam litis conteſtationem [b], bis accuſatur [c]: etiam ſi pluribus legibus ex eodem delicto teneretur [d]: nec refert an ab eodem an à diuerſis inſtituatur accuſatio [e]: niſi primus accuſator aut ineptitudine Libelli reiectus ſit [f], aut aliâs ſit præuaricatus [g]. Sed & ſecundus accuſator, primam accuſationem ignorans, propriam iniuriam perſequendo, admittitur [h].

a l. nũquàm actiones. ff.
b Gloſ. ij. in fi. l. qui de crimine. C. de accuſat.
c l. pe. in fin. Naut. caupo.
d l. ſenatus. cum gl. de accuſat.
e d. l. qui de crimine.
f l. libellorũ. uerſic. quòd ſi libelli. de accuſat.
g l. ſi quis homicidij. C. eo. tit.
h l. ſi eu. §. iiſdem. de accuſat.

IN L. EX POENALIBVS.

AXIOMA CCIIII.

PAter nomine filij peculium non habentis non tenetur [a]: ſed ipſe filius ex ſuo contractu obligatur [b]. Si

a Rubri. C. ne fil. p patre.
b l. filiusfamil. ij. de actio.

uerò filius peculium habeat profectitium, pater quatenus est in peculio potest conueniri[c]: nisi eius quod ipsi debetur ratione retineat[d], aut nisi cũ filio impubere contractum fuisset[e]. Sed & ex delicto filij[f], uel pecunia ludendi causa mutuo accepta[g] pater de peculio non obligatur, nisi quatenus locupletior factus est[h], aut nisi filius in magistratu deliquisset[i].

c §. actiones autẽ. Instit. de actio.
d l. peculium. ij. in prin. de pecul.
e l. j. §. si cum impubere. eo. tit.
f Vt hic.
g l. fi. C. de religio.
h l. iij. §. ex furtiua. de pecul.
i d. l. iij. §. fi. eo.

AXIOMA CCV.

EX peculio castrensi uel quasi castrensi filius, quoniam in eo liberam habet potestatem[a], conuenitur[b]: & non pater[c], nisi mortuo filio pater iure peculij bona retineat. tunc intra annum conueniri potest[d], uel etiam perpetuò si illa iure hæreditario habeat[e], quo iure hodie illa detinet[f]. Ex peculio item Aduentitio pater non tenetur, sed filij consentientis nomine litem suscipit[g].

a Instit. quib. nõ est permis. fac.
b l. lis nulla. de iudic.
c l. ex castrẽsi. uersi. si quando. de castren. pecul.
d l. j. in princ quando. de pecu. act.
e l. pater qui castrẽse. uersic. j. de castrens. pecul.
f l. fi. uersi. similiq; modo. C. de bon. quæ liber.
g d. l. fi. §. ubi autẽ. eo. tit.

IN L. SEMPER QVI NON PROHIBET.

AXIOMA CCVI.

TRibus modis fit Mãdatum. Expresso consensu[a], uel tacito, aut Ratihabitione[b]. Tacitum autem, siue me præsente, siue me absente, sciente tamen[c], aliquid fiat, quod sit in mei cõmodum[d], contrahitur[e]. Vnde quidam uoluerunt Donationem tacenti fieri posse. quod hic reprobat Decius, cùm donatio pactũ expressum semper requirat[f].

a l. j. mandat.
b Vt hic.
c l. qui fide. mãdat.
d l. si remunerandi. §. si passus. eo.
e l. qui patitur. eod. tit.
f Barto. l. iurisgentium. §. quinimo. de pact.

AXIOMA CCVII.

TErtio per ratihabitionem intelligitur mandatum[a]: nã ratihabitio, id est, facti nostro nomine gesti[b], comprobatio[c]: tam mandato[d], quàm iussui æquiparatur[e]. Et tam uerbis, quàm facto[f], partibus siue præsentibus, siue absentibus, fieri potest[g]. Id'que in omni actu, etiam speciale mandatum requirente[h], & per consequens etiam in delictis, ex quibus tam ratihabitione[i], quàm mandato obligamur[k].

a Vt hic.
b c. ratum. de regu. iur. vj.
c l. quo enim. uersi. j. eod rat. hab.
d l. hoc iure. §. rati. j.
e l. j. §. si rati. quod iussu.
f l. Paulus. rem rat. hab.
g Barto. d. l. quo enim. §. j. in fi.
h l. quod si de speciali. de minor.
i l. j. §. sed & si cum de ui. de ui & ui arm.
k l. nõ ideo minus. C. de accus.

AXIOMA CCVIII.

QVod nostro nomine non est gestum, non nisi in damnum nostrum[a], ratum habere possumus[b]. Nostro autẽ nomine gerit falsus procurator[c], aut filius[d], uel seruus[e], uel defunctus[f], item & is qui rem nostrã suo nomine uendit[g]. Similiter nihil nisi in præiudicium nostrum[h], eo tempore ratum habere possumus, quo ipso iure negotium fieri non posset[i]. Item nec in tertij præiudicium aliquid unquam ratum habere possumus[k].

a l. si fundus. §. j. de pig.
b d. c. rati. de regu. iur. vj.
c d. l. quo enim. uersic. j.
d l. j. C. qui admitt.
e l. si res. §. qd seruus. de in rẽ uers.
f l. si sine. §. si procuratori. rẽ rat. hab.
g l. iij. C. de re. uen.
h d. l. j. §. sed & si cùm quis.
i l. bonorũ. rẽ rat.
k l. si quis offerenti. §. fi. de solut.

AXIOMA CCIX.

ITem negotium quod ipso iure nullum est, ratum habere non possumus[a]: nec illud in quo lex pro forma mandatum[b], uel iussum[c], Licentiam[d], aut cõsilium, requirit[e]. Et ideo in actibus ueritatem requirentibus, ut in statuto, ratihabitio (quia ex fictione pendet[f]) mandato non æquiparatur[g].

a Glo. j. l. licet. de iudic.
b Glo. uerb. speciale. c. nonnulli. de rescript.
c l. si quis mihi. §. iussum. de acqu. hæred.
d Bart. l. si autẽ plures. de aq. plu. arc.
e l. Titiũ, & Meuiũ. in prin. ubi Bart. de admin. tutor.
f Bal. l. exequutorem. C. de exeq. rei iudic.
g Bar. l. si is qui pro emptore. num. 4. de usucapio.

LIBRI PRIMI, DE IVRIS APICIBVS FINIS.

D. PETRI LORIOTI SALINENSIS LIBER SECUNDUS, IN QUO DE IURIS ARTE TRACTATUS VIGINTI.

*



VM NULLUM negotium sine Persona, Re, & hominis actione explicari posit[a]: rectè traditū est, Omne ius quo utimur, ad Personarū substantiam[b] & qualitatem[c], uel ad Rerum acquisitionē[d], uel ad Actionum formulas & nomina[e] pertinere[f]. Adeo ut ex his tribus prædicamentis, optimo iureconsulto facile sit iuris enchiridion cōtexere: modò ea, quæ cuiq; prædicamento proxima sunt, & cōiuncta applicet. Quod eo, qui subsequitur, ordine fieri potest. Cùm autē ius omne hominū causa cōstitutum sit, prius de his, quæ Personæ cohærent, (quia dignior est[g]) tractabimus[h]. Persona itaq; ex Animo constat, & Corpore[i]. Corpori uerò insunt Substantia[k], & Qualitas[l]. At Substantia in Conceptione, Natiuitate[n], Consanguinitate[o], Sexu[p], Valetudine[q], Aetate[r], & Morte consistit[s].

a Theoph. inst. de iur. nat. in prin.
b L. quod dicitur. de liberis.
c Rubr. de statu hom.
d l. fin. de legib.
e l. j. cum ij. seq. de præscr. uerb.
f l. j. de sta. hom.
g §. fi. instit. de iur. natu.
h l. ij. de sta hom.
i l. iij. in princ. de acquir. poss.
k l. alioqui. uers. q si ego. de contra. empt.
l l. pe. uers. in artificio. de re. dub.
m §. sed cùm quis. inst. de ingen.
n l. iij. § fi. de suis.
o l. j. §. post suos. eod. titu.
p l. in multis, de sta hom.
q l. non sunt liberi. l. qui furere. eo.
r l. ij. de term. mo.
s l. in summa. §. fi. de re iud.

De Conceptione.

TRACTATUS I.

AXIOMA I.



ONCEPTIO igitur prima est, quæ in psonæ substātia obseruari potest[t]. Tametsi aliquando per Abusionem etiam tempus ante conceptionē consyderetur[u], in uiribus puta alia, quàm consanguinitatis causa competentibus[x], & maximè cùm de poena uitanda agitur[y]. Hic autem Cōceptus siue Agnatus sit siue Cognatus[z], iam natus censetur cùm de illius commodo agitur, idq; in legum dispositionibus[a], non hominum[b] indistinctè procedit: nam si mens sit tacita[c], habetur pro nato[d], si tertio nō fiat præiudicium[e], secus si fiat, aut si materia esset odiosa[f]. Imò quandoque melioris est conditionis quàm ipse natus[g].

t l. j. §. si qu's proximus. un. cog.
u l. item prætor. de suis.
x l Paul. §. Paul. ij. de bo. libert.
y l. j. §. in filijs. de decurio.
z l. cùm quidā. §. j. uers. in eo. cum glo. de acq. hær.
a l. pen. uerb. iure ciuili. de stat. ho.
b l. arethusa. eo.
c l. qui filiabus. in princip. & §. j. de lega j.
d l. qui in utero. de stat. hom.
e l. v. de testa. tut.
f l. si ita. de inoff.
g l. antiqui. si pars hær. pet.

AXIOMA II.

QVod ad collationẽ attinet conceptus non habetur pro iam nato[h]. Quia ei tantùm confertur, qui detrimentum ex collatione non facta accipit[i]. Conceptus autẽ ante natiuitatẽ incommodum non patitur: quoniam si non nascatur[k], uel si mortuus nascatur, habetur pro nullo[l]. Si uerò uiuus nascatur, ei siue instituto[m] siue praeterito est cõferendum[n], ... iam si ille praeteritus bon. posses. unde liberi, conferens uerò bon. posses. cõtrata. peteret[o].

h l. si. de colla bo.
i l. j. §. toties. eod. titu.
k l. iij. §. ex his. de iniust.
l l. ij. C. de posthu. hæred.
m d. l. fin. de colla. bon.
n l. posthumo. C. de coll.
o Alex. d. l. posthumo.

AXIOMA III.

COnceptus quo ad aliorũ cõmodum attinet, pro nato minimè habetur[a]: nisi per proprij cõmodi consequentiã, ueluti cùm prægnans damnata est. Nam ratione partus, antequam pepererit neq; torquetur[b] neq; punitur[c]. Sic cùm cõceptus in posses. mittitur[d], prægnans, quamuis adulterij accusaretur[e], uel aliunde se alere posset[f], alimenta id est omnia quæ ad uictum necessaria sunt[g], consequitur[h].

a l. qui in utero. j. de sta. hom.
b l. prægnantis. de pœn.
c l. imperator. ij. de sta. hom.
d l. j. in princip. de uentr. in poss.
e l. si uentris. eo. tit.
f l. curator. eod.
g l. uerbo uictus. de uerb. sign.
h d. l. j. §. mulier. l. habitatio. de uet. in poss. mitt.

AXIOMA IIII.

CVm conceptus in posses. mittitur, Curator uentri & bonis etiã sine inquisitione (modò satisdet[i]) datur[k]: non tamen plenam habet administrationem[l], sed necessariã tantùm[m]. Tum quia ex alijs tutoribus eligẽdus est uel necessarijs[n]: Tum quia, si uẽter in posses. missus impediatur, prægnãs agere solet[o]. Et si per dolum nõ agat, in id quod interest tenebitur[p], nec nõ etiam illius pater, si in dolo sit, aut aliquid ad eum peruenit[q], uel dolo fecit quominus perueniret[r].

i l. bonorum. de cura furios.
k d. l. j. §. quoties. de uentr.
l l. inter bonorum. de adm. tuto.
m l. j. in fin. de cura. bo. dan.
n l. j. §. eligitur. de uentr. in poss.
o l. uij. §. cum prætor. ne uis fiat.
p l. j. uers. j. & ij. si uentr. nom.
q d. l. j. uers. nec solũ. & in si eo. tit.
r l. iij. §. fin. cum l. seq. rer. amota.

AXIOMA V.

TRibus tamẽ casibus uẽter in possess. nõ mittitur. Primo si & ritè[s] & certò[t] & purè[u] sit exhæredatus, siue ab omnibus testamenti gradibus[x], siue ab uno tantùm sit exhæredatus[y]. Secundò si inter suos futurus nõ est[z]. Nam alij cõcepti, si aliquam bon. possess. habeant, quamuis in posses. mittantur[a], non tamen usq; ad pubertatem ut sui, sed tantũ usq; ad natiuitatẽ[b], & adhuc in casu duntaxat quo prægnãs se aliunde alere non potest, mittũtur[c].

s l. non putauit. §. non quæuis. de contrata.
t l. j. §. quare etsi ista à contra. sensu. de uentr. in possess.
u d. l. j. §. sed etsi sub conditione.
x l. iij. §. filius. de liber. & posth.
y d. l. j. §. si uenter.
z d. l. j. §. toties autem.
a l. fin. eo. titu.
b l. ubicunq;. §. interdum. eod.
c l. extraneo. de uent. in poss.

AXIOMA VI.

TErtiò ubi certum est mulierem non esse prægnantem[d]. nam & mortis tempore, & tẽpore quo fit missio, prægnans uerè esse debet[e]. Quòd si calumniosè missionẽ petat, ut cùm scit se ex alio grauidã[f], aut scit se prægnantem non esse[g]: in id omne quod interest non solùm illa[h], sed & illius pater si doli sit particeps, tenebitur[i]: nisi aduersario iuramentum deferente se grauidam iurauerit[k].

d d. l. j. in fin.
e d. l. j. in prin. uers. prægnantem.
f l. notatur. cũ seq. de his qui not.
g d. l. j. in fi.
h l. j. in fin. si mul. uent. no.
i l. ij. in fi. eo. titu.
k l. iij. §. unde marcellus. de iurein.

AXIOMA VII.

CAeterùm ut conceptus post natiuitatẽ iura filij habeat: quinq; solennia, Conceptionis denuntiatio[a], uentris inspectio[b], Custodia cõcept[c], Præsentia partus[d], & Nati demõstratio, introducta sunt[e]. Quæ omnia si ita ut à prætore inuenta sunt non obseruentur, natus in posses. non mittetur[f]: nisi per imperitiam[g] aut Rusticitatem huiusmodi solennia fuerint omissa[h].

a l. j. §. denunciari autem. §. denunciare igitur. de uentr. inspic.
b d. l. j. §. quòd si negauerit. §. de inspiciendo.
c d. l. j. in prin. uers. si igitur. & §. mariti. est. de liber. agn.
d d. l. j. §. mulier ante. §. mulier in domo. de uent. inspic.
e d. l. j. §. q; natum.
f d. l. j. §. si cu uentrem.
g l. ij. de uentr. inspic.
h d. l. j. §. fin. eo. tit.

AXIOMA VIII.

COnceptus quoad incommodum suum attinet, non habetur pro iam nato[i], neq; quoad aliorum incommodum[k], nisi per proprij cõmodi consequentiã[l]. E idcirco si præteritus sit, non bon. possessionẽ contrata[m]. (cùm illi nihil noceat) sed bon. posses. secundum tab.[n] aut unde legitimi, uel unde Cognati[o], nec non hæreditatis aditionem (quia hæc omnia illi nocent) impedire solet[p].

i l. qui in utero. j. de sta. hom. l. q; dicimus. de uerb. sign.
k Arg. l. j. §. denique marcellus. de aq. plu.
l § posthumi. uers. ideoq;. instit. de exh. lib. l. iij §. ex his. de iniust.
m l. illud. §. fin. de contrata.
n l. uenter. de acq. hæred.
o l. pen. §. quandiu. und. leg.
p l. cũ quidam. §. siue igitur. cũ seq. de acquir. hære.

AXIOMA IX.

SEd cõtrà Callistratus ait, etiam ei, qui priusquam nasceretur, usucaptum amisit, restituẽdam actionem[q]: patitur ergo quasi natus læsionis restitutionem[r]. Doctores adferunt contra minorẽ usucapionem incipi nõ posse[s] ipsoq; iure sine ulla restitutione esse tutum[t]. Sed usucapio cõtra defunctũ cœpta, etiam aduersus minorem completur[u]: quãquam restitui possit[x] si legalis præscriptio esset non si conuentionalis[y]. Sed tuta non uidetur hæc opinio[z], cùm lex in cõtractu defuncti etsi præscriptio legalis esset, restitutionem

q l. etiã et. de min.
r l. j. C. quand. lic. unicuique sine iud.
s l. bonæfidei. de acq. rer. do.
t l. fin. C. in quib. caus. in integr.
u l. si intra. in fi. C. de nõ nu. pecu.
x l. j. C. si aduers. usucap.
y l. ij. C. si aduers. uend. pig.
z l. æmilius. de minorib.

nem non concedat[a] cùm periniquum sit eum qui cum pupillo nihil posśit pupilli pubertatem expectare[b]. Ego puto Callistratum loqui non de negotio quod gesśit defunctus dominus, quia in illo non consideratur usucapio[c]: loquitur ergo in casu quo Titius rem meam uendidit Sempronio nã Semproni[9] cõtra me incipit usucapere[d] licet me agentẽ ante perfectam usucapionem repellere nõ posśi[e]: pficere uerò usucapionem & cõtra posthumum meũ hæredem potest cùm à me usucapio inceperat[f]: Sed ille posthumus meus cùm ex facto meo non processerat usucapio, restituetur[g].

a l.pen.C.de restit. milit.
b l.iij.uers. si uerò. quib. ex caus. in poss.
c Instit. de usucap. in princ.
d l.j. de publicia.
e l.si. de publicia.
f d l. Aemilius.
g d.l.etiam ei.

De Natiuitate.

TRACT. II.

AXIOMA I.

SECVNDO in homine consyderatur Natiuitas. Dicitur autem natus, qui & totus uiuus[h], & eo tempore quo uiuere potest, nascitur[i]. Nec refert si execto uentre natus sit[k]. Licet enim tunc peperisse mulier non dicatur[l], (quia uerbum parere mulieris enitentis actum significat[m]) tamen talis non desinit esse matris filius[n]: eaq; iura habet, quæ quilibet alius[o], proq; illo perinde ac pro alio agitur[p].

AXIOMA II.

Dicitur præterea natus, is qui contra naturam nascitur[q]: ut is qui tribus manibus[r], aut ex diuerso non integrum animal uno puta pede nascitur[s]. Modò cõtra humani generis formam non nascatur[t], talis enim quo ad commodum non proprium, sed parentum duntaxat pro nato habetur[u].

AXIOMA III.

Natus item dicitur qui uiuus natus est, licet ilico decesserit[a]. Quod uerum est, quoad actum q eo tempore quo decesśit iam ualebat[d]: secus si tunc inutilis esset[e]. Et ideo suus natus & præteritus rumpit testamentum, non si antè testatoris mortẽ[d], sed post decesserit[e]. Quia hoc, non illo casu, testamentum uires habebat[f]. Paulus tamen indistinctè respondisse uidetur, natum præteritũ quandocunq; moriatur testamentum rumpere[g].

AXIOMA IIII.

Qui uiuus nascitur, si statim decedat, siue filius sit[h], siue posthumus[i], siue Nepos[k]: iuris Ciuilis rigore si præteritus erat, habetur pro nato, sicq; testamentum rumpit: Aequitate uerò prætoria non rumpit[l].

AXIOMA V.

Natiuitas duobus temporibus consyderatur. Nascimur nanq; uel patre mortuo uel illo uiuo[m]. Hi filij liberi[q]ue[n], illi posthumi (quasi post parentis humum nati) dicuntur[o]. Attamen liberi etiam posthumos cõprehendunt[p], nisi in strictis dispositionibus[q]. Contrà uerò posthumus ad liberos: nisi ob testatoris ignorantiã, non extẽditur[r]. Nec obstat quod Iustinianus ait, posthumis expresśis cæteros liberos contineri[*]. Quoniam Haloander non (posthumis) sed (posteris) legit[s]: quorum appellatione certum est omnes liberos contineri[u]. Vel Theophili interpretationem sequemur ut qui posthumis tutore dato quicunq; natus fuerit siue filius sit siue nepos, sub eo tutore qui datus est erit[f].

AXIOMA VI.

Natus igitur post parentis mortem Posthumus dicitur[x]. Idq; propriè[y]: modò intra decem menses à parentis morte nascatur[z], alioqui alterius esse iudicaretur[a]. Et idcirco si mulier post duos uel tres menses mortis mariti secundò nupserit, & in nono uel decimo mense pariat: Aliqui uolunt partum secundi mariti esse[b], Alij utriusq;[c], Alij neutrius[d], Alij adhærent assertioni matris[e]. Alij ei cui assimilatur[f], Bartolus ad conceptionis signa, uel pariendi consuetudinem aut frequentiam recurrit[g]. Qua de re & Alciatus parergon conscripsit.

h l.iij. in fin. C. de posthu. hæred.
i l.septimo à contrario sensu. de stat. hom.
k l. quod dicitur. de lib. & posth.
l l.anniculus. j. §. fi. uerb. signi.
m cap. si mulier. v. distinct.
n l.etiam ea. de uerbor. sign.
o l.j. §. sed et si matris. ad Tertull.
p l.si ego. § partus. in fi. de publicia.
q l.non sunt. in fin. de uerb. sign.
r l. ostentum. de uerb. sign.
s l. quod dicitur. de uerb. signi.
t d. l. non sunt. in princ.
u l. quæreret. uerb. signi.
a l.ij.C. de posthu. hæred.
d d. l.ij.
e Argu. l. si is cui. rem ex ha.
d l. posthumus. in princ. de iniust.
e d.l.ij.
f l si alienum. §. in extraneis. de hæred. instit.
g l. si filius. de lib. & posthu.
h Instit. de exhær. in princ.
i d.l.ij.
k l. si filios eius. de liberis.
l d l. posthumus. in prin. cum uers. idemq;.
m l. cõmodissimè. de lib. &c.
n Institut. de patr. pot. in princ. l. filius. de his qui sunt sui.
o l.iij. §. posthum[9]. de iniust.
p l. si quis filiabus. de testa. tut.
q l. qui filiabus. in princ. de leg. j.
* l. titius. § lucius. de lib. & posth.
r l. nomen filiarũ. de uerb. signi.
s Instit. qui testa. tuto. in fi.
t l. quod si nepotes. in fi. de testa. tut.
u l. quod his. § fin. de leg. iij.
f Theoph. instit. q testa. tuto. in fin.
x d. l. nomen filiarum.
y Gl. uerb. posthumos. l. Gallus. in princ.
z l.iij. uersic. fin. de suis & legit.
a §. fi. Auth. de restit. & ea.
b Arg. l. si uicinus. C. de nupt.
c Arg. l. duo socij. de hær. inst.
d Arg. l. si fuerit. in prin. de reb. dub.
e Argu. l. etiam de probat.
f Arg. l. q si nolit. §. q si mancipia. de ædil edict.
g Bart l. Gallus. in fi. princ.

AXIOMA VII.

NAtus item post testamẽtum appellatione posthumi uenit[h]: maximè in fauorabili materia[i]. Sed & in materia odiosa itidem, si testamentum sit[k]: quia Reip. interest ut testamenta ualeant[l]. Sic qui post testamentum arrogãtur[m], uel legitimi fiunt[n], uel post aui mortem in patris potestatem recidunt, quodammodo posthumi dicuntur[o]. Sed in alia quàm testamenti dispositione, si odiosa sit, posthumi significatione con comprehenduntur[p].

h l.iij §.j. de iniust.
i l. si quis ita dixerit. in fin. de test. tut.
k d.l.iij. §. nominatim.
l l. uel negare. Quem. testam.
m Gio. Rob. C. de post. hære.
n Bald. l. filius à patre. §.j. de liber. & posth.
o d.l. filius à patre. §.j.
p Bart. l. Gallus. in princ.

AXIOMA VIII.

TRes sunt posthumorum species. Primò alieni siue extranei[a]: ut hi qui ex filio emãcipato[b], uel ex filia in potestate cõstituta, nascuntur[c]. Et istis olim, non iure prætorio[d], sed Ciuili nihil relinqui poterat[e], ea ratione quòd olim personæ, quæ testamenti tẽpore erat incerta, nihil, nisi suitatis[f], aut piæ causæ fauore[g], relinquebatur[h]. Hodie uerò perinde ac alij extranei institui possunt[i]. Sed de hoc posthumo alieno Alciatus parergon conscripsit.

a l. extraneo. de uen. in poss.
b § illud. inst. qui. mod. ius patr.
c §. fin. instit. de patr. pot.
d Institut. de bon. poss. in princ.
e §. posthumo quoq;. Insti. de lega.
f §. posthumi. Instit. de exhær.
g l. id quod. C. de episc.
h § incertis. instit. de lega.
i §. sed nec huiusmodi. eo. titu.

AXIOMA IX.

SEcundò sunt posthumi, sui[k], neq; aliter quàm sui nasci possunt: ut filij nostri post mortem uel testamentũ nati, uel nepotes ex filio suo ante testamentum factum mortuo[l]. Et isti tam olim[m], quàm hodie perinde ac iam nati institui debẽt uel exhęredari[n]. Alioqui cùm nascuntur rumpunt testamẽtum[o]. Neq; obstat quòd ante natiuitatem in potestate nõ sint[p], & ita sui non uidentur[q]: Quia id uerum est in iam natis, qui uerè sui sunt: non in posthumis, qui fictè sui dicuntur[r].

k §. ita demum. in fi. instit. de hære. quæ ab intest.
l §. posthumi. Instit. de exhær.
m l. placet. de liberis.
n l. iij. §. sed & hi. de iniust.
o l. posthumorũ. eo. titu. §. j. instit. de exhæred.
p l. si. de colla. bon.
q l. lege cornelia. in fin. de testa. §. emãcipati. instit. de hæred. quæ ab intest.
r Decius l. posthumo. C. de collat.

AXIOMA X.

HIc posthumus suus tribus modis institui potest. Primò ita, si me uiuo uel mortuo nascatur: tuncq; nunquam testamentum rumpit[s], quia alio tempore nasci nõ posset[t]. Secundò ita, si me uiuo nascatur: quo casu testamentum rũpet, si me mortuo natus erit[u]. Quia casus omissus sub expresso non continetur[x], nisi personæ fauor subesset[y], aut præter disponentis mentem casus euenisset[z], de quo non timebat[a].

s l. cõmodissimè. de liberis.
t Arg. l. stip. commodiss. de uerb. oblig.
u d.l. commodiss.
x l. si cum dotẽ. in princ. sol. matri.
y l. fi. C. de instit.
z l. si extraneus. de cond. caus. dat.
a l. fin. C. de posth. hæred.

AXIOMA XI.

TErtiò suus posthum⁹ simpliciter ita institui potest, Posthumum instituo, & tunc nunquã testamentum rumpit[b]. Quia omnes posthumi[c], quãdocunq;, & ex quacunq; uxore siue præsenti siue futura nascituri, comprehenduntur[d]: siue posthumũ simpliciter instituerit[e] siue quemlibet posthumum[f]. Sed si ex Seia uxore nasciturũ instituerit, ex alia uxore nasciturus non cõtinebitur[g]. Idem in legato posthumo relicto, in quo propter strictam legati interpretationem[h], non nisi primi nascituri comprehenduntur[i].

b d.l. commodiss.
c l. si quis ita dixerit. §. j. de testam. tut.
d d.l. placet. cum l. seq.
e d.l. placet.
f l. posthumum. eo.
g l. filius. §. si quis ex certa. eo.
h l. nummis. de leg. iij.
i l. utrum. in prin. de reb. dub.

AXIOMA XII.

LEx ait suum posthumũ ab omni masculo institui posse[k]: innuens secus esse in fœmina[l], quia illa suum posthumum non habet[m]. Non obstat quod lex ait hermaphroditum, maximè si uirilia habeat, posthumum instituere posse[n]: Nam Haloãder non (maximè) sed (planè si uirilia habet) legit: quo casu hermaphroditus pro masculo habetur[a]. Rursus non urget, quod posthumus contra matris testamentũ querela agit[b], quia etiam legitimus hæres, ut est matris posthumus[c], querela agere potest[d]. Non obstat, quòd iure ciuili scribi hæres non poterat[e]: & p consequens nec querela agebat[f]. Nam quamuis alienis illis posthumis olim non legaretur[g]: hæredes tamen, etiam si post testatoris mortem fuerãt concepti[h], institui poterant[i]: Sed prætorio iure tantùm bonorum possessionem consequebantur[k]. Quia iure ciuili nec ab intestato succedebant[l]. Posthumus igitur à fœmina institui poterit, ut bonorum possessionem à prætore consequatur[m].

k d.l. placet i prin.
l l. eum pretor. de iudic.
m l. nulla. de suis & leg.
n l. sed etiam quæsitum. de lib. & posth.
a l. quæritur. de stat. hom.
b l. posthumus. §. similt modo. de inoff testa.
c l. ij. §. fin. und. legit.
d l. posthumus. in princ.
e §. posthuma. Instit. de leg.
f Institu. de inoff. test. in prin.
g §. posthumo. § posthumus. Inst. de leg.
h. l. Gallus. §. in omnibus. de lib. & posth.
i l. si extraneo. de uen. in poss. mit.
k Inst. de bo. poss. in princ.
l l. Titia. de suis & leg.
m § fi. in fi. Inst. de exhæred. lib.

AXIOMA XIII.

CVm omnis masculus suum posthumum instituere posit[n], sequitur & ualetudinarium, & senem[o] uel sexagenario maiorem[p], imò & in articulo mortis constitutum, instituere posthumũ posse[q]. Sed & spado si generare posit, (quia unum testiculum habeat[r]) posthumum instituit[s]. Idem est etsi generare non posit[t]. Sed tunc

posthum

n d.l. placet. de liber.
o l. si quis posthumos. in princ. eo.
p l. pe. C. de nupt.
q l. hoc genus. de cõdit. & demõst.
r l. Pomponius. in fi. de ædil. edict.
s l. sed est quæsitũ. ubi quorũ hoc ætas. de liber.
t Argu. l. hæredibus. §. fin. ad Treb.

posthumum adoptiuũ instituisse præsumitur[u]. Castratus uerò quia natura generare non potest[x], magisq; naturale uitium quã accidẽtale noceat[y], instituere posthumum non potest[z].

AXIOMA XIIII.

VLtima posthumorũ species est, eorum qui uel sui uel non sui nasci possunt. ut ex filio suo nati nepotes[a], uel pronepotes[b]. Sui autem nascuntur, si illorum pater per emancipationem aut mortem[c], aut deportationem desinat in potestate aui esse[d]. Sui uerò non sunt, si illorũ pater, tempore quo Auus moritur, in primo gradu[e], id est, in aui potestate fuerit[f].

AXIOMA XV.

SI filius semel suus fuit, nepos non potest postea suus esse, etiam si ante hæreditatem aditam filius decederet[g]. quia illam quamuis nõ aditam ad quoscunq; hæredes transmittit[h]. Sed Aphricanus, cuius responsa semper difficilia iudicauit Bartol.[i] contrà respondisse uidetur: inquiens nepotem filio instituto & ante aditam hæreditatem decedenti substitutum, tam patri quàm Auo suum hæredem esse[k].

AXIOMA XVI.

SI filius suus pendente conditione potestatiua sub qua erat institutus decedat, nepos, si ante Aui mortem sit conceptus[l], suus hęres Auo efficitur[m]. Quia tali conditione suspenditur filij suitas[n], nimirum suitas necessarium hæredem facit[o]. Potestatiua uerò conditio uoluntarium[p]: Sola uerò substitutio filio suo facta, cùm exhæredationis necessitatem non tollat[q], per consequens nec suitatem[r], nisi cum conditione potestatiua coniuncta sit[s].

AXIOMA XVII.

SI filius institutus ante natiuitatem posthumi pręteriti decedat, nepos substitutus posthumo non nato tam patri quàm auo suus est hæres[a]. Patri pro quadrante, quia quadrans patri erat delatus[b]: Auo pro besse, quoniam cùm Bes propter posthumi incertitudinem filio nõdum delatus esset[c], nepos in eo besse factus fuit Auo suus[d].

u l. ij. §. illud. de adoptio.
x l. spadonum. ubi gl. & Alc. de uerbo. signific.
y d. l. si quis posthumos. in princ. de liber.
z d. l. sed est quæsitum. §. sed si castratus.
a l. Gallus. in prin. c glo. uerb. posthumos.
b §. ita demum. Instit. de hæred. q.
c §. posthumorum. uers. sed si filius. de exhæred.
d §. cùm autem. instit. quib. mod. ius patr. pote.
e l. posthumorum. in prin. de iniust.
f d. §. ita demum. uersi. nam si.
g l. j. §. sciendum. de suis.
h l. unica. C. de his qui ante aper.
i Bart. l. esi quis in prin. de solut.
k l. si filius hæres. de liberis.
l d. §. sciendũ. uers. idem erit.
m d. l. si filius hæres. uers. sicut.
n l. fin. circa fi. uers. neque enim. de cond. inst.
o §. sui. uer. pen. instit. de hær. qual.
p l. uerba hæc. de cond. inst.
q l. si libertus sub conditione. §. existuno. de bo. liberr.
r §. emancipatos. insti. de exhæ. lib.
s l. iam dubitari. de hæred. instit.
a d. l. si filius hęres.
b l. antiquis. in fin. si pars hæred.
c l. sed etsi restituatur § fin. de indi. iuncta l. delata. de uerb. sign.
d l. j. § sciendum. uers. quoniã nec delata. de suis.

Sed hæc in filio emancipato non procedunt, qui institutus ante posthumi natiuitatem in nulla parte est hæres[e] sed tantùm contra tab. agit[f].

AXIOMA XVIII.

FIlio exhæredato, & pendente tempore quo institut[o] deliberat, mortuo: si institutus postea repudiet, nepos ab intestato fit suus Auo[g]. Quia ille ab intestato suus est, cui primo defertur hæreditas[h]. Si institutus non repudiet, nepos non fit suus[i]: nisi filius exhæredatus emancipatus esset[k], aut ante Aui mortem uel ab hostibus captus[l], uel mortuus[m].

AXIOMA XIX.

SI nepos filio exhæredato instituatur, uolunt Doctor. eum suũ esse[n]. quod uerum est si exhæredatus emancipatus esset[o], aut ante Auum mortuus[p]. Alioqui exhæredatio neq; patriam potestatem tollit[q], maxime ante aditionem[r]: neq; suitatem in nepotem transfert[s]. Et ideo nepos institutus quia nullo momento apud eum substitit hæreditas, sed statim patri exhæredato quærit[t], non potest dici suus Auo. Sed facit exhæredatum, non suum, quia iam erat: sed hæredem necessarium. Idq; sine aditione[u], ne post illam obstante exhæredatione nepos filio non quæreret.

AXIOMA XX.

NEpotes iam sui ex lege XII. tab.[x] sed futuri sui ex Galli tantùm prouisione institui possunt[y]. Habet autem Galli prouisio quatuor capita, Primum, si filius me uiuo moriatur nepotem instituo[z], sed per hoc caput filius non dicitur institutus[a]: & ideo nisi aliter instituatur, iure ciuili testamentum esset nullum[b]: quamuis æquitate prætoria propter nepotis institutionem tueri posset[c]. Debet item ex hoc primo capite filius & testamẽti tempore uiuere, aliâs nepos iam suus esset[d], & ante testatorem mori aliâs nepos alienus esset[e]: de quo non timuit Gallus[f], nisi propter querelam[g]. Quod autem dixi per hoc caput filium non dici institutum:

e l. uentre. de acq. hæred.
f l. illud. §. fina. de contrata.
g d. l. j. §. sciendum.
h l. si quis filio. in prin. uer. nã agnascẽdo. de iniust.
i l. si quis posthumos. §. si filium. de lib. & posthu.
k l. j. §. si pater. in fi. de coniungend.
l d. §. si filium. uer. diuersum.
m §. posthumorũ. instit. de exhære. liber.
n l. qui in aliena. §. interdum. de acq. hæred.
o l. j §. si pater emanc. de coniung.
p d. §. posthumorum.
q Instit. de pup. in princ. iuncto §. non solùm.
r l filium. §. sed cũ exh. de cõtrata.
s d. l. si quis posthumos. §. si filiũ.
t l. placet. de acq. hæred.
u d. §. interdum.
x §. fin autẽ. Instit. de hære. qual. §. j. de hæred. quæ ab intest.
y l. Gallus. in prin.
z d. l. Gall⁹. in prin. uers. j.
a l. si quis eum. in fi. de uulg.
b d. l. Gallus. §. in omnibus.
c l. posthumus. tier. idem & circa. de iniust.
d §. posthumi. instit. de exh.
e §. posthumorũ. eod. titu.
f l. Gallus §. idem credendum. in fi.
g l. pen. de lega. j. iuncto §. fin. Instit. de exhæred. liber.

AXI

AXIOMA XXI.

SIne hoc primo capite Galli prouiſio ualere potuit[a]. Quia cum nepos non ſit ſuus niſi mortuo ante Auum filio[b], ex nepotis inſtitutione ſatis concipitur[c], id eſt intelligitur mors filij[d]. Sic igitur poteſt fieri inſtitutio: Filium inſtituo, & nepotem qui mihi naſcetur poſt mortem[e], uel ita: Quicquid liberorum natum erit[f]. Nam his caſibus non uocatur nepos niſi poſt patris mortem[g]. Ego tamen crediderim, his uerbis, Si filius me uiuo moriatur, nepotem inſtituo: utrunq; eſſe inſtitutum[h]. Contrà filium præteritum eſſe, ſi extraneum, ſi filius me uiuo moriatur, inſtituerim[i]. Quia per nepotis inſtitutionē, cùm filio omnia quęrantur[k], ipſe filius tacitè inſtitutus dicitur[l]: quæ ratio in extraneo inſtituto ceſſat. Vnde his uerbis, Pronepos, ſi filius & nepos me uiuo moriantur, inſtitutus, teſtamentum non rumpit, ſi prius nepos decedat, deinde filius[m]. Secus ſi filius præmoreretur: quia illa pronepotis inſtitutio acquirebatur filio teſtatoris, poſt cuius mortem filius pronepotē in poteſtate habebat. Cenſebatur ergo tacitè filius ille inſtitutus, non autem nepos. Quæ omnia latius in arte noſtra declarantur.

a l. gallus. §. quidā rectè.
b d. §. poſthumorum.
c d. §. quidā rectè. uerſ. q. ex uerbis.
d l. ſed niſi. de iur. dot.
e l. gallus. §. inſtituens. aliàs §. q̄d ſi is uer. inſtituens.
f d. uer. inſtituens in fin.
g l. peto. §. fin. de leg. ij.
h l. cū in teſtamento. de hæred. inſtit.
i l. ſi quis eum. in fi. de uulga.
k l. placet. de acq. hæred.
l l. illud. de acquir. hæred.
m l. Gallus. §. idem credendum. in fi.

AXIOMA XXII.

PRimum Galli caput locū habet, nō ſolùm cùm filius moritur, ſed & cùm deportatur uel emancipatur[n]. Quia illis modis perinde nepos Auo ſuus efficitur, ac per filij mortē[o]. Idem eſt ſi filius ab hoſtibus captus eſſet[p], etiam ante teſtamētum factum[q]. Quia ſi ibi moriatur, à captiuitate nepos fingitur ſuus[r], ſecus ſi reuertatur[s]. Item hoc primum caput ſicut in filio, ita & in nepote concipi poteſt[t].

n l. Gall⁹ §. & quid ſi tantum.
o §. ita demum. Inſtitut. de hæred. quæ ab.
p d. §. quid ſi is. & §. ſi eius.
q l. pater. § ſi mortuo. de capti.
r l. in bello. § j. eo.
s l. j. §. ſi filius. de ſuis.
t §. idem credendum. l. gallus.

AXIOMA XXIII.

SEcundum Galli caput eſt, ſi filius moriatur neptem nepotem'ue inſtituo[u]. Quod caput ad pronepotem Scæuola extēdit, inquiens: Pronepos inſtitutus non rumpit teſtamentum, ſi nepos qui rectè inſtitutus non erat, ante proauū deceſſerit[x]. Ego omiſsis alijs[y] ita interpretor. Quòd ſi nepotē qui mihi naſcetur poſt mortem & pronepotem inſtituerim, ſi nepos naſcatur me uiuo non eſt rectè inſtitutus[z]. tamen ſi pronepote concepto moriatur ante patrem & Auum, deinde pater ante Auum: Pronepos qui inſtitutus eſt, quaſi in nepotem adoptatus eſſet, teſtamentum non rumpet[a]. Quia adoptio poſteà facta præcedenti inſtitutioni non nocet[b].

u l. Gallus, in prin.
x §. forſitan. l. gall.
y Alciat. iij. para. cap. 17.
z l. cōmodiſsimè. de lib. & poſth.
a d. §. forſitan, in f.
b l. filio. §. fin. eod. titur.

AXIOMA XXIIII.

TErtium Galli caput eſt, nepotem qui poſt mortem meam naſcetur inſtituo[c]. quod caput lex Velleia extēdit ad nepotē qui naſcet̄ poſt teſtamentū, ut ille inſtitui uel nominatim exhæredari debeat[d], ne ſi ſuus fiat rūpat teſtamentū[e]. Hæc autē lex Velleia duo habet capita. Primū, omnes qui mihi futuri ſui erūnt cùm naſcētur inſtituo[f]. Iulianus tamen prouidet etiam nepoti qui cùm naſcitur ſuus non eſt, ſed ante teſtatoris mortem fit ſuus[g].

c l. Gallus, in prin.
d l. iij §. ſi poſthumos. de iniuſt.
e l. poſthumorum. eod. tit.
f l. Gallus. §. nunc de lege. in fin.
g § ille caſus. l. Gall.

AXIOMA XXV.

SEcundum Vellej caput à primo differt. Nam primo capite inſtitutionem neceſſariam[a] aut exhęredationem nepotum poſt teſtamētum natorum induxit[b]. Secundo capite uoluit contra ius antiquum[c] filiorum ſuitatē ſi ante auum morerentur[d] ad nepotes iam teſtamēti tempore natos[e] trāſmitti non ut teſtamētum rumperent[f] niſi præteriti[g]. Sed ut ſi inſtituerentur uel exhæredarentur non rumperent[h].

a § ille caſus. uerſ. denique in ſup.
b d. l. poſthumorū. de iniuſt.
c l. j. §. ſecundum. de ſuis.
d l. ſi quis filium. uerſ. neq. enim. C. inoff. teſtam.
e d. §. ille caſ⁹. uerſ. nec poſteriore.
f §. etiam. in princ. d. l. Gallus.
g l. ij. C. lib. præter.
h d. §. etiā. uer. pronepos. inſtituens.

AXIOMA XXVI.

VEllleius eos tantùm qui uirilis ſexus ſunt uocat[i], ſed Gallus cū fœminas etiam uocet[k], uirilem ſexum accepit Velleius pro omnibus etiam fœminis ex maſculis deſcendentibus[l]. illæ nanq; quia agnatæ ſunt[m], perinde teſtamentum rumpunt ac maſculi[n].

i d. §. nūc de lege. in fin.
k d. l. Gall⁹. in prin.
l § nos uerò. in fi. inſtit. de leg. ag.
m l. ij. §. de ius & legit.
n §. poſthumi. uerſ. & in eo. de exh. lib.

AXIOMA XXVII.

POrrò ultimū Galli caput eſt, nepotes inſtituo ſi intra decem menſes à filij morte naſcantur[o]. Quæ conditio licet aliquādo ex teſtatoris mēte tempus ante mortem comprehēdat[p], ſecus tamen eſt in formulis iurecon-

ſultor

o d. l. Gall⁹. in prin.
p l. fi. C. de poſthu. hæred.

sultorum interpretandis[q]: quoniam ab illis recedere non licet[r].

q d. §. nūc de lege.
r l. cū hi. §. ait prætor. de transact.

AXIOMA XXVII.

TOta l. Gallus, difficultas à temporū discretione enodatur. Nam lex XII. tab. loquitur de natis ante testamentum, tempore & testamēti & mortis uerè suis: Gallus de natis post mortē, tempore mortis fictè suis. Primum caput Vellei, de natis post testamentum tempore natiuitatis & mortis uerè suis. Secundum caput Vellei, de natis ante testamentum, tempore testamenti non suis, sed mortis tempore uerè suis. Iulianus de natis post testamentum tempore uerè suis. Et sic in testamento requiritur Suitas uera aut ficta tempore mortis testatoris, cùm ab intestato tempore testamenti destituti sufficiat. Et secundum hoc axioma omnia præcedētia restringenda sunt.

De Consanguinitate.

TRACT. III.

AXIOMA I.

TERTIO hominis substātia in Consanguinitate cōsistit. Et hîc cōsanguinitatem nō tantùm propriè, hoc est pro coniunctione fraterna, sed largè pro omni cognatione naturali accipimus. Est enim triplex Cognatio. Spiritualis, quæ ex baptismo contrahitur: solùm matrimonij impediendi effectum habens. Ciuilis, quæ fit per adoptionem: & præter matrimonij impedimentum, omnia patriæ potestatis habet commoda.

AXIOMA II.

NAturalis uerò Cognatio est triplex. Parentum, quæ superior dicitur: liberorum quæ inferior: Et Transuersorum[a], Quorum alij sunt Agnati, alij Cognati[b]. Agnati sunt qui patris familiam sequuntur[c]: Id est paternæ familiæ conditionem & nomen[d]. Cognati uerò alienæ familiæ statum & nomen accipiunt[e]. Hæc autem naturalis cognatio aut prohibetur, ut incestus, adulterium[f]. aut non prohibetur sed est iniusta, ut concubinatus & meretricium[g], aut est iusta, ut matrimonium[h].

a l. j. in prin. de gradib.
b Theoph. Insti. de leg. ag. suc. i prin.
c § j. in fi. Instit. de leg. ag. tut.
d l. pronunciatio. §. cū in iure. de uerbor. signifi.
e l. partū. C. de rei uend.
f l. si adulterium. §. j. de adulter.
g l. j. uers. cum atticiuno. de cōcub.
h Insti. de patr. potest. in princ.

AXIOMA III.

NAturalis prohibita, etsi famis necessitate contracta esset[i], (modò uis omnis[k] aut error absit[l]) infamiam parit[m], honores denegat[n], successionē impedit[o], imò etiam alimenta, saltem iure ciuili[p] non tamē Canonico[q]. Naturalis uerò iniusta etiā matrimonium impedit[r], non tamen matrum successionē[s], sed patrum: secus si sit meretricium[t]. Si sit Concubinatus, filij unà cum concubina, modo in eadem domo maneat & legitima non supersit uxor[u] neque alij legitimi, in duabus uncijs succedunt[x].

AXIOMA IIII.

RAtione uerò Cognationis naturalis iustæ multa prohibita permittuntur. Nam infamis postulat[y], Tutor sine nota remouetur[z], Receptator mitius punitur[a], Debiti æstimatio soluitur[b], stipulatio alteri facta ualet[c], Remedia contraria intentantur[d], lex iulia Repetun.[e] & Turpilliani pœna cessat[f], iuramentū Calumniæ remittitur[g], Citatio sine uenia prohibetur[h], luctus reprobatus permittitur[i], is accusat qui aliâs prohibetur[k], is non succedit qui aliâs posset si consanguineo tutorem non petierit[l].

i l. palàm. §. nō est ignoscendum. de ritu nupt.
k l. uim passam. in princ. de adult.
l d. l. si adulterij. §. j.
m c. cōsanguineorum. in j. q. iiij.
n l. generaliter. §. j. de decurio.
n §. fin. Auth. quib. mod. na. ef. leg.
p l. siquid. Authen. quib. mo. eff. sui.
q c. cùm haberet. de eo qui dux. in.
r l. j. §. si qua. de cō cub.
s l. j. §. sed & uulgò. ad tertull.
t § uulgò. Instit. de success. cog.
u §. si quis autē. defunctus. Authen. quib. mod. nat. ef. sui.
x § filium uerò. eo. Auth. & §. consyderemus. Authē. de triente.
y l. j. §. fina. de post.
z l. si tutor. de suspe. tuto.
a l. ij. de receptat.
b l. si domus. §. qui cōfitetur. de le. j.
c l. caius. in fin. sol. matrim.
d l. fi. uers. si quis uerò. C. de codicil.
e l. j. ad le. iul. repetun.
f l. fin. de publ. iud.
g l. iubetur. l. de dic. qui satisd.
h l. pen. C. de in ius uoc.
i l. uestē. de iniur.
k l. qui accusare. cū. ij seq. de accusa.
l l. sciant. C. de leg. hær.

AXIOMA V.

HAbet præterea & Alimẽtorum effectum ipsa consanguinitas [m]. Nam pater filium etiam emancipatum [n], & mater alere coguntur: sicut ecõtra filius patrem matrem'ue [o]. Sed Responsum est, hæc alimẽta quia officio iudicis præstantur [p], ueritati præiudicium facere non posse [q]; nec impedire quominus præiudicio certari possit [r], quod præiudicialis in rem actio dicitur [s]. Quam alij ab exceptione rei iudicatæ quam parit [t], alij à dilatione quam cæteris actionibus facit [u], alij à maiore damno quod adfert, præiudicialem dici putant [x].

m l.fin.§ ipsum autem C.de bo.quæ liber.
n l.v. uersi.j.de lib. agn.
o l.j.C.de patr.pot.
p d.l.v.in prin.
q l.pen. de his qui sunt sui.
r d.l.v.§.solet.uersi. nec tamen.
s §. præiudiciales. Instit.de act.
t l.sæpe.de re iud.
u l. per minorẽ de iudic.
x Glos. & Doct.d. §. præiudiciales.

AXIOMA VI.

PRæiudicium dicitur iudiciũ antè latum [a], & triplex est [b]: nam si in alia causa latum fuit, exemplum dicitur, & non obest [c]. Si in eadem, & condemnationem habeat, est sententia [d]: quæ etiam maiori iudici non nocet [e]. Sed si condemnationem non habeat, propriè Præiudicium uocatur [f], & quia quodammodo futuro iudicio nocet [g], factum est ut illud pro damno accipiatur [h]. Proponitur itaque hoc præiudicium tam agendo quàm excipiendo [i]: Quemadmodum & alia iudicis sententia, ex qua agere & excipere solemus [k].

a l.si quis libertatem. in princi.de petit hæred.
b Quintilia. libr.v. cap.ij.
c l.nemo iudex.C. de sentent.
d l.j.de re iud.
e l.j. in princip. de appell.
f Theoph.d.§.præiudiciales.
g d.l. si quis libertatem.
h l.sæpe.in princip. uersi. præiudicare uerb.obesse.de re iud.
i l. actionis. de actio. & Rubr.de except.
k l.miles.in fi.de re iudic. & Rub.de excep.rei iud.

AXIOMA VII.

ACtiones autem Præiudiciales tres tantùm Iustinianus retulit [l]: sed Papyrius unam [m], Vlpianus alteram addidisse uidentur [n]: pluresq; esse ex Theophili interpretatione fateri oportet. Præiudicium (inquit) ex sola intentione siue condemnatione constat: & ita finem controuersiæ non imponit [o], cùm omnia alia iudicia imponant [p]. Ex hoc præiudicio nascitur præiudicialis actio, quæ aliâs & præiudicium dicitur [q]: Quemadmodũ ex iudicato nascitur iudicati actio, quæ aliàs iudicatum appellatur [r]. Omnes igitur actiones quæ ex quibuscunque nascuntur præiudicijs, id est decretis plenam condemnationẽ non habentibus, eas præiudiciales appello [s]. Aliæ uerò omnes actiones uel ex possessione [t], uel ex obligatione nascuntur [u].

l d. §. præiudiciales.
m l.imperatores.de priuil.cred.
n l.j.§.j. de rei uen.
o l.pen. de his qui sunt sui.
p l.j.de re iud.
q d.l.v.§.solent.
r l.inter. de re iud.
s d.l.imperatores.
t l.j.C.de alien. iudic.
u l.licet.§.ea. de procur.

AXIOMA VIII.

PRæiudicialis uerò exceptio impedit ne feratur præiudicium [x]: & toties competit, quoties illud præiudicium communionem aliquam cum futuro iudicio, iam tamen moto [y], habet [z]. Ne igitur illi futuro iudicio præiudicium obstet, per exceptionẽ præiudicialem præiudicium impeditur: modò futurum iudicium præiudicio maius esset [a], alioqui secus [b]. Aut nisi obstaret connexio; quo casu licet non fieret cognitioni præiudicium, rei tamen fieret [c]. Quapropter petito prius fundo, uiæ petitio per præiudicialem exceptionẽ impeditur [d], cùm uia fundo sit connexa [e]. Sed ex contrario petita ante uia, petitioni fundi postea factæ nihil nocet præiudicialis exceptio [f]: cùm fundus sine uia esse possit. Non enim sequitur, quod si dominus fundi sim, debeatur uia: sed si habeo uiam, sequitur me dominium fundi. Vbi uerò nulla est connexio, sed tantùm maior causa, maioris cognitioni minor nunquàm præiudicat, etiam si nulla præiudicialis opponatur exceptio: sed ex diuerso, maior aliquando minoris cognitioni nocet [g]. Et ita nos tot interpretum errores extirpemus [h].

x l. non distinguemus. §. si is faciat. de arb.
y l.si post litem. de except.
z l.rei maioris.ea.
a l.fundũ. cum seq. eo.
b l.per minorẽ. de iud.
c d.l.rei maioris.
d d.l.fundum. cum seq.
e §.pe. Instit.de ser ui.rust.præd.
f d.l.fundum. cum seq.
g d.l.per minorem.
h Doct. Ledea. C. de edend. l.naturaliter. §.nihil cõmune. de acquir. possess.

AXIOMA IX.

PRæiudicium, tum quia summariam plerunque habet cognitionem [i], tum quia alijs nocet iudicijs [k], regulariter per exceptiones præiudiciales impeditur [l]. Et ideo plures sunt præiudicij exceptiones [m], tot nimirum quot actionũ genera connexa [n]: Contrà paucæ actiones, in odium uidelicet contumacis [o], in fauorem & libertatis & partus [p].

i d.l.v. §.si uel parens.
k d.l.fundũ.cum s.
l l.j.fami.ercisc.d.§. si is faciat.
m l.j. de except.rei iud.
n d.l.rei maioris.
o d.l. imperatores.
p d. §. præiudiciales.

AXIOMA X.

ALiquãdo reo desyderante præiudicium redditur [q], ut cùm petenti hæreditatem obijcitur quod filius non sit: nam quod super obiectione decretum erit, præiudicium est [a]: in

q l.si. si liber. ingenuus esse dic.
a l.iij §.illud. de liber.agnosc.

quo

quo Vlpianus ait eum partes actoris sustinere, qui habet intentionem secundum id quod intendit [a]. Nam quamuis in hac filij adiectione uidear possessor [b], tamen hoc casu, (qui unus est in iure ut obscurè significauit Iustinianus [c]) me filium probare debeo [d]: quia habeo intentionem nimirum petitionem secũdum id quod ago [e]. Reus uerò qui negat hæredẽ, & præterea contendit an sim filius: habet intẽtionem tantùm secundum id quod excipit. Reperitur tamẽ & alius casus, quo is, qui possidet, actoris partes sustinet: ut cùm bonæfidei possessor hæreditatis uelit cum debitoribus hæreditarijs, aut cum ijs, qui res hæreditarias occupauerint consistere: auditur utiq; si periculum erit ne inter moras actiones intercidant [f].

a l. generaliter. de except.
b l. quoties. de probat.
c d. §. æque. in fine. Insti. de actio.
d d. l. fin. in fi. si libert. inge.
e d. l. generaliter.
f l. si bonæfidei possessor. de peti. hæred.

AXIOMA XI.

Actore uerò desiderante si reddatur præiudicium, ut cùm petit alimenta quia filius [g], uel operas quia patronus [h]: ipse probare tenetur [i]. Nam habet intẽtionem secundum id quod intẽdit [k]. Et ideo in præiudiciali actione (quamuis Accursius contradixerit [l]) is probat qui agit [m]. Quoniam pro præiudicio reddito, aduersus quod præiudicialis actio mouetur, semper præsumitur [n].

g d. l. iij. § quid ergo. de lib. agn.
h d. l. si. si libert.
i l. si filius. l. circa. de probat.
k d. l. generaliter.
l Glo. d. l. Imperatores.
m d. l. v. §. solent. §. si uel parens.
n l. iuste. de acquir. poss.

AXIOMA XII.

Apud iureconsultos nusquã præiudicialis actio uel exceptio legitur, sed semper præiudicium [o]: uerùm duobus modis. Siquidẽ aut præiudicium desyderatur [p], aut præiudicio certatur [q]. Præiudicij autem desyderium ad officium iudicis pertinet [r], per illius officij implorationem [s]. Qui iudex præiudicio quod reddidit captis pignoribus stare cogit [t]. Præiudicij uerò certatio est in rem actio [u], ei qui in præiudicio uictus est ob id competens [x], ut præiudicium euertat, quia plenam non habet cognitionem [y].

o d. l. Imperat. d. l. j. fam. ercis.
p d. l. fin si libert.
q d. l. v. §. solens.
r l. omnia. de offic. præs.
s d. l. v. in princ.
t d. l. v. §. sp si non præster.
u d. §. præiudiciales.
x d. l. Imperatores.
y d. l. v. §. si uel parens.

AXIOMA XIII.

Prætereà alios effectus habet consanguinitas. Nam consanguinei recti nec pro se [a] nec contrà se etiam uolentes testimoniũ dicere possum [b]. Nisi de filij ætate [c], uel peccati correctione [d]: aut nisi consentiret aduersarius [e], aut nisi miles testaretur [f], aut tertij esset negotium [g]. Transuersi uerò, si sub eadem potestate non sint [h], aut in eadem domo non habitent [i], neque de graui agatur præiudicio [k], testes esse possunt [l].

a l. testis idoneus. de testib.
b l. parẽtes. C. de testib.
c l. etiã. de probat.
d c. cũ in omni negotio. de testib.
e Arg. l. fin. §. fi. C. de temp. app.
f l. qui testamẽto. §. per cõtrarium. de testam.
g § pater. Institu. de testa.
h Gl. d. l. parentes.
i l. cum allegas. C. de castren. pecul. lib. 10.
k l. lege Iulia. de testib.
l c. literas. de præsumpt.

AXIOMA XIIII.

Rursus ob cõsanguinitatem iure ciuili primò sui [m] secundò agnati [n], tertiò mater filio uel filius matri [o], quartò fiscus olim ab intestato succedebant [p]. Iure uerò prætorio, primò omnes liberi, deinde parentes [q], tertiò legitimi, quartò cognati, quintò uir & uxor admittebantur [r]. uerùm hodie tria tantùm sunt capita, liberorũ, Parentum, & Transuersorum [a]: Reseruata tamẽ successorij edicti de persona in personam [b], & gradu in gradum differentia [c].

m Instit. de hæred. quæ. in princ.
n Instit. de leg. ag. suc. in princ.
o Instit. ad tertull. & orfic.
p l. ij. in fin. de succes. edic.
q Gl. uerb. unde liberi. §. sunt autẽ. Insti. de bo. poss.
r l. unica. uersic. j. si tab. test.
a Auth. de hære. ab intest. i prin. uers. quia igitur.
b l. ij. in princ. und. legit.
c d. Auth. de hære. ab intest. ueniente. per totum.

AXIOMA XV.

Proinde hæc naturalis cognatio iusta patriam efficit potestatem [d], cuius uis potissimum circà tria uersatur: suitatem, Acquisitionem, & litem nullam. Suitas est continuatio dominij sine ulla aditione [e], nõ hæreditatem sed bonorum administrationem transferens [f]. Quã inuenisse ius ciuile Paulus refert propter naturalem rationem [g], & parentum uotum [h]. Quæ natura & uotũ cùm & in emancipatis [i], & matrum filijs procedant [k]: mirum uidetur cur tales sui non dicantur [l].

d Instit. de pat. pot. in princ.
e l. in suis. de su. & leg.
f l. in suis. de lib. & posth.
g l. fin. in princi. de bo. dam.
h l. scripto. in fine. und. libe.
i l. de emãcipatis. uersi. cũ enim. de leg. hæred.
k l. matris pietas. C. qui pet. tutor.
l l. nulla fœmina. de suis.

AXIOMA XVI.

Suitas ob tres rationes simul iunctas est inuenta: Rationem naturalem [m], potestatem [n], & Paternam familiam [o]. Sed proximior causa familiæ est: unde sui dicũtur quia domestici [p], hoc est familiares [q], & hi soli qui proximiores sunt, ut filijfam. [r]. Nepotes uerò, quia nisi filijs deficientibus neq; sui sunt [s] neq; in familia [t]: Nepotesfamiliâs non dicuntur. Cũ igitur emancipatus [u], uel filius matris in familia

m d. l. si. de bo. dam.
n l. lege corn. in fi. de testa.
o l. in suis. uersi. unde. de liber.
p §. sui. uersi. sed sui. Inst. de hær. qual.
q l. quod si nolit. §. idem Pedius. de ædil. edict.
r l. iij. de his q sunt sui.
s §. ita demũ. Insti. de hæred. quæ ab intest.
t l. pronuntiatio. §. iure. in fi. de uerbor. sign.
u d. l. pronunciatio. §. idemq;.

I 2 non

non sint[x]: neq; sui esse possunt.[y]

x d.l.pronuntiatio. in fin.
y d.l.nulla.

AXIOMA XVII.

IN suis hæredibus siue ex testamento siue ab intestato[a] siue per unde legitimi succedentibus[b], hæreditas iacere non dicitur[c]. Et ideo quamuis illam repudiarent, olim tamen adhuc perpetuò[d], hodie intra triennium saltem consequi possunt[e]. Ipsamq́;, si ante aditionem decedant, ad hæredes[f] etiam extraneos transmittunt[g]: Cùm alĳ qui sui non essent ad consanguineos tantùm transmittere possint[h].

a l. j. §. qui sunt in potestate. si quis omiss.caus.
b l.de bonis. §.j.de carbo.
c Glo. l.cùm hæreditas. C.depos.
d l.si quis suus. de iur.delib.
e l.fina. C.de repu. hær.
f §.in nouiss. C.de cadu.
g l.apud hostes. C. de suis.
h l. unica. C.de his qui ante.

AXIOMA XVIII.

SEcundò ratione potestatis filius, exceptis castrensibus[i] & quasi castrensibus[k], omnia patri acquirit[l]: etiã olim bona aduẽtitia[m], quorum tamen proprietatem hodie ipse retinet[n]. Sed contrà Papinianus ait patrem grauari posse ut filio fideicommissum restituat[o]. Quod ea propter nullum esse uidetur, quia eo momento quo restituitur, patri acquiritur[p]: Sicq́; restitutum non uidetur[q]. Aliter alĳ atq; aliter soluunt[r].

i l.ij.ad macedon.
k l.fin.C.de inoffi. test.
l placet.de acquir. hær.
m § j.Insti.per quas pers.
n l. cũ oportet. C. de bon.quæ libe.
o l.cum filiofam de leg.j.
p d.l.placet.
q l.qui fit. de solutio.
r Gl.d.l.cũ filiofa.

AXIOMA XIX.

PAter grauari potest ad fideicommissum filio restituendum in tempus quo accipere poterit[a]: ut si uerbis tractum temporis futurum habentibus utatur[b], puta Relinque filio[c], uel serua filio[d], aut ad filium perueniat[e], uel restitue post mortem[f]. Ante tempus tamen filius patrem cogere potest ut hæreditatem adeat[g], uel etiam ut fideicommissum restituat, si dissipator esset[h].

a l.in tẽpus.in prin. de hær.instit.
b l. si legatarius. §. fin.de leg.iij.
c l. fideicommissa. §.si filio.eo.tit.
d l.filiam.de aur.& arg.
e l.ubi purè.§ prin. ad treb.
f d.l cum filiofam. uers.& ideo.
g l.cogi. §.si pater. ad trebell.
h l. Imperator. ad trebell.

AXIOMA XX.

SI filius patri omnia acquirat[i], Cur ius substitutionis conditionalis quod habet, non quærit[k]? Respondeo conditiones facti esse[l], & ideo in filĳ persona adimpleri debere[m]: Quia ex facto nihil patri queritur[n], nisi uerba in illius personam dirigerentur[o]. Non obstat quod pater quia tacitum ius habet quemadmodum alius qui tacito iure uenit, debeat huiusmodi substitutionem consequi[p]: quia oportet tale tacitum esse quod cum expresso sit coniunctum[q].

i d.l.placet.
k l.qui liberis. § fi. de uulg.
l l. iiij. § porro. de hær.instit.
m l. qui hæredi. in prin.de condit.
n §. sed cũ factum. Instit.de stip. seruo.
o l.quod dicitur.ij. de uerb.
p l. si in testamẽto. in fin.de uulg.
q l. si tutio & meuio. §. Iulianus. de lega. ij.

AXIOMA XXI.

1 ADuertẽdum est præterea filium patrem naturaliter obligatũ habere[r]: & ab eo naturalẽ possessionem consequi posse[s], non autem ciuilem[t]. Quia (inquit Accursius) ciuiles obligationes propter iudicia sunt inuentæ[u], iudicia autem inter patrem & filium non consistunt[x]. Sed hæc ratio non placet quoniam inter patrem & filium de potestate dissoluenda[y], uel alimẽtis præstandis iudicium esse potest[z], non tamen absq; emancipatione ciuilis obligatio[a] uel iure canonico sine iuramento[b], quod in iudicio minimè requiritur[c].

r l. si id quod. de cond. ind.
s l. ij.§.si.pro hær.
t l. frater à fratre. §.quæsitum est si pater. de cond. ind.
u Gl. uerb. necessitate. in fin. Instit. de oblig.in prin.
x l.lis nulla.de iud.
y l.iij. § siquis minor.de mino.
z l.v.§.si uel parẽs. de lib.ag.
a l. utrum. de uerb. oblig.
b c. cum iuramento.de bonis c.
c c.si amens. de iudic.in vj.

AXIOMA XXII.

EX eo quod pater in filium statuere possit[d], Bartolus existimat inter illos Ciuilem non nasci obligationem[e]: sed cur ergo naturalis necessaria fuit? Cur princeps qui in subditũ statuere potest[f] ciuiliter obligatur[g]? Cur non super emancipatione pater statuit[h]? Quapropter Fulgo. putauit filium patris esse[i], ob idq́; ciuiliter nõ obligari, quia nemini sua res obligatur[k]. Verum ex hoc sequeretur filium ne natura quidem obligari[l].

d l.serui & filij. in princ.de furt.
e Barto.d.l. frater. num.1.
f l.fin. C.de legib.
g l.fin.C.de quadr. præscr.
h l.pe.C.de emanc. liber.
i l.in suis.de liber. & posth.
k l.neq; pignus. de reg.iur.
l l.suç rei.uerb.nulla. de contrahen. empt.

AXIOMA XXIII.

EGo ex tribus casibus difficultatem enodabo. Primus est quando filius cum extraneo contraxit, quo casu omnis obligatio nascitur[a], patriq́; eius effectus acquiritur[b]. Et ideo suo nomine filius non agit: nisi extraordinario iudicio[c] propter patris absentiam[d]: aut nisi iniuriarum actio esset[e], uel querela, tunc filius ob propriam ipsius indignationem agit[f]. Idem est si esset actio in factum[g], quia facta ad patrem non transeunt[h]. Et ideo interdicto quod ui aut clam agit[i], si ex facto ipsius proueniat puta ex prohibitione, & non aliter[k].

a l.filiusfamil. ij.de actio.
b d.l.placet.de acq. hær.
c l.cùm filiusfam.si cert.peta.
d l. si longius. §.j. de iudic.
e l.in personam. in princ.de pact.
f l filius. de inoff. testam.
g l.in factũ.de acti.
h §.sed cũ factum. Institu. de stipul. seruo.
i l filiusfamil.j de actio.
k l. denique. §.j. quod ui aut clam.

AXI

AXIOMA XXIIII.

SEd & actionem depoſiti & cōmodati filius ſuo nomine exercet [l]: quia reſtitutionem continent [m], quæ meri facti eſt [n], quæ'ue ruptam denotat fidem [o]. Bono.quoq; poſſeſsionem filius petit [p]: quia prætor in hæreditatibus patriam neglexit poteſtatem [q]. In matrimonijs quoq; & ſpiritualibus cauſis filius agit [r]: item & in aduentitijs ubi actiones acquirit [s]: item & cùm pater agere permitteret [t].

l d.l.filiusfamil.§.j.l.Iulianus.depoſ.
m l.bona fides. depoſ.
n l.ſtipulatio iſta. §. hæc quoq. de uerbo.
o l.ei apud.in prin. depoſ.
p l.j.C. qui admit.
q §.emancipati. Inſtit. de hær. qua.
r c.ſi. de iud. in vj.
s l.ſi.in princ.uerſi. ſiue ex cõtrario. C.de bon. q libe.
t Bart.l.ſi long.iur. §.j.de iudic.

AXIOMA XXV.

SEcundus caſus eſt quãdo cum patre filius contraheret, tunc impediente poteſtate non naſcitur ciuilis obligatio [u], naturalis uerò aduerſus alterutrum [x], ſi legitima ſubſit cauſa [y], naſcitur. Quia patria poteſtas quæ iuris Ciuilis eſt [a], naturalem obligationem, quum iuris gentium ſit [b], tollere non potuit [c]. Illius tamen effectũ, quia iuris ciuilis eſt [d], in patrem, quando ipſe cum filio non contraxit [e], transfert [f]: ſecus ſi contraxit [g]. Quia natura [h] & perplexitate obſtante [i], non poteſt eſſe debitor ſimul & creditor [k].

u l. nec ſeruus. de pecul.
x d.l.frater. §.quæſitum eſt ſi pater. cum uerſi.ſeq.
y l.non ſolùm.§.ſi. de pecu.
a Inſtit.de patr.poteſt.in princ.
b l. hoc amplius §. is natura. de reg. iur.
c §. ſed naturalia. Inſt.de iſtr.natur.
d l.iuriſgẽ. in prin. de pact.
e d.l.frater.in prin. & §.j.
f l.ius ciuile. de inſtit.& iu.
g d.l.non ſolùm.§. fina.l.ij.§.fin. pro hære.cum alijs.
h l. ne cum filiofa. de furt.
i l.ſi filius.de cõd. inſtit.
k l. Vranius. de fideiuſſ.

AXIOMA XXVI.

TErtius caſus eſt, quando filius fratri, qui in eiuſdem poteſtate ſit, mutuaret. Et hoc quoq; caſu non niſi naturalis naſcitur obligatio [l]. Quia pater & filius creditor, ſunt & eadem uox [m] & eadem perſona [n]. filius uerò debitor & pater ſunt diuerſi [o], quoniã filius deteriorem patris conditionem facere non poteſt [p].

l d.l.frater.uerſ.naturalem.
m §. ei uerò. Inſtit. de inutil.
n l.fin.2.in fin. C.de impub.
o l.j. C.ne fili⁹ pro patr.
p l.filius paciſcendo.C.de pact.

AXIOMA XXVII.

DVobus fratribus contrahentibus patrem nec de peculio teneri omnes putant [q]. Quia cùm fratris creditoris obligationem quæſitam habeat [r], pro eadem non poteſt ſibi ipſi eſſe obligatus [s]: ne ipſe & creditor & debitor fiat [t]. Sed ego hæc uera puto, quando filius patris nomine contraheret, quoniam tunc directa actio patri quæreretur [u]: ubi uerò ſuo nomine contrahit, ſibi obligationem quærit, licet emolumentum ad patrem perueniat [a]. pro qua, quemadmodum ſi extraneus eſſet haberet patrem de peculio & filium inſolidum obligatum [b]: multò magis cùm extraneus non eſt utrunque debet habere obligatum [c]. frater igitur cum fratre contrahens & fratrem & patrem habet obligatos, ſed utrunque quatenus eſt in peculio tantùm [d]. Quia obligationis emolumentum in peculio tantùm conſiſtere potuit tempore cõtractus, unde aliud non conſyderatur tempus [e]. Quòd frater obligetur, certum eſt [f]. De patre uerò ex eo probatur, quòd frater debitor ſi ſoluit, eatenus repetet, quatenus peculium ſuum ad fratrem creditorem peruenit [g]. Quod quidem peculium paternam reſpicit obligationem [h], cui ſi, cùm frater debitor ſatiſfaciens extraneo ſolueret, ſubueniretur [i]: multò magis igitur ſubueniendum eſt, ubi fratri ex illo peculio fuerit ſatisfactum [k]. Rurſus duobus fratribus contrahentibus pater naturalis obligationis effectũ acquirit [l], & ideo frater debitor ſi ſoluerit repetet quatenus eſt hæres [m], quia eatenus per ſucceſsionẽ cõfunditur obligatio [n]. Quoniam hæres pro parte qua ſuccedit, eadem perſona cum defuncto fingitur [o]. Sed tamen hæc non placent.

q Glo.d.l.frater. cũ docto.
r l.ſi ſeruus meus ordina.uerſ.ſed ſi quid.de pecul.
s l.ſi quis pro eo.§ j.de fideiuſſ.
t d.l.Vranius.
u l.certi condictio. §.ſi nummos.ſi certum pet.

a l.j. in princip. ſi à parent.
b l. ſi quis cum filio.de pecul.
c Arg.uerſi porro. d.l.frater.
d d.l.frater. uerſic. adeo.
e l. cùm filiusfa.de reg.iur.
f d.l.ſi ſeru⁹ meus.
g d.l.frater. uerſ.naturalem.
h d.l.ſi quis cum filio.
i d.l. frater. uerſic. idq;.
k d.l.frater. uerſic. porro.
l d.l.ſi ſeru⁹ meus.
m d.l. frater. § prin.
n l.ſtichum. §.aditio.de ſolutio.
o Authẽ. de iure. à mor.in princ.

AXIOMA XXVIII.

FRater itaq; qui fratri in eadem poteſtate exiſtenti decem mutua dedit, ex eo contractu habet patrem de peculio obligatum, & fratrem inſolidum [d]. Nam ſi inter patrem & dominum obligatio naturalis inſolidum naſcatur [e], multò magis inter duos fratres. Sed obſtante patria poteſtate & Senatus C. Macedoniano non habet illos niſi naturaliter obligatos [f]. Si igitur frater debitor poſt mortem patris ſoluat mutuũ, quæſtio eſt an repetet? Et reſpondit Aphricanus utroque patri ſuccedente fratrem debitorem pro parte qua ſuccedit repetiturũ [g]. Quia cùm tale mutuum patri acquiſitum eſſet, & ſic pater diceretur creditor [h]: quatenus frater debitor ſuccedit, eatenus creditor factus intelligitur, &

d d.l. ſi quis cum filiofa.
e l.non ſolùm. §.j. de pecul.
f l.frater à fratre.§. contra ſi pater.
g l. frater à fratre. in princ.
h §.ei uerò. Inſtitu. de inutil.l.placet. de acq.hær.

 ſic quinq

sic quinque sunt confusa. Econtrà uerò cùm pater quocp respectu filij debitoris obligatus esset de peculio, frater creditor succedendo patri pro parte qua succedit efficitur debitor [i]. Sed non nisi peculiaris, & sic eatenus quatenus ad ipsum peruenit peculium: Et non pro portione hæreditatis, quia pater nō erat in bonis suis alijs quàm in peculio obligatus. Repetet igitur frater debitor eatenus quatenus peculium ad fratrem creditorem peruenit [k].

i l. stichū. §. aditio. de solut.
k l. frater à fratre. uers. pro ea uerò. cum uersic. naturalem.

AXIOMA XXIX.

ADuersus supradicta opponunt interpretes ex lege quæ ait filio deberi & non patri [l]. Accursius, cùm frater fratri mutuum dat, unam obligationem patri alteram fratri quæri, uoluit [m]: quoniam pater dominus est, frater administrator [n]. Et ideo quælibet causa separatam producere obligationem debet [o]. Vnde putabat idem iurecōsultum dixisse, fratri mutuanti pecuniam esse debitam [p]. Sed Accurs. uerum non dixit. Quia si frater mutuans separatam haberet obligationem, per fratris debitoris successionem non extingueretur [q]: quod planè falsum est [r].

l l. sed etsi damnū. §. peculiū. de pecul. aliâs incipit l. peculiū autem: de pecul.
m Glo. mag. uersi. nam tunc dico. l. frater à fratre.
n l. filiusfa. in princ. de donat.
o l. & an eadem. §. actiones. de excep. rei iud.
p d. l. peculium autem.
q l. Vranius. circa prin. de fideiuss.
r l. frater à fratre. in princ.

AXIOMA XXX.

DIco igitur ex mutuo fratris emolumentum patri quæri, naturali tamē obligatione apud fratrem remanente [s]. Cuius causa dici potest fratri aliquid debitum esse, sed uerbotenus tantum [a], non autem effectu [b]. Nisi ex castrensi uel quasi castrensi peculio mutuum dedisset [c]. Sed contrà. Si ex alia quàm castrensi pecunia mutuum dederit, quia dominus illius pecuniæ non est [d], dominium transferre non potuit [e]: & per consequens nec mutuum contrahi [f].

s d. l. j. in princi. si à parent.
a [illegible]c seruus quic quam. de pecul.
b d. l. sed etsi dānū. §. peculium. uersi. quoniā hoc. eod. titu.
c l. ij. ad macedo.
d d. l. filiusfamil. de donat.
e l. ex empto. § in princip. uersi. & in primis. de act. empt.
f l. ij. §. appellata. si cert. peta.

AXIOMA XXXI.

REspōdeo fratrem patri directam acquirere actionem, si illius nomine mutuum dedit [g]. Nec refert an ex pecunia paterna [h] uel alia dederit [i], etiam si castrensis esset, interueniente tamen patris ratihabitione [k]. Si uerò suo nomine frater mutuum dedit, si sit castrensis pecunia, sibi [l]: si paterna, patri [m]: aut sibi, si stipulatio [n] uel pecuniæ consumptio interuenit, acquirit [o]. Sed si sit profectitia, sibi obligationē, patri emolumentum quærit [p]. Aduentitia uerò æquiparatur castrensi, ubi pater usumfr. non habet [q]. Aliâs æquiparatur profectitiæ [r].

g l. certi. §. si nummos. si cert. peta.
h l. si absentis. C. eo. titu.
i §. et uerò. Instit. de inutil.
k d. §. si nummos.
l d. l. ij. ad maced.
m l. si me & Titi. si cert. peta.
n l. ij. C. eo. tit.
o l. nam etsi fur. 1 cert.
p d. l. j. si quis à parent.
q l. cum multa. C. de bon. quæ lib.
r l. fi. §. filijfam. autem. eo. tit.

AXIOMA XXXII.

SVperest ut de ultimo patriæ potestatis dicamus effectu, quo dicitur inter patrem & filium iudicium consistere non posse [s]. Eadem enim persona, qualis est pater & filius [t], actoris simul & Rei personam repræsentare non potest [u]. Et ideo in nullam pœnam filius incidit, qui patrem suum uel sine uenia in ius uocaret [x]. Quia cùm uocatio sit nulla, ex ea pœna non imponitur [y]: Aliud est in filio emancipato [z].

s l. lis nulla. de iudic.
t l. fi. in fi. C. de impub.
u l. [illegible]tori. C. de pact.
x l. fina. C. de in ius uoc.
y l. filium. §. si quis. de leg. a præst.
z l. iiij. § prætor ait. de in ius uoc.

AXIOMA XXXIII.

PAtria potestas non impedit, quominus filius iudex esse possit [a]: adeò ut non solùm inter extraneos, uerùm etiam ut inter patrē & extraneum litem dirimat [b]. Maximè (ut inquit Aphricanus) si priuatum fuerit negotium [c]: uerùm tamen Vlpianus contrà respondisse uidetur [d]. Sed Doctores respondent Aphricanum de iudice dato, Vlpianum de ordinario loqui [e]. Rationem afferunt, quòd maius sit periculū in ordinario, ex eo quòd recusari non possit [f]: Sed hæc sententia, iure maximè Canonico [g], uera non est [h].

a l. antepen. de his qui sunt sui.
b l. nā quod. ad trebell.
c l. In priuatis. de iudic.
d l. qui iurisdictioni. de iurisd.
e Glo. l. j. de offic. præto.
f l. apertissimi. ubi gloss. C. de iudic.
g c. legitima. de appell.
h l. si pariter. de lib. caus.

AXIOMA XXXIIII.

ALij putant Aphricanum loqui in iudice dato, qui ideo suspectus esse non potest, quòd formulam iudicandi præscriptam habeat à qua recedere non potest [i]. Sed friuola est hæc ratio, cùm filiusfa. arbiter, quamuis formulam illam non habeat, de re patris esse possit [k]. Nec refert, si dixeris arbitrum consensu partium eligi, cùm & ita iudex dari soleat [l]. Adde omnes iudices formulam iudicandi præscriptam habere [a] formula ergo quo ad

i Arg. l. prospexit. qui & a.
k l. v. cum seq. de arbit.
l l. obseruandū. de iudic.
a Instit. de offic. iudic. in prin.

quo ad ſuſpicionem nihil facit, ſed factum aliquod iudiciale[b]: puta teſtium examinatio, aut quid ſimile[c].

b Arg. l. in lege aquilia. ſi deletũ. ad leg. aquil.
c l. iij. §. j. de teſtibus.

AXIOMA XXXV.

EGo uerò magnam inter iudicare & ius dicere conſtituo differentiam[d]. Qui enim iudicat, præter iudicati actionem, nihil transferat[e]: adeò ut iudicis ſententia per magiſtratum exequi debeat[f]. Econtrà uerò alicui ius dici non poteſt, niſi cùm in poſſeſſionem mittitur[g], quoniam ius alicuius à iuſtè poſsidendo dicitur[h]. Et hæc iuris pronuntiatio decretum ut plurimùm appellatur[i], exequutionem per pignora capta[k]; uel interdictum, Ne uis fiat ei paratam habens[l]. Sed quia etiam qui iuriſdictionem habet iudicare plerunq; ſolet, factũ eſt, ut unum pro altero uſurpemur[ſ].

d Rubr. C. ne quis in ſua cauſ. & l. j. l. uoluit. in fin. de interro. actio.
e l. miles. §. qui iudicati. de re iud.
f l. à diuo pio. in princ. eod.
g l. j. l. iubere. de iuriſd.
h c. ius dictum. de uerb. ſign.
i l. j. §. hæc autem. quod quiſq; iur.
k l. v. §. quòd ſi nõ præſtet. de libe. agnoſc.
l l. j. in princip. ne uis fiat ei.
ſ Auth. ut om. ob. iud. & §. quod ſi non præſtet.

AXIOMA XXXVI.

MIrum non eſt igitur, ſi filius patri ius dicere non poſsit[m], quoniam ius dicere imperij eſt[n]: & ideo tollit appellationis beneficium[o]. Contrà uerò filius in priuatis negotijs patri iudex eſſe poteſt[p], quia ſententia ſimplicis cognitionis eſt[q], à qua appellare licet[r].

m d. l. qui iuriſdictioni.
n d. l. iubere. l. ea quæ ad munici.
o l. j. §. ſi qs tutor. quando app.
p d. l. in priuatis.
q l. ait prætor. in princ. de re iudic.
r l. j. de appellat.

AXIOMA XXXVII.

IN cauſa uerò iniuriarum, aut aliquo publico iudicio, ſi pater actor eſſet, filius iudicare non poterit[s]. Non obſtat quòd iniuria priuatum ſit crimen[t], priuatum autem crimen negotium priuatum reſpiciat[u]: quoniam in iniuria ſpeciale eſt, ex eo quòd uindictam reſpiciat[x]. & ideo iniuriarum actio in bonis noſtris eſſe non dicitur[y].

s l. lex Cornelia. in prin. de iniur.
t l. ij. § item ſi quis. de priuat. delict.
u l. interdum. de pub. iud.
x l. ij. §. emancipatus. de coll. bon.
y l. iniuriarum. iij. de tutur.

AXIOMA XXXVIII.

VEruntamen ſi patri inuito actio naſcatur, ſaltẽ ut lis conteſtetur, filius ius dicere poterit[a]. Rurſus pater inter duos filios ius dicere poteſt[b]. At ipſe filius ubi iudex eſt, ſi litem cum patre uel alio extraneo habeat, nec ſibi ius dicere nec iudicare poteſt[c]: quia neq; imperare ſibi ipſe neq; ſe prohibere poſſet[d]. niſi fortaſsis eſſet non contentioſa iuriſdictio[e], aut talis filius eſſet qui ſuperiorem habere non poſſet[f]: ut imperator[g], aut ſummus Pontifex[h].

a l. ſenatuſc. uerſic. ſi. de off. præſ.
b l. pen. § de uno. de ritu nup.
c d. l. j. C. ne quis in ſua cauſa.
d l. pen. de arbit.
e l. j. & ij. de offic. præto.
f Barto. l. nullus C. de iude.
g Bald. arg. l. proximè. de his. quæ in teſta. dele.
h Doct. c. cùm uenisſent. de iudi.

AXIOMA XXXIX.

PRoinde ſciẽdum eſt inter patrem & filium ius conſiſtere poſſe in caſibus quos interpretes referunt[i]: in quibus uolunt Docto. filium ueniam impetrare debere[k]. Quod ego uerum arbitror modo alieno nomine non agat[l]. Plurimùm enim refert, an tanquam domeſticus an tanquam extraneus agat[m], quia hîc nulla conſyderatur patris poteſtas[n]. Et ideo extrane[o], quia reſpectu illius non conſyderatur poteſtas, filium tanquam patremfam. conuenire poteſt[o]. Econtrà uerò filius extraneum ſine patris conſenſu obſtante poteſtate regulariter conuenire non poteſt[p].

i Gl. d. l. ſis nulla. gl. pen. c. fin. de iudic. in vi.
k Docto. l. fin. C. de in ius.
l l. quæ ſimm. de in ius uocan.
m l. item eorum. in princ. quòd cuiuſ. uniuerſ.
n l. cùm mandato. de minor.
o l. tam ex contractibus. de iudic.
p l. fina. §. j. C. de bo. quæ liber.

AXIOMA XL.

CVm extraneus patriam poteſtatem non curet, à patre filium defendente, ſatiſdationem (etiam ſi per affinitatem coniunctus eſſet[a]) perinde exigit[b], & ab extraneo exigeret[c]. Sed contrà maior eſt patris poteſtas in rebus filij, quas uel ſine decreto alienat[d], nec non ante litem procuratorem conſtituit[e]: quàm tutoris in rebus pupilli, qui nec ſine decreto alienare poteſt[f], nec procuratorem ante litem conſtituere[g]: & tamen ipſe pupillum ſine ſatiſdatione defendere poteſt[h].

a l. iij. §. ſi filia. rer. amota.
b l. filiusfam. qui ſatiſd.
c §. j. Inſtit. de ſatiſdat.
d l. ſi. §. ſi autem æs alienum. cum ſeq. C. de bon. q̃ liber.
e Barto. l. j. nu. 2. C. de bon. mat.
f l. lex quæ tutores. C. de admin. tuto.
g l. neq;. C. de procurator.
h l. fin. §. def. nem. C. de adm. tuto.

AXIOMA XLI.

ALij aliter atque aliter reſpondent[i]. Ego dico patrem oblatione ſpontanea filium defendere ſolere[k], & ideo illi non ſubueniri[l]. Non obſtat quòd pater ex contractu filij proprio nomine conuenire de peculio poſsit[m]; quia tunc ſatiſdare eum non oportet[n]. Tutor uerò & Curator pupillum neceſſariò defendere debent[o], & idcirco illis magis ſubuenitur[p]. uidelicet ut loco ſatiſdationis res pupilli ſubſignare poſsint[q].

i Doct. d. l. filiusfam.
k l. exigendi. C. de procurat.
l l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſariò. qui ſatiſdat.
m l. ſi quis cum filiofam. de pecul.
n §. ſed hodie. Inſtit. de ſatiſda.
o d. l. fin. in princ. uerſi. ſcientes. C. de admi. tutor.
p d. §. qui neceſſaria.
q d. §. defenſionem. in fin.

De Valetudine.

TRACTATVS IIII.

AXIOMA I.



HACTENVS de Cōceptione, Natiuitate, & Cōſanguinitate diximus: nūc de Valetudine, omiſſo Sexu, de quo plenè alibi ſcripſi[r]. Eſt autem ualetudo duplex, integra & aduerſa[s]. Integra ualetudine ſunt ſani[t], qui dicūtur etiam hi qui naturæ ſuperfluitatem aut defectum habent, modò non noceant[u], uel tantùm modicum noceant[x], ut uetus febris quartana[a], uel aliter quàm ex corporis uitio noceant[b]. Sed & qui ita ſanatus eſt ut in priſtinum ſtatum ſit reſtitutus, ſanus dicitur[c].

r l. ij. de reg. iur.
s l. fi. de inoff. rupto.
t l. ij. de teſtam.
u l. item Offilius. §. ſed ſi quis. de ædil. edict.
x l. cùm de eo. eod. tit.
a l. quæſitum. in fi. de re iud.
b l. quæritur. § de ſteril. l. qui clauum. §. is cui. de ædil. edict.
c l. quod ita. eo. tit.

AXIOMA II.

ADuerſa uerò ualetudo eſt duplex, Corporis & Animi[d]. Sed corporis impedimentum ſi perpetuū ſit, uitiū: ſi temporale, Morbum Modeſtinus appellat[e]. quam differentiam alij Iureconſulti confundunt[f], uocātq; morboſum mutum[g], claudum[h], utroque teſticulo carentem[i], eum cui digitus præciſus eſt[k], quæ corporis perpetua ſunt non temporalia uitia. Animi uerò aduerſa ualetudo furor eſt[l], prodigalitas[m], mendacium, curioſitas[n], ſuperſtitio, leuitas, contumacia[o], & ſi qua ſit præter modum ira, timiditas, auaritia[p].

d l. fin. in prin. eo.
e l. inter ſtuprum. §. uerum eſt. de uerb. ſign.
f l. j. §. ſed ſciendū. de ædil. edic.
g l. mutuum. eod.
h l. item claudus. eod.
i l. ſin autem quis. eod.
k l. item Offilius. uerſi. j. eod.
l l. ij. §. ſi non propter. ſi quis cauſio. l. iiij. uerſic. j. de ædil. edic.
m l. j. de curat. furioſ.
n l. fin. in princ. de ædil. edict.
o l. j. §. neq; enim. eod.
p d. l. j. in fin. cum l. ſeq.

AXIOMA III.

ITaq; ſicut ſani omnia ut lubet regulariter faciunt[a]: ſic animo uitioſi nihil agūt[b], ſi iudicio ſint perturbati:[c] quo etiam ſi carerent, nec delinquere poſſent[d]. At qui corporis ualetudine detinentur, ſi intellectum quoq; non habeant, infantibus æquiparantur[e]: ſi habeant, in delictis puniuntur ut alij[f], in contractibus inſpicienda eſt contractus natura. Nam mutus & ſurdus, ubi tantùm præſentia[g], id eſt, conſenſu[h] opus eſt, idonei ſunt[i]: ubi uox requiritur, inhabiles iudicantur[k]: niſi ſurdus minus audiens eſſet[l].

a l. in re mandata. C. manda.
b l. furioſi. de reg. iur.
c l. quicquid calore. eod. tit.
d l. infans. ad leg. Cor. de ſicar.
e l. ſeruo inuito § ſi pupillo. in fin. ad trebell.
f l. ſi quis in graui. § cæcum. cum ſeq. ad Syllan.
g l. ubi non uoce. de reg. iur.
h l. coràm. de uerb. ſign.
i l. in quibuſcunq. de actio.
k l. j. §. mutus. de tutel. l. j. in prin. de uerb. obl.
l l. fi. de leg. tuto.

AXIOMA IIII.

QVamuis corporis ægritudo teſtamentum non impediat[m] (unde is qui manus non habet teſtari poteſt[n]) tamen ſurdus & mutus iure ſſorum teſtari non poterant[o], niſi ex principis permiſsione[p], quam hodie ipſo iure habet qui uel natura uel caſu ſurdus eſt[q]. Idem ſi mutus eſſet, modò literarum peritus fuerit[r]. Qui uerò natura ſurdus ſimul & mutus eſt, ab omni ultima uoluntate prohibetur[s]: ſecus ſi caſu talis morbus contigit, modò ea quæ uelit ſcribat[t].

m l. ſenium. C. qui teſta. fa.
n l. is qui manus. de teſtam.
o l. qui in poteſtate § fin. eod.
p l. ſi mutus. eod.
q l. diſcretis. § ſin autem. cum ſeq. C. qui teſta.
r d. l. diſcretis. § ſin uerò.
s d. l. diſcretis. in princ.
t d. l. diſcretis. §. ubi autem.

AXIOMA V.

PLeriq; uoluerunt ſurdum ſimul & mutum, ſi miles eſſet, teſtari poſſe[u]: Sed cùm intellectu careat, certum eſt eum teſtamenti factionem minimè habere[x]. Verum ſi altero tantùm laboraret uitio, olim ſine permiſsione principis teſtari poterat[y], uel etiam hodie poteſt, quamuis mutus eſſet & literarum imperitus[z]. Sed an ex principis conceſsione paganus utroque morbo laborans teſtari poterit? Et quidam poſſe putarunt[a]: Alij contrà rectius ſenſerunt, cùm princeps naturalem defectum ſupplere non poſsit[b].

u l. iiij. de militar. teſtam.
x l. fin. C. de teſta. mil.
y d. l. iiij.
z §. quinimo. Inſti. de mil. teſta.
a l. j. qui & à quib.
b l. ij. §. fin. de uſufru. earum.

AXIOMA VI.

CAecus teſtamentum non in ſcriptis ſed nūcupatiuum duntaxat facere poteſt[c]: quamuis illud poſteà Notarius ſcribere debeat, & unà cum omnibus teſtibus ſubſignare[d]. De ratione diſputant Doctores, ſed uera hæc eſt: quia in teſtamento in ſcriptis ſufficit, q; teſtibus illud oſtendatur[e], quāuis ignorent qd in eo ſcriptū fuerit:

c l. hac conſultiſſ. in princip. uerb. per nuncupationem. C. qui teſta.
d d. l. hac conſultiſſ. § quibus.
e l. hac conſultiſſima. in princ. C. de teſta.

rit[f]; in nuncupatiuo uerò hæres palàm nuncupari debet[g]. Vnde cum cæcus non solùm hæredes nuncupare debeat, uerùm etiam illorum dignitates, portiones, & legata[h]: mirum non est si in scriptis testari non posit.

f l. qui testamento. §. fin. de testa.
g l. hæredes palàm. in prin. eod.
h d. l. hac consult. in princ. C. qui testam. fa.

AXIOMA VII.

TEstamentum cæci non ualet, nisi octo testibus simul conuocatis[i] prædixerit se sine scriptis uelle testari[k], & quamuis leuis uideatur solennitas, quæ regulariter potest omitti[a], tamen hoc casu cùm pro forma introducta sit[b], secus est[c]. Aliqui item uolebant cæcum nomen hæredis præponere debere[d]: quod non puto necessarium, cùm hoc tantùm ex ordine scripturæ colligatur[e], qui necessarius nõ est[f]. Volunt rursus alij cæcum, si inter liberos testamentum faciat, solennitatem hanc seruare non debere[g]. Quod ego uerum puto si falsitatis cesset suspicio[h]: ut quia æquales portiones illis relinquat[i]: alioqui ex inæqualitate nascitur suspicio[k].

i d. l. hac consult. §. sed quia.
k d. l. hac consult. in prin. uersi. ut cũ ðis. & §. at cum humana. uersic. ut in eodem.
a l. j. in fi. de uentr. inspic.
b d. l. hac consultissi. circa fin. uersi. ut ante.
c l. probatam. C. de sentent.
d Bartol. d. l. hac consultiss.
e d. l. hac consult. in princ. uersic. deinde.
f l. ij. §. prius. in fin. de uulg.
g l. hac consultiss. §. ex imperfecto. C. de testa.
h d. l. hac consultiss. in fi. C. qui testa.
i Argu. l. pen. §. de uno. de ritu nup.
k l. si filius in fi. de colla. bon.

AXIOMA VIII.

QVi caret altero oculo, omnia potest ut alius[l]; qui caret utroque à nullo priuato actu reprobatur[m], sed à publico secus[n]. nisi post susceptum officium morbus interuenisset, tunc ab illo si uelit se excusare potest[o]; si nolit, non est deponendus[p]. Quinimo si munus aut reale esset[q], aut personale quod consilio magis quàm corpore explicaretur, ab eo cæcus nũquam se excusat[r].

l l. frater. C. de excus. tuto.
m l. etiam cæcus. de adoptio.
n l. unica. C. qui morb. se exc.
o l. post susceptum. C. de exc. tuto.
p l. cæcus. de indi.
q l. j. C. qui morb. se excus. lib. x.
r l. ij. §. corporis. de uacat. mun.

De Morte.

TRACT. V.

AXIOMA I.



POST ualetudinem occurrit Aetas, cuius species fusè declarauimus[s]. Dicemus igitur de ultimo quod corpori cohæret, nempe de morte: quæ finis uitæ dicitur[t], & est duplex Naturalis & Ciuilis[u]. Vnde seruitus[x], Manumissio[y], deportatio[z], morti æquiparantur. Sed non parua est difficultas, an cùm de morte fit mentio, ciuilis quoq; comprehendatur? Non enim uidetur comprehendi[a]: Quia debitor[b], uel grauatus in diem mortis, deportationis caussa conueniri non potest[c]. Contrà societas[d], succesio[e], patria potestas, deportatione perinde tolluntur, ac per mortem naturalem[f].

s l. ij. §. j. de regul. iur.
t §. & hoc quidem. uersi. nullus. Authen. de hære. & falc.
u l. uerum. §. societas. uersic. intereunt. pro socio.
x l. seruitutem. de reg. iur.
y l. si mihi alienũ. de solutio.
z l. j. §. deportatos. de contrata.
a l. v. § q. si deportata. de bon. dam.
b l. ex ea parte. §. in insulã. de uerb.
c l. cùm pater. §. hæreditatem. j. de leg. ij.
d l. actione. § publicatione. pro soc.
e l. j. § filio qui mortis. ad tertu.
f § cùm autem. Insti. qui. mo. ius.
g Doct. Authen. si qua mulier. C. de sacro. & in d. §. in insulam.
h d. § hæreditatem.

AXIOMA II.

REspondent Doctores Ciuilem mortẽ non æquiparari naturali, si eundem non habeat effectum[g]: ut in dilatione[h], in matrimonij dissolutione[i]. Secus (inquiunt) si habeat eundem effectum: ut in successione[k], in societate[l]. Sed leges aliter distinxisse mihi uidentur, dum inter captiuitatem & deportationem[m]: & rursus inter deportationem & seruitutem differentiam constituerunt[n]. Et tamen certum est seruitutem, & deportationem[o], & captiuitatem, mortis ciuilis species esse[p].

i d. §. si deportata.
k d. § filio qui mortis.
l d. §. publicatione.
m l. iiij. §. si deportatus. de bo. liber.
n l. intercidit. de conditio.
o d. l. seruitutem. de reg. iur.
p Gl. l. j. in fi. §. quid si is qui. l. Gallus.

AXIOMA III.

EGo puto in his quæ ex præsenti tempore suum effectum habent, deportationem morti naturali æquiparari: ut in pura institutione[a], in bonorum possesione contracta[b]. in legitima parentum[c], uel libertorum succesione[d]. in his uerò quæ temporis tractum habent, deportationem necnon aquæ & ignis interdictionem[e] à morte differre: ut in legato conditionali[f], in fideicommisso post mortem restituendo[g], in promisione post mortem adimplenda[h], in donatione quæ per donantis mortem confirmari solet[i].

a l. j. C. de hæred. instit.
b l. j. §. deportatos. de contrata.
c d. l. j. §. filio qui mortis.
d d. l. iiij. §. si deportatus.
e l. res uxoris. C. de don. inter.
f d. l. intercidit.
g l. statim. §. fin. de iure fi.
h d. §. in insulam.
i l. sed si mors. uer. j. de dona. inter.

AXI

AXIOMA IIII.

CAptiuitas uerò neq; in actu præsenti, ut est succeßio[k]: neque in futuro, ut est substitutio, morti æquiparatur[l]. Quia actum nõ impedit, sed suspendit tantum[m]: ita ut interim omnia quidem fieri poßint, sed ea prorsus incerta propter suspensionem[n]. Et ideo falsum est quod uoluit Accursius, filium pendente patris captiuitate re uera sui iuris esse[o]: maximè quia si captus esset præteriri potest[p]. Nam testamentum tunc ita est incertum, ut si reuertatur filius nullum declaretur[q].

k d. l. iiij. §. si deportatus.
l l. pater. §. fin. de capt.
m §. si ab hostibus. Insti. qui. mo. ius.
n l. j. §. j. ad macedo.
o Gl. uerb. pendet. d. §. si ab hostib.
p l. pe. de liber. & posthu.
q l. si quis filio. in fi. prin. de iniust. rupt.

AXIOMA V.

AT seruitus & quo ad præsentem statum[r], & quo ad futurum, semper morti (quoad personam seruam attinet) æquiparatur[s]. Et ideo qui seruus pœnæ factus est, ea nõ habet, quę deportatus[t]. Seruitus igitur præsentia & futura negotia impedit, Deportatio præsentia tantùm, Captiuitas nulla. Sed cur tam uariè? nisi quòd seruitus maxima est capitis diminutio[u], Deportatio media[x]: Captiuitas uerò quia ex iniuria nascitur[y], capitis diminutione non continetur, nisi capti delictum importet[z].

r l. si mihi alienũ. de solutio.
s l. seruo autem manumißo. de iniur.
t l. ex facto. §. si quis rogatus. ij. ad trebell.
u §. j. Instit. de cap. dimi.
x §. media. eo. tit.
y l. postliminium. uersi. j. de capt.
z l. amißione. §. j. de cap. dimi.

AXIOMA VI.

QVæ forẽſia ſunt,uel iuriſdictionis ſunt uel imperij[t], at multa alia non forenſia Iudex poteſt[u]: ut eſt datio tutelæ quæ neq; imperij eſt neque iuriſdictionis[x], ſed ſpecialis permiſsionis[y]. Præſes enim qui & imperium & iuriſdictionẽ habet, tutorem dare non poſſet, niſi lex Iulia & Titia permitterent[z]. Contrà magiſtratus Municipalis qui tantùm iuriſdictionem habet[a],non imperium[b],tutorem dare poteſt[c].Imò & ipſe pater[d],quem certum eſt neq; iuriſdictionem neque imperium habere[e].

t d.l.iubere.
u l.j. §.cura carnis. de off.præf.urb.
x d.l.muto. §.tutoris.
y l.j. in fin.de tuto. dat.
z Inſtitu.de attilia. in prin.
a l. magiſtratibus. de iurid.
b l.ea quæ. ad municip.
c l.iij.de tuto.dat.
d l.j.de teſt.tut.
e l.iij.de iuriſd.

AXIOMA XXI.

CVm tutoris datio iuriſdictionis nõ ſit, ſequitur illam delegari nõ poſſe[f]; ſpeciale enim eſt ut proconſulis legatus tutorem det[g], alius uerò nec à præſide legatus hoc minimè poteſt[h]. Quia quæ magni momẽti ſunt, maximè ſi cauſæ cognitionem requirant ueluti tutela[i]: nec delegari[k], nec per libellum expediri ſolent[l]. Sed contrà.Imò præſidũ iuſſu[m] præcepto'ue, magiſtratus tutores creare debet[n].Cur enim creatio delegari non poſsit,ſi tutoris remotio delegetur[o]?

f l.j.in prin.de off. eius.
g l.penul. de offic. proconſ.
h l. nec mandante. in princ. de tuto. dat.
i l.j. de tutel. l.impuberi. de tutor. dat.
k l.ij.C.de pedan.
l l.nequicquam. §. ubi.de offic.proconſ.
m §. ſed hoc iure. Inſtit.de attilia.
o l. Lucius. §. cùm in teſtamento. de admi.tuto.

AXIOMA XXII.

VArius fuit in cõtrariorũ diſſolutione Accurſius: alibi enim inter iuſſum & delegationẽ differẽtiam facit[p],alibi quòd tutelę datio delegari poſsit iuriſdictionẽ habenti non alij[q],

o l.iiij. io princ.de offic.eius.
p Arg.l.j. manda.l. j.quod iuſſu.
q Gloſ.d.§.ſed hoc iure.

alibi

alibi q præses posſit ſubdito dũtaxat & iuriſdictionẽ habenti nõ delegare, ſed iubere ut tutorẽ dare posſit [a]. Sed uix has ſolutiones defendere poterimus: Quia cùm tutela neque imperij ſit neq; iuriſdictionis, præſes neq; iubere quicquã in tutela [b], neq; illã alteri, & ſi præſes eſſet, delegare poteſt [c].

a Glo. d. l. nec mandaute.
b l. fin. de iuriſdic.
c l. iij. de offic. eius.

AXIOMA XXIII.

RESpondeo igitur utrũq; & præſidem [d] & Magiſtratũ tutoris dandi ſpecialem poteſtatem lege habere [e]: neutrum tamen: niſi prius à conſanguineo tutor petitus ſit [f], ſua autoritate tutorẽ dare debere [g]. Prius tamen à præſide ueluti digniore tutor petendus eſt [h]: ipſe uerò uel tutorẽ dare poteſt, uel ad magiſtratũ, ut det, remittere cum iuſſu [k] ſeu præcepto [l]: non quidem quòd deleget, ſed quia maior iudex in minorem habet imperium [m].

d l. j. de tuto. dat.
e l. iij. eod.
f Toto titu. ff & C. qui pet. tut.
g l. j. §. magiſtratibus. de mag. conue.
h l. ij. § ſi mater. ad tertull.
i d. l. j. §. ſi præſes. ij. §. ſi curatores. de magiſt. con.
k d. § ſed hoc iure.
l d. § cum in teſtamento.
m l. iij. §. fi. de arbi.

AXIOMA XXIIII.

ALiquando tamen magiſtratus nõ expectato præſidis iuſſu tutorẽ dat, ſi pupilli uidelicet facultates quingentorũ aureorũ fuerint [n]. Sed ſi minores ſint, cur iuſsũ expectare debeat, quãdo primo ab illo q; à prçſide peteretur tutor [o], puto ob id eſſe: q ſi duo æquales ſint iudices, ſeperatim alter ſine alio iudicare posſit [p]: ſecus ſi ſint inæqualis poteſtatis [q]. Sed qd de tutoris remotione, an delegari posſit? Nam alibi uidetur cuicunque poſſe [r]: Alibi legato tãtùm Procõſulis [s]. Alibi ſolus præſes uel prætor, non autem aliqs legatus uidet remouere poſſe [t].

n §. nos autẽ. Inſtit. de attilia.
o d. l. ij. §. ſi mater.
p l. j. de off. conſul.
q d. l. iij. in fin. cum ſeq. de arbit.
r l. iiij. in princi. de offi. eius.
s Inſtitut. de ſuſpe. tuto. uerſic. datũ eſt.
t l. j. §. ſuſpecti. ad turpil.

AXIOMA XXV.

ACcurſius bis diſſoluit. Primò quòd uerbũ præſes generale ſit omnes legatos continens [u]: Secundò quòd legatus prætoris & præſidis de remotione tãtum cognoſcat [x], legatus proconſulis & cognoſcat & etiã remoueat [y]. Bartolus uult remotionis cognitionẽ pœnam nõ continentis cuicunq; delegari poſſe [z]: ipſam uerò remotionem legato tantum proconſulis aut prętoris [a]: ſed ſi Remotio pœnam contineret, de ea præſidem tantùm & cognoſcere & remouere poſſe exiſtimauit [b]. Curtius uerò inter Remotionem & cognitionem nullam conſtituendam differentiam cenſet [c].

u l. j. de offi. præſi.
x l. j. §. damus. de ſuſpect.
y d. uerſic. datũ eſt.
z d. l. iiij. de officio eius.
a d. uerſi. damus.
b d. l. j. §. ſuſpecti.
c Arg. uerſi. datum eſt. cum § oſtendimus. Inſtitu. de ſuſpe. tuto.

AXIOMA XXVI.

EGo puto, cùm tutoris ſuſpecti cognitio & remotio ſpecialiter concedantur [d], nulli delegationi locũ eſſe [e]: niſi his delegetur, quibus ſpecialiter lege conceſſum eſt; his enim remotionis cognitio ſemper demandari poteſt [f]. Similiter & ipſa remotio ſi nullam pœnam contineat [g]: Sed ſi pœnam contineat, ſolus legatus proconſulis uel prætoris cognoſcet [h]. Sed nullus alius quam præſes de remotione pronuntiare poterit [a]. niſi maior uel æqualis præſidi, ut prætor & proconſul [b]. dictio enim (nullus alius) maiores uel æquales excludere non ſolet [c].

d d. l. j. §. damus.
e l. j. in prin. de offi. eius.
f l. cognitio. eo. tit.
g Verſi. datum eſt. Inſtit. de ſuſpec.
h d. l. j. §. damus.
a d. l. j. §. ſuſpecti.
b d. §. damus.
c l. ob æs. cum glo. C. de præd. min.

AXIOMA XXVII.

HActenus de Tutorũ ſpeciebus. Curatores uerò qui puberibus uolẽtibus dantur omnes datiui ſunt [d] Quia neq; in teſtamento ſine cõſirmatione dãtur [e], neq; à lege ualetudinarijs maioribus exceptis [f]. Cæterùm tã tutor quã curator, ex quo undecunq; ſciunt ſe creatos, uel adminiſtrare debent [g], uel ſe excuſare [h]: & niſi alterutrum fecerint, captis pignoribus coërceri poſſunt [i]: cum bona illorum non ſolùm pro male geſtis, ſed & pro non geſtis tacitè oppignerata ſint [k]. De utraq; igitur tam de adminiſtratione quàm excuſatione dicendum eſt.

d Inſtit. de curat. in prin. uerſ. dantur.
e l. j. in fi. de confir. tuto.
f §. furioſi. Inſti. de curato.
g l. quidam decedens. §. fin de admin. tuto.
h l. j. in prin. eo. tit.
i §. ſi quis tutor. in fi. de ſuſpec.
k l. pro officio. C. de admi. tuto.

AXIOMA XXVIII.

TAnta eſt in adminiſtratione tutoris poteſtas, ut in hís quæ pupillo utilia ſunt & domini loco habeatur [l], & patris conſilium ſpernere posſit [m]: Licet in alijs diſpoſitionibus, quę ſolius hominis eſſent (tutela enim legis eſt [n]) nõ poſſet [o]. Item quæ bona fide geſsit, pupillus retractare nequiret [p]; niſi cùm deceptus eſt [q], aut non modicè læſus, tunc enim in integrum reſtituitur [r]. Alioqui ſemper ualet q ipſe tutor geſsit, & ſi per quandam conſequentiam meliorem ſuam conditionem faciat [s]: modo palàm & bona fide fecerit [t].

l l. tutor, qui tutelam. de admi. tut.
m d. l. quidam decedens. §. j.
n l. j. de tutel.
o l. ſi quis mihi bona. §. ſi coram. de acqui. hæred.
p l. cum plures. §. j. de admi. tuto.
q l. ſi ſine. §. interpoſito. eo.
r l. pen. de minor.
s l. tutor rerum. de adm. tuto.
t l. nõ exiſtimo. eo.

AXIOMA XXIX.

TVtoris præcipuum officium est, ne pupillum indefensum relinquat[a]. Relinquit autem si uel iudiciū, uel solutionem, uel stipulationem detrectet[x]. Tutor enim suo uel pupilli nomine iudicio adesse debet[y]; alioquin omne damnum resarciet, & cum infamia remouebitur[z]. Non tamen quēadmodum in alijs defensionibus cautionē de iudicio soluēdo[a], sed tantū de iudicio sistēdo præstare debet[b]: unde in illū iudicati non competit actio[c]. Solutio uerò tutori facta ipso iure debitores liberat[d], non itē si pupillo sine tutore fieret[e]. Debet similiter omnibus creditoribus tutor soluere[f].

a L. tutoris præcipuum. eo.
x L. generaliter. eo.
y L. j. §. j. eod.
z L. fin. in princ. C. de adm. tut.
a L. rectè. defendi. de iudic.
b d. L. fin. §. defensionem.
c L. ij. de adm. tut.
d L. Lucius mag. §. fin. eo.
e L. in pupillo. de solutio.
f L. quoties tutor. §. licut. de adm tut.

AXIOMA XXX.

QVod uerò dixi stipulationem ipsum tutorē nō detrectare debere, de iudiciali intelligendū est[g]: siquidem extra iudicium autoritatem suam interponere nō cogitur[h]. Quia iudicialis neglecta pupillo semper damnum adfert[i], extra iudicialis uerò non interposita lucrosa esse potest[k]. Quòd si damnosa semper appareret, saltem ad usuras teneretur[a]. Pro quibus hodie neq; tutorem neq; curatorem teneri interpretes uolūt[b]: Sed uereor ne hoc ad curatores solos restringi debeat[c], alioquin uno uerbo multæ leges corrigerentur[d]: quod uitandum est[e]. Sed tamen ex eo defendi cōmunis sentētia potest, quòd uterq; tam tutor, q; curator necessarij sint[f].

g L. sed & hæ §. nō solùm. de procu.
h L. si tutor. de auto. tuto.
i L. iij §. fin. cum L. seque. ex quib. caus. in poss.
k §. neque tamen. Institu. de auto. tuto.
a L. tutor qui reperto. §. si post depositionē. L. ob fœnus. de adm. tuto.
b Authen. nouissimè. cum gl. uerb. curator. C. de adm. tut.
c §. quonā. Auth. ut hi qui oblig.
d Toto titu. C. de usur. pup.
e L. si quando. in prin. C. de inoff. testa.
f L. tutori. in princ. C. de neg. gest.

AXIOMA XXXI.

TEnetur præterea tutor secūdum pupilli & dignitatē & facultatē sumptus facere[g]: nā sicut egenū alere nō debet[a], ita nec quod præter modū expēdit recuperare potest[h], cùm & si dotē pręter facultates promiserit, ipso iure nō ualeat promissio[i]. Sed contrà imò ualere uidet[k]: Respōdē dotis promissionē incertā semper ualere[l], certā uerò, si curatorio nomine promissa est, in eo qđ excedit nō ualere[m]. Quòd si tota soluta fuerit, mulieri nō solùm minori[n], sed & maiori dotis fauore[o], nec nō illius hæredi restitutio datur[p].

f L. cùm plures. §. contutor. de adm. tutor.
g L. iij. §. fin. ubi pupil. ed ac.
h L. ij. eo. tit.
i L. fine generalis. in prin. L. de tut. dot.
k L. cùm post. §. qui dd. de adm. tuto.
l L. cum post. § ger. de tut. dot.
m d. L. fine generalis.
n L. si ex causa. §. in dotis. de minor.
o L. iure succursum. §. fin. de tur. dot.
p L. unica. C. si aduer. dot.

AXIOMA XXXII.

SI uerò curator ultra uires patrimonij sciens dotē promiserit, donare uidetur[q]: si ignorans, adhuc marito est insolidum obligatus: nā decipiendus nō est[r], cum ex causa onerosa dotem habeat[s]. Ipsa uerò adulta condictione indebiti curatori tenetur[t], quia ex causa lucratiua dotē habet[u]. Itaque hæc adulta cùm marito in plus quàm possit obligata non sit[x], potest efficere ut curatori accepto feratur, uel illum impedire ne totam dotem soluat[y].

q d. §. quid. L. uers. præterea.
r L. si donaturus. §. fi. de condi. caus dat.
s L. ex promissione. de actio.
t d. L. si donaturus.
§ fi. uersi. itaque.
u L. fin. §. fi. à socero. uersi. at si neuter. quæ in frau. cred.
x L. non tantùm. de re iudic.
y d. §. quidam. uer. sed is. uersi. quòd si mulier.

AXIOMA XXXIII.

SEd si plures sint tutores, quonam pacto administrare debēt? Vlpianus nanq; respondit etiam unum insolidum administrare posse[a]: Quia ordinaria administratio insolidum cuilibet competit[b], licet in extraordinaria secus sit[c]. Sed cur unus ex pluribus procuratoribus insolidum agere non potest[d]? Putauit Bartolus procuratoris potestatem nō adeò plenam esse[e], quoniam utilia tantùm iura domino acquirit[f]. Sed parum firma est hæc ratio, cùm regulariter tutor & procurator æquiparentur[g]: Et ob id tutor pupillo quoq; nō nisi iura utilia quęrit[h].

a L. iij. §. tantundē. §. planè. de adm. tut.
b Arg. L. j. de offi. consi.
c L. duo ex tribus. de re iudi.
d L. pluribus. de procurat.
e Barto. l. j. § fi. plu res. de exer.
f L. Iulianus. §. si procurator. de actio. empt.
g L. solutum. §. per liberam. de pig. act.
h L. quoties tutor. in prin. de admi. tuto.

AXIOMA XXXIIII.

PVto differentiam esse inter administrare & agere: nam tam unus quàm plures administrēt[i], unus uerò tantum agere potest, quia duo (inquit Iureconsultus) simul agere non possunt[k]: quæ ratio & in procuratoribus procedit[l], ne defensio per plures scissa incommodo sit actori[m]. Nam obstat q lex ait, facilius per unum tutorem actiones exerceri[n]; quasi per plures, licet difficilius, exerceri possint[o]. Quia hoc procedit in pluribus actionibus non in una[p]: Nisi illius unius plures essent domini[q], quo casu adhuc illi si uni domino, contra quem lis cœpta erat, successerint: per unum tātùm agunt[r].

i d. L. §. tantūdem. §. planè.
k L. decreto. §. fi. de adm. tuto.
l L. si familiæ. faml. ercis.
m L. iam tamen. §. si tamen. iudic. sol.
n L. iij. §. quàuis. in fi. de admi. tuto.
o Gl. d. L. decreto. §. fin.
p L. omniū. de procurat.
q L. si quis cū procuratorio. §. unus. de procurat.
r d. L. iam tamen. §. si tamen.

AXIOMA XXXV.

INter tutores igitur & procuratores non est differentia, nam pluribus constitutis ille præfertur, qui ge-

rere incepit[a]: ratúq; habetur non tantùm quod ab omnibus, sed & quod ab uno gestũ est[b], modò quilibet illorum cõcessam habeat insolidũ administrationẽ[c], & unus alijs non prohibentibus gerat[d], aut id non faciat per quod tutela finiretur: tũc enim omnes adesse debent[e], perinde ac cùm mandatur ut unus sine alio nihil facere possit[f]. Sed & si diuisa sit tutela, quilibet secundum diuisionẽ administrat[g]: sed contrà, tutelæ diuisio (inquit Iureconsultus) quia non iuris sed iurisdictionis est, nocere non solet[h].

a d.l.j. de offic. eius & d.l. pluribus.
b l. iij. in princ. de admi. tuto. l. j. §. si plures. de exercito.
c l. si duo. de procurat. in vj.
d l. consilio. in fin. de cura. fur.
e l. fin. uersic. sed hæc. C. de autor. præst.
f l. sed & si. § item si plures. de institto.
g l. iiij. de adm. tut.
h l. inter tutores. eo. tit.

AXIOMA XXXVI.

ALij dixerunt diuisionem tutelæ actioni uel defensioni[i], non compensationi nocere[k]. Alij tunc nocere cùm à iudice uel testatore facta esset diuisio, secus autem si ab ipsis tutoribus[l]. Sed hoc generaliter uerum non est[m]: Sicut nec aliorũ sentẽtia, qui existimabant diuisionẽ illam soli actioni obesse[n]: nam lex & uocationi in ius præiudicare sanxit[o]. Nec uerum est quod Bartolus dixit, legem illam in actione in rem procedere: cùm de stipulatione loquatur, quam certissimũ est personalem esse[p].

i d.l. iiij.
k d.l. inter.
l l. ij. C. de diuid. tute.
m l. cùm alicui. de nego. gest.
n Barto. d.l. inter.
o l. si duo. de adm. tuto.
p §. j. Inst. de actio.

AXIOMA XXXVII.

PRæctereà suprascriptæ solutiones rationi Iureconsulti non conueniunt, dicentis tutelæ diuisionem non nocere, quia iuris non est sed iurisdictionis: hoc est (ut aliqui exponunt) non fit à iure sed à Iudice iurisdictionem habente. Quorum expositio in tutela à tutoribus diuisa non procedit, cùm nullam iurisdictionem habeant. Nonnulli interpretantur non esse iuris, ob id quòd iura, credita uidelicet & debita, nõ diuidat: quod planè falsum est[q]. Nec magis uera est Bartoli declaratio, arbitrantis non esse iuris sed iurisdictionis, id est, non tutelam sed administrationem diuidere: quod similiter falsum est[r].

q d.l. ij. C. de diuid. tute.
r l. iij. §. fin. q tres. in fi. de excus. tut.

AXIOMA XXXVIII.

REspondeo igitur tutelæ diuisionẽ iurisdictionis, id est, iuris dicendi potestatis esse[s]. Vnde cõsequẽs est ob tutelam diuisam ius dici posse[t], sed illud tantum quod iurisdictionis causa natum est[u]: Quia tutelæ diuisio aliud ius qđ a iurisdictione separatum est nõ parit[x]. Et ideo merũ ius nõ impedit[y], hoc est purũ & à iurisdictione separatũ[z]. Non impedit igitur quominus pupillus à quocunq; conueniri[a], uel contra quemcunq; tutorẽ agere possit[b]. Cõtrà impedit ne tutores aut illorum fideiussores[c] præter diuisionẽ uel agant uel conueniantur[d].

s l. j. §. damus. uersi. quia mandata. de suspect.
t l. iij. de admin. tuto.
u l. tutores q post. §. hæres.
x l. tertium. §. tutores datt. eo.
y d.l. inter. in prin.
z l. bona fides. in prin. deposi.
a d.l. inter. in fi.
b l. Lucius magn. §. sempronij. de adm. tuto.
c l. si duo. eo.
d d.l. ij. C. de diuid. tutel.

AXIOMA XXXIX.

VErùm tamen in hac tutelæ diuisione Paulus & Modest. inter se pugnare uidentũ. Nã Modestinus administratione autoritate curatorũ diuisa respondit, unius inopiã pupillo obesse[a]. Contrà Paulus magistratum pro inope pupillo obnoxium esse[b]. Ego omissis aliorũ solutionibus scio Modest. eo casu loqui, quo irritũ factũ est testamentũ: & per consequens nec curatores ratione testamẽti creatos[c], nec eos q curatores creauerunt[d], (cùm insolidũ tãtùm obligentur[e]) teneri. In Pauli uerò casu testamẽtũ ualebat, rectéq; curatores propter hæredis abstẽtionẽ erãt creati[f]: tuncq; magistratus semper insolidũ, si nõ satis exegit, obligatur[g]. Perinde enim tunc tenetur is qui mandauit, ac ille qui administrat[i].

a l. cùm alicui. de nego. gest.
b l. Lucius magn. §. sempronij. de admin. tuto.
c l. ij. C. de confir. tuto.
d l. neq;. C. qui dar. tuto.
e §. sciendũ. Instit. de satisda. tutor.
f l. j de cura. bon. dand.
g l. j. §. si magistratus. de magi. cõ.
i l. nã & Seruius. § fi. de neg. gest.

AXIOMA XL.

SEd cùm diuisio sola tutorum autoritate facta pupillo non noceat[h], quare magistratui nocet[i]? Respondet Iurisconsultus, aliam esse tutorum causam, aliam eorum qui Resp. negotia administrant[k]: Quia hi negotiorũ tantùm gestores dicuntur[l], & ita unus alterius nomine non obligatur[m]. Aliter in tutoribus, qui cùm à testatore uel iudice tutela diuisa est, licet pro diuisione tantùm teneãtur[n]: tamen quando non est diuisa insolidum rigore iuris tenentur[o], sed ex æquitate quatuor remedia habent.

h l. ij. in fin. C. de diuid. tut.
i d. §. Sempronij. uersi. Paulus.
k d. §. Sempronij. in fi.
l d.l. cùm alicui. in fin.
m l. tutori. C. de nego. gest.
n d.l. ij. C. de diuid. tutel.
o l. tres tutores. in prin. de adm. tut.

AXIOMA XLI.

PRimum est ordinis beneficium, ut primus conueniatur qui administrauit[p], uel administrare iussit[q]: deinde

p l. fin. C. de diuid. tutel.
q l. ita. §. quòd si quis. de adm. tut.

inde magistratus, & alij qui non gesserūt[r]. In his tamen quæ neglecta sunt, hoc beneficium cessat[s]. Secundum est diuisionis beneficium, quod inter eos qui gesserunt & soluendo sunt, ut pro uirili conueniantur, competit[t]: quod nec ob negligentiam perditur[u], sed tantùm ob dolum uel culpam[x].

AXIOMA XLII.

TErtium est beneficium cessionis, quod datur ei qui eorum qui soluendo non sunt nomine conuenitur, contra quos (modò ex propria contumacia non cōueniatur[a]) à pupillo petit ut suas cedat actiones[b]. Quartum est Remedium, quod quamuis cessæ non fuerint actiones, cōtra alios tamē utili negotiorū gesto. actione[c] uel tutelæ agere potest[d]. Non obstat quod fideiussori contra confideiussorem, pro quo soluit, non detur actio[e]: quoniam uoluntariè obligato non ita subuenitur, ut ei qui necessariò obligatus est[f]: & maximè, quia cōtra debitorē principalē fideiussor mādati agere potest[g].

AXIOMA XLIII.

POrrò sciendum est tutorem siue curatorem[h], non tamen eum qui ad unum actum constitutus est[a], se administrationi immiscere non debere[b]: quin prius inuentarium omnium rerum pupilli confecerit[c], moxq; cùm ordinatus est conficere debet[d]. Quod aliqui interpretant̄ intra decem dies[e], alij cùm commodè poterit[f], ego triginta dies[g]. Imo quandiu ab administratione cessauerit, tamdiu inuentarium conficere poterit: quia dolus præsumptus, qui semper præsumitur ex eo quod factum non est inuentarium[h], ex negligentia seu cessatione regulariter non præsumitur[i].

AXIOMA XLIIII.

HOc autem inuentarium publicè cōfici debet[k], id est, in præsentia publicarum personarum[l]. Vnde uim publici instrumenti habere dicitur[m]. Verùm doctor. putant tunc hanc uim habere, si omnia quæ in instrumentis cōtinebantur, in inuētario fuerint descripta[n]: uerùm lex hoc necessatium

r l. j. §. usq; adeò. de ratio dist.
s l. tutores q post. §. in eū. de adm. tuto.
t l. j. §. nunc tractemus. de ratio. distrah.
u l. si plures. ij. de adm. tut.
x l. in magistratibus. in fi. de magistra.
a l. si plures. in fin. de adm. tuto.
b l. j. §. planè. de ratio. dist.
c d. l. ex facto. de neg. gest.
d Arg. d. §. planè.
e l. ut fideiussor. de fideiuss.
f l. si fideiussor. §. si necessaria. qui satisd.
g §. si quid autem. insti. de fideiuss.
h l. fin. §. & inuentario. C. de cura. furios.
a Gl. uerb. conscripto. l. de creationibus. C. de episc. aud.
b l. tutor qui repertoriū. in fi. princ. de adm. tutu.
c l. tutores. ij. C. de adm. tut.
d d. i. tutores. in princ.
e l. promissor Stichi. §. j. de const. pec.
f l. hæc conditio. si in capitol. de condit.
g l. fi. in prin. §. sin autem dubitus. C. de iur. delib.
h d. l. tutor, qui repertorium.
i l. iij § q nihil. de suspect. tuto.
k l. fin. in princ. C. arbit. tutel.
l d. l. tutores.
m l. chirographis. de ad. tuto.
n Auth. si quis. C. de edend.

esse minimè uoluit[o]. Et idcirco crediderim propter pupilli fauorem inuentarium uim instrumenti habere, quando tale instrumentum exustum esset[p]: tunc enim extraordinaria admitti solet probatio[q].

AXIOMA XLV.

SEquitur nunc ut de tutorum Excusationibus dicamus. Et in primis aliqui sunt ipso iure tuti[r]: ut sponsus[s] maritus[t], quamuis uxori suæ mente captæ curator crearetur[u]. Socer tamen si daretur nurui excusare se debet[x]. Imò etiam ipse maritus quando post creationem se bonis immiscuit[y]. Iustinianus tamē dum ait, maritū excusare se posse, licet se immiscuerit[z]; innuere uidetur, quòd quamuis se non immisceat, excusare nihilominus se debere. Sed respōdendum est: Posse quidem, ut Iustinianus ait, se excusare: non tamen esse opus excusatione[a]: cùm ipso iure tuti sint[b]; modò aliū dari petant[c]. Sed cur semper maritus uxoris procurator esse potest nō curator[d]? Respondeo procuratorem quandocunq; reuocari posse[e], non curatorem[f]: & ideo ex cura facilius uxor circumscriberetur[g], maximè ob id quòd curator non nisi deposito officio conueniri potest[h].

AXIOMA XLVI.

SEcundò qui creationis tempore L X X. annos cōpletos habent, se à tutela excusare possunt[i]: In alijs uerò muneribus personalibus, L V. anni excusationi locum faciunt[k]. Econtrà qui minores sunt X X V. annis interim se excusare poterunt[l]. Sed contrà imò ipso iure sunt tuti[m]. Respondeo minorem & olim[n] & hodie tutorem creari posse[o]: sed olim remanebat tutor nisi se excusasset[p], aut alius in locū ipsius creat' fuisset[q]. Hodie uerò sine ulla excusatione est tutus[r]. Sed usq; ad X X V. annos tantùm, nisi fuerit absolutus[s]. Quia q ipso iure tutus est, absolui debet[t], etsi absolutus non sit, cessante impedimēto cessabit excusatio[u].

AXIOMA XLVII.

TErtiò si quis creationis tempore[a] quinq; liberos etiam emancipatos[b] habeat, à tutela excusatur[c]; etiam

o l. fin. de bon auto. iud. poss.
p d. l. chirographis. in princ.
q l. si quando. C. unde ui.
r l. j. uers. dicendū. de excusa.
s d. l. j. in fin.
t l. ij. C. qui dar. tuto.
u l. uerùm. de cura. furio.
x l. licet. de excusa. tuto. C.
y §. pen. instit. de excusat.
z d. §. pen.
a §. itē maior. Inst. de excusat. tuto.
b d. l. ij. C. qui dare tut.
c l. amplissimā. C. de excusat. tuto.
d l. maritus. C. de procura.
e §. rectè. instiut. manda.
f Instit. de cura. in princ.
g l. libertum. § j. de ritu nuptia.
h l. rationes. C. de adm. tuto.
i l. ij. in princ. de excusa.
k l. uij C qui ætate. lib. x.
l l. non solùm. §. si libertus. de excusa.
m §. item maior. instit. eod.
n l. quæro §. fin. de testa. tut.
o §. furiosus. instit. qui test. tut.
p Theoph. §. qui maior. instit. de excus.
q d. §. si libertus.
r d. §. item maior.
s d. §. furiosus.
t l. j in fin. de excusat.
u l. si is qui tres. eo. titu.
a l. ij. §. munerum. de excusa.
b Instit. eo. titu. in princ.
c l. j. C. qui nu. liber.

si daretur mente capto aut uentri[d], secus tamen si daretur filio proprio quẽ emancipauit[e]. Verùm tamen tales liberi debent esse legitimi[f], quoniam adoptiui non prosunt adoptatori sed naturali tantùm patri[g]. Praeterea tales liberi non prosunt si uel sint capti[h], uel defuncti modò in acie defuncti non sint[i], nec qui adhuc in uẽtre sunt[k]. Sed nec nepotes quandiu illorum patres uiuunt[l], quibus mortuis ita prosunt, modò ex filia non sint geniti[m], ut omnes ex uno filio nepotes unius tantùm loco habeantur[n].

d l. pen. §. si à praetore. de excusat.
e l. amicissi. in fin. eod.
f l. ij. §. remitti. eo.
g Instit. eod. titu. in princ.
h l. ij. C. de his qui nu. libe. lib. x.
i Instit. de excusa. in §. princ.
k l. ij. §. qui autem in uentre. de excusa. tuto.
l d. l. ij. §. auxiliantur.
m Insti. eo. in prin.
n d. l. ij. §. quodcumque.

AXIOMA XLVIII.

Quartò qui dignitatem, cum administratione coniunctam habent[o], à tutela nondum suscepta[p] excusantur[q]: ut Duces ciuitatis[r], consules, praetores, praesides, cùm potestatem habeat[s]. Ratio est, quia hi magistratus reip. negotijs occupari solent[t], tutela autem quoad Remp. pecuniariam attinet[u], reip. munus non est[x]. Vnde is qui Ciuilium uel publicorum munerum immunitatem habet, à tutela non excusatur[y], nisi nominatim tutelae concessa esset excusatio[z]. Verùm tamen quo ad onus tutelae necessariò suscipiendũ, tutela & ciuile[a] & publicum munus dicitur[b]. Et ea propter magistratus municipalis à tutela non excusatur[c], quia Municipes dicuntur quod munera ciuilia capiant[d].

o l. spadonem. §. scire. eod.
p l. non tantùm. §. sanè. eod.
q §. & qui potestatem. insti. eo.
r l. athletae. §. reuertuntur. eo.
s d. §. & qui potestatem. l. ij. de in ius uoc.
t l. ij. C. de peda. iud.
u l. ij. §. sed etsi fiant. ad munici-pal.
x d. l. athletae. §. gentium.
y d. l. spadonem. §. qui accepit.
z d. l. non tantùm. §. non omnia.
a d. §. gentium.
b Instit. de excus. in princ.
c l. propter magistratũ. de excus.
d l. munus tribus modis. in fin. de uerb. signi.

AXIOMA XLIX.

Sciendum est tamen testamentariam tutelam non adeò munus publicum dici ut datiuam[e]: quoniam à magistratibus non sine publica solennitate[f] ciuilia munera imponi solent[g]. Quae omnia in tutela datiua[h], non in testamentaria seruantur. Et hanc crediderim esse rationem, cur pater filio testamentario consentiens, insolidum non obligetur[i]: contrà si filio tutori datiuo cõsentiat insolidum teneatur[k]. Non tamen prout in alijs muneribus ciuilibus consentire dicitur, si expressè non dissentiat[l]. Quia tutela (ut dixi) munus Reip. non est: sed tunc consentit quando quasi in se periculum suscipit[m].

e l. j. C. qu cum eo.
f l. ij. C. de decurio. lib. x.
g l. ij. §. praeses. de muner.
h l. j. per totum. de mag. con.
i l. luctus. j. de ad. tuto.
k l. si filiusfa. de tutel.
l l. ij. uers. j. ad municip.
m d. l. si filiusfa. in fin.

AXIOMA L.

Quintò tres tutelae uel curae, modò sint plurium pupillorum[n] patrimonia diuisa[o], aut unum ita diffusum ut pro pluribus cedat[p], si affectatae non sint[q] nec intra sex menses finiturae[r]: à quarta excusare solent[s]. Siue sint extraneorum siue filiorum emancipatorum tutelae[t], siue sint adulti, furiosi, aut prodigi curatelae[u]. Nec refert an tutor tertiam administret nec ne, modò de illius periculo teneat[x]. Imò etiam si à tertia appellauit, quarta interim onerandus non est[b].

n l. iurisperitos. §. de excusa.
o l. iij. eod.
p l. si is qui tres. §. caeterum putarẽ. eod.
q l. spadonem. §. fin. eod.
r l. non tantùm in princ. eo.
s §. item tria. insti. eo. titu.
t l. si quis inter. in princ. eod.
u l. ij. §. fin. in fin. eod. titu.
a d. l. si is qui tres. uers. nec me mouet.
b l. iiij. in prin. eo. titu.

AXIOMA LI.

Sextò se excusare potest, qui ubi datur domicilium non habet[c], etiam si ad uniuersum patrimonium datus sit[d]: imò à iam suscepta excusatur, si principis tutelae dationem non ignorantis, uoluntate[e] alibi domicilium transtulerit[f]: secus autem si sua autoritate transtulisset[g]. Sed contrà is uidetur ipso iure tutus, qui ubi domicilium non habet datur[h]. Respõde id uerum esse in tutore datiuo[i]: quia neminem iudices dant praeter iurisdictionem quam habent[k], cùm extra iurisdictionem priuati dicantur[l]. Secus est in testamentario tutore[m], quia ab eo datur qui pater est[o]. Vnde cùm ubique pater sit, eius dationem quocunque loco & in quemcunque faciam lex confirmat[p].

c l. fin. in fi. eod.
d l. propter litem.
§. licet. eod.
e l. tutor petitus. in princ. eod.
f l. idem. Vlpia. §. sunt & alij. eo.
g l. pen. de iurisd.
h l. neque. C. qui dare tuto.
i l. j. in fi. de tuto. dat.
k l. pupillo. eo. titu.
l l. iij. de off. praef.
m l. quarto. in prin. de testa. tutel.
n l. j. eod.
o l. tutor incertus. in fi. eo. titu.
p l. j. C. si tutor reip.

AXIOMA LII.

Septimò qui reip. causa absunt uel absfuturi sunt[q], non solùm pendẽte absentia[r], sed & post reuersionẽ intra annum[s], uel intra aliud certũ tempus si milites sint, excusare se à noua tutela possunt[t]: sed non ab ea quam ante absentiam iam susceperant[x]. Qui uerò sua culpa abest, perpetua absentia non temporalis (quoniam morti aequiparatur[u]) illum excusat[x]. Octauo excusatur is qui se imparem oneri iniuncto esse cõtendit[y]. Quare pauper, nisi contutorem habeat[z], aut auctum sit illius patrimoniũ[a], à tutela nõ tamẽ tanquã suspectus remouetur[b]. Sic ualetudinarius à tutela etiã iam suscepta[c] secundũ ualetudinis qualitatem excusatur[d].

q §. qui reip. insti. de excusa.
r l. non solum. in princ. eo.
s l. sed & milites. eod.
t l. pen. eod.
u l. si quis sub conditione. in fin. de testa. tut.
x l. tutor petitus. §. fin. cum l. seq. de excusa.
y §. sed & propter paupertatem. institu. eo.
z l. j. C. de peric. tuto.
a l. non tantum. §. eos. de excus.
b §. fi. institu. de suspect.
c l. & non tantũ. in prin. de excusat.
d l. idem Vlpianus. in princ. eod.

AXI

AXIOMA LIII.

NOnò inimicitiæ ab omnibus ciuilibus muneribus excusationem præstãt[e], nisi quis se tutelam administraturum promiserit[f]: talis enim omne ius excusationis perdit[g]. Verùm tamen ualet datio, si in testamento inimicus tutor datus sit[h]: quia per dationem inimicitiæ remissæ intelliguntur[i]. Quæ ratio cessat, si post testamentum scriptum capitales interuenerint inimicitiæ[k]: Et ideo tutelam impediunt si reconciliatio non interuenit[l]. Sed leues inimicitiæ excusationi locum non faciunt[m]: Quare lis de maiore parte bonorum, leues non sunt, cum illa à tutela excuset[n].

e l. unica. C. si pp. inim. lib. x.
f §. item si propter inimicitias. insti. de excus.
g l. spadonem. uers. j. eo. titu.
h l. athletæ. §. dat remiss. eo.
i l. antepe. §. lucius Titius damã. de lega. ij.
k d. §. dat remissionem.
l §. inimicitiæ. instit. eo.
m l. iij. §. fina. de adim. leg.
n l. propter litẽ. in prin. de excusa.

AXIOMA LIIII.

DEcimò sicut illiterati negotiorum expertes excusantur[o], ita & docti: sed aliquando sine numero ut si ualde docti sint[p], aut si sint philosophi[q], uel legum Doctores qui in probata uniuersitate doceant[a], aut qui in principis consilium sunt assumpti[b]. Alij uerò puta Rhetores, Grammatici, Sophistæ, certo numero excusantur[c]. Alij nunquam excusantur, ut librarij, calculatores[d], geometræ[e], aut conductor uectigalium ciuitatis[f], uel fisci colonus[g]. Secus est in eo cui princeps alicuius rei curam iniunxit[h], ut exactores tributorum[i], mensores frumentarij[k], & qui res principum uel fisci administrant[l].

o l. athletæ. §. de rusticis. eo.
p l. sed & reprobari. §. amplius. uer. ualde. eo.
q d. l. sed & reprobari. § philosophorum.
a l. sed & reprobari. in fin.
b l. iuris peritos. in princ. eo.
c l. si duas. de excus.
d l. spadonem. §. neque eo.
e l. geometræ. eo.
f d. l. spadonem. §. qui uectigalia.
g l. coloni. C. eod. titu.
h d. l. geometræ. in fin.
i l. exactores. C. eod.
k l. mensores. de excusat.
l §. item diuus. instit. eo. titu.

AXIOMA LV.

VNdecimò qui tutor fuit, ne sit eiusdem curator, se excusare potest[m]: aliàs Curatela perinde necessario suscipi debet, ac tutela[n]. Vtrunque enim munus est publicum[o], & in paucissimis differunt[p]. Quandoque etiam curator ipso iure tutus est, ut si in testamento sine confirmatione[q], uel à iudice extraneo datus sit[r]. Postremò aduertẽdum est excusationem non prodesse, si aut falsa sit[s], aut per ambitionem[t], uel post administrationem coeptam impetratã[u]: Adeò ut si duas quis excusationes proposuerit, alteram ueram alteram falsam, si ex falsa excusetur nulla erit excusatio[x]: quoniã falsa causa etiam inter maiores decretum uitiat[y]: licet in sententia secus sit[z].

m § qui tutelã. eod.
n l. tutori. C. de neg. gest.
o Instit. de excus. in principio.
p l. scire oportet. in princ. eo.
q l. Caius. eod.
r d. l. scire. §. fin.
s §. fin. instit. eo.
t l. fin. C. si tut. fals. all.
u l. ij. eo. titu.
x l. qui testaméto. de excusat.
y l. cũ uerò. §. subuentũ. uers. proin de de fidei. liber.
z l. diu[o]. de re iud.

AXIOMA LVI.

PRoinde sciendum est Vlpianum respondisse, tutorem per libellos se excusare non posse[a]: Modestinus contrà sensisse uidetur[b]. Pro Vlpiano ratio urget, quòd tutela decreto fiat[c], quæ autem per decretum fiunt per libellum non expediuntur[d]. Item tutelæ excusatio causæ cognitionem & contradictionem patitur[e], ergo per libellum expediri non potest[f]. Libellos Accursius pro sententia inter absentes lata, uel pro iudice delegato, aut pro procuratore accepit; quoniam libellis tales actus explicãtur[g]. Budæus & Alciatus libellum pro supplicatione exponunt[h]. Stella pro quacunque libelli specie[i].

a l. excusare. de excus. tuto.
b d. l. scire. §. oportet autem.
c d. l. seiæ egressæ. de tuto. dat.
d l. nequicquam. §. ubi. de offi. procons.
e l. si cùm ipse. de excus.
f l. omnia quæcunque. de reg. iur.
g l. ij. C. de sent. ex breuic. c. cum inter. de off. deleg. l. minorum. C. de præd. min.
h l. libertus. ij. de in ius uoc.
i Stella. d. §. ubi.
k Alciat. parerg. j. cap. 17.
l l. iudices. C. de epilc. aud.
m l. librorum. §. q. tamen. de leg. iij.
n l. j. C. de famo. libell.

AXIOMA LVII.

SIcut à libra, quæ certam tritici mensuram significat[k], libella diminutiuum nascitur[l]: ita quoque & à libro libellus. Vnde sicut liber charta scripta dicitur[m], similiter libellus chartula est in qua aliquid scribitur[n]: siue sit actus iudicialis, ut petitio[o], accusatio[p], recusatio[q], sententia apostoli[s]: siue sit actus extraiudicialis, ut supplicatio[t], iniuria[u], diuortium[x], placitum[y], dispositio[z] certificatio[&].

o l. j in princip. de edend.
p l. libellorum. de accusat.
q l. apertissimi. uer. licet. C. de iudi.
r l. ij. C. de sent. ex breui.
s l. j. de libell. dimiss.
t Rub. C. quando libel. prin. cũ l. j.
u l. item apud. §. si quis libello. de iniur.
x l. si pœnituit. de diuort.
y l. item ueniunt. §. præter hæc uers. pridie. de pe. hær.
z l. j. § item si libellus. de tab. exhi.
& l. si publicanus. de publica. l. iiij. §. toties. de dam. inf. &c.

AXIOMA LVIII.

PEr libellum expedire, est unius libello aduersario nõ audito subscribere[a]. Quod fieri potest, cum quid à nobis petitur, quod in mera nostra potestate consistit: ut nouum ius statuere[b]; uel ius positiuũ mutare si principes sumus[c]: uel si sumus iudices sententiam proferre[d], iurisdictionem mandare[e], supplicantis desyderio, quod nullius citationem requirit, satisfacere[f]. Iudex autem cùm per libellum expedit, ipse non ipsiùs Assessor, subscribere debet[g]. Ad assessoris tamen aut illius qui libellis præfectus est[h] officium pertinet, obseruare an libellis subscribendum sit nec ne[i].

a l. iudex. C. com. mi. epist.
b l. sed addet. §. fin. loca.
c l. ij. C. quando libel. princ.
d l. non distinguemus. § cum quidam. de arbit.
e l. diuus. de re iud.
f l. libertus. ij. de in ius uoc.
g l. ij. C. de assess.
h l. rescriptum. de distrac. pig.
i l. j. de off. assess.

AXIOMA LIX.

SIuerò libellus id contineat quod causæ cognitionem requirit, illud per libellum nunquàm est expediendum[k]: sicut nec econtrà quod causa cognita statutum est, per libellum reuocatur[l]. Quapropter ubi decretum necessarium est, quía causæ cognitionem requirit[m], nihil per libellum expeditur[n]: ut patet in rerum pupillarium uenditione, quæ idcirco per libellum non permittitur[o], quod decretum, & causæ cognitionem requirat[p]. Sic tutoris excusatio per libellum nõ expeditur[q], quia cum causæ cognitione fieri debet[r].

k l. omnia quæcunque. de reg. iur.
l l. iij. com. epist.
m l. iij. §. si causa. de bon. poss.
n l. nequicquam. §. ubi. de offic. procon.
o l. minorum. C. præd. min.
p l. v. §. si æs alienũ. de reb. cord.
q l. excusare. de excus. tutor.
r l. si cùm ipse. eo.

AXIOMA LX.

TVtoris excusatio igitur licet per libellum expediri non possit[s], potest tamen à tutore per libellum proponi[t]. Quod fieri posse non uidebatur, quoniam tutor non solum ad iudicem accedere[u], sed & ibi de specie excusationis testari debebat[x], id est, illam testibus probare[y]. Responsum itaq; fuit sufficere, quòd illam in libello proponeret. Debet autem illam proponere intra quinquaginta dies, ex quo cognouit se tutorem datum[z]. Sed ipsa excusationis causa intra quatuor menses à die nominationis computandos terminari debet[a].

s d. l. excusare.
t l. scire oportet. §. oportet autem. de excusa. tuto.
u d. l. scire. §. oportet enim.
x d. l. scire. §. scire autem.
y l. j. §. iussum. ꝙ iussu.
z §. qui autem. ij. instit. de excusa.
a l. quinquaginta. eo. tit.

AXIOMA LXI.

QVomodo autem quinquaginta illi dies ex die cognitionis, & quatuor menses ex die nominationis currant, dubitat Accursius[b]. Nam si tutor post quatuor tantùm menses, ex quibus tutor nominatus est, se tutorẽ cognouit: prius præscriberentur quatuor mẽses quàm quinquaginta dies, quod fieri non potest[c]. Ego omisso Accursio respõdeo illos quatuor men ses currere, ex die non nominationis quo tutor est nominatus: sed quo ipse tutor suas exceptiones nominauit & proposuit. Illas enim omnes nominare debet[d], ne diutius suspendatur tutelæ administratio[a]: etsi de quibusdam nõ probauit, alijs nominatis uti intra prædictum tempus non prohibetur[b].

b Glo. fi. d. l. quinquaginta. & glo. d. §. qui autem.
c l. mariti. §. præterea. de adulte.
d d. l. scire. §. scire autem.
a d. l. scire. §. multa.
b l. propter litem. uers. j. eod.

AXIOMA LXII.

VLtimò sciendum est neq; tutores neq; curatores à tutela uel cura appellare posse[c], sed tantùm ab excusatione reiecta[d]. Non obstat lex quę argumento à contrario sensu eum appellare posse innuit[e]: quía cùm alía lex expresè contradicat[f], argumentum à contrario sensu cessat[g]. Sed cùm tutela sit munus publicum, cur ab ea, sicut à cæteris muneribus publicis, non appellatur[h]. Bartolus ob id esse credidit, quòd munus reip. non sit[i]. Ego ob id, quòd iuris dictionis non sit[k], ob quam corrigendam inuenta est appellatio[l]. quæ ideo in cæteris muneribus locum habet, quia illa à præsidibus uel decurionibus iurisdictionem habentibus[m] imponuntur[n].

c d. l. scire oport et. in princ.
d d. §. qui autem ij.
e l. tutores. uer. quapropter. C. de adm. tutor.
f l. j. §. si quis tutor. quando appel.
g Gl. l. conuenticula. C. de episc.
h l. j. §. alia causa est. quando appell.
i Bart. d. §. si quis tutor.
k l. muto. §. tutoris. de tutel.
l l. j. in princip. de appell.
m l. item. §. j. quod cuiusq; uniuers. ii ficta l. j. in prin. si quis ius dicent.
n l. j. §. solent. quando appell.

AXIOMA LXIII.

SVperest uidere remedia quibus pupillis tutores obnoxij sunt. In primis, aliquando ab administratione remouentur, sed interdum non tanquàm suspecti[o], ut cùm propter inopiam satisdare non possunt[p]: Mores enim & fides[q], non paupertas, suspectum quem faciunt[r]. Verùm non omnes satisdare debent, uidelicet testamentarij, & qui cum inquisitione sunt dati[s]: inter quos tamen si quis satisdare uelit, cæteris in administratione præfertur[t]. Alij autem legitimi, & qui sine inquisitione danť, satisdare etiam pignoribus captis coguntur[u], nec antè quicquam administrare possunt[x].

o §. fin. instim. de suspect.
p l. ij. C. de tutor. qui satisd.
q §. suspectus. j. de suspectu. tutor. instit.
r l. suspectum. de suspec.
s Instit. de satisd. tutor. in princip.
t §. j. eod.
u §. sciendum. in fi. eod.
x l. fin. C. de tutor. qui satisd.

AXIOMA LXIIII.

ALiquando ob negligentiam uel dolum tutores remouentur tan quam suspecti[a]: sed dolus non negligentia infamiam infert[b], item & lata culpa, licet non æquè inferat[c]. Sed & ex leui aliqua facti nascitur infamia[d]. De hoc autem suspecti crimine licet speciales tantùm iudices cognoscant[e], omnibus tamen illius accusatio permittitur. Ideo publicum dicitur, ex eo quòd omnibus pateat[f], quasi populare[g]. Non autẽ publicum dicitur, quasi ex legibus publicorum iudiciorum descendat[h], quoniam ex lege XII. ta. uenit

a l. j. in princip. de suspect.
b l. fin. C. eod.
c §. suspectus. ij. instit. eod.
d Argu. l. ij. de obseq.
e l. j. §. damnat. de suspect.
f d. l. j. §. consequens.
g l. j. de popu. act.
h l. j. de publ. iud.

uenit[i]. Et ideo per procuratorem exerceetur[k], neq; infamiam semper importat[l], quod in cæteris publicis iudicijs secus est[m].

i Instit. de suspec. in princ.
k l. non solùm. in fi. de procura.
l l. iiij in princ. de suspec.
m l. infamẽ. l. pen. §. ad crimen. de publ. iud.

AXIOMA LXV.

HOc suspecti tutoris crimen neq; ad id quod ante administrationem factum est[a], neq; ad id quod post remotionẽ fit, extenditur[b]. Imo si pendente suspecti cognitione tutor aut curator sit mortuus[c], uel aliter finita sit tutela aut cura, suspecti cognitio extinguit[d]: quia cessat, cùm tutelæ actione agi potest[e]. Ea autem agitur, cùm tutela uel cura finitur[f]. Finitur autem pubertate tutela[g], ut & curatela post XXV. annos[h]: utraq; item pupilli uel tutoris morte aut capitis diminutiõe[i].

a l. iij. §. nunc uideamus. de suspect.
b l. decreto. eo.
c §. si quis. j. Instit. eod.
d l. pen. eo. titu.
e d. §. nunc uideamus. uersic. nunc absentarum.
f l. nisi. j. de tutel. & ratio.
g Institu. quib. mo. tut. fin. in princ.
h Instit. de curato. in princ.
i §. simili. §. sed & capitis. instit. quib. mod. tute.

AXIOMA LXVI.

SEd quãdo finitur curatela ob unũ negotium facta, aliter Accursius[k], aliter Bartolus distinxit[l]. Ego dico siue tutelam[m] siue Curatelam ob unum negotiũ factam, negotio perfecto finiri[n]. Illa uerò, quæ ex quacunq; causa generaliter facta est, cessante causa propter quam facta est, extinguitur[o]. Sed si causa duret, tutores usq; ad pubertatem perseuerant[p]. Verùm de curatoribus erat dubium, cùm usq; ad XXV. annos regulariter durent[q]: Sed cùm hoc uerum sit in adultorum curatoribus, in pupillorũ curatoribus cõstitutum est, ut nõ ultra pubertatẽ durẽt[r]: post quam ideo alij creandi sunt[s].

k Gl. l. curatorem. de tuto. dat.
l Bart. l. solet. de tutel.
m l. si impuberi. de tuto dat.
n §. si instit. de autor. tuto.
o l. si tutor reip. in princ. de tutel. & ratio.
p l. quæsitũ. de tut.
q Instit. de curat. in princ.
r l. j. C. quando tutor uel cura.
s l. curatorem. de tuto. dat.

AXIOMA LXVII.

FInita igitur tutela tutores actione tutelæ tenentur[t]: quæ datur pro omnibus quæ non iure tutor uel fecit uel omisit[u], siue in amittendo siue in non acquirendo consistant[x]. ut si fecerint quominus donatio pupillo acquireretur[y], uel econtrà si pupillo donãti autoritatẽ præstiterit[z]. Non enim ualet donatio etiam si decretum interuenerit[a], quia (ut Vlpia. inquit) sicut pupillus testari non potest, ita nec causa mortis donare[b]. Is enim q testari prohibetur, & mortis causa donare non potest[c]. Et contrà ei tantũ permittitur causa mortis donare, q testari potest[d].

t §. tutores. instit. de oblig. quæ ex quasi cõtr. nasc.
u l. j. in prin. de tutel. & ratio.
x l. quicquid. C. arbitri. tut.
y l. pupillorum C. de admi. tuto.
z l. non omni. C. eod.
a l. fin. uers. fin. C. si maior fact.
b d. l. j. uers. j. de rat. distrah.
c l. discretis. § prin. C. qui testa.
d l. Marcellus. in princ. de donat. caus. mort.

AXIOMA LXVIII.

EX hac Vlpiani ratione Fulgosi[e] putauit filium nec ex patris consensu causa mortis donare posse[e]: Sed omnes tam in donatione inter uiuos[f], quàm in donatione causa mortis reclamant[g]. De ratione tamen plurimùm altercantur, Cur filius patre cõsentiente donare posit[h], non autem testari[i], uel fideicõmittere[k]. Dum aliqui dicũt ob id esse quod testamentum publici iuris sit[l]. Alij ob id quod ultima uoluntas non pẽdeat ex alieno arbitrio[m]. Alij ob maiorem solennitatem quæ in testamento desyderatur[n]. Alij ob bonorũ obuentionem, non obligationem, quam testamentum continet[o].

e Fulgosi. q in potestate. de testa.
f l. filiusfa. de donat.
g l. tam is. §. j. de don. causa mor.
h d. l. filiusfa.
i Inst. qui. non est per. in princ.
k l. ij. de lega. j.
l l. iij de testa.
m l. captatorias. C. de testa. milit.
n Ias. l. senium. C. qui testa.
o Alcia. l. licet. C. de pact.

AXIOMA LXIX.

EGo uerò quid donatio à cæteris differat negotijs non uideo. Nam sicut filiusfa. in peculij fraudem uendere[a], mutuum dare[b], pignorare[c], remittere non potest[d]: ita nec donare ut perdat[e]. Econtrà uerò ubi fraus abest, ut omnem contractum facere potest[f], similiter ex causa donare[g]: puta uel quia ex stipulatione obligatus[h], uel quia tantundem recepturus erat[i]. Filium igitur ex patris consensu donare posse ob id respõsum est[k], ut pater donationi stare teneatur[l]: quia ipse tunc donare intelligitur[m]. Quod idem in cæteris cõtractibus[n], ubi de perditione aut fraude agitur, dicendum est[o].

a l. si pater. Quæ in fraud. cred.
b l. iiij. in princ. ad macedo.
c l. j. §. j. quæ res pig.
d l. sicut. § an pacisci. quib. mo. pig.
e l. filiusfa. uers. nõ enim. de donat.
f l. j. quod cum eo.
g d. l. filiusfa. uers. si, quid ergo.
h l. cùm filiusfa. in princ. de uerbo.
i l. contra iuris. in fi. de pact.
k l. tam is. §. j. de dona. cau. mor.
l l. ij. in princip. de donat.
m l. in ædibus. §. pen. eo.
n d. l. si pater.
o l. si consensu. §. j. quib. mo. pig. & d. l. iiij. ad maced.

AXIOMA LXX.

FIliusfa. nec patre cõsentiente testatur[p], quia rerum suarum dispositionem non habet[q]. Peculium enim, quod illius patrimonium dicitur[r], statim postquam mortuus est, ad patrem redire solet[s]. Et ideo prius desinit & peculium & patrimonium esse, quàm ad hæredem peruenire posit[t]. Hacq; ratione filiusfa. nullum hæredem habere potest, nisi paterfa. decesserit[u].

p l. qui in potestate. de testa.
q Inst. quib. nõ est perm. theoph.
r §. actiones autẽ: de peculio. insti. de act.
s l. filiusfam. ad l. falc.
t l. si seruus cõmunis Meuij. § prin. de stipul. seruo.
u l. sed Iulianus. §. quanquã. ad macedon.

AXIOMA LXXI.

PRæter tutelę actionẽ tutor Actione de rationibus distrahendis tenetur[a]. Quæ competit pro eo quod in tutela gerenda siue furandi animo ablatum est[b]. & datur in duplum, in quo inest rei pesequutio[c]. Nõ tamen quod

a l. j. §. de rationibus. de tutel. & ratio. distrah.
b l. ij in princ. eo.
c d. l. ij. in fin.

interest

interest, sed tantùm rei æstimatio duplatur[d], quemadmodum & in actione furti[e]. Qua etiã tutor cõueniri potest, si res pupillares furandi animo abstulerit[f]. Quo casu etiam de rationibus distrah. obligatur, nec una actio per aliam tollitur[g]. Sed contrà cùm utraq; pœnalis sit, una per aliam tolli debet[h].

d d. l. j. §. consyderandum.
e l. in furti. de furt.
f d. l. ij.
g d. l. j. §. hinc tamen.
h l. licet. §. possumus. naut. caupo.

AXIOMA LXXII.

Mirabilis sanè est hęc antinomia, quæ & ex alio augetur, quòd condictio furtiua actionem de ratio. distrah. tollat[i], cùm tamen pœnalem actionem tollere nõ possit[k]. Et rursus tutelæ actio hãc de ratio. distrah. prorsus tollit[l], aduersus regulam qua dicitur, actionem unam aliam nõ tollere, nisi eatenus quatenus concurrunt[m]. Sed & difficilis uidetur ratio, cur tutelæ actio furti actionẽ non tollat[n], perinde ac iudiciũ de ratio. distrah[o]. Bartolus suæ ignorantiæ conscius horum casuum rationes fateĩ difficiles esse[p].

i d. l. ij. §. fina. de rat. distra.
k l. si pro fure. §. j. de cond. furt.
l d. l. j. §. in tutela. de ratio. dist.
m l. j. ui bon. rapt.
n l. rei communis. pro socio.
o d. l. j. §. hinc tamen.
p Bart. d. §. in tutela.

AXIOMA LXXIII.

Ego sic distinguendum arbitror actionem unam pœnalem ab alia tolli, cùm ex eadem obligatione descendunt[a]: secus si ex diuersis[b], ut est actio furti & de ratio. distrah.[c] nam illa maleficij obligatio est[d], hæc quasi contractus[e]. Et ideo furti actio per iudicium tutelæ nõ tollitur[f], quia diuersæ sunt obligationes[g]. Econtrà condictio furtiua actionem de ratio. distra. tollit[h], quia ambæ sunt ex quasi contractu: condictio enim furtiua ex uarijs causarum figuris nascitur[i]. Et hac ratione tutelæ actio, & actio de ratio. distrah. se inuicem tollunt, quia sunt ex una obligatione[k]: id est, ex uno quasi contractu. Sed si essent duæ obligationes, una actio aliam, quatenus concurrunt, tolleret[l]: hæcq; distinctio, quod ad tutelæ argumentum attinet, uera est, sed aliâs dubitari posset[†].

a d. l. licet. §. possumus.
b l. ij. in princip. de priua. del.
c d. §. hinc tamen. uers. nec enim.
d l. iij. in princ. de actio.
e l. pupilli. in prin. de solut.
f d. l. rei cõmunis.
g l. plura. uers. j. à contrar. sens. de actio.
h d. l. ij. §. fin. de ratio. dist.
i Gl. mag. in prin. l. j. de actio.
k d. §. in tutela. uerbo. ex una.
l d. l. j. ui bonor. rapto.
† l. qui seruum. §. hinc de pigno. l. cum ex uno. de act. & oblig.

AXIOMA LXXIIII.

Sicut tutelæ actione tutor ex administratione pupillo obligatur[m], ita & ecõtrà tutori de eo quod bona fide impẽdit[n], etiam si aduersum habuerit euentum[o], cõtraria tutelæ actio contra pupillũ datur[p]. Quæ perinde bonæ fidei est ac tutelæ actio[q], quoniam in ea usurę uenĩũt[r]. Qua ratione & protutelæ actio, quæ, in eum qui putans aut fingens se tutorem pupilli negotia gessit, datur[s]: etiam bonæfidei præsumitur[t]. Secus est in actione de ratio. distrah. in qua neque usuræ neque id quod interest uenit[u].

m l. j. de ratio. in princ.
n l. iij. uers. deducitur. de cõtra. tut.
o d. l. iij. §. sufficit.
p l. j. §. an in hoc. eod.
q Glo. uerb. tutelæ. §. actionum. Inst. de actio.
r l. iij. §. consequitur. de contra. tutel.
s l. j. §. protutor. de eo qui pro tut.
t d. l. j. §. in protutelæ.
u l. §. consyderandum. de ration. distrah.

AXIOMA LXXV.

Caeterum sicut protutor ex simili fide[x] etiam ante tutelam finitã[y] tam de gestis quàm non gestis pupillo tenetur[z], nec non pupillum contraria actione habet obligatum[a], tametsi pupillus his quæ gessit stare non cogat[b]: Ita quoq; & hic protutor quamuis alieni iuris sit[c], ei qui cum illo contraxit, omne damnum resarcit, quod passurus non fuisset, si cum uero tutore contraxisset[d]. Quoniã in integrum semper restituitur si minor sit[e], uel etiam si maior, modo ignorans contraxerit[f]: aut alicui, qui denuntiaret talem proturorem tantum esse, bona fide non credidit[g]. Ex tali enim denuntiatione, cùm protutoris dolus maior sit, non obligatur[h]: maximè si denuntians ius denuntiandi non haberet[i].

x l. pen. de eo qui pro tuto.
y l. j. §. cum. eod. titu.
z d. l. j. §. fin.
a l. fin. eod.
b l. ij. eod.
c l. pen. in princip. quod fals. tut.
d l. si falso. eod.
e l. iij. eod.
f l. j. §. fin. eod.
g l. ij. eo. titu.
h Argu. l. si putator. in fin. ad l. aquil.
i Arg. l. si fundum. C. de rei uendic.

AXIOMA LXXVI.

Non solùm tutor & protutor (ut suprà dixi) pupillo tenentur, sed & hæres tutoris: si uel se tutelæ immiscuit[k]. (Quod facere debet in his quæ à tutore inchoata sunt[l], pro quibus tutelæ actione tenetur[m],) uel si lis contra tutorem contestata sit[a], uel si quæ penes se habet restituere nolit[b], quo casu in eum iuratur in litem[c]: non ob tutoris factum[d], sed cùm ex proprio dolo conuenitur[e], ueluti si reperta in hæreditate dolo malo non exhibeat[f]. Nominatores quoq; & fideiussores, non magistratuum[g], sed tutorũ etiam ex tacito consensu[h] perinde ac tutores obligãtur[i]: & cõtrario iudicio agunt[k]. Magistratus pręterea, non maior[l], sed municipalis pupillo subsidiaria actione tenetur[m].

k l. fin. in princ. de fideiuss. tuto.
l l. j. eod.
m l. pen. de admin. tuto.
a l. fin. §. j. de fideiuss. tuto.
b l. pen. C. arbitr. tutel.
c l. j. C. de in lit. iur.
d l. fin. eod.
e l. iiij. de fideiuss. tuto.
f l. pe. C. de in lit. iuran.
g l. j. in princip. de mag. con.
h l. iiij. §. fin. de fide. tuto.
i l. iij. eod.
k l. v. eod.
l l. j. in princ. uers. neq. de magist. con.
m §. sciendum. cum glo. instit. de satisd. tuto.
n Gl. Rub. C. quando decret. opus.

AXIOMA LXXVII.

Vltimò aduertendum est Tutorem, exceptis certis casibus ab Accursio relatis[n], res pupillorũ alienare

nare

nare non posse[o]: nisi iudicis interuenerit decretum[p]. In quo interponendo iudex liberum non habet arbitrium[q]: Nam ob æs alienũ tantùm, & aliquas alias causas quas Accurs. notauit[r], interponere debet. Inter illas autem ea sola difficilis est, qua dicitur alienationem ob donationẽ propter nuptias[s], uel ob dotem ualere[t], nec restitutioni locum esse[u]: cùm tamen contrà alibi dicatur hanc alienationem esse interdictam[x]. Varijs modis respondet Accurs. Sed ego ita interdictam puto, si solennia, quæ plura sunt, omissa fuerint[y]; non aliter[z].

o l. j. in prin. de reb. eor.
p Rub. C. de præd. mino.
q l. v. §. si æs alienũ. de reb. eorum.
r l. ob æs. cũ gl. C. de præd. min.
s l. fi. §. cum autem. C. si maior fact.
t l. Titia. de iur. dot.
u l. j. C. si aduers. uend.
x l. prædia. C. de præd. min.
y l. v. per totũ. de reb. eor.
z l. lex quę tutores. uers. pręcipimus. C. de adm. tuto.

De Existimatione.

TRACT. VII.

AXIOMA I.

HACTENVS de tutela dictum sit. Nunc paucis reliqua tria quę qualitati corporis cohærent: Existimationem, facultates, & curam, explicabimus. Est itaq; existimatio illæsæ dignitatis status[a], ex unius cuiusq; facto[b], uel Reip. administratione prouenienss[c]. Quæ administratio ut uarias, Prætorum uidelicet, Consulum, Quæstorum[d], Comitũ & multorum aliorum species habet[e]: Ita & multa priuilegia singularia cuilibet speciei concessa sunt[f], multa etiam omnium specierum sunt communia: ut excusatio est ab extràordinarijs muneribus[g], uel ab ordinarijs personalibus[h]. Quæ si sordida sunt, ab illis etiã deposita dignitate cõpetit excusatio[i].

a l. cognitionũ. §. existimatio. de uarijs.
b l. j. & tot. titu. de his qui. ut indig.
c l. honor. in prin. de mune.
d titu. de off. cons. cum seq.
e toto. lib. xii. C.
f tit. ut dig. ord. ser. lib. xii.
g l. curiales. de decurio. C. lib. x.
h l. medicos. eod. lib. de profess.
i l. maxi natũ. C. de excu. mu. eo.

AXIOMA II.

PRæterea qui supradictas dignitates habẽt, neq; in plus quàm possint, conueniuntur[k]: neq; torqueri possunt etiam dignitate deposita[l], nisi cũ infamia depositi essent[m], aut graue esset delictũ; ueluti est læsa Maiestas[n] uel hæresis[o]. Neq; pro delicto aliquo occidi debent[p]. Proinde hæc existimatio siue dignitas oppositam habet infamiam, quæ nihil aliud est quàm existimationis nostræ damnum[a]: Et est uel facti, uel iuris[b]. Quæ facti est, ex graui uel patris[c] uel iudicis increpatione nascitur[d]. Nec refert si cõuitium contineat[e], modò illud admonitionis non iniuriæ causa dictum sit[f].

k l. miles. de re iud.
l l. decuriones. C. de quæst.
m l. milites. eo.
n l. ætate. in prin. ff. eo.
o Gl. d. l. miles.
p l. desertorem. §. pœna militũ. de re milita.
a l. si furt. C. ex q. cau. infa.
b l. ij. de obseq.
c l. ea quę pater. C. eo.
d l. ob hęc uerba. de his qui not. infa.
e l. uerbum. C. ex quib. cau. infa.
f l. interloquutio. eo.

AXIOMA III.

QVi facti tantùm infamia notantur, ab omnibus dignitatibus coërceri debẽt[g], nisi aliorũ esset penuria[h]. Item per fratres inofficiosi querela à succeßione repelluntur[i]. In causis præterea criminalibus non nisi in subsidium[k] testes admittuntur[l]: in Ciuilibus illis minus creditur[m]. Infamia uerò iuris tribus modis committitur. Primo ex aliquo publico facto quod ignominiosum est[n]: ut illud cùm mulier per annum uirum nõ luget[o]. tunc enim ipsum factum notatur[p], hoc est ipso iure qs ex tali facto fit infamis[q]. Ipso iure item infamis est, qui foenus illicitum exercet[r].

g l. ij. C. de dignita. lib. xii.
h l. general. §. spurios. de decur.
i l. fratres. C. de inoff. testa.
k l. qui ultimo. de pœn.
l c. ad testimoniũ. de testib.
m Barto. l. j. nu. xii. C. de sum. trini.
n l. j. in prin. de his qui not.
o d. l. j. §. qui ea.
p l. quid ergo. §. cũ autem. eo.
q l. decreto. C. in qui. cau. infa.
r l. improbum. cum gl. eo.

AXIOMA IIII.

ITaq; si usurarius[s], latro[t], periurus manifestus[u], ipso iure infames sint; multò magis idem de eo crediderim qui publicum aliquod maleficiũ palàm cõmiserit[x]. Nõ obstat quod imò sententia requiri uideatur[y]: Quia per sententiam quidem delictum declaratur, & quis fit infamis[z], sed iam antè simul atq; quis palàm deliquit ex sola deprehẽsione infamis est[a]: nec Vlpianus expreßit in eo sicut in alijs desyderari sententiam[b]: De quo tamẽ maior dubitatio erat, si sententia necessaria fuisset, nec grauius puniretur delinquens quàm contrahens[c]. Quod minimè dicendum est[d].

s d. l. improbum.
t l. capitalium. §. famosos. de poen.
u l. si quis maior. C. de transactio.
x l. ob carmen. de testib.
y l. infamẽ. de pub. iud.
z c. cum secũdum. de hæret. in vi.
a l. palàm. §. quæ in adulterio. de ritu nupt.
b l. Athletas §. calũ niator. de his qui notan.
c l. j. §. qui iudicio. §. qui pro socio. eod.
d l. aut facta. §. qualitate. de pe.

AXIOMA V.

EX hac declaratione eiusdem Vlpiani dissoluitur antinomia, alibi

reſpondentis crimẽ ſtellionatus famoſum non eſſe [e], alibi damnato infamiã irrogare [f]. Gloſa diſſoluebat ita famoſum eſſe, ſi ex cauſa quæ infamiam irrogaret naſceretur [g]: Quæ ſolutio planè falſa eſt, ſemper enim ex dolo deſcẽdit [h], qui dolus nunquàm non famoſus eſt [i]. Dico igitur famoſum non eſſe ex ipſa apprehenſione, quemadmodũ ſunt iudicia publica: quæ nõ poſſunt pœnitentia emendari [k], uti crimen ſtellionatus [l]. Quod quia poſt ſententiam non emendatur, per ſententiam dãnato irrogat infamiam [m]: quia ex cauſa famoſa nempe ex dolo deſcendit [n].

e l. ij. de crim. ſtell.
f l. quid ergo. in fi. de his qui no.
g Arg. l. infamẽ. de publ. iud.
h l. iij. in princi. de crim. ſtellio.
i §. ex quibuſdam. inſt. de pœ. tem. litig.
k l. pe. ui bo. rapt.
l l. j. C. de crim. ſtellio.
m d. l. quid ergo. in fin.
n d. l. infamem.

AXIOMA VI.

SEcundo modo committitur infamia iuris per ſententiam ex publico iudicio uel priuato latam [a], aut ex ſocietatis tutelę, mãdati depoſiti actione directa [b]: ſed nõ contraria, quia hæc nullam continet perfidiam [c]. Sed contrà uidetur fur ipſo iure infamari [d], necnon ille apud quem ſcientem furtum repertum eſt [e]. Reſpõde eum qui ſignum furandi præbuit [f], uel receptatorẽ ipſo iure infamari: quia talia delicta manifeſta ſunt [g]. Aliud in fure [h]: q, ex eo quod ab animo furtũ pendeat, prorſus manifeſtus dici non poteſt [i].

a d. l. infamem.
b d. l. j. §. qui pro ſocio.
c l. furti. §. fin. eo.
d l. ſacrilegij. pœnam. §. fi. ad l. iul. peculat.
e l. ſi furti. C. ex quib. cauſ. infa.
f d. l. ſacrilegij.
g d. l. ſi furti.
h d. l. furti. in prin.
i §. placuit. inſti. de oblig. quæ ex delict.

AXIOMA VII.

INterdum tamen ſententia non infamat, ut ſententia arbitri [k], uel etiam iudicis, quando alieno nomine facta eſſet defenſio [l]: aut quando inter alios ſententia lata eſt [m], uel quando iudex pœnam grauiorẽ, quàm legibus ſtatuta eſſet, impoſuit [n]: tunc enim damnatus ſiue decurio ſiue plebeius, nõ fit infamis [o]. Tertiò infamia iuris committitur ex pacto de crimine facto [p]: ſiquidem paciſcens crimen fateri uidetur [q]. Verùm tamen is non fit infamis qui nullam pecuniam ob pactum dedit [r], uel tantùm prætoris iuſſu dedit [s], uel cùm de contractu, cuius actio famoſa eſt, pactus fuit [t].

k d. l. quid ergo. §. ex cõpromiſſo.
l d. l. furti. §. ſi quis alieno.
m l. l. ſæpius. eo.
n d. l. quid ergo. §. pœna.
o l. in ſeruorũ. in fi. de pœn.
p l. j. §. qui furti. de his qui not.
q l. v. eo.
r d. l. furti. §. pactus.
s d. l. furti. §. qui iuſſu.
t l. in actionibus. eo.

AXIOMA VIII.

HAec iuris infamia præter effectus, quòd & à dignitatibus [u] & ab omnibus teſtimonijs infamẽ repellat [x]: facit ut exiſtimatio noſtra minuatur [y]. Non tamen ſtatus mutationẽ, id eſt, capitis diminutionem importat [z]: ſicut & contrà diminutio capitis ſtatum: id eſt, exiſtimationem aliquando non minuit [a]. Per iuris igitur infamiã exiſtimatio minuitur, ut cũ qui fuſtibus cæditur [b], modò tamen ex famoſa cauſa [c] & per ſententiam quis fuſtibus cæſus ſit [d]. alioqui ſolus ictus fuſtium infamiam non irrogat [e]. Similiter minuitur exiſtimatio cùm quis in opus publicum datur [f]: Quod intellige cũ datur non perpetuò, tunc enim capite minuitur [g], ſed ad tempus [h].

u c. infamibus. de reg. iur. in vi.
x l. iij. §. lege iulia. in fi. de teſtib.
y l. cognitionum. §. exiſtimatio. de uarijs.
z §. quibus autem. inſt. de cap. dim.
a l. j. §. capitis. ad tertull.
b d. l. cognitionũ. §. minuitur.
c l. ictus. de his qui not.
d l. fuſtibus. C. ex quib. cauſ. infa.
e l. nullam. eo.
f d. §. minuitur.
g l. quidã. de pœn.
h l. capitalium. in princi. uerſ. cæteræ. eo.

AXIOMA IX.

QVi in opus publicum damnatur ad tẽpus, uel relegatur, priſtinum ſtatum retinet [i]: id eſt, capite non minuitur [k]: ſed poſt impletum tempus non eſt infamis [l], ſed tamen damno infamiæ ſubijcitur [m]. Nam etſi cauſa relegationis perpetuò famoſa non ſit, tamen poſt reuerſionem tantò tempore ad honores nõ admittitur, quando dignitate caruerit [n]. Quòd ſi cauſa perpetuam infamiam contineat, poſt tempus perpetuò ab honoribus arcetur [o]. Nam aliquãdo exiſtimatio noſtra cõſumitur [p], ſi (inquit Calliſtratus) magnam, libertate, deportatione, uel in metallum damnatione, patiamur capitis diminutionem [q].

i l. ad tempus. C. ex quib. cauſ. infa.
k d. uerſ. cæteræ.
l l. iij & iiij. C. ex quib. cauſ.
m d. l. ad tempus. in fin.
n l. ordine. ad mũicip.
o l. iiij. §. ad tẽpus. de re milit.
p d. l. cognitionũ. §. exiſtimatio.
q d. l. cogn. §. conſumitur.

AXIOMA X.

MIrum eſt quòd Calliſt. inferre uidetur, deportatum uidelicet libertatem perdere [a]: quod prorſus falſum eſt [b], cùm nõ niſi mediam capitis patiatur diminutionem [c]. Neq; defendi poteſt illorum opinio, qui dixerũt Calliſtratum de magna, id eſt, de media tantùm capitis diminutione loqui [d]. Quoniam de in metallum damnato loquitur [e], quem certum eſt ſeruũ pœnæ eſſe [f]: hoc eſt maximam cap. diminutionem pati [g]. Et idcirco arbitrarer cum Accurſio non (ueluti) in reſponſo Calliſtrati, ſed (uel) legendum eſſe [h], aut per duas dictiones, (uel) & (uti) pro ſicut [i].

a d. §. conſumitur.
b l. v. uerſ. j. de bon. dam.
c §. minor. inſtit. de cap. dim.
d Arg. l. j. §. capitis. ad tertull.
e d. §. conſumitur. in fi.
f §. pœnę. inſt. qui. mo. ius.
g §. j. inſti. de cap. dim.
h Gl. d. §. conſumitur.
i l. j. in prin. ubi poſ. ſi d.

DE

De Facultatibus.

TRACTATVS VIII.

AXIOMA I.



PENVLTIMVM quod corporali qualitati cohaeret, in facultatibus consistit[k]. Nam Paupertas licet quo ad mores suspectum neminem faciat[l]: tamen quo ad Cautiones secus est[m]; nam locupletes fideiussores dari debent[n], pro rei uidelicet qualitate[o]. Quod Doctores interpretatur de his qui in praedijs diuites sunt, quoniã locuples dicitur, q locorũ siue agrorũ plenus est[p]. Sed putare etiã mobiliũ possessorẽ moribus probatũ idoneũ esse[q]: Quia benigni mores quibuscũq; praeponũtur facultatibus[r]. Rursus paupertas quandiu durat, à muneribus excusare solet[s]: nec non cuiuscunq; priuati creditoris actionem, non tollere[t], sed differre[u], modo legis poenam non contineat[x].

k l. nec ei. §. j. de adoptio.
l § fin. Insti. de suspect.
m l. si creditores. de pri. cred.
n l. ij. qui satis. cog.
o l. j. in ius voca. ut eant.
p l. quos nos. §. j. ubi Alci. de uerb. signi.
q l. si quis stipulatus. §. si. in fin. de uerb. obli.
r l. scire. §. cũ reliquis. de tut. dat.
s l. uij. §. j. de muner.
t l. si plus. in fin. de euictio.
u l. nam is nullam. de dol.
x l. si. de in ius uocan.

AXIOMA II.

PRaeterea ob inopiam à cõmunibus iuris regulis discedimus: pauperi enim stipulamur[a], illi pendente appellatione alimenta praestantur[b], in collatione donec satisdare possit expectandus est[c], ita ut pro parte recipienda sit eius satisdatio[d]. Econtrà ab illo etiã constante matrimonio dos uendicari potest[e], uel etiam sequestrari[f], nec expectandũ est donec omnino pauper sit[g]. Rursus pauper & ab accusatione[h], & à testimonio repellitur[i], nec honestum est ut ad honores uocetur[k].

a Docto. l. stipulatio ista. §. alteri.
b l. si instituta. §. de inofficioso. de in offi. testa.
c l. ij. in fi. de colla. bon.
d l. j. §. si cum duobus. eo.
e l. ubi. C. de iure dot.
f l. si cum dotem. §. si uerò dotem. solu. matri.
g Glo. fin. l. si constante. in prin. eo.
h l. nõnulli. de accusat.
i l. iij. in prin. de testib.
k l. rescripto. de munerib.

De Cura.

TRACTATVS IX.

AXIOMA I.



VLTIMAM Corporis qualitatem in Cura constituimus[l], quae & ipsa omnes diligẽtiae, culpae, negligẽtiaeq; species continet[m]; ex quibus Mora nascitur[n], de quibus omnibus aliàs fusissimè diximus[o]. Praeterea haec cura inertiam & rusticitatem comprehendit[a]. Rusticitas autem siue inertia excusationi aliquando locũ facit, aliquando nõ facit. nam rusticus nõ excusatur in his quae naturali ratione ueniunt[b] uel quae magnã illius argueret negligẽtiã[c], uel q palã & publicè proposita essent[d], aut quae tertij damnũ respicerẽt[e], uel iuris solẽnitatẽ & obseruationẽ[f]. Sed etsi de lucro captãdo agatur[g], aut de puniẽdo delicto, nulla cõsyderatur rusticitas[h].

AXIOMA II.

E Contrà rusticis in poenis legalibus subuenitur[i]; nã non incidunt inpoenam si contrà legem contraxerint[k], uel praetoris albũ corruperint[l], uel iussi sedere nõ sederint[m], uel coram iudice controuerso non responderint[n], aut si inuentarium non fecerint[o]. Item si leuem solennitatem omiserint, illis succurritur[p]: siquidẽ testamẽtũ cũ leuiore solẽnitate facere possunt[q], & post litis contestationẽ exceptione declinatoriã opponere[r]. Item à muneribus quorũ inexpertes sunt excusantur[s]: ex decennali praestatione[t] uel tacita hypotheca nõ obligantur[u].

AXIOMA III.

POstremò aduertendũ est huic nostrae curae impedimẽtũ aduersari[x], & nos excusare[y], etiã si iurauerimus[z]. Est autẽ triplex impedimẽtum, Naturae, Legis[a], & Hominis[b]. Sed nullũ excusat quando illud affectauimus[c], uel aliqua nostra culpa contingit[d]. Quinimò si aduersarij sit impedimentũ, non sufficit de illo docere, sed debet impedimenti fieri protestatio[e]: alioquin illud ꝓbare sufficeret[f]. Sed plena probatio requiritur, si tale impedimẽtum sit quod plenè probari potuit[g]: alioqui sufficeret iuramentum[h], nisi periurus aliàs probans esset[i].

l l. quod Nerua depos.
m l. cõtinuus. §. cũ ita. de uerb.
n l. mora. in prin. de usur.
o l. cõtractus. de reg. iur. l. magnã. C. de contrahen. stipul.
a l. iij §. fina. de suspec. tuto.
b l. ij. C. de in ius uoc.
c l. regula. §. sed facti. de iur. & facti igno.
d l. sed etsi pupillus. § certè. de in stito.
e Glo. c. j. 38. distin.
f l. fina. C. de testa.
g l. iuris. ij. C. q admit.
h Glos. uerb. nisi. l. ubi. de eden.
i l. qui contra. C. de incest. nupt.
k l. unica. C. nõ lic. hab. lib. xj.
l l. si quis id quod. de iurisd. ist.
m l. 4. in fi. de edẽd.
n l. ij. §. rusticitati. si quis in ius uoc.
o l. fin. § fina. C. de iur. delib.
p l. j. §. fin. de uent. inspic.
q l. fina. C. de testa.
r Glos. l. fina. C. de excep.
s l. athletas. §. fi. de excus. tut.
t Glo. uerb. praestitisset. l. cum de in rem. de usur.
u Auth. agricultores. C. q res pig.
x l. ij. §. si eo. de admi. rer.
y l. ij. §. j. & ij. si qs caut.
z l. fin. q satisd cog.
a l. continuus. §. illud. de uerbo. l. inter stip. §. sacram.
b l. in rebus. i prin. commod.
c d l. ij. §. simili. si quis cautio.
d l. j. cum glos. fi. C. de sicar.
e l. ij. ad fi. C. de his quae ui metus.
f l. qũsitũ. de re iud.
g l. fin § illud. circa fin. C. de tẽp. app.
h l. thesaurus. ad exhib.
i c. paruuli. 32. q. 3.

 295

De Iure, & eius speciebus.

TRACTATVS X.

AXIOMA I.



ECLARAVImus omnia quę ad psonas pertinent, Animo excepto, de quo sub legũ interpretatione dicetur. Ad secundã igitur iuris partem transeamus, quæ de rebus tractat. Res autem sunt aut corporales aut incorporales[k]. De corporalibus pauca iureconsulti dixerũt: illas enim omnes aut quantitatem aut speciem appellant[l]. Quãtitas à specie differt: nam ex illa Mutuum cõtrahitur[m], ex hac ususfructus[n]. Illa ubi legitimè petitur, hæc ubi est solui debet[o]. Illa quatenus plus debito soluta est: hæc tota repetitur[a]. Illa legata etsi in bonis nõ reperiatur, præstari debet[b], non hæc[c], ex illa facilius detrahitur uel adijcitur quàm ex hac[d]. Facilius etiã multiplicatur[e], & per numerum diuiditur, quàm species[f].

AXIOMA II.

RES uerò incorporales, quoad legum interpretationem attinet, sunt quinque. Ius, Dominium, Possessio, Obligatio, & Actio[g], quæ pars ultima iuris appellatur. Ius est triplex: Naturale, Gentium, Ciuile[h]. Dominiũ, successione[i], Donatione[k], Captiuitate, Cõfusione[l], & Vsucapione acquiritur[m]. Possessio uerò si sit iusta, ex Titulis pro soluto, pro emptore, pro hærede, pro legato, pro suo, pro dote, pro donato nascitur[n]. Si sit iniusta, ex ea perinde interdictis agitur ac ex iusta[o]. At obligatio si innominata sit, nunc exceptionem[p], nunc actionem Ciuilem[q], uel prætoriam parit[r]. Si sit Nominata, uel in Contractus decem[s], uel in quasi contractus[t], uel in Maleficia sedecim[u], aut quasi maleficia diffunditur[x].

k Insti. de reb. corpor.
l l. planè. §. sed si non corpus. cum seq. de leg. j.
m l. ij. §. j. si cert. peta.
n l. j. & tot. titu. de usufr. ear. rer.
o l. quod legatus. de iud.
a l. si non sortem. §. centum. de cond. indeb.
b l. si pecuniam. in princ. de leg. ij.
c l. cum ita. §. species. eo. tit.
d l. fi. de alim. lega.
e d. l. planè §. j.
f l. cum stichus. de solutio.
g l. j. §. incorporales. cũ gl. uerb. in iure. de rer. diuis.
h toto tim. de iure natu. instit.
i § fi. Instit. p quas perso nob. acq. & per totũ infortia tũ. in tit. de testa.
k l. j. & per tot. tim. de donat.
l toto tit. de acqui. rer. domi.
m l. j. & per tot. tit. de usucap.
n l. iij § fina. de acq. pos. & per tot. illum tit. cũ omnibus seq usq; ad ti. de re iudic.
o l. fin. de acq. poss. tit. de interd. cum omnibus seq. usq; ad tit. de except.
p l. iurisgentium. §. sed cũ nulla. & p tot. tit. de pact.
q l. j. & per tot. titu. de præscr. uerb.
r l. j. & per totũ de const pecu.
s Insti. qb. mod. re. p tot. cũ seq. usq; ad tit. de obl. quę ex qua. contr.
t tot. tit. de obl. quę ex quas. contr.
u l. j. l. infamem. de publ. iudic. & per tot. tractatũ Maleficiorum.
x tot. titu. Instit. de obl. quæ ex quas. malefic.

AXIOMA III.

SVprascriptæ res tam Corporales quàm incorporales, & proprietates & qualitates plures habent. Proprietates sunt ut diuinũ, uel publicũ, uel nostrum, uel alienũ, uel cõmune, uel nullius[a]. Qualitates uerò sunt uniuersale, particulare[b], mobile, uel immobile[c], fertile, sterile[d], diuiduum & indiuiduum[e]. De his igitur omnibus rebus plenè dicendum est: Et in primis de iure, quæ prima res est incorporalis. nam ad res corporales, præter ea quæ suprà diximus, nihil addẽdũ est.

AXIOMA IIII.

ALij ius à iusto[f], alij à iustitia[g], alij contrà iustitiam à iure deduxerunt[h]. Quorũ pugnæ explicabuntur, si sciuerimus iustũ quasi ius standi dici[i] nulla obstante uiolentia[k]. Et duplex esse: Naturale, & Constitutum seu ciuile[l]. Naturale dicitur in quo nihil iniquũ iubetur[m], ita tamẽ plenum est, ut neq; redundans neq; defectuosum quicquã contineat[n]. Iustum uerò Ciuile dicitur, quod lege, more, iudicato pacto cõstitutum est[o]. Inde iusta uxor[p], iusti filij[q], iusta hæreditas[r], iusta sententia[s], iusta persona[t], iustũ pactũ[u], & iusta facere, id est, exequias[x], quasi illud sit inter alia obsequia uel officia perfectum & iustum[y].

AXIOMA V.

AB hoc iusto Naturali ius nostrũ appellamus[a], sicut & meo iure, tuo iure, suo iure agere facere uel decedere dicimus[b]. Quod enim iure habemus, iustè possidere dicimur[c]. Indeq; ius nostrũ ab hoc naturali iusto deducitur[d]: à quo etiam descendit iustitia, id est, uolũtas suũ cuiq; tribuendi. Quæ ideo dicitur Cõstans & Perpetua[e], quia iustũ naturale mutari nõ potest[f]. Et ab hac iustitia, ius, quod ars appellatur, prouenit[g]: Cuius prudentia licet iusti sit & iniusti cognitio[h], attamen

a l. j. & per totũ. de rer. diuisio.
b l. rerum mixtura. de usucap.
c l. à diuo §. in uenditione. de re iud.
d l. si uno. in princ. locat.
e l. ij. §. j. de uerbo. oblig.
f c. ius generale. j. dist.
g l. j. in prin. de iustit. & iur.
h c. forus. uers. causa. j. de uerb. sig.
i Plato in Dialogo, Cratillus.
k Alcia. parer. j. c. a. xxix.
l Quintil. libr. vij. cap. v.
m Donatus in Terent. Andri.
n Budæus in annotat.
o Quin i'. d. c. v.
p l. si uxor. de adul.
p l. cum quis. C. de natur. lib.
q l. cum quis. C. de natur. lib.
r l. iiij. pro socio.
s l. j. de testa.
t l. in uniuersis. C. qui dar. tutor.
u l. stichum. §. naturalis. de solut.
x l. ij. in fi. de in ius uocan.
y Budæus in suis Annot.
a l. quod dicimus. de uerb. signi.
b Budæ. in suis annota.
c c. ius dictum. de uerb. signi.
d d. c. ius naturale. j. distinct.
e l iustitia. in princ. de iust. & iur.
f § sed naturalia. Instit. de iur. nat.
g d. l j. in princi. de iust. & iur.
h d. l iustitia. in fin.

tamen neq; hoc iustum, neq; iustitia, neq; ius, iniusta unquã esse possunt[i].

AXIOMA VI.

A Iusto quoq; Ciuili, ius nostrum appellamus[k]: & iustitiam: non illam quæ uoluntas dicitur tribuendi cuiq; suum[l], sed illã quæ suũ cuiq; tribuit[m]; differunt enim tribuere, & uelle tribuere[n]. Vnde hæc iustitia dicitur iuris status[o], & iustitiũ iuris statio seu prohibitio: & iusti dies, id est, tempus illud quo fit iuris prohibitio[p]. Et hæc iustitia neque immutabilis est, sed pro temporum cõditione & moribus mutari solet[q]: neq; semper iusta est[r]. Nam non solum homo priuatus[s], uerùm etiam & iudex[t], aut legislator aliquid quod iniquum est decernere potest[u]: Ad quam iniquitatem tollendam ius Prætorium potissimùm inuentũ est[x].

AXIOMA VII.

EX suprà scriptis deciditur Doctorum disputatio, contendentiũ fuerit'ne iustitia prior ipso iure[a]. Nec sibi satisfaciunt, dũ unus ius pro merito[b], alius pro ui accipit[c], alius illud in concreto abstracto'ue[d], alius in causalitate & formalitate, alius in habitu & actu ius cõsyderat[e]. Nam ius tribus modis dicitur: Primũ à iubendo, quod imperium quoddam significat[f]: & ex hoc, iustum siue naturale siue Ciuile nascitur[g]. Ex iusto uerò seu naturali seu ciuili hæc iustitia, & ius, in secunda significatione pro eo quod ius nostrum appellamus, descendit[h]. Sed ex iustitia proueniente ex naturali iusto, ius, in tertio significatu pro arte æqui & boni, descendit[i].

AXIOMA VIII.

HAnc iuris definitionem, quod dicitur ars æqui & boni[k], uarijs modis doctor. cõtorquent[l]. Dum alij artem pro scientia finita de rebus infinitis[m], alij pro hominis artificio[n], alij pro collectione omniũ præceptorum boni & æqui[a], alij pro exercitio ipsius æqui & boni usurpant[b], & omnes male: quoniã primi confundunt ius cum iurisprudẽtia, quæ sciẽtia appellatur[c]. Secũdi & tertij uolunt uerbũ iuris uocabulum hominũ esse, quod planè falsum est[d]. Quarti nõ uident cõsyderasse quod hoc ius descẽdat à iustitia, quę

i d.l. ius naturale. in fin.
k l. iustè possidere. de acq. poss.
l d. l. iustitia.
m l. bona fides. uersic. & hanc. depo.
n l. qui pecuniã ere dictam. si cert. pet.
o d. c. forus. uersic. causa j.
p Budæus in suis annot.
q l. unica. C. ut actio. ab hære.
r l. pe. de iust. & iur.
s l. ij. in princip. quiq; iur.
t l. iudex posteaquam. insi. de re iud.
u §. item uetustas. Insti. de hær. quæ ab intest.
x Instit. de bo. poss. in princ.
a Docto. Institu. de iust. & iur. i prin.
b Gl. uerb. iustitia. d. l. j. de iustit. & iur.
c Alciat. parer. j. ca. xxviij. & xxix.
d Bar. d. l. j.
e Zas. & Salomo. in d. l. j.
f Rodol. agric. lib. j. cap. v.
g Plato in d. Dialogo cratill.
h d. c. forus.
i d. l. j. in princi. de iust. & iur.
k d. l. j. in princ.
l Glos. uerb. ius est. d. l. j.
m §. pro respõsis. uersi. & quod. in procem.
n d. gl. uerb. ius est.
a Alciat. parerg. j. cap. xxx.
b Salomo. d. l. j.
c l. iustitia. in fi. de iustitia.
d d. l. j. §. ius naturale.

in uoluntate non exercitio consistit[e].

AXIOMA IX.

NOs igitur Artem pro recta rei faciẽdæ ratione seu præceptione accipimus[f], ut sensus sit: ius est recta boni & æqui faciẽdi præceptio. Hinc dicuntur iuris præcepta[g]. Et ideo ius à iurisprudẽtia differt, quæ in sola sciẽtia consistit[h]: scientia autẽ solius scientis est[i], præceptio uerò superioris in inferiorem[k]. Verùm quia ius tam de iusto faciendo, quàm de iniusto non faciendo præcipit[l]: iurisprudẽtia ideo scientia appellatur iusti & iniusti. Sed contrà, ius non tantùm præcipit, uerùm etiam punit[m]: Respondeo leges propriè esse quæ puniant, quia à deligẽdo sunt dictæ[n], qui delectus tam in puniendo quàm in præcipiendo consistit[o]. Ius uerò cùm à iubendo descendat[p], præcipere propriè tãtùm potest.

AXIOMA X.

AEquum bonum in hac definitione plerique pro æquitate accipiunt[q]: Quia uno uerbo æquũ & bonum ἐπιείκειαν Aristoteles uocauit[r], & iureconsultus actionem iniuriarum[s], & funerariam, quas ex bono & æquo introductas affirmat[t], illas postea ex æquitate prouenire dicit[u]. Alciatus uerò Accursium sequutus bonum ab æquo separauit[x], quod & in usucapione iureconsultus[y], & in bonis paraphernis imperator fecit[z].

AXIOMA XI.

EGo puto æquum à bono differre, ut species à genere. quicquid enim æquum est, id quoq; bonum esse constat[a]: econtrà bonum aliquando æquitatẽ desyderare solet[b], aliquando & sine æquitate esse potest[c]. Sed ubi Bonum & Aequum dicimus, pro sola æquitate accipi puto[d]. Et bonum maioris tãtùm declarationis causa positum uideri[e]. Quoniam copula (&) posita inter genus & speciem, genus ipsum per speciem restringere & declarare solet[f]. Indeq; frequentius dictum reperimus, ex bono & æquo[g], licet aliquando contradicat[h].

AXIOMA XII.

HOc autem bonum & æquum illud dicitur, quod suadente æquitate dũtaxat & non secundũ iuris scri-

e d. l. iustitia. ĩ prin.
f Rodol. Agric. libro ij. c. ij.
g d. l. iustitia. uers. j.
h d. l. iustitia. in fi.
i l. j. §. scientiam. de tributor.
k l. præcipimus. in prin. C. de app.
l § iuris præcepta. Instit. de iustit. & iur.
m l. legis uirtus. de legib.
n Cicero libro j. de legib.
o l. ij. in fi. de legib.
p Agricola lib. ij.
q Budæus in suis annot.
r Aristotel. libe. v. Ethico. cap. x.
s l. nõ solùm. uersi. j. de iniur.
t l. at si quis. §. hæc actio. de relig.
u d. l. nõ solũ. uersi. secundũ hoc. d. l. at si qs. §. iudex. §. & generaliter.
x Alci. parer. j. c. 30.
y l. j. de usucap.
z l. hac lege. C. de pact. conu.
a l. pen. in fin. de in integ. resti.
b l. bona fides. in prin. depos. l. si & me. si cert. pet.
c d. l. hac lege.
d d. l. nõ solum. d. l. at si quis.
e l. j. in princi. cum glo. uerb. placitũ. de pact.
f l. sed etsi adijciatur pro soc.
g l. siquid uẽditor. de ædil.
h l. penul. de iust. & iure.

pti ratione expeditur[i]. Et ideo à bona fide differt[k], quæ secūdum ius scriptum[a],& nunquàm cōtrà illud expeditur[b], sed tantùm contra dolum[c]. Siquidem bona fides ibi est ubi dolus abest[d]. Et idcirco ab illa, non ab æquo & bono contractus bonæfidei dicuntur[e]. Quia si in illis dolus interueniat, statim ipso iure nulli sunt[f]: cùm doli mali exceptionē ita contineant[g], ut, in illis inesse dicatur[h]. Non obstat quod & in strictis contractibus desyderetur bona fides[i]: Desyderatur enim, ne per doli mali exceptionem rescindantur[k], non autem ne iure sint nulli[l]. Supra scriptis tamen obstare uidentur. Paulus & Vlpianus[¢] quibus in arte nostra respondimus.

AXIOMA XIII.

SEd dubium est, quādo ex æquo & bono negotium expediri debeat? Respondeo in primis expediri in his quæ naturalia sunt[m]: ius enim naturale semper æquum est & bonum[n]. Hac ratione alimēta ex æquo & bono deciduntur[o], quoniā naturalia sunt[p]. uel quoniā (ut inquit, Iurisc.) in facto potius quàm in iure consistunt[q]. Ex qua ratione ego infero omnia facta naturalia esse[r]: & idcirco neque ab homine[s] neq; à lege posse mutari[t], aut decisionem recipere[u]: sed tantùm ex bono & æquo esse explicāda[x]. Quod sanè difficile est[y], ut meritò dici soleat errorē facti nō nocere, quod plerunq; etiam prudentissimos fallat[z].

AXIOMA XIIII.

EX his infertur, leges, cùm dicunt rem aliquam facti esse non iuris[a]: nihil aliud significare uoluisse, quàm naturalem esse[b]: & ex bono & æquo decidendam[c], nō autem secundum iuris scripti rationem[d]. Quæ ratio etsi deficiat, æquum & bonū non deficit[e], nisi & facti probatio deficeret[f]. Sed contrà. Cōditiones[g], obligationes faciendi[h], & contractus facti sunt[i]: & tamen non aliter quàm secundum ius scriptum expediri solent[k].

AXIOMA XV.

REspondeo aliqua facta sua natura neq; iusta neq; iniusta appetere[l], & tūc ius in facto positum esse dicitur[m]. Quo casu, quoniam factum incertum est[n], & ex uarijs personæ temporis & loci circumstantijs uariatur[o]: ius nō potest esse certum[p], & ob id ad æquum & bonū recurrere oportuit[q]. Ecōtrà uerò sunt & facta, quæ sua natura apparent iusta uel iniusta[r]: & illa aliquando in solo iure Ciuili posita sunt[s], & de his lex certò disponit[t]. Sed si etiā in iure naturali posita fuerint, tunc magis facti quàm iuris esse dicūtur[u], id est, magis ex æquo & bono decidi debent[x]. Sed & hęc aliter in arte nostra declarauimus.

AXIOMA XVI.

SEquitur ergò ex his Possessionē & iuris & facti esse[a]: Quia ex naturali apprehensione uenit, facti est[b]: iuris uerò, quia etiam ciuili modo consyderatur[c]. Sed in his in quibus iuris naturalis effectus à iure ciuili non impeditur, facti est[d]: in alijs censetur esse iuris[e]. Sic contractus facti sunt, quia originem naturalem habent[f]: & iuris, quoniā obligationem (quæ iuris est) pariunt[g] Sed in his in quibus ius naturale effectum habet, magis facti sunt quā iuris[h], id est, magis ex benignitate seu ex æquo & bono interpretanť[i].

AXIOMA XVII.

SIc in aliquibus pactis, quoniā legitima sunt[k], ius consistere dicitur[l]: uerùm qa regulariter naturalia sunt[m], in illis cōsyderatur æquum & bonū[n]. Et ideo lex ait, in pactis factum uersari[o]. hoc est, ius pactorum in facto esse, quoniam illa regulariter non pariunt ius nisi de iure prætorio[p], id est, per exceptionem[q], quæ facti esse dicitur[r].

AXIOMA XVIII.

PRoinde præter ea quæ suprà diximus, sunt & pleræq; actiones, quæ ex bono & æquo dantur: ut funeraria[s], propter summam rationem quæ in religione uersatur[t]. Item iniuriarum[u], sepulchri uiolati actio, & in factum actio pro libero occiso[x], quia tales actiones ad uindictam[y], & nō ad damnum pecuniarium competunt[z]. Item cōdictiones[a], quia per has quod naturale est facimus[b], dum rē nostram

quæ

i l. in his. de condi-
k d. l. at siquis. §. æquum. d. l. bona fides. in princ.
a l. item si pretio. §. fin. loca.
b l. ubi. in fi. de reb. dub.
c l. domum. in fine. de contr. empt.
d l. si cū fund. eo.
e §. actionū. Instit. de actio.
f l. iij. in fi. pro soc.
g l. huiusmodi. §. q. seruum. de lega. j.
h l. sed & si ideo. in fin. sol. matri.
i Doarenus. l. in actionibus. de in lit. iur.
k l. pen. C. de inuti. stipul.
l l. siquis cū aliter. de uerb.
¢ l. Bonæ fidei. acquir. rer. do. l. si si deusset j. §. quędam. manda.
m l. eas. de cap. diminut.
n l. pen. de iustit. & iur.
o l. ij. de his quæ pro non scrip.
p l. j. uerū hinc liberorum. de iusti. & iur.
q l. pe. in fin. de cap. dim.
r l. iiij. de præscrip. uerb.
s l. uerū est. de reg. iur.
t l. in bello. §. factæ. de capt.
u l. mora fieri. i prī. de usur.
x l. meuia. §. uxore. de an. lega.
y l. at siqs. §. æquū. de relig.
z l. ij. de iur & facti.
a l. idē erit. de stat. hom.
b l. j. § j. in fin. quæ res pig.
c l. insulam. in fin. qui potior.
d l. j. §. adipiscimur. in fi. de acq. poss.
e d. l. meuia. §. uxore.
f l. duo sunt titij. de testa. tut.
g l. in facto. de condit.
h l. ij. in princip. de uerb.
i l. consilio. in fi. de cura. fur.
k l. si tibi. in princ. de pact.

l l. iij. in prin. & §. j. de testib.
m l. si ex plagis. §. in cliuo. ad legē aquil.
n l. ubi. §. qui id q. d. de uerb.
o l. si nō fortē. §. libertus. uer. nā plerisq. de cōd. inde.
p l. si cū. §. ij. uersic. iniuriarū. si quis cautio.
q d. l. meuia. §. uxore.
r l. quidā. de cond. instit.
s §. sed cum facti. Instit. de stipula. seruo.
t l. ij. C. de in ius uoc.
u d. l. mora fieri. in princ.
x d. l. consilio. in fi.
a l. possessio quoque. de acq. poss.
b l. j. in prin. eo.
c l. j. §. deijcitur. de ui & ui.
d l. deniq. ex quib. caus. ma. l. j. § j. & ij. de acq. poss. l. j. §. scæuola. si quis testa.
e d. l. possessio quoque. & l. peregre. eo.
f l. ex hoc iure. de iust. & iur.
g Rub. de obl. quæ ex contr. instit.
h d. l. consilio. in fi.
i l. decreto. §. fi. de admi. tut.
k l. legitima. de pactis.
l l. si tibi. §. j. eo.
m l. j. in princi. eod.
n l. stichum. §. naturalis. de solutin.
o l. si unus. §. pacto ne peteret. de pac.
p l. iuris g. §. prætor ait. eo.
q l. iij. uers. j. de consti. pecu.
r l. antepe. de exc.
s l. at siquis. §. hæc actio. de relig.
t l. sunt personæ. in fi. eo.
u l. non solùm. §. j. de iniur.
x l. penul. de sepul. uiol.
y l. j. §. emācipatus. ij. de colla. bon.
z l. si uerò. §. hęc autem. in fin. de his qui deie.
a l. in summa. §. q. ob rē. de cōd. ind.
b l. nam hoc natura. eo.

quæ ſine cauſa apud alium eſt repetimus[c]. Item actio dotis[d], quoniam dos iure quodã naturali filiæ, quaſi illius proprium ſit patrimonium debetur[f].

AXIOMA XIX.

ADde ultra has actiones, & iudicem ſuo officio multa ex æquo & bono facere oportere[g]; ut in integrum reſtituere[h], æſtimare uel liberè in bonæfidei actionibus[i]; uel in arbitrarijs ſecundum naturam rei, quid reſtitui debeat[k]. Item & eum qui imperitia male iudicauit condemnare[l]. Sed & in ſtrictis actionibus[m], & in omnibus alijs negotijs, in quibus uidet iniquum eſſe ſi ius ſcriptum obſeruet, ex æquo & bono procedere tenetur[n]. Quia in omnibus quæ certa ratione præſcripta non ſunt, æquitas ſpectanda eſt[o]; Sed maximè in iure[p], cùm dicatur ars æquitatis[q]: etiam ſi ſit contra illius præſcriptam & finitam naturã[r]. Quoniam plerunq; ſub autoritate illius præſcriptionis erratur[s].

c l. hæc condictio. eod.
d l. eas. de capitis dim.
e l. qui liberos. de ritu nupt.
f l. iij. §. ſed utrum. de mino.
g l. pen. in fin. ſol. matrim.
h l. quod ſi minor. §. non ſemper. de mino.
i §. in bonæfidei. Inſtit. de actio.
k §. præterea. in fi. eod.
l l. fin. de uarijs.
m l. continuus. §. cùm ita. de uerb.
n l. eorum. de dam. infec. l. ſi cũ Cornelius. de ſolut.
o l. meuia. § uxorem. de an lega.
p l. in omnib' quidem. de reg. iur.
q l. j. de iuſti. & iur.
r l. ſi fundum. j §. qui fundum. de leg. j.
s l. ſi ſeruum. § ſequitur. de uerb. obl.

AXIOMA XX.

EX iure igitur præſcripto ſumma plerunq; (ut in prouerbio eſt) naſcitur iniuria[a]: Quando uidelicet quis ius ſecundum ſuam rationem præſcriptam eo caſu quo iniquũ eſt obſeruare cupit[b]. Nã præſcripta ratio de omnibus caſibus fieri non potuit[c]: Vnde illi fraudẽ facimus, ſi ad caſum de quo nolebat, licet propter impoſsibilitatẽ nõ uetuerit[d], illã extendamus. Aliud eſt in iure naturali, illud ſiqdẽ nũquã iniquũ eſt[e]: quoniã nulla certa præſcriptione mutari potuit[f], cùm ex factis naſcatur[g]: facta autẽ propter ipſorum infinitatẽ, legibus comprehendi non potuerũt[h]: & maximè ea quæ ſua natura iuſta uel iniuſta non apparent[i].

a §. item uetuſtas. Inſtit. de hæred. quæ ab.
b l. filio. de iniuſt.
c l. nõ poſſunt. de legib.
d l. cætera. cum ſeq. eod.
e l. pen. de iuſtitia.
f §. ſed naturalia. Inſti. de iur. natu.
g d l. ſi ex plagis. § in cliuo.
h l. ij § ſed quia diuinæ. C. de uete. iur enucl.
i l. iij. in prin. & §. j. de teſtib.

AXIOMA XXI.

CVm igitur ius naturale ſemper æquũ ſit & bonũ, Ciuile appellari poteſt[k]: cùm ciuile nihil aliud quàm bonũ & æquũ[l], aut ſaltem bonũ cõtineat[m]. Vnde Cicero meritò dixit, Ius ciuile, nõ idẽ cõtinuò gentiũ: ſed Gentiũ idẽ ciuile eſſe[n], Itaq; hoc ius ciuile uel ius ſimpliciter[o], uel merũ ius, ſiue ipſum ius[p], aut ſolẽne ius[q], uel etiam ciuilis æqtas appellat̃, quando uidelicet nihil iniquũ cõtinet[r]. Aliàs ſi cũ æquitate pugnet, iuris ſcrupuloſitas ſeu ſubtilitas[s], aut iuris apices[t]: uel ſtrictũ ius uocat̃[u]. Tametſi ſtrictas actiones uocemus, non quæ iniquæ ſunt, ſed quæ cũ bona fide pugnare poſſunt[x].

k l. ij. in fin. de legibus.
l l. ſi & me. ſi cert. peta.
m l. j. de uſucap.
n Cic. lib. iii. Off.
o l. j. in princ. qui. mod. uſusfru.
p l. in cauſæ. ij. in prin. & fin. princ. de mino.
q l. nec ex prætorio. de reg. iur.
r l. j. uerſic. j. ſi quis teſta.
s l. poſthumus in prin. de iniuſt.
t l. ſi fideiuſſor. §. quædam mand.
u l. pen. de conſtit. pecu.
x §. actionum. Inſtit. de actio.

AXIOMA XXII.

TAm ex mero quàm ſtricto iure remedia competunt, quæ ordinaria nuncupantur[a] ſiue directæ actiones[b]; ideo ſic dictæ, quòd recta iuris ſcripti uia competant, & non per obliquum[c]. Remedium uerò quod aduerſus ius ſcriptum tam à naturali quàm mero iure datur[d], extraordinariũ uocamus[e]: aliquando etiam utilem actionem[f]. Quæ ſic appellata eſt, quòd utilitatis gratia contra iuris ſcripti rationem[g] introducta ſit[h]. Vt & ſuprà in Actionum tractatu declaraui.

a d. l. in cauſæ. in princ.
b l. ij. §. quanquam. de aq. plu.
c l. fin. in princ. de leg. iij.
d l. nulla. de legib.
e d. l. in cauſæ.
f d. § quanquam.
g l. iiij. in princip. Rem pupil.
h l. eum qui. §. ſi actori. de conſtit. pecun. l. j. de eo quod cert. loc.

AXIOMA XXIII.

SI igitur tutor cõtrahat, pupillo nõ directam, ſed utilẽ acquirit actionem[i]: Quia ius ſcriptum prohibet per liberam perſonã nobis obligationem quæri[k], & per cõſequens neq; directã actionem[l], ſed tantum utilem[m] quæ tamen directæ præfertur[n]. Sic Vlpianũ hactenus obſcurũ interpretor, dicentem filiofa. utilẽ cõpetere actionem[o]. Nam iuris ſcripti ratio impedit, ne illi ulla directa quæratur[p]; aliquas tamen etiam patre pręſente[q], aliàs eo tantùm abſente[r], ſed omnes tamen utiles ſuo nomine exercere poteſt[r].

i l. quoties. i prin. de adm. tut.
k l. j. C. per quas perſo.
l §. j. Inſtitut. de actio.
m l. ij. C. quando ea tac. tut.
n l. in cauſæ. in fin. de procurat.
o l. ſi longius. §. j. de iudic.
p l. placet. de acqr. hæred.
q l. filiusfa. j. l. in factum. de actio.
r l. cùm filiusfam. ſi cert. peta.

AXIOMA XXIIII.

OBſeruandum eſt ultimò, quod dicimus æquitatem ſpectandam eſſe[t]: illud intelligere oportere ſi hoc expreſſè lex dicat[u], aut ſi ſint mercatores[x]. Quoniam illi propter negotiationes & propriũ habent iudicem[y], & ex nudo pacto obligantur[z], neq; iuris regulis ſunt obnoxij[a]. in caſu itẽ dubio ſeruat̃ hæc æqtas[b]: ſimiliter & in caſu certo, quãdo neq; ius neq; æquitas ſcripta reperiuntur[c]. Sed ſi ius tantùm ſcriptũ eſſet, æquitati nõ ſcriptę, pręfertur & ſi durũ ſit[d]; neq; alius q̃ princeps

s d. l. ſi longius §. j.
t d. l. in omnibus quidem.
u c. ex parte ij. de appell.
x Barto. l. ſi fideiuſſor. §. quædam. mand.
y l. ſi. C. de iuriſd.
z l. ij. in fi. C. de cõſtit. pecu. l. ſi. uerſ. j. de colleg. ill.
a l. unica. C. de nundin.
b l. ſemper in dubijs. de reg. iur.
c c. fin. in fine. de tranſact.
d l. proſpexit. qui & à quibus.

n 4 æquit

æquitatẽ præponere posset[e]. Verùm si utrunq; scriptum esset, æquitas præferri solet[f], modo rigor magis specialiter scriptus non sit[g].

AXIOMA XXV.

POst iuris definitionem, de eius diuisione dicemus. Itaq; Vlpia. ait, huius studij duas positiones esse[h]: id est, ut Doctores exponunt, duas esse iuris species siue diuisiones[i]. Quoniã expositio à salua recti sermonis ratione discedit[k], quoniã positio nihil aliud quàm collocatio dicit̃, & quasi rei alicuius fundamentum[l]. Studium uerò uehementem quandam affectionem significat[m]. Et ideo Vlpian. cùm de iuris philosophię affectione loquutus fuisset[n], subiunxit: Huius studij duæ sunt positiones, id est, huius affectionis philosophiæ duo sunt quasi fundamenta: Publicum scilicet & priuatum[o]. Scio tamen hæc calumniari posse, maximè quòd Theophilus, & Positionis, & Speciei utatur uerbo[p].

AXIOMA XXVI.

PVblicũ autẽ dicitur quasi populicũ[p], adeò ut nunquã in alicuius priuati arbitrio cõsistat[q]: cùm illo quilibet ex populo semper uti posit[r]. Et ideo ab eo qđ cõmune est differt: nam cõmuni etiam bruta utuntur[s], uerùm cuiuscunq; priuati efficitur, qui illud primò occupauerit[t]. Cùm igitur publicũ nullius priuati esse posit, sequitur ius publicũ neq; cum iure naturali, neq; cum iure gentiũ cõmunionem habere posse[u]. Cùm, quæ illorum iurium sunt paucis exceptis[x], etiam priuatis conueniant[y]. Sic igitur testamẽti factio publici iuris est[z], quia priuatus pro arbitrio non testat̃[a]. Sic Notarius publicus est[b], q ea potest quæ nemo priuatus posset[c]. Sic idem in omnib[9] alijs, in quib[9] solẽnitas aliqua introducta est: nam illa publica appellantur[d], quibus priuatus renũtiare nõ posset[e].

AXIOMA XXVII.

MIrũ nõ est igitur, si sacra, Sacerdotes, & Magistratus, publici iuris esse dicãtur: quoniã in sacris nihil priuatus potest[f]. Contra publica autoritate magistratus, & sacerdos, p̃ter priuati hominis potestatem multa exequũtur[g]. Verùm & in alia significatione publicũ accipitur, pro eo uidelicet qđ alicuius ciuitatis est[h]: sed illud propriè uniuersitatis esse dicit̃[a], tũcq; sacrũ à publico separat̃[b]: tametsi hoc casu qđ ciuitatis Romanæ est ꝓpriè publicũ ꝑ excellentiã uocetur[c]. Tertiò quoq; publicũ appellamus, quod ad unũquenq; hominẽ spectat: ut publica iudicia[d], & populares actiones[e].

AXIOMA XXVIII.

SIcut publicũ duplex est, iurisgentiũ[f], & Romanũ[g]: ita quoq; ius publicũ duplex est: Alterũ quod Iurecõsulti iusgẽtiũ appellãt[h], sed quia speciale nomen habet, illud publicũ nõ appellauerunt[i]. Alterũ quod ad statũ rei Romanę spectat: quod publicũ appellat̃, qa aliud speciale nomẽ nõ habet[k]. Et iuris ciuilis Romani species est[l]: Nanq; ciuile dicit̃ qđ à populo latum est[m], & ꝓpriè lex appellatur[n]: unde cũ publicũ à populo dicat̃, generaliter ciuile dici potest[o]: nec à legibus differre dicit̃[p]. Nõ obstat ꝙ sacra diuini iuris, non humani sint[q]: quoniã quicquid diuinũ est, cùm publicã semper omniũ respiciat utilitatem[r], publicum dicit̃[s]. Sed non econtrà quicquid est publicum, idem diuinum appellatur[t].

AXIOMA XXIX.

IVs uerò priuatũ nihil aliud significat, quàm id quod uniuscuiusq; est proprium[u]: à Priuo dictione antiqua, quod singulare seu particulare significabat[x]. Vnde Priuilegium quasi lex priuata[y]. Sed hoc priuilegium, quia personã eius cui cõcessum est non excedit[z], à nullo iure neq; naturali neq; gentiũ neq; ciuili ordinario regulariter ortũ habet[a]: sed à sola concedentis uolũtate proficiscitur[b]. Verùm aliud ius est priuatũ, quod in priuatam cuiusq; utilitatem constitutum est[c]. Et istud ex tribus iuribus, naturali, gentium, & ciuili decerptum esse dicitur.

AXIOMA XXX.

IVs naturale (inquit Vlpianus) est, quod natura homines & bruta docuit[d]. Sed nonnulli grammatici magis quàm Iureconsulti, Vlpianum reprehendere non erubuerunt[e]: inquientes in brutis nullam esse rationem, igitur & nullum ius[f]. Addunt nihil absurdius dici quàm quod esurire, sitire, algere

e l.j.C.de legib.
f l. placuit. C. de iudic.
g l.generi. de reg. iur. l.j. de usucap. iuncta l.nam hoc natura. de cond. indeb.
h l.j.§.j.de iustit.& iur.
i Gl. uerb. studij. & uerb. positio.
k l.plautius.de aur. & arg.
l l.offidius. de lega.iij.
m l.ij in princip.de donat.inter.
n d.l.j.in fin.princ.
o d.l.j.§.j.
p Theoph. §.iuris. Instit. de iust. & iure.
p Alciat.l.bona ciuitatis.de uerbo. sign.
q l.j.§. quæ publicæ.de rer.diuis.
r §. riparum. cum seq.in uerb.cuilibet liberum. Instit.eo.tit.
s l.j.in fin. de iusti. & iur.
t l. in tantum. in prin.de rer.diuis.
u §. huius studij. uersi.pen.& fin.
x d. §.riparum.in prin.§ littorum. in princ.
y l. ij. & iij. de rer. diuis.
z l. testamenti factio.de testam.
a l.nemo.de leg.j.
b l.ij.rem pupil.sal.
c §.cùm autem.Instit.de adopt.
d l. cerdonem.de oper.libert.
e l. ius publicum. de pact.
f l. inter stipulantem.§. sacram.de uerbor.
g l. non est singulis de reg.iur.

h l. bona ciuitatis. de uerb.signifi.
a §. uniuersitatis. Instit. de rer. diuis.
b l. inter publica. de uerb.sign.
c l. eum qui uectigal.eod.
d §. cõsequens.Instit.de suspec.
e Rub. de popul. actio.
f §.littorum. §.riparum Instit. de rer.diuis.
g l. bona ciuitatis. de uerb.sign.
h l. ij. de iustit. & iur.
i Arg. l. iurisgent. in princ.de pact.
k d.§.huius studij.
l l. quidam decedens. in princ.de adm.tuto.
m l.omnes populi. de iust.& iur.
n §. lex. Institu. de iur.natur.
o d.l.omnes.
p l.quod de bonis. §.j.ad leg. falc.
q l.j.de rer.diuis.
r c.j.ij.distinct.
s d.§.huius.
t d.l.inter publica. de uerb.sign.
u l.si unus §.pacta. in fi.de pact.
x Gellius libro x. cap.xx.
y l. si quando. in prin. C. de inoff. testa.
z l.j.in fin.de constit.pecu.
a l.quod uerò.cum ij.seq.de legib.
b d. l. j. de constit. pecu.
c l.pen. uersic j de iust.& iur.
d l j § ius naturale. eod.
e Valla libro iii. cap.xlviij.
f l.j §. pauperies. si quad.

algere iuris naturalis uocemus[g]: cùm tamen illa & bruta & homines natura docuerit. Excusant uerò Vlpianum, quòd fortasse teneris studiosorum ingenijs deseruierit[h]: quorum causa (ut ipsi uolunt) Iureconsulti uerba plerunque impropriè accipere solent[i]. Sed hæc audax reprehensio manifestè demonstrat, illos Vlpianum minimè intellexisse.

g Appellus. in libris Instit.
h Oldendorp. lib. naria lect. cap. 4.
i Gl. uerb. habentur. Instit. de rer. diuis.

AXIOMA XXXI.

DIco igitur Coitum, & similium corporũ coniunctionem, pastũ, & liberorum educationẽ, inter se plurimũ differre: siquidem illa unicuique animanti propria sunt, hæc omnibus animãtibus cõmunia[a]. In illis quoniã affectionis sunt, ius non uersatur[b]: secus in his, cùm cõmunia sint[c]. nam cõmuni non licet abuti[d], proprium uerò uoluntariũ est[e]. Vnde non solùm homo, uerùm etiã brutũ punitur, cum dissimilis corporis cõiunctionem affectauerit[f]: unde dicitur sanguis: id est, peccatũ[g], eorum sit super illos[h]. Sic & à liberorum educatione νόμους πελαργικούς quasi ciconiarum leges Aristophanes dixit[i]. Non obstat quòd brutum iniuriam non faciat: nam id uerum est cum de ui agitur[k], uis autem iniuriosa iuris gentium est, non naturalis[l].

a Cicero libro 1. Officio.
b L. pretia rerum. ad leg. falc.
c L. j. de legib.
d L. j. in prin. usufr. quemad.
e L. dudum. C. de contrah. emp.
f cap. mulier. 15. q. 1.
g Gl. uerb. sanguine. c. inter hæc. de pœnit. dist. 5.
h Leuitic. cap. 20.
i Budæus in annota.
k d. l. j. §. si quadru.
l L. iij. de iustit. & iur.

AXIOMA XXXII.

SVprà scriptam Corporum cõiunctionem leges Matrimoniũ appellant[m]: unde putauit Accursius matrimonium origine iuris naturalis esse[n]. Quod planè falsum est, cùm inter homines tantùm consistat[o]. Origine igitur iurisgentium est[p], cum solo consensu perficiatur[q]: Et iure diuino[r], quod à naturali[s]: id est, gẽtium non differt[t], institutum est: ob solennitates uerò quas multas habet[u], iuris ciuilis esse dicitur[x]. Et ideo prohiberi potest ne fiat, non quidem ut impediatur matrimonium[y], sed ut si contractum sit in pœnam contrahentes incidant[z].

m d. §. ius naturale.
n Glo. uerb. matrimonium. Inst. de iur. natu. in prin.
o Inst. de pat. pot. in princ.
p l. eas. de cap. diminut.
q l. nuptias. de reg. iur.
r Math. cap. 19.
s ca. j. 1. dist. inst.
t §. sed naturalia. Inst. de iure natu.
u Institut. de nupt. per tot.
x l. ius ciuile. de iust. & iur.
y l. unica. C. si rect. prouinc.
z l. si tutor. C. de inter. matri.

AXIOMA XXXIII.

IVs uerò gentium est, quo omnes gentes utuntur[a], sed non bruta[b]. Est autem duplex, Alterum, quod natura ipsa homines docuit[c]: ut colere Deũ, patriæ obedire[d], & ideo etiã naturale appellatur[e]. Alterum, quod usu exigente & humanis necessitatibus gentes sibi constituerunt[f]: & istud antiquum appellatur, ad iuris ciuilis differentiam[g]. Quinimo etiam à Iustiniano Naturale appellatur[f]. Alij etiam sunt, qui unum Ius gentium affirmãt. Qua de re in arte nostra.

a l. omnes populi. in fi. de iustit.
b l. j. in fin. eo.
c §. quod naturalis. Instit. de iure natur.
d L. ij. de iust. & iur.
e §. singulorum. Instit. de rerum diuis.
f §. ius autem gentium. Institut. de iur. natur.
g L. j. de acquir. rer. domi.
f d. §. singulorum.

AXIOMA XXXIIII.

EX hoc iure gentium (inquit Florent.) uis atque iniuriæ propulsatio nascitur[h], cùm tamen certum sit uiolentiæ repulsionem brutis communem esse[i]. Et ideo distinguendum arbitror solius uis repulsionem iuris naturalis esse[k]: uis autem simul & iniuriæ propulsatio qualiscunque ex iuregentium descendit[l], sed uis atque iniuriæ perperam[m] à priuato factæ[n] moderatam propulsionem[o], puto iuris ciuilis dici[p]. Ex hac propulsatione, bella, non ad rixam[q] sed defensionis nostræ gratia, prouenerunt[r]: ex quibus bellis ortæ sunt captiuitates, seruitutes, manumissiones[s]: quæ sunt naturali iuri contrariæ, cùm iure naturali omnes liberi nascerẽtur[t]. Sed quomodo hæc contraria iuri naturali potuerunt introduci, cùm ius naturale immutabile sit[u]?

h L. iij. de iustit. & iur.
i L. j. §. cùm arietes. si quadru.
k d. §. cùm arietes.
l d. l. iij.
m L. iiij. ad le. Aqui.
n Arg. l. qui restituere de rei uendic.
o L. ij. C. unde ui.
p L. iij. §. cùm igitur. de ui & ui.
q L. æquissimũ. in princ. de usufru.
r L. ex hoc iure. cũ glo. de iustit.
s l. manumissiones. eod.
t d. §. ius autem gentium.
u §. sed naturalia. Instit. eod.

AXIOMA XXXV.

REspondeo ius naturale à iure ciuili non prorsus sed ex parte mutari posse[x]. Vnde libertatem non alijs quàm captis, siue hominibus siue brutis, aufert[a]. Sic & iusgentium ex parte duntaxat à iure ciuili mutatur[b]: nam & ædificiorum & dominiorum distinctio iurisgentium sunt[c], & tamen plures modi sunt quærendorum dominiorum iure ciuili introducti[d]: neque passim ædificare lex ciuilis permittit[e]. Hac ratione obligationes ciuiles dicuntur[f], tametsi omnes paucis exceptis[g] siue nominatæ siue innominatæ iurisgentium sint[h]: ut infrà latius in Pactorum tractatu, Axio. IIII. declaraui. Rursum ex hoc iuregentium prohibetur, ne quis cum aliena iactura locupletior fiat[i].

x L. ius ciuile. de iust. & iur.
a § ferę igitur. uer. cùm uerò. Instit. de rer. diuis.
b §. sed agnationis. Instit. de leg. ag. tutel.
c d. l. ex hoc iure.
d L. traditionibus. ubi Docto. C. de pact.
e L. ij. C. de fund. limitro. lib. 11.
f §. j. Institut. de obligat.
g d. l. ex hoc iure. cum gl. fin.
h L. iuris g. in prin. de pact.
i l. nam hoc natura. de condi. inde.

AXI

AXIOMA XXXVI.

IVs Ciuile generali sua significatione ius gentium dici potest[k]: cùm Ciuitas sit naturalis ciuium unitas[l], Strictè uerò dicitur ius proprium quod ciuitas, aliqua sibi facit[m], quoties aliquid iuri naturali aut gentium in aliquo casu addit uel detrahit[n], Sed in casu dubio hoc ius ciuile pro Romano iure accipitur[o]. Romanum autem ius, quia ex duabus ciuitatibus, quarum altera iure scripto altera non scripto utebatur, desumptum est[p]: duas habet partes. Siquidem aut scriptum est, aut non est[q]. Scriptum sicut apud Romanos appellari sex modis potest[r], ita & si ab aliqua alia ciuitate factum sit, Lex Municipalis[s] aut statutum appellari solet[t].

k l.ij. in fin. de legib.
l Aristoteles 1. Polit. cap. ij.
m d. l. omnes populi.
n d. l. ius ciuile.
o §. sed ius quidē ciuile. Instit. de iur. natur.
p §. & non ineleganter. eod.
q d. l. 1. ciuile. in fi.
r §. constat. Instit. de iure natur.
s l. j. C. de emancip. liber.
t l. j. §. qui magistratum. quod quisq. iur.

AXIOMA XXXVII.

PRima de statutis quæstio est, nunquid à populo fieri possint? uidentur enim fieri non posse[u], nisi interueniat Principis licentia[x]; Nam Populus à Principe priuilegium habet[y], sine quo nec illius Consuetudo approbatur[z]. Contrà imò uidetur populum etiam aduersus ius scriptum[a], tam in his quæ uoluntariæ[b] aut contentiosæ iurisdictionis sunt[c], quàm in extraiudicialibus[d] statuere posse[e]. Bartolus igitur uult populum secundum limitatam iurisdictionem[f], uel plenè, si plenam habeat iurisdictionem, statuere posse[g]; Sed si nullam habeat iurisdictio. de priuatis tantùm rebus (inquit) statuta[h], modo ambitiosa non sint[i], faciet. Sed non de iudicialibus, nisi Principis adsit autoritas[k].

u §. interim. Auth. de defen. ciui.
x l. pen. C. de lega. lib. x.
y l. antiochensiū. de priuil. cred.
z l. fin. C. de testa.
a l. item eorum. in princ. quod cuiusq. uniuers.
b l. j. C. de emancip. libe.
c l. fin. de decre. ab ord.
d l. ut gradatim. uers. j. de mun.
e d. l. omnes populi.
f l. fin. de iurisdic.
g d. l. omnes populi.
h l. j. de decret. ab ord. fac.
i l. iij. eod.
k c. cùm accesissent. de constitutio.

AXIOMA XXXVIII.

HAec Bartoli sententia, quæ ab omnibus recepta est, mihi satis non facit: cùm statuti faciendi potestas non iurisdictionis sit, sed autoritatis[l]. Præthereà si pacto priuatorum iuri renuntiari possit[m], multò magis & per statutum[n]: Statutum enim, cùm lex ciuilis sit, aliam legem tollere potest[o]. Putarem igitur ius priuatum à publico esse distinguendum: ut de priuato semper à quocunque populo statutum fieri possit[p]. Vt illud est quòd magistratus municipalis emancipare possit[q], quòd filij suffragium patri in honore cōsequendo non prosit[r], & similia[s].

l l. humanum. C. de legib.
m l pe. C. de pact.
n Decius. l. iura sang. de reg. iur.
o §. sed naturalia. Instit. de iure natur.
p l. uenditor. § si constat. commu. præd.
q l. j. C. de emancip. libe.
r d. l. item eorum. in princ.
s l. fin. de decret. ab ord.

AXIOMA XXXIX.

DE iure uerò publico populus si principem non recognoscit perinde ac Princeps statuere potest[t]: Sed si principem recognoscat, quoniam populus omne imperiū in eum transtulit[a], sine illo nihil statuere potest[b]. Et maximè si, quod statuere uelit, iuri principis contrarium esset: hoc enim semper reprobatur[c], nisi ob loci utilitatem aliud ex æquo & bono decidendum esset[d]: nam plerunque loci attenditur consuetudo[e]. Hic igitur populus neq; circa magistratum, neq; circa iudiciorum solennia[f], neque circa testamenti factionem statuere potest[g]: quia omnia hæc iuris publici sunt[h].

t l. j. de constitut. princip.
a d. l. j.
b l. fi. uers. si enim. usq. ad fi. l. C. de legib.
c l. penult. ad leg. Rhod. de iact.
d l. iij. §. diuus Adrianus. de sepulcr. uiol.
e l. si seruus. plurii. § fin. de leg. j.
f §. interim. Auth. de defens. ciuit.
g l. fi. C. de testam.
h l. iij. de testa. l. j. §. huius. de iusti. & iur.

AXIOMA XL.

SEd an iudex statutum facere possit? Videtur enim posse[i], contrà uidetur non posse[k]. Volunt interpretes maiorem magistratum ueluti Senatorem[l], præfectum Prætorio[m], Legatum sedis Apostolicæ[n], similiter & minores magistratus modo perpetuam iurisdictionem habeant[o], neque contra ius commune aliquid faciant[p], statuere posse. Et scio, in his quæ ad publicam utilitatem pertinent, iudicem minus posse quàm populum[q]: & ideo nihil statuere posse[r]. Nisi fortassis præfectus esset Prætorio, quem hodie Cancellarium uocamus. Senatus quoque per se statuit[s], sed in actibus tantùm (ut arbitror) iudiciarijs[t]. Quemadmodum & præceptores circa discipulorum mores statuere possunt[u], quos etiam non poena pecuniaria[x], sed modica coërcitione corrigunt[y].

i l. j. §. j. quòd quisque iur.
k l. programma. C. communae.
l l. non ambigitur. de legib.
m l. formam. C. de off. præf. præto.
n c. fin. de offi. delegat.
o c. fin. de constit. in vi.
p c. quod super. de maior & obe.
q l. iij. §. planè. qui aut clàm.
r l. pen. C. de legatio. lib. x.
s l. unica. C. de senatuscons.
t d. l. pe. de legat.
u Arg. gl. fi. l. liberto. de obseq. libert.
x l unica. §. taceat. C. de rei ux.
y l. v cum seq. ad l. aquil.

AXIOMA XLI.

SEcunda quæstio est, qualiter statuta fiant? In Principe lex ait eū proprio motu statuere posse[a]: Potestatē enim,

a l. iij. C. de legib.

enim quam à ſe abdicare non poteſt[b], à populo habet, ut quicquid uelit ſtatuat[c]. Humanius tamen facit, ſi ſapientum conſilium adhibeat[d], hoc enim iure firmius exiſtimatur[e]. Cùm uerò populus ſtatuit, totus uocari debet[f]; aut conſilium quod uicem populi repræſentat[g]. Sufficit tamen duas partes populi aut conſilij adeſſe[h], modò tamen conſentiant[i]. Sed non ſufficeret uocaſſe, niſi adeſſent[k]. Cùm autem adſunt, à magiſtratu interrogantur, quid in tali re facere decreuerint[l], uel an tale decretum illis placeat[m]. Et quod maiori parti placuerit, illud cenſebitur firmum[n].

AXIOMA XLII.

PLacitum autem Populi quidam uolebant uerbis expreſsis ſignificari[o], ſed ſolum nutum ſufficere receptius traditur[p]; modò non ſeparatim in domo ſua quilibet conſentiat. In his nanque quæ communia pluribus ſunt ut uniuerſis, omnium requiritur conſenſus[q], aut maioris partis qui minori præiudicat[r]; licet ſecus ſit in eo quod commune eſt pluribus ut ſingulis[s]. Sed quid ſi una pars populi abſens ſit? Vult Bartolus uoluntariam abſentiam non nocere præſentibus[t], neque eam quæ ex abſentis delicto profecta eſt[u]: imò (ut arbitror) nec neceſſaria nec fortuita nocebit, modò præſentes aliquid ſalubriter ſtatuant[x].

AXIOMA XLIII.

TErtia quæſtio eſt, ſuper quibus ſtatuta fieri poſsint? Et certum eſt ſuper eo quod nullo iure introductum eſt, ſtatui poſſe[a]. ſimiliter & ſuper eo quod iure naturali uel gẽtium, introductum eſt[b]. Vnde defenſionẽ, quæ iuris naturalis eſt, ſtatutum proſcripto auferre poteſt[c]: ſicut & dominium, quod iuris gentium eſt[d], per principem alicui aufertur[e]: dum tamen cauſa ſubſit, & pretium ſoluatur[f], ſine cauſa enim hoc facere non debet[g], niſi fortaſſe de modico ageretur præiudicio[h], aut de dominio iure Ciuili quæſito ſtatueretur[i]. hæc enim ſine cauſa princeps auferre poteſt[k],

b l. pe. de off. præfi.
c l. j. de conſtitut. princip.
d l. humanum eſt. C. de legib.
e l. dubium. C. de repud.
f l. ij. C. de decurio. lib. x.
g Gl. Rub. C. quæ ſit longa.
h l. nominationũ. C. de decur. x.
i d. l. pen. in fi. de legatio.
k l. fin. uerſic. nec ex tabella. C. de præd. decurio.
l l. ij. uerſicu j. ad Vell.
m §. capite tertio. in fi. Inſtit. ad le. Aquil.
n l. quod maior. ad municip.
o Arg. l. de quibus. de legib.
p l. ſeruo inuito. §. ſi pupillo. ad Trebell.
q d. l. ij. C. de decurio.
r l. & ſi um hæredẽ. §. fi. de pact.
s l. fin. cõm. prædio.
t l. ubi. de tutor. dat.
u Argu. l. amiſſione. de cap. dimi nut.
x d. l. nominationum.
a d. l. de quibus.
b l. ius ciuile. de iuſt. & iur.
c Alex. l. cùm mulier ſol. matrim.
d Lex hoc iure. de iuſt. & iur.
e l. item ſi uerberatum. §. pen. de rei uend.
f l. uẽditor. § ſi cõſtat. cõm. præd.
g l. v. C. de pag.
h Argu. l. ij. C. de precib. impera.
i Argu. l. in rebus. C. de iur. doti.

modò tamen dominium illud ciuile admixtam iuris gentium cauſam non habeat. Nam princeps, ne per aditionem, quæ ciuilis eſt, dominium quæratur; ſtatuere poteſt[l]. Sed ſi appreheñſio, quæ iuris gentium eſt[m], interuenerit; non poteſt[n].

AXIOMA XLIIII.

SVper his item quæ iuris Diuini ſunt, princeps ſtatuere poteſt[o]; modo tamen cauſa ſubſit[p], unde uidemus illud diuinũ, (in ore duorũ uel trium ſtet omne uerbum[q]) in multis caſibus non procedere[r]: Et aliud (nõ occides) plerunq; locum non habere[s]. Nam ex ſtatuto Proſcriptus occidi poteſt[t], modò legitimè proſcriptus ſit[u], & ab alio quàm filio occidatur: filius enim patrem proſcriptum, niſi & patriæ proditor eſſet[x], occidere non poteſt[y].

AXIOMA XLV.

ADuertendum eſt tamen, ſuper diuinis, ſi ſpiritualia eſſent, principem ſecularem ſtatuere non poſſe[a]; ſicut nec econtrà princeps ſpiritualis de re ſeculari diſponit[b]. Rurſus ſtatutum iuri diuino repugnans nullũ eſt, ſi delictum cõtineat[c]: in his enim quæ ſua natura iniqua ſunt, princeps diſpenſare non poteſt[d]. Quare nullũ eſſet ſtatutum, quo permitteretur proſcriptam ſtuprari poſſe[e]. Nec refert quòd ualeat ſtatutum quo occidi poteſt: Quoniã in his quæ diuerſæ ſunt ſpeciei, in eo quod plus eſt, non ſolet minus contineri[f]. Rurſus ſtatutum non ualet contra ius diuinum, niſi manifeſtè cauſa appareat[g]: illa enim non præſumitur[h], niſi in his in quibus expreſsè non requiritur[i].

AXIOMA XLVI.

SVper his præterea quæ iã iure Ciuili deciſa ſunt, quia cõtrario iure ciuili tolli poſſunt[k], ſtatui poteſt[l]: etiã ſine ulla cauſa[m], cùm plerunq; ſola poſitione ius Ciuile conſiſtat[n]; tametſi in dubio præſumendum ſit cum cauſa factum eſſe[o]. Quoniam cauſa ubi expreſsè non requiritur, ſubeſſe ſemper præſumitur[p]; maximè in ſtatutis, contrà ea quæ ſemper certam interpreta

k Caſtrenſ. l. iij. de teſta. Dec. c. quæ in eccleſiarum. de conſtit.
l Argu. d. l. ius ciuile.
m l. j. in princip. de acqui. poſſ.
n Argu. l. fin. C. de loca. præd. lib. 11.
o Glo. uerb. exemptus. c. à nobis. de decim.
p c. ſalubriter. de uſur.
q l. ubi numerus. de teſtib.
r §. fin. Inſtitu. de teſtam.
s l. j & ij. C. quando. lic. ſine iudi.
t Barb. d. l. omnes populi. nu. 24.
u Barto. l. pen. de adult.
x l. minimè. de religioſ.
y l. ſi adulterium. cum §. liberto. de adult.
a Auth. clericus. in fi. C. de epiſc.
b c. non uult. de iudic.
c Bald. l. fina. C. ſi contra.
d Gl. uerb. diſpenſare. c. literas. de reſtit. ſpolia.
e Dec. c. quæ in eccleſiarum. de cõſtit.
f Dyn. c. cui licet. de reg. iur. in vi.
g Panor. d. c. quæ in eccleſia.
h Arg. l. qui teſtamentum. de probat.
i c. in præſentia. de renunt.
k §. ſed naturalia. Inſt. de iure natu.
l Litem eorum. in princi. quod cuiuſ uniuerſ.
m Gl. uerb. ratus. l. j. §. pueritiam. de poſtul.
n l. non omnium. de legib.
o l. ius ſingulare. eod.
p d. c. in præſentia.

pretationem[q] uel solennitatem habuerunt, factis[r]. Quo casu ipso iure statuta sunt nulla, si de manifesta statuentis uoluntate non constet[s]: ut si per importunitatem aliquid statuerit[t]. Et haec in principe statuente.

q l. minimè. de legibus.
r l. diuus. de in integ. restit.
s cap. rescripta. 25. q. 2.
t l. j. C. de petit. bo. subl. lib. x.

AXIOMA XLVII.

POpulus uerò etiã contra ius priuatũ statuere potest[a], putà q stipulatio alteri facta ualeat[b]. Super his uerò quae iuris publici sunt non statuit[c]. Et ideo clerici, nec cum Episcopi autoritate, contra Canones statuere possent[d]: cùm ius Canonicũ publicũ bonũ semper respiciat[e]. Item in his q̃ sibi princeps reseruauit, populus statuere nõ potest[f]: ut in Arrogatione facienda[g], in uenia aetatis concedenda[h]. Quare uidebatur q sup appellatione remouenda statui non posset, cum illa principi reseruata sit[i]. Et hoc indistinctè iure Canonico Bartolus cõcessit[k]: sed iure Ciuili negat statutũ ualere, si à populo factũ sit, qui nullam iurisdictionẽ in secũda appellatione habeat[l]. quia secunda appellatio per primam impediri non debet[m]: Secus autem (inquit) si super utraq; appellatione populus iurisdictionem haberet[n].

a l. ut gradatim. uers. j. de muner.
b doct. l. stipulatio ista. §. alteri.
c l. fi. C. de legib.
d c. quòd super his. de maio. & obe.
e Panor. c. fin. de consuetud.
f c. ij de maiorita.
g l. ij. uersicu. j. de adoptio.
h l. ij. C. de his qui [illegible] aetat.
i l. j. in fin. à quib. app. non licet.
k c. uenientes. de iureiur.
l Bart. d. l. omnes populi.
m Arg. l. oratio. de sponsa.
n l. Arg. l. ij. §. exactis. de orig. iur.

AXIOMA XLVIII.

EGo uereor ne Bartoli distinctio falsa sit: nam appellatio, quoniam super ea pacisci possumus[o], necessariò iuris priuati est[p], super quo (ut suprà diximus) statutum à quocunq; fieri potest[q]. Non obstat quòd appellatio sit de his quae principi reseruata sunt: id enim intelligitur quoad remotionem: nemo autem excepto principe[r], quod iuris priuati est, inuito domino auferre posset[s].

o l. fin. §. fin. C. de tempo. app.
p l. ius publicum. à contrar. sens. de pact.
q d. l. uenditor. §. si constat. comm. praed.
r d. l. item si uerberatum. §. pen. de rei uendic.
s l. id quod nostrũ. de reg. iur.

AXIOMA XLIX.

NOnnullis praetereà casibus, statutũ contra ius ciuile factũ, nullius momenti est. Vt si lex expressè prohibeat, ne aliter quàm scriptum sit statuatur[t]. Idem si statutũ esset contra bonos mores[u]: Leges enim & statuta sancta semper & honesta esse debent[x]. Idem si statutum statuentium iurisdictionem excederet[y]: Et ideo statutum laicorum de rebus ecclesiasticis disponens, ipso iure nullum est, quamuis ex iusta causa factum sit[z].

t l. eos. uers. si caeteros. C. de usur. Authen. nauigia. C. de furt.
u l. pacta quae contra. C. de pact.
x l. leges sacratiss. C. de legibus.
y l. fi. de iurisdict.
z c. quae in ecclesiarum. de constitut.

AXIOMA L.

CVm igitur praeter suprascriptos casus, super his quae sunt iuris ciuilis statui posit: sequitur & de eo de quo iam statutum factum est aliud statutũ fieri posse[a], & unum per aliud declarari[b]. Sed si contraria sint, adeò ut nulla interpretatione conciliari possint[c], ultimum primo praefertur[d], nisi in tribus casibus. Primus est, quando prius statutũ in uim contractus transisset[e]: tunc enim & si ob publicam utilitatem adhuc mutari posit[f], tamẽ mutatio his, quorum respectu statutum uim contractus habet, non nocebit[g], ut si immunitas his concedatur, qui in aliquem locum habitandi causa uenerint, Mutatio immunitatis, non his qui iam habitant, sed futuris tantum habitatoribus nocet[h].

a d. §. sed naturalia.
b l. non est nouũ. cum ij. seq. de legibus.
c Argu. §. quibus. ueri. praeterquã. in prima Constitut. Cod.
d l. tutor. datus. in fin. de testam. tutel.
e l. item eorum. §. ex iisdem. quòd cuiusc. uniuer.
f l. quod semel. de decret. ab.
g l. si pecuniam. in prin. de condict. caus. dat.
h Bart. d. l. omnes populi. num. 30.

AXIOMA LI.

SEcundus casus est, ut prius statutum secundo cui derogaret praeferatur[i]: nisi ex quadam tantùm humanitate primum factum esset[k], aut nisi secundum contrariam uolũtatem manifestè contineret[l]. Tertiò primum statutum iuramento confirmatum, secundo simplici praefertur, quod cum superioris autoritate factum est[a]. quia ille anceps periurium subire non prçsumitur[b], secus si nulla superioris interueniret autoritas[c]: sed reuocantes sunt periuri[d]. In reuocando autem statuto etiam à principio facto, Bartolus putat solum populum sufficere, si reuocatio contineat ius commune[e]: & non aliter[f]. Ego puto statutum de iure priuato factum à quocunquie reuocari[g], aliâs solus princeps & statuit & reuocat[h].

i l. si quis. in principio. de leg. iij.
k Arg. l. humanũ. cum glo. pen. C. de legib.
l l. diuus. §. licet. de iur. codicill.
a Arg. Authen. sacramenta puberũ. C. si ad. uend.
b Arg. l. uideamus. in prin. uers. graue. de in litem.
c Arg. c. j. in fi. de sponsal.
d Panor. c. pro illorũ. de praebẽd.
e Argu. l. ij. de iniust. rupt.
f l. haeredes palàm. §. j. de testa.
g l. ut gradatim. §. reprobari. de muner.
h l. fi. C. de testam.

AXIOMA LII.

QVarta quaestio est, an extranei in loco statuti, uel an ciues extra illum locum ex statuto obligentur? Et certum est extraneos nõ nisi certis casibus obligari[i]. Primus est si in loco statuti contraxerint[k]: nam secundum

i l. j. in fi. de tutor. dat.
k l. si fundus. de euictio.

dum statutum usuras & tributū præstabunt[l]: ita tamen, ut potius loci statutum ubi solutio facienda est, quàm ubi contractus factus sit, consyderetur[m]: quia solutionis locus attenditur[n]. Verùm in dote exigenda speciale est, ut statutum uel originis mariti[o], uel domicilij consyderetur, & non ubi dos cōtracta fuit[p]: Quia mulier, sicut in quibuscunq; negotijs, ita & in dote exigenda mariti forum sequitur[q], quæ ratio cùm in desponsata cesset[r], & in uxore illegitima[s], istæ secundum loci contractus statutum dotem exigere debent[t].

l l. si prius. §. j. de aqua plu.
m l. j. cum gl. uerb. cōtractū. de usur.
n l. iij. de bon. auto. iudic.
o l. libertus. §. præscriptio. ad Municip.
p Lex igere. de iudi.
q l. cum quædam puella. de iurisdi.
r Lea quæ despon. sata. ad Municip.
s l. pen. in fin. eo.
t Bald. l. fina. C. si à non competen.

AXIOMA LIII.

Secundò si extranei litigēt in loco statuti, illud obseruare tenentᵃ. Similiter & si delinquant, uoluit Bartolus[x] secundū statuta ubi deliquerūt puniri[y]: qa equiparātur cōtractibus delicta[z]. Cōtrà alij dicūt puniēdos esse secundum ius cōmune[a], cùm poena delicti secūdum uoluntatem moderetur[b]: Quorū sententia pcedit in ordinarijs delictis[c], Bartoli autem opinio in extraordinarijs[d], uel in alijs quæ nō sua natura sed tantùm ratione statuti delicta censentur. ut ire noctu, extrahere frumentū extra prouinciā: & ab istis extranei ignorantes excusantur[e], nisi crassa esset illorum ignorantia[f].

a l. iiij. in fi. de testi.
x Bar. l. j. C. de sum. trinit.
y l. seculari. §. sunt quædam. de extraord. crim.
z l. omnes. cum glo. ij. de iudi.
a l. j. C. ubi senator.
b l. qui iniuriæ. in princ. de furt.
c d. l. j. C. ubi senat. Auth. qua in prouincia. C. ubi de crim.
d d. §. sunt quædā. iuncta Rubri. illius tituli.
e l. fin. de decret. ab ord.
f c. ij. de constit. in vj.

AXIOMA LIIII.

Tertiò extraneus testamentū facere secundū loci statutū (quod tamē, cùm publici iuris sit testamentū[g], nō ualet: nisi principis priuilegio confirmetur[h]) potest, si ibi resideat[i]. Non obstat φ emancipare extraneus non posit, nisi specialiter statutum de illo mentionem faciat[k]: Quia in emancipatione speciale est, cùm per emancipationē efficiamur ciues: at ex eo φ residemus incolæ tantùm dicimur[l]. Itaq; tale testamentum etiam ad bona extra statuti locum cōsistentia extenditur[m].

g l. iij. de testam.
h l. si non speciali. C. eo.
i l. ij. C. quemadm. testa.
k l. j. C. de emancip. libe.
l l. ciues. C. de incol. lib. x.
m l. fin. C. de præsc. long. temp.

AXIOMA LV.

Iacobus tamē à Rauēna uoluit testamentū ad bona duntaxat in territorio statuentium cōstituta extendi[n]: Cuius opinio uera est[o], si statutum ab eo qui iurisdictionē limitatam habet factum sit[p]: aliud si à principe[q] aut factum, aut cōfirmatum esset[r]. Quia illud in omnes puincias quas princeps habet extenditur[s]: queādmodum & illud qđ iuri cōmuni cōforme esset[t], quod à quibuscunq; iudicibus extraneis exequutioni mandari debet[u]. Et ideo si statutū psonale sit, putà φ spurius succedere posit, licet ad ciues in quocunq; loco sint extēdatur[x]: ad bona tamen quæ sunt extra territorium statuentium, nisi statutum iuri cōmuni conforme sit, aut à principe factū, non extenditur[y]. quamuis Bartolus & Alciatus aliter distinxerint[z].

n Bart. l. j. nume. 36. C. de sum. tri.
o l. fin. de iurisdict.
p l. pupillo. de tutor. dat.
q d. l. fin. C. de præscrip. long.
r d. l. si nō speciali. à contra. sen.
s l. j. C. de sum. tri.
t Lex ea. de postul.
u l. argentarium. §. fin. de iudic.
x l. j. §. si hæres. ad trebell.
y d. l. pupillo.
z Bart. d. l. j. nu. 42. C. de summ. tri. nol.

AXIOMA LVI.

Quartò si statutū de alia re quàm de cōtractu, iudicio, delicto, uel testamēto factum sit: si in rem fuerit cōceptum, rei dominus qualiscunq; sit siue ciuis, siue extraneus[a], siue clericus[b], ex statuto obligatur[c], quocunq; in loco fuerit[d]. Et ideo si statutū prohibeat rei alienationem, nullus dominus quamuis extraneus alienare poterit[e]. Si lex concedat omnia bona primogenito, primogenitus etiā extranei filius illa habebit[f]. Si uerò statutum in personam sit conceptum, certum est illud ad extraneum non extendi[g]: nisi princeps specialiter id uelit[h], aut nisi ibi emanciparetur[i], quo casu illius loci ciuis efficitur[k].

a l. an in totum. C. de ædif. pri.
b Abbas c. ecclesia sanct. Mariæ. nu. 45. de constitu.
c l. iij. C. de episco.
d l. rescripto. §. fina. uers. sic. nō quædā. de munec.
e l. unica. §. & cum lex. C. de re. uxo.
f d. l. rescripto. §. fi.
g l. j. in fi. de tutor. dat.
h l. sed si accepto. de iure fisc.
i d. l. j. C. de emancip. libe.
k d. l. ciues. C. de incol. lib. x.

AXIOMA LVII.

Vltima quæstio est, ex quo tēpore statuta effectum habeant? Et certum est ex tēpore scientiæ[a], & publicationis in prouincia factæ[b], uim habere[c]. Inter ignorantes uerò statim effectum habent, si commodum afferant[d]: sed si damnum, elapsis duobus mensibus à tempore quo facta sunt à principe, nocebunt[e]. Sed si ab alio facta sint, ab iniustæ ignorantiæ tempore præiudicium afferunt[f]. Iusta autem est ignorantia, si culpa absit[g]. Sed si adsit lata culpa, ut de dolo punietur[h]. Si leuis uel leuisima, ordinaria poena plectitur[i]: uel criminaliter, si sit extraordinaria[k].

a l. fin. de decret. ab ord. fac.
b §. fin. C. de caduc.
c c. j. de postul. prælat.
d l. pen. in fin. C. de decurio. lib. x.
e Auth. ut fac. no. constitu.
f c. ut animarū. de constit. in vj.
g l. metrodorū. de poen.
h Decius c. ij. nu. 8. de constitur.
i l. qui ædes. de incend. rui. naufr.
k l. respiciēdum. §. delinquit. de poenis.

AXIOMA LVIII.

Ex his inferri uidetur statutum tantùm de futuris negotijs esse

o interp

interpretandum[l]. Verùm & ad præterita quoque extẽditur, si hoc expressè statutum caueat[m]. Quo casu tamẽ adhuc neque iam decisa[n]; (nisi illa pro infectis habeãtur[o], aut statutum specialiter de iam decisis loquatur[p],) neque præterita negotia adhuc per appellationem pendentia[q], neque præsentia quæ in iudicio principali pẽdent, comprehendet[r]. Tametsi in generalibus legibus de præteritis negotijs mentionem facientibus, etiam ea quæ in quacunque causa pendent comprehendantur[s]. Si uerò statutum de futuris tantùm negotijs loquatur, ad illa solùm extendi potest[t].

l c.fin. de constitu.
m l. leges & cõstit. C. de legib.
n l. causas uel lites. C. de transact.
o l. decernimus. C. de sacrosanc.
p Glo. fi. d. l. causas.
q Authẽ. ut cum de appel. in fi. princ.
r Authẽ. in medio lit. non fieri.
s l. sancimus. j. in fi. l. fin. in fi. C. de sacrosanc.
t l. iubemus. circa fi. C. de testa.

AXIOMA LIX.

CAeterùm si statutum simpliciter loquatur, ad præterita non extenditur[u]: cùm natura legis sit futura tantùm respicere[x]. Nisi fortassis ad iuris antiqui declarationem esset factum[y], aut nisi actum secundum ueteres leges infirmaret[z], uel nisi negotium aliquod confirmaret[a]. Sed & si procedendi ordinem respiceret, etiam causas pendentes includit[b]. Item si ex statuto uel oriatur uel tollatur exceptio, ad præteritum contractum fit extentio[c]. Sed & ne præstetur delinquendi occasio[d], statutum quo aliquid indulgetur, de præterito tantùm delicto est intelligendum[e]. Adde pœna statuti eum qui ante statutum deliquerit, esse puniendum, ut plerique putarunt[f]: quibus obstat lex, quæ in delictis tempus delicti, non sententiæ consyderat[g].

u c. fina. de constit.
x d. l. leges & constitutiones.
y §. j. Auth. de filijs ante dotal.
z l. fin. uers. sic quare enim. C. de pact.
a l. fi. uers. qui a igitur. C. de quadr. præsc.
b l. fi. §. fin. C. de iuram. calum.
c l. pen. C. de usur.
d l. v. de pact. dotal.
e Leum lex. de legibus.
f l. pen. si ex noxal. causa ag.
g l. j. de pœnis.

AXIOMA LX.

ALij soluunt, in publicis delictis consyderari tempus sentẽtiæ[h]: in priuatis, tempus delicti[i]; quæ distinctio falsa est[k]. Alij contrà in priuatis tẽpus sententiæ inspiciunt, cùm in illis limitata non sit pœna[l]; sed nec hoc uerum est, cùm in iniuria tempus delicti inspiciatur[m]. Bartolus uult tam in crimine publico[n], quàm in priuato ordinariam pœnam consyderari tempore delicti[o]: id uerò quod ex aliqua causa pœnæ ordinariæ additur uel detrahitur, ad sententiæ tempus referendum censet[p]. Alibi differentiam facit inter pœnam certam & incertam, alibi aliter soluit, sed omnes ubique diuinant.

h d. l. pe. si ex nox.
i d. l. j. de pœn.
k l. si qs decurio. ad l. C. de fals.
l l. fina. de priuat. delict.
m l. iniuriarum. ij. de iniur.
n d. l. si quis decurio ad fin.
o d. l. j. de pœn.
p d. l. pen. si ex noxal.

AXIOMA LXI.

EGo puto delicti tempus semper consyderandum esse[q], siue publicum sit crimen[r] siue priuatum[s]: modò tale sit quod non iteretur. nam in illo, quia grauius puniri debet[t], tempus sentẽtiæ attenditur[u]. Non obstat quod Vlpianus ait, promissorem, qui seruum controuersum sistere promisit, non liberari si liber factus sistatur: ex eo quòd aliter liber aliter seruus puniri soleat[x]. Nam Vlpianus loquitur de seruo tempore delicti controuerso, qui proclamabat ad libertatem, & liber per sententiam factus est[y]. Quo casu cùm desinat domini esse, in eadem causa non dicitur sisti[z]: nec liberatur promissor, quia seruus ut liber puniendus est, cùm per sentẽtiam fingatur nunquàm fuisse seruus[a].

q d. l. j. de pœnis.
r d. l. si quis decurio. in fin.
s d. l. iniuriarum. ij. de iniur.
t Barto. l. si distinc. de pœn.
u §. oportet igitur. circa fin. tint. Auth. ut iudic. sine quoquo suffrag.
x d. l. penult. si ex noxal.
y Argu. l. ingenuũ. de stat. hom.
z l. j. §. si desinat. si ex noxal.
a l. Papinianus. §. si ex causa. de inoffi. testa.

AXIOMA LXII.

SVperest ut paucis de iure non scripto dicamus, quod diuturna consuetudo dicitur[b]. Consuetudo autem, licet Quintilianus ex eo quod plures faciant nomen accepisse dixerit[c]; tamen pro quacunque assuefactione usurpatur[d], siue plurium sit, siue unius[a]. Et ideo à Moribus differt, qui maiorum[b], uel Ciuitatis dicuntur[c]. Et ideo ex moribus ius non scriptum nascitur[d], non autem ex consuetudine[e], nisi longa aut inueterata sit[f]. Est igitur hæc longa Consuetudo ius non scriptum[g] diuturnis utentium moribus comprobatum[h]. Et ideo à præscriptione differt, quæ non mores sed res respicit[i]. Item & à stylo, qui pro dicendi modo accipitur[k], & ius non facit, nisi ab eo qui legis condendæ potestatem habet, fiat[l].

b l. diuturna. de legibus.
c Quintil. lib. j.
d §. Pauonum. Institu. de rer. diuis.
a l. si seruus plurib. §. fin. de leg. j.
b l. j. in fi. de iustit. & iur.
c l. more. de acqr. hæred.
d l. de quibus. uers. inueterata. de legibus.
e d. §. pauonum.
f Rubr. de legi. & long. consu.
g §. ex nõ scripto. Institu. de iure natura.
h d. l. diuturna.
i l. si quis emptionis. in princ. C. de præsc. xxx.
k l. j. in fin. C. de sacrosan.
l cap. ex literis. de constit.

AXIOMA LXIII.

VErùm quispiam dicet Consuetudinem etiam ius scriptũ esse[m]. Respondeo originẽ ex tacito consensu populi nasci[n], qui postea in scriptis redigi

m l. j. ad Vell. cum simil.
n d. l. de quibus. in fin.

redigi potest[o]: sed non desinit esse cō suetudo, cùm scriptura nihil noui inducat[p]: nisi præter consuetudinem aliquid addat[q], aut nisi constaret scribentes legem condere uelle[r], uel alibi scriberetur quàm in eo loco in quo introducta sit[s]. Est autem multiplex consuetudo, sed prius consuetudo loci[t] uel personæ[u], uel fori attenditur[x]; deinde consuetudo diœcesis[y], posteà prouinciæ[z], deinde uicinarum prouinciarum[a], postremò Romana consuetudo.

o l. imò. de legib.
p l. contrahitur. de pignor.
q l. j. de uulga.
r c. ij. de præbend. in vi.
s c. fin. de clandest. desponsa.
t l. uenditor. §. si cōstat. cōm. præd.
u d. l. si seruus plurium. §. fi.
x l. j. §. in honorarijs. de uarijs.
y Glos. fin. l. ex ea. de postul.
z l. semper in stipulat. de reg. iur.
a c. cùm olim. de consuet.
b d. l. de quibus.

AXIOMA LXIIII.

VErùm prius quàm ex una Consuetudine ad aliam recurramus, inspicitur quid ipsi consuetudini proximum sit & cōsequens[c]. Quia cōsuetudinis[d] perinde ac legis ratio obseruanda est[e]; & uti lex non procedit, ubi eius ratio cessat[f]: ita nec consuetudo deficiente ratione[g]. Sed contrà non consuetudinis proximum siue simile, sed legis potius inspiciendum est[h]. Bart. uult similitudinem, si unica sit, siue legis siue consuetudinis considerari[i]: Sed si utriusque similitudo fuerit, inspiciatur quid uerosimilius sit[k], aut rationabilius[l]: Quòd si æqualis utriusq; similitudo fuerit, in materia consuetudinis illius consuetudinis similitudo seruetur: uel legis simile, in materia iuris[m].

c d. l. de quibus. uersic. & si qua
d l. j. C. quę sit lōg.
e l. illud. in fin. ad leg. Aquil.
f l. adigere. § quāuis. de iur. patro.
g l. quod non ratione. de legib.
h l. non possunt. e.
i d. l. non possunt. d. uersi. & si qua.
k l. in obscuris. de regu. iur.
l l. in omnibus quidem. eo.
m Bartol. d. l. quibus. num. 2.

AXIOMA LXV.

CAeterùm licet consuetudinis similitudo legis simile plerunque uincat[n], nō tamen legem ipsam (licet Fulgos. contrà dixerit[o]) unquàm superare potest[p]: Quia in casu claro nullus coniecturis locus est[q], sed dispositioni iuris communis est standū[r]. Verùm dubitatur, an consuetudo ipsa legem uincere possit: nam alibi posse[s], alibi non posse dicitur[t]. Sed uera sententia est, utrunque locum habere, si ad concordiam reduci possint[u]; Si non possint, consuetudo legem priorem quæ contraria est tollit[x]. quia ius Ciuile perinde cōtraria consuetudine ac lege contraria tollitur[y]. Attamen si specialis sit consuetudo, legem non generaliter[z], sed in eo tantum loco ubi introducta est, uincet[a]; quoniam nec lex Romana usum generaliter & mores uincere posset[b].

n Glo. j. d. l. de quibus.
o Arg. l. non sine. C. de bo. quæ lib.
p c. j. d. contra. sent. de feud. cogn.
q l. continuus. § illud. de uerbor.
r l. si extraneus. de cond. caus. dat.
s d. l. de quibus. in fin.
t l. ij. C. quę sit lōg.
u l. si de interpretatione de legibus.
x c. fi. de consuetu.
y §. sed naturalia. in fi. Instit. de iur. natur.
z d. l. ij. C. quæ sit long.

a d. l. uenditor. §. si constat. l. pen. C. de metall. libro xi.
b Tit. de feud. cognitio.

AXIOMA LXVI.

VErùm tamen nonnullis casibus reprobatur consuetudo, ut si ius diuinum impugnaret[c], animæq; contineret periculum[d]. Quòd si nullum contineat periculum, ius diuinum uel naturale non tollere, sed coarctare potest[e]. Sed & reprobatur consuetudo, quæ aduersus publicam utilitatem[f], aut libertatem ecclesiasticam aliquid introduceret[g]. Idem est si errore introducta sit, quo casu nunquam ad simile aliquod extenditur[h]. Imò nec in casu, quo inducta est, ualet: si in facto erratum sit[i]. Sed & si lex in aliquo casu prohiberet consuetudinem obseruari, ipso iure nulla est[k]: tametsi glossa uelit statutum consuetudinis derogatorium præteritas tantùm consuetudines respicere[l]. Sed Docto. rectius etiam ad futuras extendunt[m].

c c. consuetud. laudan. xi. distinct.
d c. fina. de consuetud.
e l. j. de donat. inter. cum simil.
f l. nec damnosa. C. de preci. impe.
g Auth. cassa. C. de sacros. ecc.
h l. quod non ratione. de legib.
i l. iij. §. fina. de supell. lega.
k Auth. nauigia. C. de furt.
l Gloss. uerb. consuetudine. clemen. statutum. de electio.
m Docto. l. si mihi. §. in legatis. de lega. j.

AXIOMA LXVII.

PRæter hæc & aliud requiritur, sine quo consuetudo nullum habet effectum; uidelicet ut consuetudo ipsa probetur[n]. Non obstat quòd sit iuris[o], & iura non probentur[p]: Quia id uerū est in iure scripto, quoniam illud certū est[a]. secus autem est in iure non scripto quod est incertū[b]. Præterea actus ex quibus inducitur cōsuetudo facti sunt[c], & ideo probari debent, cùm etiam prudentissimum quemq; fallere possint[d]. Probatur autem cōsuetudo sola scripturæ ostēsione, si à principe in scriptis redacta fuerit cōsuetudo[e]. Addunt Docto. & ex actibus iudiciarijs[f], uel ex publicis instrumentis[g], uel ex autoritate unius doctoris[h], uel per testes consuetudinem probari posse[i]. Sed ego in hac re doctores diligentiores desyderarem.

n l. j. C. quæ sit lōg.
o d. l. diuturna. de legib.
p l. ab ea parte. de probat.
a §. fin. in procem. fforum.
b Glos. uerb. probatis d. l. j. C. quæ sit long.
c d. l. de quibus. uersic. nam quid.
d l. ij. de iur. & fac.
e l. iij. C. de legib.
f l. iij. in fin. C. de ædif. priuat.
g Argu. l. quòd si nolit. §. quia assidua. de ædil. edict.
h Argu. l. septimo. de stat. hom.
i Argu l. iij. in fin. de testib.

AXIOMA LXVIII.

NAm si de initio consuetudinis probando agatur, legitima probatio sufficit[k]. legitimam autem pro-

k l. ij §. idem labeo ait cùm queritur. de aq. plu.

bationem appellamus duos teſtes[l], uel inſtrumentum publicum[m]. Similiter ſi de fama conſuetudinis teſtes deponant, duo ſufficere poſſunt[n]. At ſi de ipſa conſuetudine dubitetur, illa per omnes probari debet[o]: ſed ne in infinitum extendatur probatio[p], dictio illa uniuerſalis (omnes) ad maiorem populi partem referenda eſt[q]. Imò puto decem ſufficere, cùm hoc numero turba conſtituatur[r]. Et ita ex frequentia actorum uel inſtrumentorum publicorum probaretur conſuetudo[s].

l §. ubi numerus. de teſtibus.
m l. in exercendis. C. de fide inſtru.
n Glo. uerb. confirmat. l. iij. §. eiuſdem. de teſti.
o l. ſi arbiter. in fin. de probatio.
p l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. de leg. iij.
q l. quod maior. ad municip.
r l. iiij. §. turba. ui bon. rapt.
s d. l. j. C. quæ ſit long. conſuet.

AXIOMA LXIX.

PRoinde teſtes in probanda conſuetudine de tribus teſtimonium ferre debent. uſu populi[t], actus frequentia[u], & temporis diuturnitate[x]. Diuturnitatem autem temporis aliqui uolebant hominum memoriam excedere debere[y]: Quia in actibus diſcontinuam cauſam habentibus id tempus requireretur[z]. Addebant conſuetudinem ex uſu longæuo introduci[a], uſus autem longæuus centum annorum eſt[b]. Contraria tamen opinio & tutior eſt, & receptior: Nam lex longam conſuetudinem[c], aut diuturnam appellat[d]: longum autem & diuturnum, decem annis concluduntur[e].

t §. ex non ſcripto. Inſti. de iur. natur.
u d. l. j. C. quæ ſit long.
x l. ſed ea quæ. de legibus.
y Argu. l. iij. §. dictus. de aq. quotidia.
z Glo. mag. l. ſeruitutes. iij. de ſeruitut.
a l. ij. C. quæ ſit long.
b l. fin. C. de ſacroſ.
c Rubr. de legibus. & Rubr. C. quæ ſit long.
d d. l. diuturna.
e Inſtit. de uſucap. in princip. & d. l. diuturna.

AXIOMA LXX.

ACtuum uerò frequentiam, quoniam determinata non eſt, alij iudicis arbitrio reliquerunt[f]: & falsò, cùm iudex non inducere ſed confirmare conſuetudinem poſsit[g]. Alij ex uno actu potiſsimum inſigni conſuetudinem faciunt[h], ſi de conſenſu populi ſemel conſtiterit[i]: Quorum opinio cõſuetudinis ſignificationi pluralitatem demonſtranti repugnat[k]. Communis igitur opinio ex actu non eodem die[l], ſed diuerſis temporibus geminato conſuetudinem inducit[m]: cum ex & plurali multitudo ſignificari uideatur[n]. Sed ego communem ſententiam non ſequor, cùm ſemel bis'ue geſtum, tanquã rarum, lex contemnat[o]: At conſuetudo fit ex ſæpe[p] & frequenter geſtis[q], id eſt, ex his quæ toties ſunt geſta, quoties opus fuit[r].

f Argu. l. j. in fi. de iur. delib.

g l. cùm de conſuetudine. de legib.
h l. ij. §. tractatum. Ne quid in loc. publi.
i Arg. l. iij. de probatio.
k Quintil. lib. r.
l l. ſi mulier. ij. C. ad Vell.
m l. iij. in fin. C. de epiſc. aud.
o §. fin. Inſtitut. de iur. perſo.
o l. nam ad ea. de legib.
p l. iij. in fin. de teſtibus.
q l. j C. quæ ſit lõg.
r l. ueluti. §. fina. de edend.

AXIOMA LXXI.

AT conſenſus omnium prouincialium[s], uel maioris partis[t], ſiue totius ciuitatis ſiue maioris partis[u], conſuetudinem facit. Quod Docto. intelligunt non ſolùm de conſenſu uoluntario[x], ſed etiam coacto[y]. Ego contrà, nam populus ſeipſum cogere non poteſt[z]. Quòd ſi maior pars populi minorem cogat, non propter coactos ualet conſuetudo[a]. Sin autem princeps cogat, iam conſuetudo non eſt, ſed Conſtitutio[b]. Solus uerò iudex cogendo & iudicando licet conſuetudinem confirmet[c], ſine populo tamen illam inducere non poteſt[d]. Nec ulla lege probatur, quod uolunt interpretes ex pluribus ſententijs conſuetudinem introduci: tametſi quandoq; uim legis obtineant[e].

DE

s l. obſeruare. §. hoc etiã. de offic. proconſ.
t d. l. quod maior pars.
u l. pen. uerſic. altero. de iuſtitia & iur.
x l. de quibus. in fi. de legib.
y l. cùm de cõſuetudine. eo.
z l. pen. de arbitr.
a d. l. quod maior.
b l. j. de conſtitut. princ.
c d. l. cùm de conſuetudine.
d l. iij. C. de ædific. priuat.
e l. nam Impe. de legib.

De Teſtamẽtaria ſucceſsione.

De Teſtamentis ordinandis.

TRACTATVS XI.

AXIOMA I.



EXPLICATVri duas, Ex teſtamẽto, & Ab inteſtato, ſucceſsionis ſpecies[a]: à teſtamento, ueluti firmiore[b], exordiemur[c]. Itaque Teſtamentum (ſi Seruio & Iuſtiniano credimus) quaſi mentis teſtatio dicitur[d]. Quæ etymologia Gellio & Vallæ ex eo diſplicuit, quòd uelamẽtum mentis uelatio minimè dicatur[e]. Sed Alciat. Iureconſultus ſimilitudinem magis quàm deriuationem reſpexiſſe, exiſtimauit[f]. Viglius putat teſtamẽtũ à ſola teſtatione, uti donatio à dono, uenire[g]: & quod additur, teſtamentum à mẽtis teſtatione, & donationẽ à doni datione[h]: maioris declarationis cauſa hoc dictũ fuiſſe[i]. Sed ego cũ Theophilo arbitror à teſtatione & mente, emphaſis cauſa, compoſitam dictionem eſſe[k]: cùm illud maior ſit mentis noſtræ ſignificatio, quàm ulla alia teſtatio[l]. quæ emphaſis in uelamento, calceamento, ueſtimento nõ apparet, & ideo primitiua eſſe nomina.

a §. fin. Inſtitut. per quas perſo. nob. acquir.
b l. quandiu. de regu. iur.
c l. fina. de fide inſtru.
d Inſtit. de teſta. in princ.
e Aul. Gell. vi. cap. xij. Valla vi. ca. xxxvj.
f Alcia. iiij. de uerbo ſign.
g Viglius. Inſtit. de teſtam.
h l. ſenatus. §. donatio. de donat. cauſ. mort.
i Arg. l. j. de nouatio.
k Theophil. Inſtit. de teſta. in princ.
l l. j. de teſtam.

AXIOMA II.

TEſtamentum eſt de eo quod poſt mortem fieri uolumus iuſta ſententia[m]: id eſt, perfecta ut aliqui exponũt[n]: uel ſolẽnis ut alij[o]: quorũ utraq; interpretatio prorſus non ſatisfacit, cùm omnis uoluntas in ſuo genere & perfecta ſolennis ſit[p]: tametſi mediocritate differat, ſed illa nullam generis facit diuerſitatem[q]. Iuſtam igitur ſententiam interpretor, quæ adeò uera eſt, ut ubique ſtare poſsit, ut iuſta lex[r], iuſtus error[s], iuſta æſtimatio[t]. Teſtamentum autem ſemper & omni iure uerum fuit[u], unde iuſta dicitur ſententia[x], aliter in codicillis, qui ante Auguſtum probati non erant[y].

m d. l. j. de teſtam.
n l. cùm filio. §. fin. de leg. iij.
o Argu. l. j. iuncta Rubr. de iniuſt. rupt.
p Arg. l. ſtendum. de uerb. oblig. l. & ſi nihil. de regul. iur.
q l. fina. de fund. inſtruct.
r l. qua actionum. de præteri. uerb.
s l. per eum. de acquir. poſſ.
t l. ſi cui fundus. de lega. ij.
u Theoph. Inſtitu. de iur. natur. §. j.
x d. l. j. de teſtam.
y Inſti. de codicil. in princ.

AXIOMA III.

TRia fuerunt teſtamentorum genera. Vnum quo in pace, ſed bis tantum in anno, calatis, id eſt, uocatis comitijs ſiue populo, utebantur. Alterum quo in bello, & inde procinctum dicebatur[a]: quia procinctus is eſt qui ad confligendum paratus eſt[b]. Tertium omni tempore fieri poterat, per familiæ, hoc eſt, hæreditatis[c] emancipationem[d], id eſt, imaginariam uenditionem[e]. Vnde hęres familiæ emptor dictus fuit[f]: Sed quia non pecunia numerata, ſed ære ad libram utebantur[g], hoc teſtamẽtum per æs & librã nũcupabatur[h]. At omnes hæ ſpecies hodie ſublatæ ſunt, & aliæ introductæ: teſtamentum in ſcriptis & Nuncupatiuum[i]. In quibus hæc tria ſemper ſunt obſeruanda, teſtator, teſtis, & teſtamenti forma[k].

a Theoph. Inſtitu. de teſta. in princ.
b l. j. de bon. poſſeſ. ex teſta. milit.
c l. pronuntiatio. §. familiæ. de uerb. ſignific.
d Gelli. xv. capi. xxvij.
e Inſtit. de teſtam. in princ.
f §. ſed neque heres. uerſic. licet. eod. tit.
g Argu. l. j. de contrah. empt.
h Inſti. de teſtam. in princ.
i §. fin. eod. tit.
k l. iij. de teſtam.

AXIOMA IIII.

IN teſtatore rurſus tria conſyderare oportet: ſit'ne rerum dominus[l], & iudicij firmi[m], & ſtatus certi[n] atq; liberi[o]. Primò teſtator debet eſſe rerũ dominus, aut in his communionem aliquam ſaltem habere[p]: nemo enim in alienis bonis hæredem facere poteſt[q]. Nec obeſt q; res aliena legari poſsit[r]. Nam omiſsis Doctorũ ſolutionibus, pro re illa, ubi redimi non poſſet, ex hęreditate pretium perſoluitur[s]: quod pretiũ in rebus uniuerſalibus (qualis eſt hæreditas) rei loco ſemper habetur[t] Et ideo ſi æſtimatio illius alienæ hæreditatis perſolui poſſet: illa æſtimatio perinde aliena ſemper haberetur, atq; ipſa hæreditas.

l Authen. ingreſſi. C. de ſacroſ.
m l. ij. de teſtam.
n l. qui teſtamẽto. cum ſeq. eo. titu.
o Inſti. quib. nõ eſt permiſſ. in princ.
p l. j. C. qui teſtam. fac.
q l. fina. in fin. C. de hæred. inſti.
r l. cùm alienã. C. de legat.
s §. non ſolùm. Inſtit. de legat.
t l. Imperator. §. ſi. de lega. ij.

AXIOMA V.

SEcundū testatoris iudicium testamenti tempore sanū desyderatur[u]. unde nec mēte captus (nisi ante furorem[x], uel intermissi furoris tēpore[y]) testatur[z]: nec ꝓdigus[a], nec impubes[b], cuius testamētum, etsi pubes decederet, nullum est[c]: sed post pubertatem, etiam sine curatoris autoritate[d] testari potest masculus post XIIII. annos cōpletos, fœmina post XII[e]. Corporis uerò uel senectus[f] uel ægritudo[g], uel etiam membrorum defectus[h], testatori non nocet[i]: Nisi eo defectu iudicium infirmius redderetur, ut in muto, surdo, cæco, qui olim sine principe non testabantur[k], hodie contrà solennitate legis seruata[l].

AXIOMA VI.

TErtiò in testatoris statu duo inspiciēda sunt. Alterum, an certus sit[a]: Nā incertus (nisi miles esset[b] aut ueteranus[c]) nō testatur, nō legat[d], non adit, nō repudiat[e], non usucapit[f], non iudicat[g], non gerit tutelam[h]: tametsi qui dubitaret, sit'ne ciuis Bituricus an Aurelianus, testari possit: cū utroque casu ius testandi habeat[i]. Alterū an sit liber[k], nanque filius in potestate cōstitutus[l], de alijs quàm castrēsibus bonis[m], ne de aduentitijs quidē[n], nec patre consentiēte, testabitur[o]: quāuis posteà sui iuris factus decederet[p].

AXIOMA VII.

SImili ratione serui pœnæ non testantur[q], nec ab hostibus capti[r]. Attamen testamentum ante captiuitatē factū, legis Corneliæ[s], uel postliminij fictione, ualet[t]: sed si captus apud hostes decedat, nūquā defuncti, sed capti dūtaxat hæreditas est appellanda[u]. Et eapropter suum non habet hæredem[x], cùm suus tantùm sit, qui mortis tēpore proximus est hæres[y]. aliud est in eo qui filiū captiuum haberet, quē suum si reuertatur hæredē habere non desinit, quando in ciuitate mortuus est[z]: quoniā Ciuis defuncti hæreditas appellari solet[a]. Sed omnia hæc eo modo accipienda sunt, quo in arte nostra fusius declarauimus.

u d.l.ij. de testa.nō.
x l. q testamēto. §. nec furiosus.c.tit.
y l.furiosum.C.qui testam.
z l.in aduersa. de testam.
a l.is cui lege.e.tit.
b §.prçterea. Instit. qb.non est perm.
c l.si filiusfamil.de testam.
d l. Aurelio. §. cuius.cum glos.j.de liber.leg.
e l.qua ætate.de testam.
f l. senium. C. qui testam.
g l.ij.de testam.
h l.q manus.eo.tit.
i l. eunuchus. C.q testam.
k l. q in potestate. §.fin. cum seq.de testa.
l l. discretis. l. hac consultiss. C.qui testam.
a l. qui in domini. cum seq. de testa.
b Lex militari. §.fi. de mil.testa.
c l. Aristo. de iur. codic.
d l.j.de leg.iij.
e l.is qui putat. de acqui.hære.
f l.si fur.§.j.de usucap.
g Barto.l.multū de condi.& demon.
h l. quero. de eo q pro tuto.
i l.quod si dubitet. de acqui.hær.
k Instit.quib.nō est per.io princ.
l l.iij.in fin. C.qui testa.
m l.fin.eo.tit.
n l.pen.eo.
o l. q in potestate. in prin.de testa.
p l.si filiusfa. eo.tit.
q l. eius qui. § j. & § fin.eo.
r d.l.eius q.in prin.
s l. lege cornelia. eod.
t § fin. Inst t.quib. non est perm.
u l.iij. § fin ubi Alciat.de uerb.sig.
x d. l. lege Cornelia.in fin.
y §.j.Instit.de hær. quæ ab intest.
z §.interdū. eo. tit.
a l.lex Cornelia. in fin.de uulg.

AXIOMA VIII.

OBsides item[b], sed non Legati[c], neque à latronibus capti[d]: Imò nec ulli hodie in Christianorum bello capti, testamenti factione priuantur[e]. Adde ex famoso carmine damnatum testari non posse[f], cùm sæpe mortis pœna delectatur[g], & ita seruus pœnæ fiat[h]. secus est in alijs infamibus: Vt in relegatis[i], in his qui ex famoso crimine accusati sunt[k], uel etiam condemnati, sed appellauerunt[l]: in bannitis[m], in excommunicatis[n] nulla hæreseos macula notatis: nam hi omnes testamentum faciunt[o].

AXIOMA IX.

IN testamento cōsyderatis his quæ in testatore requiruntur, testium & numerus[p], & status[q], & præsentia[r], & subscriptio attendenda est[s]. In primis ut eorum numerus sit septem[t]: inter quos tamen is annumeratur, qui testamentum scripsit[u]. quia tabellio, ubi necessarius non est, si adhibeatur, testis uice fungitur[x]: ut res, non per instrumentum publicum, sed per testes probari possit[y]. Hic autē testium numerus, etiā in uno diminutus, (cùm formæ nihil addere uel detrahere liceat[z]) testamentum euertit[a]: præterquàm in tribus casibus.

AXIOMA X.

PRimus etiam nullos testes requirit[b], quando apud principem, uel iudicis acta, fieret testamentum[c]: multis siquidē præsentibus acta fieri præsumuntur[d]. Secundus duos testes tantùm postulat: ut cùm miles testatur[e], uel cùm pia causa instituitur[f]: Sed & liberis institutis duo testes[g], etiam fortuiti[h], aut fœminæ sufficerent[i]. Tertius quinque testibus est contentus, si Rusticus testetur, & eo loco quo septem testes haberi non possunt[k]: nec ob solum locum uel rusticitatem hic casus procederet[l]. Vnde plerique existimarunt, non sufficere pestis tempore quinque testes adhibere[m]: sed contraria receptior est opinio[n], cùm legi necessitas non subijciatur[o].

b l. obsides. de testam.
c l. qui à latronibus.uersi.ij.eo.
d d.l.qui à latronibus.in princ.
e Ang.§.fin.Instit. quib.non est per.
f l.is cui. §.fina. de testa.
g l. unica. C.de famos.libell.
h l. qui ultimo. de pœn.
i l.eius q. §.sed relegati.de testa.
k l.si quis post. eo.
l d.l.qui à latronibus.§.fin.
m Bar.d.l.eius qui. §.ij.
n Barto. l.si queramus. in fin.eo.tit.
o Auth. credentes. C.de hæreti.
p l.hac cōsultiss. in prin.C.de testa.
q l. ad testium. §.j. de testa.
r l.qui testamento. §.fin.eo.tit.
s §. sed cum paulatim.Insti.de testa.
t d.l.hac consultiss.
u l. Domitius.de testam.
x §.oportet. Auth. de instru.caut.
y §.sed & si instrumenta.eo.tit.
z l.cùm hi. §.si prætor.de transa.
a l.si unus.C.de testa.
b l.sancimus. uersi. inter acta.eo.
c l.omniū. eod.tit.
d l. donatio. C. de donat.
e Glos.l.j. de milit. testa.
f c.cùm esset. c.relatum.de testa.
g d.l. hac cō'sultiss. §.ex imperfecto.
h Gl uerb.excepto. l.si. C.de codicil.
i Glos. Auth.quod sine C.de testam.
k l.fin.eo.tit.
l l. conficiuntur.§. codicilli. de iure codicil.
m Argu.l.casus. C. de testam.
n l.si.de milit.testa.
o l.j. C.de oper. libert.

AXIOMA XI.

SEcundò in testamentarijs testibus illorũ status obseruatur: qui debet esse nõ fœmine[p], nõ puerilis, nõ famosus, nõ suspectus[q], nõ infirmus[r]. In primis nõ fœmineus: nã Mulier, quãuis in Codicillis testimonium dicat[r], in testamento tamen non potest[s]. non quidem ob sexus imbecillitatẽ, cùm hæc ratio, etiam in actibus in quibus testimoniũ dicit, urgeat[a]: sed quia in omnibus solennibus (quale est testamentarium testimonium[b]) mulier nõ admittitur[c]. Vnde in his testamẽtis, quibus solẽnia remittuntur, mulier testis esse potest; ut in testamento Militis[d], piæ causę[e], et liberorũ à patre institutorũ[f].

p §. testes autẽ. instit. de testam.
q §. pater. instit. de testa.
r Gl. uerb. quinq. l. fi. C. de codic.
s l. qui testamento hæres. §. mulier. de testam.
a c. forus. de uerb. sign.
b d. l. qui testamen to. §. seruus.
c l. ij. de reg. iur.
d l. luci[?]. uerb. legitimis. de militar.
e Gl. d. auth. quòd fine.
f Felin. c. quoniã. de testib. & glo. d. auth. q fine.

AXIOMA XII.

SEcundò testium status puerilis esse non debet: nam impudens in omni negotio inidoneus est testis[g], adeò ut de testamento, nec quidem cùm pubescit, testetur[h]: Licet in alijs actibus, de his quæ proximus pubertati uidit, testari possit[i]. Tertiò testes non debent esse famosi[k]: nam damnatus ob carmen famosum[l], uel ex lege Iulia Repetund. non est testis[m]. Quartò infirmi mente non testãtur: ut prodigi[n], furiosi[o], muti, surdi[p].

g l. iij. §. lege. de testib.
h Gl. l. ad testium. §. j. de testam.
i l. ex. ip[?]antur. in fi. ad Sylla.
k l. cũ lege. de testam.
l l. is cui. §. fin. eo.
m l. qui testamẽto. §. eum qui eo.
n l. is cui. in princ. eod.
o d. l. q testamẽto. §. nec furiosus.
p d. § testes autem. instit. de testa.

AXIOMA XIII.

VLtimò testis status omni suspicione carere debet[q]: siquidẽ neq; hæres[r], neq; is quẽ in potestate habet, aut in cuius potestate fuerit, testis admittitur[s]. cùm in principali patris negotio[t], aut alio quo ipsi patri aliquid acquireretur, filius rejciatur[u]. etiam si emancipatus esset: & de actu inter uiuos ageretur[x]. Sed in testamento, solus qui in potestate est, testis esse prohibetur[y]. Non obstat, quòd is in testamento testis esse non posse uideatur, qui in iudicio testimonium ferre prohibetur[z], quoniam regula, illa perpetua non est[*]. Verùm pater filio de castrensi peculio testamentum facienti (modo post missionem non testetur[z]) testis receptus est[a]. Sed & pater unà cum filio in extranei testamento inhabiles non iudicantur[b].

q l. iij. in prin uers. nam si careat. de testib.
r d. l. qui testamen to. in princ.
s § sed neq. instit. de testa.
t l. iij. de testib.
u d. l. qui testamen to. §. quæcunq.
x l. parentes. cum glo. C. de testib.
y d. l. q testamẽto. uerb. potestatis.

z l. qui testamento. §. eum qui lege. de testa.
* l. quoniã. uers. pe. & fi. C. de hæret.
z §. pater. uers. si sed si filius. instit. de testa.
a d. l. q testamẽto. uers. p cõtrariũ.
b d. §. pater. I prin.

AXIOMA XIIII.

LEgatarij item & tutores testimonium ferunt[c]. Quod mirum in legatario uidetur, cùm in re propria omnibus prohibitũ sit testimonium[d]: testamenti autem causa legatarij esse dicitur, cùm in ea, ne Collusio fiat, adesse possit[e], & ab illa appellare[f]. Alij propter solennitatem tantùm non ueritatem[g]. Alij ob magnum numerum testium[h]. Alij in consequentiam tantùm legatarios testes esse dicunt[i]. Alij & numerum testium, & consequentiam, & testamenti fauorem, putant omnes rationes simul esse, cur hic legatarius testis recipiatur[k].

c d. l. qui testamen to. in princ.
d l. null[?]. de testib.
e l. si suspecta. de inoff. testa.
f l. à sententia. de appell.
g Gl. l. j. d. l. qui testamento.
h Arg. l. si quis ex argent. §. cogentur. de edend.
i Arg. l. j. de auth. tuto.
k Decius c. insuper. de testib.

AXIOMA XV.

EGo hanc crediderim rationẽ esse, quòd testis testamentarius non nisi uoluntarius esse possit[l]: At si legari illi non posset, quia de illius ageretur incommodo, inuitus semper præsumeretur[m]. Ne igitur testamentum deficiat, legatarij (cum non sint successores iuris[n], sicq; principaliter de illorum cõmodo non agatur[o]) testamento autoritatem præstare possunt[p], & per consequentiam hæreditatis legatum consequi[q]. Aliud est in cæteris testibus, qui nec per consequentiam testes admittuntur[r], quia illis etiam inuitis negotium geri potest[s].

l d. l. qui testamen to. in fi.
m l. inuitũ. de seruit. urba.
n § legatarijs. inst. de testa.
o §. ante hæredis. instit. de legat.
p l. siquis ita scripserit. de reb. dub.
q l. j. in prin. de autho. tuto.
r l. fin. de testib.
s l. coram. in fi. de uerb. sign.

AXIOMA XVI.

TErtiò testis testamentarius, præsens[t], uoluntarius[u], rogatus[x], & intelligens esse debet[y]. Præsentia enim adeò requiritũ, ut omnes coram testatore codẽ loco testamentũ signare debeant[z]. Aliàs, etiã ob solum parietem inter testatorem et testes medium, uitiaretur[a]: licet in cæteris negotijs sufficiat, testes se exaudire[b], & intelligere[c]. Itaq; in testamẽto debẽt omnes simul, & eodem tẽpore[d], donec perfectum sit testamentũ, adesse[e]: Aut necessitate disiuncti, statim redire[f]: alioquin in illorũ locũ, alij, coram quibus omnia repetantur, sunt surrogandi[g].

t d. l. qui testamen to. § ueteres.
u d. l. qui testamen to § fin.
x l. hæredes palam. § I testamẽtus. eo.
y d. l. hæredes palàm in princ.
z l. si unus. in prin. C. de test.
a Bart. l. ij. §. idem labeo. de aq. plu.
b l. j. §. eodẽ autem tẽto. ad Sylla.
c l. diem proferre. §. corã. de arbit.
d l. hac consultiss. § p nuncupationem. C. de testa.
e d. §. ueteres.
f l. casus. C. de test.
g l. cũ antiquitas. uers. fin autẽ longiore. eo. titu.

AXIOMA XVII.

DIximus præterea testes rogatos esse oportere, tametsi in cæteris actibus fortuiti sufficiant[a]. Rogati

a l. ad fidẽ. de test.

autem dicuntur, qui specialiter adhibiti sunt[b]: nec addere necesse est, quod ad testamentum audiendum rogati sint[c], sed si simpliciter dictum sit, (testibus præsentibus) rogati non præsumerentur[d]: nisi aut subscripti essent, aut Notarius uerba illa protulisset[e]. Præterea testes intelligere, non sermonem (Græcus enim coram Latinis testari potest[f]) sed sensu percipere debent quòd testamentum fiat[g], alioqui præsentes non dicerentur[h].

b d. §. ueteres.
c Arg. l. ij. §. hominesui bon. rapt.
d Bart. l. sciendum. de uerb. obli.
e Castren. d. l. hæredes palàm § 10 testamentis.
f l. hac consultiss. §. fi. C. de testa.
g d. § ueteres.
h l. diem proferre. §. corá. de arbit.

AXIOMA XVIII.

Quartum quod in testibus requiritur, est: ut testamentũ, non nuncupatiuũ[i], sed in scriptis signent[k]. Nec refert eodem an diuersis, proprio an alieno anulo[l], licet Castrens. notarium proprio signare uolebat[m]. Nec solùm diu uerùm & noctu signare possunt[n]: cùm & his temporibus pacificamur[o]. Sufficitque signa linteo, quo testamentũ inuolutum est, impressa esse[p]: quoniã de linteo & testamẽto, cùm alterũ sine altero aperiri nõ possit[q], idem est iudicium[r]. Sed quod Accurs. & Bart. quoslibet signo testamẽtũ signari posse uoluerũt, Vlpianus anulo tãtũ tradidit[s].

i §. fi. Inst. de test.
k §. sed cùm paula. tit. eod.
l §. possunt. eo. tit.
m Gl. uerb adijciatur. §. sed etsi instrumenta. Auth. de instru. cautel.
n l. ad testium. §. posse de testa.
o l non minorem. C. de transact.
p d. l. ad testium. §. fin.
q l. iiij. quemad. testa. aper.
r l. rerum mixtura. de usucap.
s d. l. ad testium. §. signum.

AXIOMA XIX.

Testes præterea unà cum signo se subscribant[t]: nam alterutro deficiente corruit testamentũ[u], cùm ex solennibus necessarijs nihil immutandũ sit[x]. Sunt enim signa omnia necessaria[y], nec non subscriptiones, (etiam quorumlibet propriæ[z], & maximè notarij[a]) quibus contineri debet & is qui signauit, & is qui testamentum fecit[b]. Testator quoque se subscribere debet[c], nisi omne testamentum sua manu conscripserit[d]. Id enim scriptura (notario excepto[e]) operatur, quod & subscriptio: ut & uice uersa eam uim habet subscriptio, quàm scriptura[f]. Quia si testator scribere nesciat, octauũ testem adhibere debet[g]: & tunc cuicunque iubere potest, ut testamentum scribat[h].

t d. §. sed cùm paulatim. uers. subscriptiones.
u d. l. ad testium. §. si quis.
x l. cũ hi. §. si prætor. de transact.
y l. si unus. C. de testam.
z l. pen. de testa.
a Glo. uerb. ipsis in fi. §. nos autem. Auth. de tabell.
b d. l. pen.
c d. §. sed cùm paulatim.
d l. cũ antiquitas. §. cum autem. C. de testa.
e l. ij uers. tabellarius. C. de con. fisc. deb. lib. 11.
f Instit. de contra. empt. in princip. uers. in his.
g d. l. hac consultiss. in princ.
h l. seruus. de test.
i l. iubemus. C. de testa.

AXIOMA XX.

Olim hæredis nomen manu testatoris scribendum aut nuncupandum erat[i], sed hodie ab alio scribi potest[k]. Verùm in testamento nuncupatiuo omnes testes nomen exaudire debent[l]: in testamento in scriptis satis est clausum testibus signandum tradi[m]: & ea propter hoc, nuncupatiuo utilius est[n]. In nuncupatiuo tamẽ, hæredem in tali epistola scriptum nominare sufficit[o]: modo de huiusmodi epistola constet[p]. Cõstabit autem si testatoris manu sit scripta[q], aut si is apud quem testator dicebat depositam, iuramento talem esse affirmaret[r].

k Aut. & nõ observato. eo. titu.
l l. hæredes palàm in prin. de testa.
m d. l. hac consultiss. in princ.
n §. fin autem. inst. de pup. subst.
o l. asse toto. de hæred. instit.
p Bart. l. si ita scripsero. de condit.
q l. quem hæredi. de reb. dub.
r l. Theopompus. de dot. præleg.

AXIOMA XXI.

Præter ea quæ & in testatore & in testibus necessaria esse declarauimus, alia duo solennia testamẽtum requirit. Et quod perfectũ sit[s], & quod nihil alienum contineat[t]. Vno enim contextu peragi[u], hoc est perfici debet[x]. hinc nõ parua est inter doctores contentio, nunquid ex imperfecto testamento naturalis saltem oriatur obligatio? Communis sententia ortam censet[y], cùm illam ius gẽtium pariat[z], quo perfectio hæc non desyderatur[a]: sed magis æquitas, quæ legatum (licet testamentum imperfectum sit) persoluendum suadet[b]: impeditque ne errore iuris solitum repetatur[c]. Vnde colligitur naturaliter debitum fuisse[d].

s d. l. hac cõsultiss. § ex imperfecto.
t d. l. hæredes palàm. §. fin.
u l. qui testamẽto. § ueteres. eo. tit.
x l. urbana. §. fi. de uerb. sign.
y Glo. & Bart. l. cũ quis. C. de iuris.
z l. cum amplius. §. is natura. de reg. iur.
a l. lucius. de milit. testa.
b l. in testamento. de fideicom. lib.
c l. fideicommissum. C. de cond. ind.
d l. naturaliter. de cond. indeb.

AXIOMA XXII.

Ego contrariam sententiam iure ueriorẽ arbitror[e], cùm præcedens opinio, in casu quo uel consensus[f], uel pia causa[g], uel testamentũ perfectũ sit, procedat[h]. Secus innõ perfecto, quod cùm ius accrescendi nõ impediat[i], naturalem nõ producit obligationem[k]: quæ semper impeditur cùm substantialis forma perfecta non est[l]. Substantialis enim forma dicitur, qua peremp ta perit actus[m], testamentũ autem si uel institutionẽ non contineat perit[n], uel si testium numerus completus nõ sit[o]: tunc enim, si legatũ etiam sola natura deberetur, solo cõstituto interueniente peti posset[p], cùm tamen lex stipulationẽ desyderet[q]. Et ex his legis sensus colligendus est, dicentis: Eum natura debere, quẽ iure gentium dare oportet, cuius fidem secuti sumus[r]: ut scilicet is solus natura debeat, cuius fidem,

e l. ij. C. si omiss. caus. testa.
f d. §. is natura.
g d. l. in testamẽto.
h d. l. si deicommis. sum.
i d. §. ex imperfecto.
k Gl. uerb. si ira fecerit. l. si duo. in prin. de iureiur.
l l. ij. § si quis ita. de uerb. obli.
m l. Iulianus. §. sed & si quis. ad exh.
n §. ante hæredis. instit. de lega.
o l. si unus. C. de testa.
p l. j. §. fin. de constit pecu.
q l. si ueritas. C. de fideicom.
r d. §. is natura.

fidem, & consensum creditor secutus sit. Vel aliter: cuius iurisgentium fidē secuti sumus, nos scilicet Iureconsulti: aliàs sine Iurecōsultorũ approbatione ne naturalis quidē obligatio oritur[s].

s L. iurisgentium. §. sed cùm nulla. de pactis.

AXIOMA XXIII.

IMperfectum igitur testamētum dicitur, non solum si in testatore, uel testibus, aut hærede defectus sit[a]: sed etsi eodem tempore non fuerit perfectum[b], & nullum, exceptis paucis casibus[c], iudicat. Quapropter primi nominati hæredes non erunt, si testator antequam secundos nuncupet, obmutescat[d]: secus si secundos nominare potuit neque nominauit, nam soli primi sunt hæredes[e]. Item hæc imperfectio impedit, ne uim etiam Codicillorum testamentum habeat[f]: scriptura enim (modò ad aliud quàm testamentum præparata non sit[g]) nec ut codicillus ualet[h], nec ex ea legata debentur[i]: nisi testator adiecisset, se illam quocunque modo ualere uelle[k].

a L.ij.de ininst.
b L.furiosum.C.qui testa.
c d. §. ex imperfecto.
d L.si quis cũ testamentũ.de testa.
e L.iubemus.uersic. quod si non fuerit.C.de testa.
f L. ex ea scriptura. in prin.de testa.
g l.fin.de iur.codicil.
h L.j.eo.titu.
i l. fideicommissa. uers.j.de lega.iij.
k d.l. ex ea scriptura.in fin.

AXIOMA XXIIII.

SEcundo in testamēto alien⁹ actus intermisceri nō debet[l]. Hinc dubitatur, nunquid in testamēto cōtractus celebrari possit? Communis sententia posse tradit[m], quemadmodum & in eo assignatio fieri[n], pignus constitui[o], iniuria remitti[p], mortis causa donari potest[q], & hæredes non solùm per aditionem, uerùm & à testatore[r], etiam tanquàm duo rei debendi obligari[s]. Alij huic sententiæ prorsus repugnāt[t], cũ in testamēto nihil, quod ad testamētũ nō pertineat, fieri possit[u]: contractus autē ad testamēta nō pertinent[x]. Quinimo cōtrarias habēt naturas, cùm testamēta[y], nō contractus, reuocari possint[z]. Bald. & Castrēs. putāt[a], cōtractũ inter mixtũ, si sub conditione turpi non sit cōceptus[b], semp. ualere: & testamentũ uitiare[c] si ab eo prorsus alienus esset[d].

l l.hæredes palàm. § fin.de testa.
m Glo.d.§ fin.
n l.fin. de assig. libert.
o l non est mirum. de pig.act.
p Bart l. non solũ. §.j.de iniur.
q L. sub cōditione. §.fi.de contracta.
r l.fin.C.de fideic.
s l eandem. in fin. prin. de duob.re.
t Vigl. §.sed cùm paulatim.inst.de testa.
u d. l. hæredes palàm.§.fin.
x l.uerba contraxerunt.de uerb.fig.
y L.iij. de adim. le.
z L.sicut. C de act.
a d. l. hæredes palàm.§ fin.
b l. stipulatio hoc modo. de uerb. oblig.
c Dyn. c quod semel. in fi. de reg. iur.in vj.
d Argu. d. l hæredes palàm.§ fin.
e l.si. §. secũdã ueteres. C.de pact.
f L duos reos. §. fi. de duob.re.
g l. quæ extrinsecus.de uerb. obl.

AXIOMA XXV.

EGo puto quencunque contractũ in testamēto itermisceri posse[e], neque unquā testamētũ uitiari, cũ cōtractus actus modicus dicatur[f]: actus autem modicus (quamuis superfluus sit) siue in cōtractu[g], siue in testamento intermixtus[h], cōtextũ nō uitiat[i], neque impedit quominus cōtinuus dicatur[k], ut fusius in arte nostra declarauimus. Inter institutionē igitur & legata possum cuicũque equũ uēdere[l]. Possum itē in testamēto tibi oīa mea bona in præsenti uel post mortem dare[m]: licet donatio quaten⁹ inofficiosa, expugnari possit[n].

h L. testamētum.C. de testa.
i l.j.§. qui præsens. de uerb.oblig.
k l. continuus. in prin.eo.titu.
l d.l.q extrinsecus.
m L.omnes. §. luci⁹ q in fraud.cred.
n l. ij. C. de inoff. donat.

AXIOMA XXVI.

VErùm tamen si te instituero, & si testamētũ corruat, bona mea tibi dedero: inutilis est donatio[o], cũ sub turpi conditione sit concepta[p]. Sed & pactũ[q], aut stipulatio, non q̄ præsentē obligationē haberet[r], sed quę bonorũ tantũ obuentionē contineret: in testamento facta inutilis est[s], etiam si dotis fauore fiat[t]. Dicitur autem bonorum obuentionem continere, quando & testator & hæres simul nō obligantur[u].

o Castr. d. l.hæredes palàm.§.fi.
p d. l. stipulatio hoc modo.
q L.cùm donationis.C. de trãsact.
r Doct. l. pactum quod dotali. C. de pact.
s d.l.stipulatio.
t d l. pactũ quod.
u Bart.cons.212.

AXIOMA XXVII.

EX eo itaque quod testamētum uno contextu fieri debeat, sequitur illud indiuiduũ esse[x]: adeò ut in nihilo postea mutari possit, nisi omnia ex integro fiant[y]. quoniam cũ mutat̄, aliud esse incipit[z]: & si mutata sit institutio, legata in priore institutione facta non debentur[a]. Hinc doctores disputant, nũquid legata in testamēto relicta, in codicillis mutari possint? P. dicebat declarationē tantũ, si obscura essent, non mutationē fieri posse[b]: quia eadē solennitas in mutãdo, quæ in disponēdo, requiritur[c], si aliàs à dispositione recessum non præsumitur[d]. Io. contrà credidit, ex inimicitia motus, ob quā si legata adiuuantur[e], multò magis id in codicillis fiet[f]. ut etiam ipso iure (si Bart. credamus[g]) uel saltem per exceptionē (si Castrēsi) cēseãtur adempta[h].

x Glo. l.furiosum. C.qui testa.
y d.l.hæredes. §.si quid post.
z L. Iulianus. §. sed & si q.s.ad exhib.
a L. nisi. §. item si ipse. si cui plus quam.
b d.§. si quid post. uers.& puto.
c Authen.econtra. C de repud.
d L. si iure. de leg. iij.
e L.iij.§.fi.de adim. leg.
f Instit.de ademp. lega.in prin.
g L. si ita sit scriptum.de lega.j.
h L. ex parte. de adim.leg.

AXIOMA XXVIII.

EGo puto legatum, ut ex testamēto debeatur, mutari nō posse: nisi & hæres nominetur[i]: & omnia coram septem testibus repetãtur[k]. Nominato autem hærede, omnia ex integro fieri debēt[l]: aliàs nihil ualet quod agitur[m], nec legata prioris testamēti erũt mutata[n]: nisi de contraria testatoris uoluntate manifestè cōstiterit[o]. Quia si secundum testamentum perfectum sit, ipso

i l.fin.de iur.codicil.
k l. cũ antiquitas. §.fin autē longiore.C.de testa.
l d.l. hæredes. §.si quid.
m §.ex eo autē.Instit. quib. mod. testa.
n d.l.si iure.
o l.fin.in fi.de hære.instit.

sit, ipso

sit, ipso iure primum tollit[p]. Aliquando tamen ex sola testamēti deletione, uel sigillorũ perturbatione[q], sine alia solennitate testamentũ tollitur[r]. facta enim maiorem uim habent quàm uerba[s]: etsi testamentum resignatum iterum signetur, non erit imperfectum[t].

p l. sancimus. uers. sin autem. C. de testa.
q l. ad testium. §. si signa. de testa.
r l. j. §. si hæres. si tab. testa.
s l. si tamen. §. ei q. de ædil. edict.
t l. si testamentum. de testam.

AXIOMA XXIX.

SI uerò testator aliter quàm per testamētum legata mutare uelit, uel codicillis[a], uel nuda testamēti reuocatione[b], (cùm solæ etiã inimicitiæ sufficiant) potest[c]. Quibus tamen modis ipso iure nõ reuocata dicuntur legata, sed tantùm per exceptionem[d]. Quod parui effectus non est[e], quoniam cùm ipso iure adempta sunt, necesse nõ est heredē testatoris uoluntatē probare[f]: Cæterùm si in eodem testamento fieret legati mutatio, ipso iure adempta intelligunt[g]. Verũ his modis institutio nõ reuocabitur[h], tametsi hæreditas hæredibus tãquã indignis auferatur[i].

a Instit. de ademp. in princ.
b l. militis. §. ueteranos. de milit. testa.
c l. si inimicitiæ. de his quib. ut ind.
d d. §. ueteranus. d. l. ex parte.
e Castr. d. §. si quid post. nu. 8.
f Docto. d. l. si ita sit scriptum. de leg. j.
g d. l. si ita.
h d. l. ex parte.
i l. cùm quidã. de his quib. ut ind.

AXIOMA XXX.

PRoinde siquid in testamento obscurũ fuerit, illud postea à testatore declarari potest[k], & coram duobus testibus[l]: cũ enim declaratio nihil det, sed quod datum est significet[m], & confirmet[n]: in ea datione ius ante declarationē non deficiebat, sed probatio tantùm[o]: quæ semper per duos testes & non rogatos admittitur[p], nisi cùm id quod utile quandoq; fuit, sed ex causa aliqua factum est inutile confirmaretur[q]: tunc quinq; testes desiderantur[r], quoniam talis confirmatio nouam dationē importat[s]. Quia si quis testamētum, quod nunquàm utile fuit, confirmare uellet: inutilis est confirmatio[t].

k d. l. hæredes. §. si qd. uers. q uero.
l Glo. uerb. posse. d. §. si quid.
m d. §. si quid. uers. & puto.
n l. si donat. inter.
o l. duo sunt titij. de testam. tut.
p l. ad fidem. cum seq. de testib.
q l. qui ex liberis. §. planè. cum gl. de secun. tab.
r l. fin. in fin. C. de codicil.
s l. adoptio. de adopt.
t l. j. §. j. de leg. iij.

AXIOMA XXXI.

POstremò aduertēdum est, omnes suprascriptas testamētorũ solēnitates & publici iuris esse[u], & eo tempore quo testamentũ cõficitur, desyderari[x]. Et ideò testium conditionē testamenti, non mortis tempore, inspicere debemus[y]. sufficit tamē quod illo tempore aut uerè capaces sint, aut similes ab omnibus existimentur[z]: Nam ex communi existimatione, qui incapax est, habilis efficitur[a]: licet econtrà incapacitatis existimatio ueræ capacitatati minimè noceat[b], nisi testatoris existimatio esset[c]. Ille enim, cùm arbitretur inhabilis esse, testari uelle non uidetur[d].

u l. iij. de testa.
x l. ij. eod. titu. §. in extraneis. instit. de hær. qual.
y l. ad testium. §. j. de testa.
z l. j. C. de testam.
a l. Barbarius. de off. præto.
b l. v. de neg. gest.
c l. fin. quib. ad liber. procl.
d Argu. l. si titius. de cond. instit.

AXIOMA XXXII.

SEd cõtrà, testis capacitas tempore quo examinatur magis obseruari solet[e], quàm tempore quo actus conficitur[f]. Et idcirco qui testamēti tēpore capax putabatur, si dum examinatur manifestè incapax appareat, testamentum corruere uidetur. Alij fauorem testamenti[g], alij incapacitatem ex culpa prouenientem[h], alij testium solennitatem[i], alij illorum rogationem[k], alij, sigillorum depositionem quæ in facto cõsistit[l], alij fauorem publicum existimarũt[m] causam esse, cur testamēti tēpore testiũ cõsyderetur conditio[n].

e l. iij. §. finge. de carbo. edict.
f l. notionem. §. si. in fi. de uerb. sig.
g Arg. §. sed cũ aliquis. inst. de test.
h Azo. in sum. de testa.
i Barto. d. l. ad testium §. j.
k Argu. d. l. hæredes. §. in testamētis. rũcta gl. uerb. supplicijs. Auth. de testib. §. licet.
l Arg. l. interrogari. C. de quæst.
m l. uel negare. quemad. testa.
n Bart. & Ias. d. l. j. C. de testa.

AXIOMA XXXIII.

EGo testamentũ in scriptis à nuncupatiuo distinguo: in illo incapacitas post testamentũ factũ detecta nõ nocet[o], cùm publicum sit instrumentum[p], apudq; iudicem publicetur[q]: & ita perpetuã faciat fidem[r], si à probis uiris subsignata sit publicatio, etiam testibus testamentarijs absentibus[s]: ad quos, ut sigilla sua recognoscant, testamentũ mittere sufficit[t]. quæ recognitio cùm facti est, etiam ab incapaci fieri potest[u]: nec tunc examinantur, cùm absentes sint[x], & officio suo functi[y]: nimirũ quod illorũ autoritate[z], & uoluntate factũ sit testamentum[a], & idcirco eos tunc capaces esse oportet[b].

o d. l. ad testium. §. j.
p l. j. in prin. quemad. testa.
q l. testamenta. omnia. C. de test.
r l. ij eo. titu.
s l. ij C. quem. test.
t l. sed & si quis. quemad. testa.
u l. interrogari. C. de quæstio.
x l. iij. cum seq. quem. testa.
y l. si non speciali. C. de testa.
z l. si qs ita scripserit. de reb. dub.
a l. qui testamento. §. ti de testa.
b d. l. ad testiũ. §. j.

AXIOMA XXXIIII.

IN testamento uerò nuncupatiuo idem dicendum est, si uel à Notario scriptum sit[c], uel de solēnitate tantùm, non testatoris uoluntate, controuertatur[d]. Nam duo testes de solennitate testamenti perfectè adhibita deponentes sufficiunt[e]. Hincq; falsum est quod putat Bartolus, uno teste ante testamenti publicationem mortuo, testamentum ab alio q̃ notario scriptum, corruere[f]: nam duo de solennitate deponere possunt[g], sufficitq; illos etiam absentes (ut dixi) uel omnes uel ex maiore parte sigilla sua recognoscere.

c Glo. mag. l. j. C. de testa.
d Glo. & Bart. l. ij. C. de secun. tab.
e l. testium facilitatē. cũ glo. pen. C. de testib.
f Bart. l. ij. quemad. testa.
g l. sed si maior. eod. titu.

De Exhæredatione, & Præteritione,

TRACTATVS XII.

AXIOMA I.

DECLARAVIMVS omnes testamẽti,testatoris, & testiũ solennitates à legib[9] introductas: Nunc de hæređe,q testamenti caput est & fundamentum[a], dicere oportet. Circa quem sex hæ solennitates: Exhæredatio, Præteritio, Institutio[b], Substitutio[c], hæreditatis aditio, uel Repudiatio[d], semper obseruandæ sunt. De quibus omnibus à Titulo de liber. usq; ad Rubric. de iur. codic. iureconsulti loquuntur, ab exhæredatione exordium sumentes.

AXIOMA II.

AFfinitatem habẽt tria hæc, Abdicatio, exhæredatio, & Præteritio. Sed abdicatio tam hæreditatis[e], quàm alterius rei priuatio est[f]. & hæreditate pater etiam uiuus filiũ olim, purè uel sub conditione[g], abdicabat[h]: hodie ꝑpter patriæ potestatis diminutionẽ[i], & sanguinis immutabilitatẽ[k], iure Romano abdicatio hæc reprobata est[l]. Exhæredare uerò est hæreditate aliquem priuare[m]: sed propriè exhæredamus obseruatis legum solennitatibus[n]. aliâs largè, si scientes[o]: uel largissimè, si ignorantes filium silentio exhæredemus[p], exhęredare dicimur[q].

AXIOMA III.

SEd hoc exhęredationis silentium, nihil aliud est, quàm Præteritio[r]: quia præteritus dicitur, qui neq; institutus neq; secundum leges exhæredatus est[s]. licet Accurl. cum præteritum dicat de quo nulla facta fuit mentio[t]. Quod Bartolus reprobauit, inquiẽs, legatarium qui institutus non est præteritũ dici[u]. Sed leges hunc silentio[x], & taciturnitate præteritum[y]: alium ꝑ obliuionem præteritũ appellant[z]. Silentio præteritus olim licet testamẽtũ nullũ dicere poterat. l. cũ quidã. de lib. & posth. quia testamenti omissa erat solennitas instit. exhær. lib. in prin. inofficiosi tamen querela non semper agebat[a]: quæ tamẽ ei, qui per obliuionẽ præteritus esset, semper dabatur[b]. Hodie uterq; cõdictione ex lege agit, si institutionis titulo nihil habeant[c].

a §. ante hæredis. instit. de lega.
b l. inter cætera. de lib. & posth.
c l. j. in princip. de uulg.
d l. is potest. de acquir. hæred.
e l. homo liber. de stat. hom.
f l. pe. de off. præf.
g Quint. vii. ca. v.
h Alc. disp. ij. cap. pen.
i l. fin. C. de patr. pot.
k l. iura sanguinis. de reg. iur.
l l. abdicatio. C. de patr. potest.
m Bart. l. quidam. cũ filiũ. de uerb.
n Rubri. de exhær. lib. instit.
o l. si patronus testaměto. in prin. de bo. lib.
p l. si cùm uel in utero. C. de testa. milit.
q Bart. Authen. ex causa. j. oppo. C. de lib. præt.
r §. fin. institut. de exh. lib.
s §. eadem. instit. de hær. quæ ab.
t Glo. l. iij. C. de lib. præt.
u Bart. d. Auth. ex causa. arg. l. qui dã. C. de fideic.
x Instit. de exhære. lib. in princ. uers. alioquin.
y l. maximum. uer. quod si fuisset. C. de lib. præt.
z §. posthumi. uers. sed fœminini. instit. de exhær.

a §. sed hæc ita. instit. de inoff. test.
b d. uers. sed fœmininis.
c §. aliud. Auth. ut cùm de app.

AXIOMA IIII.

ITaq; cùm exhæredatio hæreditatis sit ademptio[d], & ab eo tantùm qui aliquid habeat adimi possit[e]: responsum est in extraneis non institutis[f] (qui in hæreditate nihil habent) exhæredationem rem esse ineptam[g]. Adeo ut nec adoptione postea facta confirmari possit[h]. Non obstat quod emancipatus extraneus sit[i], qui tamen exhæredari potest[k]: Quoniam non prorsus extraneus est, cum illi iure saltẽ Prætorio[l] (imò hodie iure Ciuili) debeatur hæreditas[m]. Qua ratione & pater quoq; (quia illi quodammodo debetur hæreditas[n]) exhæredari potest[o].

AXIOMA V.

SOli igitur filij qui in potestate sunt[p], exhæredari debent. Quapropter mulier, cùm nullos in potestate habeat[q], & per consequens nullos suos hæredes[r]: si quos instituat, extranei dicuntur[s]. Et ea propter neminẽ exhæredare cogitur, cum illius præteritio exhęredationis loco habeatur[t]: Adeo ut ab ea præteritis perinde contrata. bonorũ possessio denegetur[u], ac illis qui uerè exhęredati sunt[x]. Sed contrà, emancipatus præteritus, quamuis suus non sit, contrata. agit[y]: cur ergo à matre præteritus non aget? Respondeo hunc nunquàm suum fuisse, quod in emancipato secus est.

AXIOMA VI.

SEd cùm hodie perinde matris[z] ac patris præteritione (si præteritus uelit[a]) ipso iure nullum dicatur testamentum[b], & præteriti cõtrata. agant[c].

nonne

d l. si certarum. §. si eodem. de milit.
e l. decem. de uerb. oblig.
f l. paterfa. testamento. de hære. insti.
g l. quidam cùm filiũ. de uerb. obl.
h l. non putauit. §. si quis emancipatum. de contrata.
i l. unica. §. extraneum. C. de rei uxo.
k l. iij. §. si emãcipatus. de contrata.
l §. emancipati. instit. de hær. quæ.
m l. meminimus. C. de leg. hæred.
n l. nã etsi. in prin. de inoff. testa.
o l. pater filium. eo. titu.
p l. inter cætera. in fi. de liber.
q §. cæteri. instit. de hæred. qual.
r l. nulla. de suis & leg.
s d. §. cæteri.
t §. fin. Institu. de exhæred.
u l. iiij. §. ad testamenta. de cõtrata.
x l. non putauit. in prin. eod. titu.
y l. fi. §. sancimus. C. de lib. præt.
z §. aliud. Auth. ut cùm de app.
a l. filio præterito. de iniust.
b Inst. de exhæred. liber. in princ.
c l. j. in princip. de contrata.

non'ne à matre præteriti agere potesrunt? Et posse Iasonuoluit [d] his rationibus, quod amplius matris præteritio exhæredationis loco non sit: sed magis ius dicendi nullum pariat [e], & per consequens bon. possess. contrata [f]. Sed ego Decium & Curtium contradicentes sequor [g]: quoniam illi tantùm qui sunt sui, aut sui fuerunt, contrata. agere possunt [h].

d l. ij. C. de contrata.
e d. §. aliud quoq;.
f l. j. § nocantur. de contrata.
g Alcia. iiij. parad. cap. XII.
h d. §. ad testamenta.

AXIOMA VII.

PRoinde ut exhæredatio solennis sit, quinque necessaria refert Accursius [a]. Nam & certis ex causis fieri debet [b], quæ hodie XIIII. enumerantur [c]. Item nominatim facienda est [d], siue filij iam nati sint siue posthumi [e]. Sed de posthumo hodie dubitatur: nam certum est eum ingratitudinis causam committere non posse [f]: & per consequens ex cõmuni sententia nec exhæredari [g]. Contrà Fulgos. & Alciatus [h]: nam omni iure & digestorum [i], & institutionum [k], & Codicis exhæredatur [l]: nec tamen illorum iurium tempore sine causa fiebat exhæredatio [m], præterquam in posthumo, de quo lex noua generalis [n] non est intelligenda [o].

a Glo. uerb. ante l. iij. de lib. & post.
b l. fin. in princ. de bon. damnat.
c Auth. non licet. C. de libe. præt.
d Instit. de exhær. lib. in princ.
e l. iij. § nominatim. de iniust.
f l. si quis. §. legis. C. de inoff. test.
g Docto. l. posthumo. C. de contrata.
h Alcia. iiij. parad. cap X.
i d. §. nominatim.
k §. posthumi quoque. instit. de exhæred.
l d. l. posthumo. l. maximum. in fi. C. de lib. præte.
m d. l. fi. de bo. dã.
n d. auth. non licet.
o l. sciendum. in prin. cum gl. qui satisd. cog.

AXIOMA VIII.

SEd ego respondeo olim sine causa exhæredationem fieri non posse [p], hodie uerò ut ingratitudinis causa sit, requiritur [q]. Vnde cũ posthumus non posit esse ingratus [r], exhæredari non potest [s]. In alijs uerò filijs nominatim fieri debet exhæredatio, siue sui sint siue emancipati [t], siue naturales siue adoptiui [u], siue masculi siue fœminæ [x]. Licet olim fœminas inter cæteros exhæredare sufficeret [y], hoc est, cùm aliquib [z] institutis testator diceret, cæteros exhæredo: secus si diceret, omnes cæteros filios & filias exhæredo: tunc nominatim exhæredati dicuntur [a].

p d. l. fi. de bo. dam.
q d. §. aliud quoq;.
r d. §. legis.
s Docto. d. l. posthumo.
t §. emancipatos. inst. de exhæred.
u §. adoptiui. inst. eo. titu.
x § sed hæc eo.
y Instit. de exhæred. in princ.
z Argu. l. titius. in prin. de liber.
a d. l. titius. uersic. postea cõsultus.

AXIOMA IX.

NAm nominatim exhæredatus dicitur, cuius nomen, prænomẽ, cognomen [b], agnomen [c], aut aliud artificij nomen exprimitur [d]. Non enim refert quo modo demonstretur exhæredatus [e], siue uera sit demonstratio siue falsa; modò de corpore constet [f]. Et ideo ualet exhæredatio de omnibus filijs facta, si unum duntaxat habeat [g]: cùm pluralis numerus in singularem resolui posit [h]. quamuis econtrario non ritè filium exhæredat, qui plures habet [i]: quoniam singularis numerus (nisi ex benigna interpretatione [k],) pluralem continere non potest [l].

b l. j. de liber. & posth.
c §. si quis in nomine. instit. de leg.
d l. nominatim. j. de manu. testa.
e l. nominatim. de lega. iij.
f l. nominatim. de conditio.
g d. l. titius. i prin.
h l. non est sine liberis. de uerb. sig.
i l. ij. de liberis & posth.
k l. placet. eo. titu.
l fi. uers. quia ei. ad Trebell.

AXIOMA X.

NOminatim item factum esse dicitur, quod per se uel aliud certum est [m]: & idcirco si ex Seia natum exhæredauero, ualebit exhæredatio [n]: dum modo Seia extranea non sit sed uxor [o], & ex ea unicus tantùm natus sit [p]. Qua ratione & alia probatur exhæredatio ita concepta filius gladiator exhæres sit [q]. Sed cur gladiatoris conuitium legatum uitiet, non autem exhæredationem [r]: Quòd existimarunt Docto. conuitium magis exhæredationi conuenire, haudquaquàm satisfacit: cùm institutio cui magis fauetur quàm legato [s], ex conuitio adiecto minimè uitietur [t].

m l. nominatim. ij. de manu. test.
n l. iij. in princ. de lib. & posth.
o l. quidam cum fi liõ. de uerb. obl.
p d. l. ij. de liber.
q d. l. ij. in princ.
r l. turpia. in prin. de lega. j.
s l. in testamentis. ubi Dec. de reg. iur.
t l. his uerbis. §. j. de hær. instit.

AXIOMA XI.

EGo arbitror filium ab extraneo plurimùm differre. Nam conuitium filio dictum neque exhæredationem [u], neque institutionem uitiat [x]. Quia filius patris iudicium nulla alia quàm consanguinitatis causa promeruisse dicitur [y]. Aliud in extraneo, cuius benemeritum præcessisse præsumitur [z]. Et ideo si testator conuitium illi dixerit, in testatoris ingrati odium, inutilis est institutio [a], uel legatum [b]: ut eo modo illæsa extranei permaneat fama [c], quæ uiris probis etiam morte ipsa grauior iudicatur [d]. Aliquando tamen & in ipsius legatarij odium inutile legatum redditur [e].

u d. l. iij.
x d. l. his uebis. §. j.
y l. tutor. petitus. §. j. de exc. tut.
z l. nec adiecit. pro socio.
a l. quoties. §. si qs nomen. de hær. instit.
b d. l. turpia. i prin.
c Argu. l. ista. de manu. uind.
d l. isti quidẽ. uers. quod si dederit. quod met. caus.
e l. diui. de adim. lega.

AXIOMA XII.

RVrsum ualet exhæredatio hoc modo concepta, Titium ex adulterio natum exhæredo [a]: modò testator sciens filium suum esse, contumeliæ causa id protulerit: alioqui nulla censeretur [b], quasi de extraneo facta [c].

a d. l. iij. de liber.
b l. j. §. idem ait. de carbo.
c d. l. quidam cum filium.

etiam

etiam si uerè testatoris filius probaretur, sed testator suum non putabat.[d] Sed non'ne etiam sine hac probatione, filius, præsumitur filius esse[e]? ita ut uerba illa (scio ex me natum non esse) ius filij minimè corrumpant[f]? Licet doctores aliter existiment[g], ego puto uerba illa probationis onus in aduersarium semper transferre[h].

AXIOMA XIII.

TErtia exhæredationis solennitas est, ut purè fiat[i]. Quod mirum uidetur, cùm odiosa sit[k], & ideo potius sub conditione, qua leuius grauemur, permittenda erat[l]. Tribus modis respondent interpretes. Primò sub conditione exhæredari non posse, ne ea pēdente filius esset præteritus[m], & ita testamentùm fiat nullum[n]. Sed hæc communis ratio uix defendi potest: quia sub conditione institutus, si ea pendente præteritus esset, uitiaretur testamentum: quod tamen non fit[o]. Neq; me mouet quod Iason dicit conditionalem institutionem retrotrahi[p], sed non exhæredationem quæ odiosa est[q]; nam perinde retrotrahitur exhæredatio[r], quæ cùm ante aditionem nō ualeat,[s](ut nec institutio[t]) post aditionem necesse est illam ad tempus testamenti retrotrahi[u].

AXIOMA XIIII.

SEcundò igitur respondit Cumanus, filium pendente conditionali exhæredatione in domino insolidum cū hęrede concurrere[x], quod lex prohibet[y]. Sed hæc ratio perpetua nō est, cùm militet in conditionali institutione, quæ tamen non reprobatur[z]. Vnde tertiò sunt qui dicant, filios nō sub conditione, sed iudicio certo esse exhæredandos[a]. Alij hanc rationē, quasi eadem sit cum dicto, reprobant[b]: quæ tamen defendi potest, si aduertamus exhæredationē non nisi certis de caussis fieri[c]. Verùm in hoc proposito caussæ non solum purè sed & conditionaliter concipi possunt[d], & non solum præteritum[e], sed & futurum tempus respicere possunt[f].

AXIOMA XV.

d l. si posthumus. §. fin. de liber.
e l. filiū. de his qui sunt sui.
f l. fi. in fi. de proba.
g Glo. d. l. si posthumus. §. fin.
h l. nō epistolis. C. de probat.
i d. l. iij. §. pure. de liber.
k l. cū quidā. eo. tit.
l l. si quis sub cōditione. si qs omis.
m Gl. uerb. summo ueri. l. iij. §. filius. de liber. & posth.
n Insti. de exhæ. lib. in princ.
o l. iiij. in princ. de hære. instit.
p l. hæres quandocūq;. de acq. hær.
q la. d. §. purè.
r l. non potuit. §. postliminio. de contrata.
s l. filiū. §. sed cum exhæredatio. eo. titu.
t l. si nemo. de testa. tut.
u l. iij. §. quisquis mihi. de liber.
x l. in suis. de liber.
y l. si ut certo. §. fi. commod.
z d. l. iiij. in prin. de hær. instit.
a l. sub cōditione. contrata.
b Argu gl. l. labeo. de usucap.
c l. fi. in prin. de bo. damna.
d l. demōstratio. §. quod autem. de cond.
e l. dacmus. de cōdi. ind.
f l. iiij. C. de instit.

EGo itaq; dico, conditionem, nisi certam caussam habeat[g], in exhæredatione rejici, ne si deficeret, præteritus inueniatur filius[h]. Qua ratione sub conditione non potestatiua minimè institui potest[i]. sed an, sub potestatiua, sicut rectè instituitur[k], exhæredari potest? Et posse Castrens. post Accursium credidit[l], sed Alex. & reliqui contradixerunt[m]: quia ab institutione ad exhæredationem firmum non est argumentū[n]. Institutus enim sub conditione potestatiua, sibi imputare debet, si conditionem non adimpleuerit[o]: quæ ratio in exhæredatione locum non habet[p].

AXIOMA XVI.

SEd cur hæc cōditio (si hęres adeat) exhæredationem uitiat[q], cùm illa pro pura habeatur[r], quoniam ipsi exhæredationi inest[s]? Respondet Bart. pro pura non esse, si aliter quàm insit exprimatur[t]: exhæredatio autē, licet conditionem illam (si hæres adiuerit) contineat[u]: tamen simpliciter facta ad testamenti tempus retrotrahitur[x]. Sub illa uerò cōditione facta, tantùm post aditionem ualeret, quod impossibile est[y]: tum quia ante, cùm nemo institutus sit neq; exhæredatus[z], testamentū est nullum: nam à toto tempore facienda est exhæredatio[a]. tum quia testator, si post aditionem exhæredaret eo tempore quo amplius dominus non est, concepta esset exhæredatio: quod uix admittitur[b].

AXIOMA XVII.

PRoinde duobus casibus conditionalis non rejicitur exhæredatio. Primò posthumus sub ea exhæredari potest[a], dum modo antequàm nascatur[b], uel cùm nascitur, extet cōditio[c]: quibus temporibus sufficit quòd se exhæredatum inueniat, nec tempus (cū de ipsius fauore non agatur[d]) ante natiuitatem consyderatur[e]. Quod si post natiuitatē extaret exhæredationis conditio, testamentum rumpitur[f]. Secundò, Imp. Alex. sanxit filium sub cōditione institui, & in eius defectum exhæredari posse[g]: Sed Trypho. contrà respondisse uisus est[h]. Accursius

p Alex.

g d. l. iiij. C. de insti.
h Glo. uerb. non uideur. d. l. iiij.
i l. luctus. de condi. & dem.
k d. l. iiij. de hæred. instit.
l Glo. l. fi. de cond. instit.
m l. iam dubitari. de hær. instit.
n d. l. cum quidam. de liber.
o l. fin. C. de hæredib. instit.
p Alex. d. §. purè.
q l. iij. uers. quisquis mihi. de liber.
r l. iiij. de lega j.
s l. filiū. § sed cùm exhæredatio. de contrata.
t l. si ita legatū. §. illi si uolet. de lega. j.
u l. si patronus. §. ex testamento. de bon. liber.
x d. l. nō potuit. §. postliminio.
y d. uersic. quisquis mihi.
z l. filius à patre. uers. dixi. de libe.
a l. hęreditas. de hæred. instit.
b Glo. l. illa. eo. ti.
a l. j. § sed & si sub cōditione. de uēt. in poss. mitt.
b l. cū posthumus. de liber.
c d. l. j §. quare & si ita.
d l. qui in utero. de stat. hom.
e l. j. & ij. C. de post hum.
f l. posthuma. de liber. & posth.
g l. iiij. C. de insti.
h l. filius à patre. de liber.

Alex. in fortuita, Trypho. in potestatiua conditione male intellexit [l]: cùm sub potestatiua institutus, in eius defectum exhæredari non debeat [k].

l Glo. j. d. l. filius.
k l. iam dubitari. de hær. instit.

AXIOMA XVIII.

BArtolus igitur Imperat. interpretatur, in casu quo exhæredatus cohæredem uel substitutum haberet: cuius aditione confirmaretur exhæredatio, ualeretq; testamentũ [l]. Tryphonium uerò restringit in exhæredato, qui nullum cohæredem uel substitutum haberet: ut ita exhęredatio sit nulla [m], & per consequens testamentũ nullum. Sed Bartolo plerìq; refragantur: non enim uerisimile est Trypho. de ea exhæredatione loqui, quæ superuacanea esset [n]: nec magis in una lege quàm in alia de cohærede aut substituto apparet. In utraq; tamẽ necessariò subaudiendum est, ut exhæredatio ualeat, aliquem fuisse substitutum [o].

l l. filiũ. §. erit ergo uenale. de cōtra. ta.
m l. si patronus. §. ex testamento. de bo. liber.
n Argu. l. iiij. §. condemnatum. de refund.
o l. iiij. §. fina. l. iam dubitari. de hære. instit.

AXIOMA XIX.

SEd obseruandũ est Doctores differentiam nullam facere an exhæredatus cohæredem habeat an substitutum [p]: Ego dico institutum cōditionalem, qui sub contraria conditione exhæredatus non est, cohæredem habere non posse, à quo exhæredatus sit [q]: quia nō à persona sed ab uno toto gradu fit exhæredatio [r]. Necessariò igitur à substitutis exhæredatus esse debet [s]: & ita Tryphonius & Imperator sunt intelligendi. quoniam cùm exhæredatio neq; sine gradus remotione [t], neq; ab eo gradu, quo exhæredatus institutus est, fieri possit [u]: necesse est ut à substitutis facta dicatur, & maximè in Tryphonij primo responso [x].

p Castren. d. l. filius à patre.
q d. l. iiij. §. fin. in fi. de hær. instit.
r l. i. j. §. filius. de lib. bet.
s l. si libertus. § existimo. de bon. lib.
t d. §. fili⁹. l. si posthumus in princ. eo. tien.
u d. l. iiij. in fi.
x d. l. filius à patre. in prin. ibi. & uer. si. hærede autem.

AXIOMA XX.

TErtiò itaq; Fulgo. Castrens. Ias. Dec. Imperatorem eo casu intelligunt, quo superstite filio alterutra institutionis uel exhæredationis conditio eueniret: Tryphoniũ in casu quo post filij mortem tantùm. Differentiæ ratio est, quod conditio quæ uiuente filio extat, ad testamenti retrotrahitur tempus [y], & ita nunquàm filius præteritus fuisse dicitur. Sed illa quę mortuo filio contingit, retrotrahi non potest [z]: & ita filius in uita fuit præteritus, & per consequens testamentum nullum.

y l. hæres quandocunq. de acquir. hære.
z l. hinc scripturæ. ad l. aquil.

AXIOMA XXI.

EGo huic intellectui addo, Tryphonium de fortuita tantùm conditione loqui: quoniam mixta, (ut est illa, si filius reuersus sit) aliquando potestatiua est [a]: nec ex ea, cùm ultimo uitæ spiritu adimpleri nō possit, testamentum destituitur, sed substitutus etiam uiuente filio succedit [b]. Quia si iterum obijcias fortuitam conditionem (ut est illa, si Titius Cōsul fiat) in ultimo uitæ spiritu euenire posse, & ita testamẽtum non infirmari, sed substitutum [c] saltem post filij mortem esse admittendum [d]: Respondebo id uerum esse in conditione potestatiua, quæ pro pura habetur [e]: & sibi imputare debet filius si illã non adimpleat [f], quæ rationes in fortuita conditione cessant.

a d. l. iiij. § puto. de hære. instit.
b l. si. uers. altera uerò. de cōdit. instit.
c d. l. fin. uers. fin.
d d. l. iiij. §. fin.
e l. j. §. qui sub conditione. si quis omiss. caus.
f l. fin. C. de necess. ser. hæred.

AXIOMA XXII.

SEd quid si filius sub cōditione fortuita institutus, & in contrarium euentum exhæredatus, cohæredem haberet? Castrens. & Alex. putarunt hoc casu testamentum destitui posse: quia cohæres adeundo testamentum totum cōfirmat [a], nec (inquiunt) expectare debet filij conditionem [b]. Et propter hanc rationẽ, cui nemo unquam respondere potuit, suprascriptum Bartoli intellectum Alexander sequutus est. Sed ego respondeo, hanc rationem in conditione potestatiua procedere: quæ, quia pro pura habetur, in testamento nihil suspendit. At contrà conditio fortuita, quandiu pendet, cohæredis aditionem differre dicitur [c]: modo in contrarium euentum exhæredatus non sit, ut statim dicam.

a l. si duo. de acqui. hæred.
b l. si nemo. de testa. tut.
c l. iiij. in prin. uers. Iulianus. de hære. instit.

AXIOMA XXIII.

SEd magna est altercatio, Nunquid filius, si cohæredem habeat, post mortem suam exhæredari possit? Et posse idem Tryphonius respondit, inquiens. Hærede autem scripto ex parte filio, cohæres post mortem filij

instit

instituí, hoc est, substitui, potest[d], Quod responsum cùm sub coniunctione (autem) quæ præcedentibus cũ omnium qualitatum repetitione[e] aduersatur[f], conceptum fuerit: intelligi debet, ut de filij institutione & exhæredatione sub conditione factis loquatur: cùm de ijsdem in præcedenti responso loquebatur Tryphonius. Sed contra Trypho. obstat exhæredatio post filij mortẽ facta, quæ adeò inutilis est[g], ut ne bon. quidem possess. contrata impediat[h].

d d.l. filius à patre. uers. j. & l. mulier. §. ii. de cond. inst.
e Glo. l. mariti. §. fi. de adult.
f Gl. uerb. autem. l. hoc ampli. §. de his. de dom. inf.
g l. Gallus. §. in omnibus.
h l. si ita scriptum §. fin. de liber.

AXIOMA XXIIII.

SEptem modis responderunt Doctores[i] inter quos unus solus dignus est qui referatur, quòd uerba illa Tryphonij (cohæres post mortem filij) exponerẽtur, pro moriente filio[k]: ut ita in mortis articulo filius exhæredatus dicatur[l]. Sed hanc interpretationẽ iureconsultus ipse reprobat[m]. Idq; ex eo constat, quod exhæredatio post mortem filij facta reprobetur[n], sed nõ illa, quæ, cùm filius moreretur, fieret[o]: quoniam hæc etiam uiuente filio facta dicitur[p].

i las d.l. filius à patre. nu. 9.
k l. quod si posthu mus. uer. q. si moriente. cum gl eo. titu.
l Glo. uerb. hærede autem. d. l. filius.
m l. inter illam. de uerb. signi.
n d. l. si ita scriptũ. §. fin.
o l. fi. in fi. de cond. insht.
p l. qui duos. §. j. de manu. testa.

AXIOMA XXV.

EGo igitur facilè crediderim, filiũ post mortẽ suam exhæredari non posse, si uel institutorum aditio post filij quoq; mortem differretur[q]: (quia exhæredationẽ aditio præcedere debet[r]) uel si sub conditione potestatiua filius solus institutus esset[s], quia quandiu uiuit filius, certum est potestatiuam illam conditionem deficere non posse[t], & ita exhæredationem ex certo tempore factam uitiari[u]. Idem est si solus filius sub conditione fortuita institutus esset, & in contrarium euentum exhæredatus, modo filius pẽdente utraq; conditione decesserit[x].

q d.l. si ita scriptũ. §. fin.
r l. filiũ. §. sed cum exhæredatio. de contrata.
s l. iiij. §. fin. de hære. instit.
t l. fin. uersic. fin. de cond. insti.
u l. hæreditas. j. de hære. instit.
x d.l. filius à patre. in princ.

AXIOMA XXVI.

SEd si filius ex parte tãtùm sub conditione fortuita institutus esset, & in contrarium euẽtum exhæredatus, eiq; cohæres substitutus: ualet hæc substitutio post filij mortem facta[y]. Quoniam cohærede pro portione sua adeunte, totum confirmatur testamentum[z]: Nec filij conditiones expectare debet, nisi eo casu quo filius patrem intestatum facere potest[a]. At nõ facit, quando filius sub quacunque conditione institutus, à substituto nominatim exhæredatus est[b]: quia certum est testamentum nunquàm rumpi posse, cùm filius in omnem euentum institutus sit uel exhæredatus[c]. Similiter nõ facit, quando sub potestatiua cõditione instituitur[d]: illa nanq; (ut iam dictum est) pro pura habetur[e], quam ideo filius si non adimpleat, sibi imputare debet[f].

y d.l. filius à patre. uers. hærede.
z l. si duo. de acqui. hære.
a l. iiij. in princi. de hær. instit.
b l. si libertus sub. §. existimo. de bo. libert.
c Arg. l. pen. in fin. de iniust.
d d.l. iiij. de hære.
e l. j. § qui sub conditione. si quis omiss.
f l. fin. C. de neces. ser. hær.

AXIOMA XXVII.

ET ex hac ratione leges, filium sub potestatiua conditione instituere, & in contrarium euentum exhæredare, superuacuũ esse dicunt[a]: tum quia sine exhæredatione substitutus habet locum, si filius conditionem nõ adimpleat[b]: imò si cohæres filio esset datus, etiam pẽdente cõditione, ex sua parte adire potest[c]. tum quia post filij mortem (quod fieri non potest) differretur exhæredatio[d]: quia filius quandiu uiuit conditionẽ adimplere potest[e]. Sed hæc ultima ratio locum sibi non uendicat, in ea potestatiua cõditione, quæ ultimo uitæ spiritu adimpleri non potest: tunc enim uiuo filio substitutus admittitur[f], & exhæredatio (cùm filius moritur) ritè sibi locum uendicat[g].

a l. iam dubitari. de hære. & d. § existimo.
b l. si. de cond. instit.
c l. iiij. in princi. de hære. instit.
d d.l. iiij §. fin.
e d.l. fin. uers. si. fi. de cond. inst.
f d.l. fin. uers. nã superior.
g d.l. fin. in fi.

AXIOMA XXVIII.

EX prædictis itaq; manifestũ est, filium sub conditione institutum, patrẽ suum intestatum eo tãtùm casu facere posse: quo sub cõditione mixta institutus est[h], neque in contrarium euentum exhæredatus[i]. Quia si sub fortuita conditione institutus esset, nec in contrarium casum exhæredatus[k]: non ipse, sed ius patrem intestatum facit[l]. Sed iam superest, ut de reliquis duabus, quæ in exhæredatione requiruntur, dicamus.

h d.l. iiij. in princ.
i d l. iiij. C. de instit.
k d.l. filius à patre. in prin. à contrario sensu.
l l. lucius. de cond. & dem.

AXIOMA XXIX.

ALterum est, quod pro parte fieri exhæredatio non possit[m]. Rationem alij adferunt exhæredationis odium, quod restringi debet[n]. Alij

m l. cum quidã. de liber.
n c. odia. de regu. iur. in vj.

dominij concursum, qui contra leges fieret [o], si pro parte admitteretur exhæredatio [p]. Alij exhæredationem, quæ priuatio est [q], & ita incrementum nõ recipit [r]. Quæ rationes omnes perpetuæ non sunt. Cùm & exhæredatio quandoque fauorabilis sit [s]: & dominij concursus non solùm exhæredatione, sed & præteritione impediatur [t]: & priuatio interdum augmentum recipiat [u].

o l.si ut certo.§.fin. commo.
p Bar.d.l.cum quidam.
q Bal.l.j.C.de libe. præter.
r l.si totam. de acquir.hær.
s l.multa.de liber.
t l.cum quidam.de his quib.ut.
u l.illud.de acquir. hæred.

AXIOMA XXX.

SCæuola respondit exhæredationem pro parte non ualere: quia nec à fundo, qui hæreditatis parte minor est, fieri posset [x]. eo enim quod minus est prohibito, quod maius est censetur denegatum [y]. Quia si quæras, Cur nec ex fundo recepta sit exhæredatio? Dicendum est, exhæredationem non fundi sed hæreditatis ademptionem esse [z]. Et si rursum cõtendas, institutionem ex fundo factam, quamuis legatum sit magis quàm hæreditas [a], tamen totam hæreditatis acquisitionem quandoq; continere [b]: hîc Paulus respondet institutionem benignè accipi, exhæredationem non esse adiuuandam [c]. Hoc est, institutionem, & non exhæredationem, etiam propria uerborum significatione neglecta, per extensionem conseruari [d]. nam institutio uerbum generale est, etiam ad legata pertinens [e].

x d.l.cum quidam.
y l.relegatorum.§. potest. de interd.
z l. si certarum.§.si eodem.de mil.
a l. quoties. C. de hær.instit.
b l.j.§ si ex fundo. de hære.instit.
c d.l.cum quidam. in fin.
d l.ij. de liber. l. si ita quis §.si quis filio.de test.tut.
e l.ut hæredibus.de lega.ij.

AXIOMA XXXI.

AT contrà exhæredatio semper hæreditatis, id est, uniuersalis iuris & non fundi ademptionem continet [f]. Et ideo cùm sine uniuersitate esse non possit, inutiliter de re particulari conciperetur [g]: etiam si bona mente fieret [h], ne quod in filij fauorem introductum est, in ipsius retorqueatur odium [i]. Si enim utilis sit filio exhæredatio, illius interest ut à tota hæreditate fiat. Itaq; quoniam exhæredatio pro parte fieri non potest, aliud quintò & ultimò in exhæredatione requiritur: nempe ut à toto gradu & non à persona fiat [k].

f l.nihil. de uerbo. signi.
g l.j.de adim leg.
h Bal.d.l.si quid.
i l.quod fauore.C. de legib.
k l.iij.§.filius. de liber.& posth.

AXIOMA XXXII.

PRoinde ad huius articuli declarationem sciendum est, in eodem testamento plures gradus esse posse [a]. Primo gradu sunt omnes qui primo loco describuntur [b], & per consequens omnes instituti. Substituti uerò secundo, uel tertio gradu, aut deinceps iuxta substitutionum seriem indicuntur [c]. Qui gradus ex sanguinis proximitate, & in successione ab intestato reperiuntur [d]. In qua, sicut proximiores ob aliquam causam successionis incapaces, sequentes non impediunt [e]: Ita nec in testamento inutilis institutio substitutioni obstabit [f]. sicut & uice uersa substitutio quæ uitiosa est, utilem institutionem non infirmat [g]. Sed testamentum ab eo gradu incipere debet, quo iure factum inuenitur [h].

a Instit.de uulg. in princ.
b l.ij.§.deferturde sec.tab.
c l.j. in princip. de uulg.
d l.j.uers.j. si tab.testa.
e l.j.§ quibus. de succ.edict.
f l.nam si miles. de iniust.
g l.pen.de iniust.
h l.iij.§.fi. de liber. & posth.

AXIOMA XXXIII.

EX his ergò sequitur, quod cùm filij præteritio gradum nullum faciat [i], ab eo gradu, quo filius præteritus esset, testamentum incipere non posse [k]. siue institutio esset [l], siue substitutio [m]: nec referret, si in eo præteritionis gradu alius filius [n], aut testatoris uxor institueretur [o]. Gradus enim in quo filius præteritus est semper infirmatur [p], etiam si contingeret casus, quo filius partim præteritus inueniretur, partim exhæredatus [q]. Nam & secundum gradum, à quo præteritus est, rumpit: etiam si ante aditionem primorum, à quibus exhæredatus erat, moreretur [r]. Sed hoc casu, si primi hæreditatem omittant, illa, ex secundo gradu propter præteritionem nullo, non ad filij mortui, sed ad testatoris legitimos hæredes pertinebit [s].

i l.inter cætera.eo. titu.
k l.si posthumus.§. quod uulgo.eo.
l d.l.ij.§.fin.
m l.si à primo.eo.
n l.si post mortem. §.fin.de contrata.
o l. ex facto. §. lacitus.de uulg.
p l. si filius eius. de libe.
q l.pen.de iniust.
r d.l.si à primo.
s l. si posthumus. uers.neq; cũ glo. uerb. legitimos. eo.titu.

AXIOMA XXXIIII.

E Contrà uerò, cùm ex filij institutione uel exhæredatione confirmetur testamentum [t]; consequens est à gradu quo filius institutus est (etiam si ab alijs præcedentibus [u], uel posterioribus gradibus præteritus esset) exordium capere posse [x]. similiter à gradu quo exhæredatur filius, siue primo

t d.l.inter cætera.
u l.si filius. de hær. instit.
x d.§.q. uulgo.

primo [y], siue secundo [z], siue tertio, testamentum incipit [a]. Sed contrà Vlpianus ait: Posthumum in institutione præteritum, testamentum rumpere, & substitutum, à quo exhæredatus esset, excludere [b].

y d.l.si à primo.
z d.l.iij.§.fin.
a d.l.si posthumus. uersi.itaq;.
b l.v.de iniust.

AXIOMA XXXV.

CErtum est aliud esse in posthumo, aliud in iam nato [c]. Quoniam (ut inquit Accursius [d]) institutio, à qua præteritus est posthumus, ante illius natiuitatem ualet [e]: & ideo ab illa interim pendet substitutio [f], & quasi accessoria infirmatur, si institutio per posthumi præteritionem annulletur [g]. In iam nato uerò, cùm per illius præteritionē nulla sit statim institutio [h], ab ea non pendet substitutio: sed principalis censetur, & per se sine institutione subsistere potest [i]. Aliter Bald. & Alexan. legem ipsam esse dicunt, quæ gradum, à quo præteritus est iam natus, rumpat [k]. Posthumo uerò præterito non lex sed ipse posthumus [l], & per consequens in suum & non alterius commodum rumpit [m].

c d.l.v.uersic.rumpendo.
d Glot.d.l.iij.§.fin.
e l.posthuma.de liber.
f l.iij.de acq.hære.
g l.cum principalis.de reg.iur.
h Instit. de exhær. in princ.
i l. si pater filium. de uulg.
k l maximũ. uersi. ipso iure.C.de liber præt.
l l.iij §. ex his. de iniust.
m d.l.v.eo.titu.

AXIOMA XXXVI.

TErtiò Castrens. & Imol. dicebant, hæreditatem in eo gradu, à quo iam natus præteriretur, non uersari: sed in gradu exhæredationis duntaxat [n]. Sed posthumo præterito, ante illius natiuitatē in præteritionis gradu uersatur hæreditas [o]: quem gradum, cùm nascitur posthumus ad sui non alterius utilitatem rumpit. Sed Alex. contrà: cùm posthumus etiam eum gradum rumpere possit, in quo non uersetur hæreditas [a]. Putarem ergo ex temporum momentis rationem colligi posse. Qui enim uel momento prior est, in successione præfertur [b]: cùm ergo gradus, quo iam natus præteritur, ab initio non ualeat [c]: substituti in eo gradu (à quibus facta esset exhæredatio) ipso præteritionis gradu (propter quem filius ab intestato admittitur) priores esse intelliguntur [d]: quamuis posteriore loco scripti sint [e]. Et idcirco leges testamentum ab eo exhæredationis gradu exordium capere dicunt [f].

n l. non putauit. §. à primo. de contrara.
o d.l.iij.§.ex his.
a l.si posthum⁹.uersi.itaq;.de liber.
b l.ij. C.de posth.l. v.de hær.insti.
c l. ex facto. §. lucius.de uulg.
d d.l.si filius.de hære instit.
e l.si ita quis institutus sit.eo.titu.
f d.l.iij. § fin.de liber.

AXIOMA XXXVII.

QVando posthumus præteritur, cùm præteritionis gradus ualeat [h]: in eo rumpendo (quod per illius natiuitatem contingit [h]) omnibus substitutis (quia illum gradum rumpere non possunt) præfertur [i]. Vel etiam institutis, si ab illis esset præteritus [k]. Nec refert, si, priusquam hæreditatem consequi posſit, moriatur [l]: quia gradu semel per illius natiuitatem rupto, amplius hæreditas obtineri non potest [m]. Quemadmodum nec obtineretur, si ipso iure semel gradus infirmatus fuisset [n]. Cùm igitur posthumus gradum præteritionis qui omnibus sequentibus potior est [o], rumpat: multò magis omnes alios sequentes gradus, qui debiliores sunt, infirmare intelligitur [p].

g d.l.iij §.ex his.
h l.iij.§.fin.eo.
i d.l.v. uersi. rumpendo.
k d.l.j.§.si uenter.
l d.l.si posthumus.
m l.iiij.de iniust.
n d.l.si à primo.
o l.iij.de acq.hær.
p l. de accessionibus.uersi.nã quid. de diuers.& tẽpo.

AXIOMA XXXVIII.

QVod in posthumo dictum est, & in emancipato locum habet. gradus enim in quo præteritus est, ualet [q]: & in eo infirmando, illum substitutis potiorē esse Vlpianus respondit [r]. Qui licet indefinitè loquatur, de emancipato tamen intelligendus est: cùm leges suis titulis conuenire debeant [s], & Vlpianus in titulo, de bon. poss. contrata. (quæ propria emancipatis est [t]) loquatur: inquiens hæreditatem, in eo gradu, à quo filius præteritus esset, uersari quandoque posse [u]. Quod planè falsum est si filius in potestate esset [x]. Ex his constat totum testamentum à posthumo, si in institutione præteritus sit, euerti [y]: secus si in ea exhæredatus esset [z]. Iam natus uerò præteritus, solum prçteritionis [a], & non exhæredationis gradum rumpit [b]. Sed contrà. exhæredatio in uno gradu facta, ad alios omnes testamenti gradus solet extendi [c].

q l. ex duobus. de contrata.
r d.l. non putauit. §.à primo.
s l. Imperator. de in diem add.
t §.emãcipatos.Instit.de exhær.
u d.§.à primo.uersi. sed si post.
x d.l.iij.§.fi.de libe.
y l.v.§ fi.de iniust.
z d.l. si à primo. in fin.
a d.l.ex facto. §.lucius.
b d.l.iij. §.fin.de liber.
c l.j. C.de lib.præt.

AXIOMA XXXIX.

SEd Respondendum est nos eo casu loqui, quo ab uno solo gradu facta esset exhæredatio [d]. Quando autem

d d.l.iij. §.fin.uerb. à secundo solo.

tem ab uno tantùm gradu uel ab omnibus facta dicatur, distinguendum est; Nam ante institutionem exhæredatus, ab omnibus gradibus summotus est[e]. Ea enim quæ præponuntur, ad omnia sequentia (si illis æquè communia sint) referri solent[f]: etiam si in alta scriptura præposita essent[g]. Idem dicendum putant interpretes, (quos ipse non sequor) si exhæredatio post omnes gradus apponeretur[h]; Nam licet præcedens clausula magis ad sequentia referatur, quàm sequens ad præcedentia[i]: tamen & sequens priora adeò respicit[a], ut probationem contrariam non admittere existimauerit Accursius[b]: cui tamē hac in re omnes reclamant[c].

e d.l.iij.§.antè.
f l.si quis.§.si initium.de eden.
g l.talis scriptura.§.fina. cum l.seq. de lega.j.
h d.l.j. C. de liber. præter.
i l.quisquis. cum glo.j.de leg.iij.
a l.si.de reb.dub.
b Glo fin.d.l.j.
c l.in testamēto.j. C.de mil.testa.in fin.

AXIOMA XL.

SEd etsi exhæredatio inter medias hęredum institutiones fiat,hoc est, intra primum gradum: (omnes enim instituti primū duntaxat faciunt gradum[d]) à toto gradu intelligitur facta[e]. Aliqui totum gradum pro omni falsò exposuerunt: cùm dictio (totus) rem unam sed totam respiciat[f]: Omnis uerò res omnes sed non totas[g] (nisi una tantùm particulari rei adiecta esset) significat[h]. Explicabimus igitur exhæredationem à toto, id est, ab uno integro & nō ab alijs factam[i]. Non me mouet quod præfationes in omnibus articulis repetitæ intelligantur[k], & maximè in institutionibus & substitutionibus, quæ non nisi cum copula, uel puncto, (quod copulæ loco esse dicitur[l]) fieri possunt[m]: Copula autem præcedentes omnes qualitates repetere solet[n].

d l.j. in princip.de uulg.
e d l.iij. §.filius.in princ.
f Gl. uerb.totorū. in prin. insti.pro socio.
g Gl.uerb. omnes. §.restituta. Insti. de fi.deic. hæred.
h l.Iulianus. de lega.iij.
i Gl.uerb. toto.d. §.filius.
k l.titia. §.j.de uerbo.
l Glo.uerb.pretiū. in fi. l.cum duobus.§.si in coēunda.pro socio.
m l.j.§.j.de uulg.
n l.Seie.§.Caio.de fund.instr.

AXIOMA XLI.

EGo enim respōdeo: legata[o], dies[p], appellationes[q], & similia, præfationes siue qualitates esse[r]. At contrà, exhæredationē arbitror graduum neque præfationem dici neque qualitatem: quia perinde principalis est atque institutio[s]. Et ideo quasi omissa censetur, cùm adiuuanda non sit[t]: nisi eo casu quo inter duos gradus fieret, tunc enim ab utroque facta intelligitur[u]. dūmodo nominatim ab uno non fiat, ab institutis putà[x], uel à solo secundo gradu[y], uel à primo hærede[z]. A primo tamen hærede factam ualere non puto, si uel plures sint primi hæredes[a], uel à certa persona facta esset[b].

o l.licet.de lega.j.
p d.l.talis.§.fin.
q c.secundo requiris de appel.
r d.§.caio.
s l.inter cætera.de liber.&c.
t l.cū quidam.eo.
u d.§.filius.uer.sed & inter.
x l.pen.in princ.de iniust.
y d.l.iij.§.fin.
z l.si à primo.in princ.eo.
a Arg.l.ij.eo.
b d.§.filius.in prin.

AXIOMA XLII.

QVid si ex parte Seium instituero, & ei substituero: deinde ex alia parte Titiū institui, & filium exhæredaui: postea Titio substitui? Vlpianus respondit, ab omnibus tam institutis quàm substitutis exhæredationem rectè factam[c]. Nisi enim à Seio factam interpretaremur, à Titio similiter rectè facta non esset; cùm à persona non fiat[d]. Qua ratione necesse est quoque ut ab utroque substituto factam intelligamus: Alioquin à persona ualeret, cùm uterque substitutus non duos gradus, sed unum duntaxat substitutionis, quemadmodum & Seius & Titius unum institutionis faciunt gradum[e].

c d.§.filius.uers.in eo qui.
d d.§.filius.i prin.
a l.ij. §. si quis ita. de secund.tab.

AXIOMA XLIII.

QVæ ratio cessat, quando post duos gradus scriberetur exhæredatio; quam idcirco hoc casu ad utrunque gradum referri non existimo[f]. Alioquin iureconsultus qui de pluribus respondit casibus[g], hunc de quo maior dubitatio oriretur, (si ad utrunq; gradum exhęredationem extenderemus) omisisset: quod uerisimile non est[h]. Sed de eo nullam mentionem fecisse magis credendum est, quod certò haberet ad utrunque casum exhæredationem minimè extendi[i]: quoniam specialiter introductum est, ut eo casu, quo duo instituuntur & inuicem substituuntur ad utrunq; referatur[k].

f l.non putauit. §. aliqua. de cōtrata.
g d.§.filius.per totum.
h l.q. labeo. cū gl. j.de carbon.
i l.si filius. de hære.instit.
k l.j.uersi.fin.C.de lib.præt.

AXIOMA XLIIII.

QVo casu etiam si ab institutis inter duos gradus facta esset, licet à

cet à ſubſtitutione quaſi facta non uideatur, re uera tamen ab utroque cenſebitur facta [a]. Quoniam duobus inſtitutis & inuicem ſubſtitutis, nulla ratio reddi poteſt, Cur magis ad unum quàm ad alium referri debeat exhæredatis [b]? duobus uerò inſtitutis & alijs ſubſtitutis, exhæredatio poſt duos gradus facta, uel in fine teſtamenti poſita, ſi ad utrunque referretur: falſum eſſet quod lex dicit, hoc caſu in ſecundo gradu hæreditatem uerſari [c], & teſtamentum inde incipere [d]. Cur enim à primo non inciperet, ſi ad eum extenderetur exhæredatio?

a l. pen. uerſic. ſed ſi ego. de iniuſt.
b d. l. j. C. de liber. præte.
c l. non putauit. §. à primo. de contrata.
d l. ſi filius. de hæred. inſtit.

AXIOMA XLV.

HActenus de exhæredationum ſolennibus, iam de utriuſque & præteritionis & exhæredationis effectibus dicendum: ita enim permixti ſunt, ut ſeparari nequeant. Et in primis ſciendum eſt præteritos ab exhæredatis olim differre: Nam à patre præteriti (matris enim præteritio exhæredationis loco erat) ſi in poteſtate eſſent, ius dicendi nullum [e]: ſi emancipati, bonor. poſſeſsion. contrata. habebant [f]; quæ & ad ſuos quoque emancipatorum beneficio extendebatur [f]. Præteritis uerò à matre [g], aut à patre exhæredatis, ſiue ſuis [h] ſiue emancipatis, ſola inofficioſi teſtamenti ſupererat querela [i], dummodo ritè [k], & ſine cauſa [l], aut ob falſam cauſam [m] facta fuiſſet exhæredatio. Alioquin per exhæredationem ex certa cauſa factam, excludebatur querela [n]. Vnde conſtat exhæredationem ex defectu cauſa antiquitus ipſo iure non fuiſſe nullam [o], ſed querela impugnabatur [p]. Hodie uerò tam patris quàm matris, ſiue ſuorum ſiue emancipatorum, & præteritio & exhæredatio, exæquatæ ſunt: & ſine cauſa factæ teſtamentum uitiant [q].

e l. is qui in poteſtate. in princ. de lega. præſt.
f l. j. in princip. de contrata.
f l. ſi poſt mortẽ. §. fin. eo. tit.
g Glo. ij. Inſtit. de inoffic. teſtam. in princ.
h l. iij. de inoffic. teſta.
i l. ſi proponas. in princ. eo. tit.
k d. l. non putauit. §. quæſitus.
l Inſtit. de inoffic. teſta. in princ.
m l. iij. de inoffic. teſta.
n l. fin. in princ. de bon. dam.
o l. ij. de inoffic. teſtam.
p l. v. §. fin. eod. tit.
q §. aliud quoque. Auth. ut cum de app.

AXIOMA XLVI.

VErùm tamen de multis adhuc altercantur interpretes. Et primo quærunt, an filij ſui præteritio, quæ iure Ciuili præteritionis uitiat gradum [r], uitiabit, ſi præteritus nullum dicere nolit? Quod ſcire propter medij temporis fructus admodum utile eſt [s]. Nonnulli filium, quòd præteritum ſe allegaret, deſyderarũt [t]. quoniam quæ ipſo iure infirmantur, nihilominus hominis factum requirunt [u]. Et hanc ſequutus eſt Bartolus opinionem, ſi in præteritionis gradu inſtituti eſſent aliqui, qui ab inteſtato uocarentur [x]. Sed hæc ſentẽtia ab alijs communiter exploſa eſt: Cùm inutile [y], nulliuſq; momenti ſit eiuſmodi teſtamentum [z]: etiam ſi uiuo teſtatore præteritus decederet [a], & ſic eo tempore quo ſe præteritum allegare non poterat [b].

r l. maximũ. uerb. ipſo iure. C. de lib. præte.
s Glo. uerb. imminere. in fi. Auth. de inceſt. nupt.
t Glo. fin. l. filio. de iniuſt.
u Barto. l. ij. C. de iure emphyt.
x Bartol. l. ſi duobus. §. ſi prius. de contrata.
y l. inter cætera. de liberis.
z l. j. de iniuſt.
a Inſtit. de exhære. in prin.
b l. ſi à primo. de lib. & poſt.

AXIOMA XLVII.

NEc refert ſi in eo præteritionis gradu alij ab inteſtato uenientes inſtituti ſint: Nam adhuc iure Ciuili nullum eſt teſtamentum, & æquitate tantùm prætoria tuetur: ſi præteritus uel non dicat nullum [c], uel ſuæ præteritioni conſentiat [d]: nam ob conſenſum non deſinit ipſo iure hæres eſſe, cùm ſiue uelit ſiue nolit neceſſarius exiſtat [e]. Non obſtat quòd ſe exhæredem ſcribere poſsit [f]: quia exhæredatione etiam ſine cauſa facta confirmatur teſtamentum, licet querela impugnari poſsit [g]. Præteritione uerò ſemper infirmatur [h], nec ex filij conſenſu iure Ciuili confirmari poteſt [i]. Cùm enim ipſo iure etiam patre uiuente dominus ſit [k], efficere non poſſet, ut non ſit [l]: quia quod acquiſitum eſt, repudiari non poteſt [m].

c d. l. filio. de iniuſt.
d Iaſ. l. poſthumo. nu. 26. C de contrata.
e § ſui. uerſic. fin. Inſtit. de hæred. qua.
f d. l. non putauit. §. ſi quis ſua manu.
g Inſtit. de inoffic. in princ.
h d. l. inter cætera.
i l. iij. de teſtam.
k l. in ſuis. de liber.
l l. ei qui ſoluendo. in fin. de hæred. inſtit.
m l. j. §. decretalis. de ſucceſ. edict.

AXIOMA XLVIII.

SVo præterito bonorum poſſeſsionem contrata. ceſſare arbitrantur interpretes [a], & per conſequens etiam iure prætorio teſtamentum nullum eſſe [b]. Sed hoc argumentum procedit in exhæredato, qui ſiue emancipatus ſit [c], ſiue ſuus ob præteritionem alterius contra. non agit [d]. Alij uerò, qui exhæredatus non eſſet, etiam ob filij

a l. fin. de liber.
b Docto. l. poſthumo. C. de contrata.
c d. l. fin. l. j. in fin. ſi tab. teſt.
d l. filium. in prin. uerſi. emancipatus. de contrata.

filij in potestate existentis præteritionem, contrata, competit[e].

e l. si duo. de lega. præst.

AXIOMA XLIX.

Volunt rursus interpretes emancipati præteritionem testamentum non uitiare: cùm per contrata. rescindatur[f], & per consequens non erat nullum[g]. Sed ego non puto ullam differentiam inter emancipatum & suum constituendam esse[h]: prætor enim sola naturali æquitate motus bonor. possessiones introduxit[i], & patriam potestatem (quia naturalis non est[k]) neglexit[l]. Crediderim igitur, iure prætorio per præteritionem non prorsus testamentum infirmari: sed tantum si præteritus uelit[m]. hic enim præteritus, quamuis iure Ciuili necessarius hæres sit & dominus[n], iure tamen prætorio liberum habet arbitrium[o]. Cùm igitur hæres scriptus, si præteritus nullum dicere nolit, succedere possit[p]: siue succedat siue non, ex eo quòd succedere potest, contrata. datur[q].

f l. j. in prin. de lega. præst.
g l. v. uers. post desectum. de iniust.
h d. §. emancipatos. uers. sed prætor omnes.
i §. emancipati. Instit. de hære. quæ ab intest.
k §. ius autē. Instit. de patr pot.
l Glo. fin. in si. l. j. C. qui ad.
m l. filio. de iniust.
n §. sui. Institu. de hær. qual.
o l. nam nec emancipat[9]. de lega. j.
p l. posthumus. de iniust.
q l. iiij. de contratab.

AXIOMA L.

Præteritio igitur utroque iure tam Ciuili, quàm prætorio nullum ab initio facit testamētum[r]: quoniam à principio (imò etiam uiuo testatore) hæreditatis dominium ad filium pertinet[s], quod per præteritionem tolli non potest[t]. Quæ ratio iure quoque Prætorio locum sibi uendicat[u]. Sed non adeò strictè, ut iure ciuili: quo filius necessarius est, cum iure prætorio sit uoluntarius[x]. Vnde consequens est præteritionem iure ciuili tastamentum purè infirmare, & ita, ut nunquam conualescere possit[a]: quia ab initio non ualuerat[b]. Prætorio uerò iure sub conditione duntaxat (si præteritus uelit) infirmat[c]: nec ante conditionis euentum scriptorum hæredum aditionem impedit[d], sed conditione eueniente, testamentum ab initio iudicatur nullum[e].

r Instit. de exhær. in princ. iuncto §. emancipatos.
s l. in suis. de liber.
t l. fin. in princ. de bon. dam.
u l. j. §. qui sunt in potestate. si quis omiss. caus.
x d. l. nam nec emācip.
a l. si à primo. de liber.
b l. quod ab initio. de reg. iur.
c l. filio. uersicul. si præteritus.
d l. filium. in prin. de contrata.
e l. hæres quandocunque. de acqui. hæred.

AXIOMA LI.

Superest ut uideamus, an ex testamento, per præteritionem uel exhæredationem sine causa factam infirmato, legata nec'ne debeantur. Et non deberi iure antiquo certum est[f]. Hæredis enim institutio testamenti caput dicitur[g], qua uitiata & omnia accessoria infirmari necesse est[h]. Legata autem institutionis accessoria esse nemo ambigit[i]. Et idcirco nec præstari oportere, siue testamentum ipso iure non ualeat[k], siue rumpatur[l], siue irritum fiat[m]. Cùm igitur filij præteritione aut exhæredatione testamentum uel nullum iudicetur, uel per querelam, aut contrata. rescindatur[n]: neque præteritus neque exhæredatus, si hæreditatem auocassent[o], ulla legata præstare compellebantur[p].

f d. l. filio præterito.
g §. ante. Instit. de lega.
h l. cùm principalis. de reg. iur.
i l. si nemo. de testa. tut.
k l. ex testamento. C. de fideicom.
l l. j. C. de posthu. hær.
m l. si quis testamēto. de lega. ij.
n l. ut liberis. in princ. C. de coll.
o d. l. filio.
p l. Papinianus. §. si ex causa. de inoffic. testa.

AXIOMA LII.

Nisi certis casibus: ut cùm hæredes, quasi ab intestato succedentes, grauarentur[q]: uel si præteritis hæreditas per fideicommissum restitui[r], aut tacito testatoris iudicio ad illos uenire debuerat[s]. Sed & si iure prætorio ualebat testamentum, eo per contrata. rescisso, præteritus, non suus[a], sed emancipatus legata liberis & parentibus relicta præstare compellebatur[b]. Similiter si præteritus hæreditatem non auocaret, (quia aut noluerat aut non posset) prætoris æquitate legata præstabantur[c]. Exceptis igitur prædictis casibus, legata ex testamento ita imperfecto relicta (nisi per stipulationem promissa essent) minimè præstabantur[e].

q d. l. ex testamēto.
r l. eam quam. C. de fideicom.
s l. Lucius. §. filiis. de lega. ij.
a l. is qui. de lega. præst.
b l. j. & toto tit. de lega. præst.
c d. l. filio præterito.
d l. posthumus. de iniust.
e l. si ueritas. C. de fideicom.

AXIOMA LIII.

Sed contra iure nouissimo constitutum est, quòd ob præteritionem uel exhæredationem testamentum quoad institutionē irritum fiat; cætera uerò firma manere[f]. Aliqui putant ius illud in præteritione tantùm materna (quæ exhæredationis uice est) & in quacunque exhæredatione locum sibi uendicare[g]. Quoniam quæ in alicuius fauorem introducta sunt, in odium ipsius minimè retorqueri debent[h]. Ius autem illud in præteriti siue exhæredati fauorem constit

f Auth. ex causa. C. de lib. præte.
g Glo. uerb. præterire, §. aliud quoque. Authen. ut cum de app. cog.
h l. quod fauore. C. de legib.

constitutũ est[i]: quod tamen in odium retorqueretur, si in paterna præteritione procederet: quæ iure antiquo & testamentum & omnia legata ipso iure infirmabat[k], de ea igitur noua Constitutio intelligi non potest, cùm eo tantùm loquatur casu quo testamentum rescissum fieret[l], & per consequens hoc ipso iure non erat nullum[m].

i §. hęc autẽ dispo suimus. d. Auth.
k d. l. filio præterito.
l d. §. aliud. uersic. si uerò contigerit. & uersi. si autem hæc omnia.
m l. v. uers. post defectum. de inoff.

AXIOMA LIIII.

SEd ego non uideo, cur Constitutio illa Imperatoria in exhæredatione magis uera esse posſit. Nam olim testamento per exhæredati querelam rescisso legata non debebantur[n], etiam si quasi ab intestato relicta essent[o]: quæ tamen præteritis præstabat[p]. Alij igitur Imperatorem omnia iura antiqua corrigere arbitrati sunt[q], quos & Bartolus sequutus est, quando à sciente facta fuisset præteritio[r]: secus si ab ignorante (inquit) fieret, quoniam quæ legato fortior est, donatio, ob filiorum ignorantiam reuocatur[s].

n l. Papinian^o. §. si ex causa. de inof. testa.
o l. ratia. eod.
p l. Lucius. §. filiã. de lega. ij.
q Glo. d. l. filio.
r Bar. d. Auth. ex causa. num. 4.
s l. si unquam. C. de reuoc. don.

AXIOMA LV.

REspondeo donationem filiorum ratione non fieri inutilem sed reuocari posse[t]: quam reuocationem in legatis ob filiorum ignorationem introducere superuacaneum est, cùm semper reuocari posſint[u]. Non obstat quòd exhæredatio uel præteritio per ignorãtiam facta non noceat[x]: quoniam quoad institutionem hoc habet locum, sed non legatis respectis[y]: quæ semper, eatenus quatenus grauatus succedit[z], debentur: si in dispositione, quæ infirmata non sit, relicta fuerint[a]. Ita ut integra debeantur, si generaliter hæredes grauati essent[b]: alioqui uno grauato qui solus succedere sperabatur, pro parte tantùm qua succedit, legata persoluet[c].

t l. his solis. eo. tit.
u l. iij. §. fina. de adim. lega.
x l. sicut. cum seq. C. de milit.
y l. fin. de hæred. instit.
z l. pen. de iure codicill.
a l. iij. in princ. l. ab intestato. eod.
b d. l. iij. in princ.
c d. l. penul. de iur. codicill.

AXIOMA LVI.

BArtoli igitur sententia quæ communis est, Imperatorem generaliter loquentem nimium perstringit: qui de qualibet præteriti circunscriptione loquitur[d], & ita de illa quoque quæ re ipsa absque ullo dolo etiam inter ignorantes fieri potest[e]. Quid ergo censendum? Ego parua distinctione tam magnos interpretum commentarios superfluos ostendam. Certum est nanque plurimum referre, an præteritus siue exhæredatus testamento infirmato, an eo firmo remanente succedat. Nam illo, non hoc casu, legata redduntur inutilia[a]: quia defunctus testamento infirmato testari non potuisse creditur[b].

d d. §. aliud. uersic. sin autem hæc obseruata.
e l. item si pretio. §. si. cum gl. loca.
a l. cùm mater. de inoffic. testa.
b l. qui repudiantis. §. fin. eod. tit.

AXIOMA LVII.

NOuiſsimo igitur iure constitutum est, exhæredationem præteritionem'ue ita demum ratam esse: si ingratitudinis causa & in testamento scripta, & ab hærede probata fuerit[c]. quod si utrunque non fiat, institutione facta inutili legata firma manent[d]: quia sola præteritio testamentum infirmat[e], exhæredatio confirmat. Causa uerò præteritionis uel exhæredationis (de cuius pœna tantùm se loqui manifestè docet Imperator[f]) si omissa fuisset, nusquam ante Iustinianum legitur quòd testamentum infirmare potuerit[g]: sed semper in exhæredatis inesse præsumebatur, cùm illi querela agentes, se gratos probare debebant[h].

c d. §. aliud. uersic. fine igitur uersi. si tales.
d d. § aliud uersic. si autem hęc obseruata. cum seq. uersicul. si autem hæc omnia.
e l. inter cætera. de liber.
f d. §. aliud. uersic. & hæc quidem ex hæredationis.
g d. §. aliud. i prin. uersi. sed quia.
h l. liberis. C. de inoffic. testa.

AXIOMA LVIII.

VIs enim uerbi de inofficioso illa est, docere immerentem se indigneq́ præteritum uel exhæredatum[i]: & idcirco allegare quare exhæredari uel præteriri non debuerit: id est, inofficiosum testamentum dicere[k]. In quo de meritis eius qui querelam mouet agitur[l], quibus probatis mirum non est si legata nulla debeantur[m]: quia testamentum quasi à furioso factum iudicatur[n]. sed eo casu quo testamentum in suo iure maneret, ut cùm hæres de querela transigit[o], aut in ea se non defendit[p], aut filius per ignorantiam præteritus sit, legata debentur[q].

i l. v. §. j. de inoffi. test.
k l. iij. eod.
l l. filius. uersic. & in hac. eod.
m l. Papin. §. si ex causa. eod.
n l. v. d. l. v. in fin. eod.
o l. si suspecta. §. quamuis. eod.
p l. qui repudiantis. §. fin. eo.
q l. cùm mater. eo. titu.

AXIOMA LIX.

SIc & ex noua Constitutione, si causa exhæredationis uel præteritionis in tastamento neq; scripta, neq; ab hærede probata fuerit legare debentur[r]. hoc enim casu neq; de præteritione (quæ testamentum euertit[s]) neq; de exhæredatione agitur (quæ merita exhæredati ostendit[t]) sed de noua quadam solennitate: cum filius præteritur exhæredatur'ue, obseruanda: Cuius omisio quo ad institutionem duntaxat testamentum rescindit. In qua rescisione, non de inofficiosi querela, id est, de filij meritis, sed de solẽnitate non obseruata agitur[u]. Vnde constat exhæredatum hodie duo remedia habere. Nam uel contendit causam non fuisse in testamento scriptam, aut ab hærede non probatam, quo casu legata non corruunt[x]: uel agit querela, aut si præteritus sit, iure dicendi nullam, seu bonor. possesio. contrata. Quibus casibus legata (quia testamentum à quo pendent uitiatum est) non debentur[y].

r d. §. aliud. uersic. si uerò contigerit.
s d. l. inter cætera. de liber.
t d. l. filius.
u d. §. aliud. uersic. si autem hæc obseruata.
x d. uersic. si uerò contigerint.
y l. ij. § fin. de condit. indeb.

DE INIVSTO RVPTO, IRRITO, FACTO TESTAMENTO.

AXIOMA I.

TESTAMENTA multis modis inutilia censentur: si uel falsa sint[a], uel per querelam rescissa[b], quę & ante rescisionem inofficiosa etiam dicuntur[c]. Idem est si imperfecta, iniusta, irrita aut rupta fuerint[d]. Imperfectum, Iniustum, & non iure factum, largè idem significant[e]. Strictius tamen Imperfectum dicitur, quod solo uisu apparet non esse perfectum[f]: quia testator perficere noluit, uel non potuit, septem testes non adhibuit. Sed non iure factum dicitur, cùm omnia ritè facta non sunt: aut cùm iuris solennia desunt[g]. Iniustum uerò, in quo filius est præteritus[a]. Imperfectũ igitur (quod & aliàs non iure factum dicimus[b]) illud appellatur, quod ex aliqua causa absolutum non est[c]: uel in quo septem testes adhibiti non sunt[d]. Et ex hoc testamento etiam ab Imperatore instituto, neq; peti hæreditas posset[e]: neque legatum[f]. Tametsi testamento inter liberos facto testium imperfectio (licet in paterna uoluntate non perfecta secus sit[g]) obstare minimè dicatur[h]. sed de hoc imperfecto suprà iam latè diximus.

a l. cùm falsum. de acquir. hæred.
b d. l. Papin. §. si ex causa.
c l. j. cum si. de inoffic. test.
d l. ij. § j. quemad. testa.
e l. iij § ex his. iunctâ l. posthumorum. uers. ne ergo. de iniust. rupt. Theophi. Institu. quib. mod. test. infi. in prin.
f l. si quis legatum. ad leg. Corn. de fal.
g d. l. si quis legatum. uers. similiter. l. j. de iniust. rupt.
a d. l. iij § ex his.
b l. j. de iniust.
c §. ex eo autem. Instit. quib. non est per.
d l. si testamentum. de testam.
e l. iij. C de testa.
f l. ex imperfecto. de leg. iij.
g Glo. uerb. neque impletum. l. si. C. fam. ercis.
h l. hac consultiss. §. ex imperfecto. C. de testam.

AXIOMA II.

INiustum uerò testamentum ex filij sui præteritione uocatur[i]: & illud quoque inutile est[k], non tamen totum sed in eo tantùm gradu quo præteritio facta est[l]. Et eapropter dicitur non iure factum[m]: quod enim non iure factum est, nulla ex parte ualet[n], maximè si indiuiduum sit quale est testamentum[o]. Adde præteritionem non nisi sub cõditione testamentum iure prætorio infirmare posse[p]: Et idcirco propter illam, testamenti solennia deficere non dicuntur[q], quoniam iuris solennia nullam conditionem recipiunt[r]. Magis igitur præteritio illa testamentum rumpere dicitur, quàm non iure factum efficiat[s].

i l. iij. §. ex his. de iniust.
k Instit. de exhær. in princ.
l l. ex facto. §. Lucius. de uulg.
m l. j. de iniust.
n l. non dubium. C. de legib.
o l. hæredes. §. fin. de testam.
p l. filio. de iniust.
q d. l. j.
r l. actus legitimi. de reg. iur.
s l. inter cætera. de liber.

AXIOMA III.

NOn obstat quòd gradus præteritionis nullus dicatur, & per consequens nec rumpi posit[t]. Nam præteritio gradum quidem nullum iure ciuili semper facit, quia ab initio hæres, à quo filius præteritur, inutiliter institutus est[u]: iure prætorio uerò tunc tantùm fit nullus[x], cùm præteritus hæreditatem auocauerit[y]: ante enim euocationem ualebat testamentum[z]. Irritum autem testamentum, licet de quocunque testamento effectum non habente dici posit[a]: (Irritum enim id dicitur, quod ratum non est[b] (propriè tamẽ illud dicitur, quod neque est iniustum, neque non iure factum, neq; ruptum: & tamen ratum non est[c]. generali enim uerbo, quale est Irritum[d], si speciali careamus, uti oportet[e].

t l. v. uers. post defectum. de iniust.
u l. si à primo. de liber.
x d. l. inter cætera.
y d. l. filio præterito.
z d. §. Lucius. l. filium. in princ. de contrata.
a §. alio autem. Instit. qb. mod. test.
b l. j. C. de rescind. uend.
c l. si quis filio. §. quòd si quis uersic. sed ne eorum. de iniust.
d d. § alio autem.
e l. iurisgentium. in prin. de pact.

AXIOMA IIII.

IRritum autem cõstituitur testamẽtum hæreditate non adita[f]. Non obest

f l. j. de iniust.

obeſt lex quæ inter hæreditatem non aditam & irritum teſtamentum differentiam facere uidetur[g]: Nam propter capitis diminutionem lex illa de irrito teſtamẽto loquitur[h]. Siquidem maxima uel media teſtatoris capitis diminutione teſtamẽtum fit irritum[i]: ueluti eius qui ab hoſtibus captus eſt[k]. Quod tamen uel capto reuerſo, iure Poſtliminij uires recipit, uel ipſo apud hoſtes defuncto lege Cornelia confirmatur[l]. Sed & ſi quis ad pœnam, quæ uitam adimat, fuerit damnatus, ſententiæ tempore eius teſtamentum fiet irritum[m]. Similiter & illud eius qui deportatur, ſed non priusquàm princeps de eo ſupplicium ſumendum reſcripſerit[n].

g l.j.in princip. de ſu.& leg.
h Theoph. Inſtit. de hęred.quæ ab inteſt.in prin.
i d. §. alio autem.
k l. ſi quis filio §. irritũ.de iniuſt.
l d.l.ſi quis.§.quatenus.
m d.l.ſi quis. §. ſed & ſi quis.
n d.l.ſi quis §.eius qui deportatur.

AXIOMA V.

VErùm tamen ſi damnati in integrum reſtituantur, eorum teſtamenta conualeſcunt[o]: etiam illa quæ in inſula fecerunt[p], ſi in eadem uoluntate mori ſe, in codicillis uel epiſtola declarauerint[q]. Quia qui in integrum reſtitutus eſt, omnia bona recuperare ſolet[a]: in priſtinum ſiquidem ſtatum reſtituitur[b]. Secus autem ſi non in integrum, ſed ſimpliciter reſtitueretur: tunc enim ſola pœna remiſſa dicitur[c]. Damnatorum item teſtamentum, ſi uel iniuſtè damnati ſunt, & pœna ſumpta non ſit[d], uel à damnatione prouocauerint (quoniam ſententia per appellationem extinguitur[e]) non fiet irritum, ſiue illud pendente appellatione[f], ſiue antea factum fuerit[g].

o d. §. quatenus.in fin.
p l.j. § ſi quis planè de leg iij.
q l. qui ex liberis. §.planè. de ſecun. tab.
a l. fin. § fin.C. de ſent.paſſ.
b §. j. Inſtit. quib. mod.ius pat.
c l.ij.C.de ſent.paſ.
d d. l. ſi quis. §. q ſi quis fuerit.
e l.j §.fin.ad turpil.
f l. qui à latronibus.§ ſi.de teſt.
g d. l. ſi quis filio. §.hi autẽ omnes.

AXIOMA VI.

PRoinde teſtamentum, illius qui ſe tædio uitæ, uel dolore, aut iactatione[h], aut etiam furore occiderint: minimè fit irritum[i]: Cùm ſolo teſtamenti tempore mentis integritas ſufficiat[k]. ſecus autem in eo eſt qui ob criminis conſcientiam ſe occidiſſet[l]: Quoniam is tacitè crimen confiteri uidetur[m], & perinde ac damnatus habetur[n]. Damnati autem teſtamentum, etiam ſi poſt mortem illius memoria damnaretur, irritum fieri ſolet[o]. Sed quid de minima teſtatoris capitis diminutione, an ex ea teſtamentum irritum fiat? Et fieri certum ſit, ſi arrogandum ſe præbuit[p]: quia cum capite ſuo bona quoq; ſua in alienam domum tranſtulit[q].

h d. l. ſi quis. §. q ſi quis tædio.
i l.ij.C.qui teſta.
k l.ij.de teſta.
l d.l.ſi quis.§. nam eorum.
m l.fin. in princ.de bo eor q mort.
n l.j.de confeſſ.
o d.l. ſi quis. §. ſed ne eorum.
p § non tamen. in fin Inſtit.quibus mod teſta.l.conſiliũrur.§ ſi poſt. de iure codic.
q l.qui ex liberis.§. teſtamento. de ſecund.tab.

AXIOMA VII.

QVæ ratio in filio milite uel ueterano (nam alius filius non teſtatur[r]) qui poſtquam teſtamentum fecit, per emancipationem capite minueretur, locum non habet. Et ideo illius teſtamentum non fit irritum[s]. Nam quantum ad teſtandum de caſtrenſi peculio pro patrefam. habendus eſt[t]. Qua ratione, etiam ſi ſe arrogandum præberet, eius teſtamentum non fieret irritum[u]. Aduertendum eſt tamen quemcunq; teſtatorem qui ſe arrogandũ præbuiſſet, ſi poſteà emancipetur, eius teſtamentum non fieri irritum: ſi ſe in ea uoluntate perſeuerare declarauerit[x]. Quoniam poſthumus præteritus dum naſcitur teſtamentum rumpit, quod tamen ſi poſteà decedat, iure prætorio[y] conualeſcere ſolet[a]: quia non ipſo iure ſed per exceptionem duntaxat teſtamentum iure prætorio fit irritum[b].

r Inſtit. quib. non eſt perm.in prin.
s l.j.§. ſed ſi filius. de ſec.ta.
t d. l. ſi quis filio. § fin.
u §.pen. uerſic.denique. Inſti.de milit.teſta.
x d. l. qui ex liberis.§.planè.
y l. poſthumus. de iniuſt.
a d.§.ſi poſt. in fin.
b d. l. qui ex liberis.§.teſtamẽto.

AXIOMA VIII.

REſtat ut de teſtamento rupto diſcamus: quod tribus modis contingit[c]. Primo ſi poſt teſtamentum factum teſtator aliquem in filium adoptaret[d], uel arrogaret[e]. Quod tamen procedit, modo illum in teſtamento non inſtituiſſet. Alioqui per Arrogationem poſteà factam teſtamentum non rumpitur[f], tametſi rumperetur ſi illum exhæredaſſet[g]. Quoniam inſtitutio ante arrogationem facta ut in extraneo locum habet[h]: exhæredatio uerò in extraneis res eſt inepta[i]. Quæ ratio facit, ut exhæredatione eius qui ſuus eſt, ſi poſteà emancipetur, & deinde arrogetur, per arrogationem teſtamẽtum minimè rumpatur[k]. Quoniam hic filius cùm naturalis ſit, adoptiuus effici non poteſt[l].

c Gl. fin. §. ſed & ſi quis. Inſt.quib. mod.teſta.inf.
d Inſtit.quib.mod. teſt.in prin.
e l. certum. de iniuſt.
f l.filio.§.fin.de liberis.
g l. non putauit.§. ſi quis emancipatum. uerſi.ſed in extraneo.de contrata.
h l.antepen. de iniuſt.
i l. quidam cũ filium.de uerb.
k d.§.ſi quis emancip.in prin.
l d.l. filio.in prin. de liber.

AXIOMA IX.

NOn me mouet, quòd emancipatus ſi poſteà arrogetur, alia cenſeatur

ſcatur

featur persona[a]: nam uerum est non sui[b] sed alterius respectu, ne illi præiudicet[c]. Rursus non obstat, quòd per arrogationem pater cum filio quem prius exhæredauerat, amicitia reconciliatus præsumatur[d]: & per consequẽtiam exhæredatio summota dicatur[e]: Cùm enim in testamento duntaxat fieri possit exhæredatio[f], aliter quàm per testamentum reuocari nõ potest[g]. ob id maximè quòd exhæredationis reuocatio preteritionem inducat, quæ testamentum corrumpit[h].

a l. si pater filium. de adoptio.
b d. l. si patre. l. ij. in prin. de decur.
c Gl. si indebitum. §. j. rem rat.
d l. in ipsius. C. fa. mil. erciſ.
e Barto. l. iij. §. fin. in fi. de ad. lega.
f §. codicillis. Inst. de codicill.
g l. hæredes. §. si quid post. de test.
h l. inter cætera. de liber.

AXIOMA X.

CAeterũ eius testamentũ qui Religionẽ ingreditur, quia filij locũ Monasteriũ subit[i], per ingressum rumpi nonnulli affirmant[k]: quos & Barto. sequutus est, quãdo testator testamẽti tempore de monasterio non cogitasset[l]. Sed Viglius ex Nouella Leonis nunquã rumpi censet[m]: alioqui superflua esset legis dispositio, permittẽtis ante ingressum testari posse[n]. Secũdò testamentũ per posthumi preteriti natiuitatẽ rumpitur[o]: & idcirco perinde ac filius suus institui aut nominatim exhæredari debet[p], tametsi hodie exhæredari non possit[q]. Et hæc in posthumo non solùm filio, sed & nepote cuius pater præmortuus esset[r], locum habent[s]: quare illum institui posse, ne agnascendo testamentum rumperet, Gallus Aquilius plenissimè docuit.

i c. in præsentia. de probat.
k Gl. uerb. competere. Authen. si qua mulier. C. de sacros.
l Barto. d. Auth. si qua.
m Vigl. Insti. quib. mod. test. in prin.
n §. illud quoque. Auth. de monac.
o l. j. C. de posthu.
p l. iij. in prin. & §. nominatim. de iniust.
q §. aliud quoque. Auth. ut cum de app.
r l. si quis filio. in prin. de iniust.
s l. posthumorum. eod. tit.

AXIOMA XI.

TErtiò & ultimò, quia in omni negotio posteriora derogant prioribus[t], mirum nõ est si per secundum testamentum prius rumpatur[u]: Cùm testatori liceat ad extremum uitæ exitum usque uoluntatem mutare[x]. semper enim primum tollitur, etiam si ex certa re hæres in secundo scriptus esset[y]. Ad totam nempe hæreditatem certa illa res trahit[z]: sed non in militis testamento[a], nisi scripti in secundo testamento ex certa re hæredis fideicommissum esset, ut prius ualeret, tunc nõ ipso iure sed per fideicommissum ualebit[b]. Secundum uerò pagani testamentum, & si tale fideicõmissum contineret, nihilominus primum rũpit[c]. Sed ob fideicommissum secundus hæres certa illa re, ex qua scriptus est, contentus esse debet[d].

t l. pacta nouissima. C. de pact.
u §. posteriore. Instit. qb. mod. test.
x l. iiij. de adim. lega.
y §. sed & si quis. Instit. quib. mod. test.
z l. j. §. si. ex fundo. de hæred. inst.
a l. si miles. ij. de milit. test.
b l. quærebatur. eo. titu.
c l. posthumus. §. fin. de iniust.
d l. si quis priore. ad trebell.

AXIOMA XII.

PRoinde ut secundũ testamentum primũ tollere possit, licet non curetur an irritum fiat[e], debet tamen esse iure perfectũ & non uacuum[f], neque simul signatũ[g], & idẽ contineret[h]. Alioqui si imperfectũ esset (nisi in eo hæredes ab intestato succedentes descripti essent[i], aut lapsu decennij cõfirmatum esset[k]) primũ tollere minimè poterit[l]. Vnde Paulus respõdit: Secundum in quo filius præteritus esset non rũpere primum[m]. Sed cõtra, secundum etiam imperfectũ fauore filij præteriti (quia ab intestato succederet) primum rumpere posse uidetur[n]. Et ideo idẽ Paul. alibi refert eum qui in priore testamẽto exhęredatus esset, si in secũdo præteritus sit: in quo, qui ab intestato succedere potuissent, hæredes scriberentur: eum contra tab. agere posse[o].

e d. §. posteriore.
f l. si binæ. de iniust.
g l. j. §. sed & si in duobus. de testam. tab.
h Argu. § pen. Inst. de testa.
i l. ij. de iniust.
k l. sancimus. C. de testa.
l §. ex eo autem. Instit. quib. mod. testa.
m l. si filius. j. de liber.
n l. ij. de iniust.
o l. si duobus. §. si prius. de cõtrata.

AXIOMA XIII.

ALiqui responderunt secundum testamentũ in quo filius præteritus est primũ non rumpere: si in primo uenientes ab intestato instituti sint[a]. quorum solutionẽ nonnulli in se uerã esse falsò crediderũt[b], cum præteritio uenientibus ab intestato semp nocear[c]. Alij receptius tradũt, secundum testamẽtum quod p præteritionem nullum est, etiã si in eo uenientes ab intestato instituti essent, primũ nõ rumpere[d]: Secus (inquiunt) esset, si in secundo testiũ numerus duntaxat deesset[e]: nam eiusmodi uitium uenientes ab intestato nõ impedit[f]. Sed Paulus præteritionem quoque in secundo factam testamẽto non impedire respondit[g]. Paulũ Doct. cõmuniter in præterito emancipato loqui[h]: Alij in eo qui in primo testamẽto exhæredatus esset, & in secundo institutus[i]: Alij aliter atque aliter intelligunt[k].

a Glo. d. l. si filius.
b Argu. l. hac consultiss. §. si quis autẽ. C. de testa.
c l. filio præterito. de iniust.
d Bart. d. l. si filius.
e d. §. si quis autẽ.
f d. l. hac consultiss. §. ex imperfecto.
g d. §. si prius.
h Bart. d. l. si filius.
i Curtius l. posthumo. num. 46. C. de contrata.
k Alex. & Iaſ. d. l. si filius.

AXIOMA XIIII.

EGo sic distinguendum arbitror: ut secundũ testamentum imperfectũ, aut per filij præteritionẽ iniustũ[l], in quo

l l. posthum⁹. uers. idem & circa à contrario sensu. de iniust.

in quo extraneus institutus esset: primum nunquam rumpat[m]. Sed si in secundo ueniens ab intestato instituatur, si tantum ob defectum testium imperfectum sit, primum tollet[n]. Quòd si in eo præteritus sit quoque filius, illud, etsi ab intestato succedens in eo scriptus sit, iure Ciuili non ualet[o]: & per consequens nec primum rumpit[p]. Ad quid enim primum rumperet, cùm, si solum superesset, ex eo non posit adiri hæreditas[q]? iure uerò prætorio, si præteritus filius uiuo testatore decedit, primum non rumpitur: si in secundo extraneus institutus sit[r], secus si ab intestato succedens[s].

m d. §. si quis autē.
n l. ij. de iniust.
o d. l. filio præterito.
p d. l. si filius. j.
q l. quod uulgò. in fi. de contratab.
r Glo. uerb. aliquis. l. si quis cum §. fin. de uulg.
s d. uersic. idem & circa.

AXIOMA XV.

SI autem præteritus non decederet, ipse contra hæredes in secundo testamento scriptos, si tales sint, qui ab intestato succederent, contratab. agit[t]. Et ita prius testamentum per secundum, ex quo adiri hæreditas potest, rumpitur[u]: Cùm etiam illi in secundo testamento scripti, his qui in priore instituti sunt, potiores sint[x]: multò magis hîc præteritus illis potior erit[y]: cùm ijs etiam qui in secundo scripti sunt superior existat[z]. Sed si in secundo testamēto imperfecto instituti extranei essent, præteritus in illo contra ipsos hæredes in secundo testamento scriptos non agit[a]: quoniam illis, ob imperfectum testamentum, potiores sunt in priore testamento instituti[b]. Et per consequens etiam præteritum in secundo uincent, si ab illis in primo fuerit exhæredatus[c]. Quoniam nemo aduersus illos, à quibus exhæredatus est, contratabulas agit[d]: neque etiam ab intestato succedet: cùm secundum testamentum, in quo extraneus est institutus, primum non rumpat[e]. Quia ex secundo imperfecto, in quo extraneus institutus est, nunquam adiri potest hæreditas, & ita nunquā primum rumpit[f]. Sed quid si in utroque testamento ab intestato uenientes scripti essent? Non putarem, secundum imperfectum rumpere primum[g], nisi in secundo scripti prioribus uel potiores essent[h], uel æquales[i].

t d. § si prius.
u d. § posteriore.
x d. uersic. idem & circa.
y l. de accusationibus. uersicu. nam qui. de diuersi. & tempor.
z d. l. filio præterito.
a d. §. si prius.
b d. l. hac consultissima. §. si quis autem.
c d. §. si prius.
d l. si. de liber.
e l. ij. de iniust. rup.
f d. §. posteriore.
g Gl. d. l. si filius. j.
h d. §. si prius, uerb. potiores.
i d. l. filio. uersi. fratribus.

DE HIS QVAE IN TESTAMENTO DELENTVR.

AXIOMA I.



NONNVLLIS prætereà casibus secundum testamētum primum non tollit, ut si per errorem secundum factum fuerit[k]; si pia causa in primo instituta sit[l], si primum secundo derogaret[m]. Deficientibus itaque suprascriptis casibus, ultima uoluntas (etiam si prior plenior esset) semper spectanda est[n]. Quo animo tamen facta fuerit animaduertendum est: Nam si testamenti linum aut signacula testator inciderit, aut abstulerit, à priore uoluntate prorsus recessisse intelligitur[a]. Si uerò aliquid deletum fuerit, aut suprascriptum, hoc ad testamenti solennitatem nihil pertinet[b]. Sed si inconsultò deleta sint, uel iniussu testatoris scripta[c]: si legi, hoc est, non extrinsecus intelligi sed oculis perspici posint[d]: ualent[e].

k l. fina. de hæred. instit.
l Iaso. d. §. si quis autem.
m l. si quis in principio testamenti. de leg. iij.
n Gloss. uerb. extiterit. d. §. posteriore.
a l. uestrā. C. de testam.
b l. si unus. uersic. j. eod.
c l. j. uersic. j. de his quæ in testa.
d d. l. j. uersi. legi.
e d. l. j. in princ.

AXIOMA II.

QVod idem dicendum est etsi legi nō possent, modo aliter probentur[f], & post consummatum testamentum inconsultò deleta essent[g]. Secus si ante consummationem cancellarentur[h]. Quid ergo si testator in fine testamenti scripserit, se lituras fecisse? Sanè ad inconsultò deleta id referendum non est[i], cùm nec generalia uerba ad ignorata trahantur[k]. Ea uerò quæ consultò deleta sunt ipso iure non debentur[l], si ante testamentum consummatum fuerint deleta[m]: Sed si pòst, per exceptionem duntaxat repellitur agens[n]. In dubio autem, si apud testatorem sit testamentum, ab eo præsumitur deletio facta[o]: & quidem consultò, nisi in piam causam, quod deletum est, fuerit relictum[p].

f l. duo sint Titij. de test. tut.
g d. l. j. §. sed consulto.
h d. l. j. §. sed si legi.
i d. l. j. §. & ideo.
k l. cùm aquiliana. de transact.
l d. l. j. in princ.
m l. iij. uersicu. sed nonnullis eo.
n d. l. j. uersicu. sed consulto.
o Gloss. l. ij. de pact.
p d. l. iij. uersi. fina.

AXIOMA III.

QVòd si testamētum apud alium reperiatur, ab eo præsumitur

cancellatum[q]. Inductio enim per eum facta præsumitur, penes quem instrumentum est repertum[r]: dummodo testamentum non sit in scriptis quod clausum & sigillatum reperiatur. nam cancellatio in eo consultò facta præsumitur[s]. Tutius igitur erit testatorem (ut omnis tollatur præsumptio) in fine testamenti scribere, se lituras fecisse[t]. quæ scriptura tamen, si in margine testamenti sine subsignatione & die asscriberetur: nullam faceret fidem[u].

q l. si chirographum. cum seq. de probat.
r l. maiorem. cum Glo. C. de fals.
s Ioan. ab Imol. d. l. ij.
t d. l. j. §. & ideo.
u Doct. d. l. si unus.

AXIOMA IIII.

SCiendum est autem deletionem illam consultò factam, totum testamentū non uitiare[x]: quia nec in contractibus unius capituli falsitas cæteris nocet[y]: separatorum enim separati debent esse effectus[z]: nec quod utiliter gestum est, ab eo quod inutile est, uitiatur[a]: nisi de contraria testatoris uoluntate appareat[b]. In dubio igitur, ei tantùm quod superinductum fuerit, nocet deletio, & non alijs[c]. ne legatis quidem illis, quæ ab his relicta erant, quorū institutio fuit inducta[d]. dummodo aliud uoluisse testatorem hæres non probauerit[e]. Verùm tamen si abrasio in substantiali testamenti loco fiat, suspectum totum reddit testamentum[f], adeò ut missionem in possessio. impediat[g]: Secus autem si in non suspecto loco facta fuisset[h].

x l. ij. in princi. l. iij. de his quæ in testam.
y l. pe. C. de transact.
z l. Papinianus. j. de minor.
a l. sancimus. C. de donat.
b d. l. ij. uersi. sed si omnia.
c d. l. ij. in fi.
d d. l. iij.
e l. fin. eo. titu.
f Bart. d. l. si unus.
g l. fin. C. de edict. diui Adr.
h Glo. uerb. uitiatum. d. l. fina. de ædic. diui Adria. toll.

De Hæredibus instituendis,

TRACTATVS XIII.

AXIOMA I.



NSTITVERE uerbū cùm à statuo descendat[a], uim cuiusdā legis continet[b]: & per consequens in futurum aliquid faciendum disponit[c]. Hinc institutum quandoque pro lege non scripta[d], quandoque pro proposito de re aliqua facienda accipitur[e]. Sic ergo instituta actio dicitur, quæ non perfectè mota, sed ad futuram litem præparata est[f]. Et obligatio instituta, ex qua uel contrahere possumus[a], uel in futurum ex iam contracta agere[b]. similiter & hæredem instituimus[c], non quidē quòd illos dominos faciamus (licet id Accursius crediderit[d]) sed quia illos ita hæredes statuamus, ut si hæreditatem in futurum adire uelint, domini efficiantur[e].

a Vigl. Rubrica de uulga.
b l. iiij. de ferijs.
c l. leges. ij. C. de legib.
d Budæ. in suis annotat.
e l. plenū. §. equitij. de usu & habita.
f l. j. in prin. de interrog.
a l. ex hoc iure. de Iustit. & iur.
b l. j. si cert. peta.
c Rub. de hæredi. instit.
d Gl. j. Instit. de hæred. instit.
e l. cùm hæredes. in princi. de acq. possess.

AXIOMA II.

NEc refert si illos hęredes uel scripserimus, uel nūcupauerimus[f]: quanquam sola nuncupatio tabulas, si quæ scriptæ essent, impediat, quominus testamentum dici possint[g]. Præterea nihil interest, si uel scribatur, Lucius mihi hæres esto[h], uel, Lucius hæres esto[i]. uel, Lucius hæres. aut, Lucius esto[k]. Quemadmodum enim ea quæ superabundant, testamentum non corrumpunt[l]: ita & illa quæ imperfectè scribuntur[m] (si uel coniectura pietatis[n], uel ex præcedentibus sequētibus'ue suppleri possint[o], uel ea quę desunt cum expressis congruant) nocere non solent[p]: sed semper subintelliguntur, si ex illis perficiatur negotium, non autem destruatur[q].

f l. j. uersic. institutū. de hær. instit.
g l. fin. de iur. codicill.
h d. l. j. uers. quoq.
i d. l. j. uersicu. hæc autem.
k d. l. j. uersi. fin autem.
l l. testamētum. C. de testam.
m l. si in testamento. de lega. j.
n l. cū auus. de condit.
o l. ex pater. §. cùm imperfecta. de lega. ij.
p l. unum ex familia §. si omissa. de lega. ij.
q l. uerbum. C. de fideicom.

AXIOMA III.

ALiter in sententia, ad quam à testamento licet plerunque argumentemur[r], tamen si imperfecta sit, uitiatur[s]. Quoniam habita deliberatione proferri debet[t]. Quid ergo si testator duobus illis uerbis, hæres esto omissis: simpliciter diceret, Lucius: institutionem non ualere Docto. communiter putant[u]: Sed ego Pilei sententiam contrariū asserentis sequor[x].

r l. non est mirum. de pig. act.
s l. præses. ubi Bar. C. de senten.
t l. ij. C. de sent. ex breuic.
u d. l. j. uersic. ergo & si ita.
x l. errore. C. de testam.

Quoniam

Quoniam hæ institutiones imperfectæ ex eo duntaxat ualent, quòd plus dictum, & minus scriptum credatur [a]. quæ ratio militat etiam cum solummodo (Lucius) scribitur. Nec refert si à testatore uel Notario scriptus fuerit [b], tametsi Doctor. differentiam constituant [c]. Sed contrà, Marcellus non insubtiliter non putat hanc institutionem procedere [d].

AXIOMA IIII.

Respondeo non insubtiliter, pro non ualdè subtiliter, exponendum esse [e]. Vnde Vlpianus ait: Non insubtiliter dici pactum pro parte rescindere cōtractum [f]. nam cùm totum contractum rescindere possit, uerum est & partem posse [g]: sed non insubtiliter, id est, non ualdè subtiliter hoc dictum est [h]. Sic Marcellus non insubtiliter negat institutionem illam ualere, cùm testatoris sensum magis quã uerba consyderemus [i]. Et ideo Marcellus non solùm in illa institutione reprehenditur [k], Sed & in hac conditionali, ex partibus quas asscripsero: uel, Si tibi asscripsero te instituo: quam ualere non putabat nullis scriptis partibus [l]. tunc enim defectus conditionis institutionem uitiat, quando uel in institutione [m], uel in persona conditio apponeretur [n]. Hæc tamen in Arte nostra in suis explicantur, cùm insubtilis ratio, pro Non subtili [o]: &, Non ineleganter, pro Admodum eleganter accipiantur [p].

AXIOMA V.

Secus cùm in partibus ascripta est cōditio: partes enim nullã testamēti respiciūt solennitatē [q]. Vnde cùm te institui, si partem asscripsero: duo sunt dicta [r]. q te instituã, uel secundum partes si illas asscripsero: uel æqualiter si non asscripsero [s]. Quanquam si te instituo pro partibus quas scripsi, nullis partibus scriptis inutilis est institutio [t], ab initio enim nũquam ualuit, & ideo pro non scripta habetur [u].

AXIOMA VI.

Conditio igitur hæreditarijs portionibus adiecta, quæ non solùm per coniunctionem (Si [a]) sed per relatiuum (quis) fieri solet [b]: si præteritum tempus respiciat, nullis partibus adiectis institutionem semper uitiat, siue dictum sit pro partibus quas scripsi [c]: siue ꝑ partibus quas scripsit Titius [d]. Sed si dicatur, pro partibus quas Titius & Seius scripserunt: refert an dictum sit, pro partibus quas uterq; [e]: an, pro partibus quas quisque [f]. Si uerò conditio futurum respiciat, non uitiatur institutio si dictum sit, Pro partibus quas scribam [g]. Sed si dicatur, Pro partibus quas scribet Titius: etiã partibus expressis, nulla est institutio [h]. quia captatoria est, cùm in tertij arbitrium collata sit [i], quod semper institutionem uitiat [k].

AXIOMA VII.

Sed contrà, nulla facta temporis distinctione Marcellus respondit, conditione ut testator uoluerat non apposita institutionem uitiari [l]: Cui tamen Imperator planè refragari uisus est [m]. Doctores differentiam faciunt, an testator instituerit secundum infrascriptas partes: an, si partes scriberet. quoniam dictio (Si) conditionem importat, non autem dictio (secundum [n].) Ego aliter tamen distinguo. Nam Marcellus de conditione respondit, quam in institutione testator apponere uolebat: quæ, si defecta sit, institutionem uitiat [o]. Si sit omissa, ob id tamen pura non dicetur institutio [p]. (An uerò sit nulla statim dicam) Imperator uerò de conditione conditionum in institutione apponēdarum loquitur.

AXIOMA VIII.

Itaque ex suprà scriptis constat, institutionem non uitiari, si in ea aliquid per errorem uel omissum [q], uel plus adiectum fuerit [r]. Id enim tantum, quod plus adiectum est, rejcitur: siue sit conditio [s], siue persona plus adiecta [t]. Et ideo si plus scriptum fuerit quàm testator uolebat, id tantum quod uoluit præstatur, siue in institutione [u], siue in legato loquamur.

Marginal notes (col. 365):

a d.l.j. uersi. sin autem.
b l. quoties. in fin. prin. & §.j. uersi. sed si maiorem. de hære. insti.
c Bart. d.l. errore.
d d.l.j. uersic ergo & si ita.
e Gl. uerb. non insubtiliter. d.l.j. de hær. instit.
f l. tutiigētium. §. adeò. de pact.
g l. quæ de tota. de re. uend.
h Argu. l. cui quod plus est. de regu. iur.
i l. iij. § conditio. de adim. lega.
k d.l. errore.
l l. ij. de hæred. instit.
m l. cum in secūdo. de insuft.
n l. qui plures. de usufr. leg.
o l. cùm filio. §. denique. de leg. j.
p §. & non inelegãter. Instit. de iure natu. l. qui soluendo. de hær. insti.
q l. quo loco. in princi. de hæred. instit.
r Argu. l. cclsus. §. j. de arbit.
s l. ij. uersi. sed magis. de hær. d. instit.
t d.l. ij. uersicu postea autem.
u Glo. j. d.l. ij.

Marginal notes (col. 366):

a l. iiij. quãdo dies lega.
b l. j. in fi. de cōdit.
c c. element. §. fi. de hære. instit.
d d.l. ij. uersi. aliter atq;
e l. pe. C. de impub.
f l. hoc articulo. de hære. instit.
g d.l. ij. uersi. & magis.
h l. j. in fin. de his quæ pro non.
i l. illa autē. de hære. instit.
k l. illa. eo. tit.
l l. quoties. §. tantundem. de hære di. instit.
m l. pe. C. de instit.
n c. abbate. de uerb. signi.
o l. cum in secundo. de inoft.
p d. §. tantundem.
q l. errore. C. de testam.
r l. testamento. eo. titu.
s d. §. tantundem. uersi. j.
t d.l. quoties. uersi. sed si cum primum.
u d.l. quoties. §. sed si minorem.

mur [x]. Sed & contrà, si minus scriptum fuerit, quod uolebat. Præstandum est, maximè in institutione [y]: nouum legato hoc in casu altercantur interpretes [z], tametsi in utroque idem cum Alexand. crediderim esse. Quoniam non solùm in institutione, uerùm etiā & in legatis, id magis quod testator uoluerit, quàm quod scriptum est, consyderari debet [a].

x l. qui quartam. in princ. de leg. j.
y d. l. quoties. §. j.
z d. l. qui quartam. ubi Barto. & Ias.
a l. cùm avus. de cō dit. l. cùm pater. §. fi. de leg. ij.

AXIOMA IX.

ET hæc uera sunt, nisi cùm uel in persona uel in re erraretur: tunc enim nulla est institutio [b], si in ipsius personæ uel rei corpore erraretur: aliud si in nomine tantum [c], quoniam appellatiui tantùm nominis error [d], non autem proprij nocet [e]. Vnde mirum est quod Marcellus respondere uidetur; Institutionem ex conditione per errorem omissa uitiari [f], cùm nec error in rei substātia actū uitiare possit [g]. Nam si conditio per errorem adiecta institutionē non uitiat [h], cur per errorem omissa uitiabit? Adde errorem in parte rei institutionē minimè uitiare [i]: si igitur error in parte (quæ ipsius rei substantia est [k]) non uitiet: quanto minus igitur error in cōditione, quæ non nisi qualitas esse potest?

b dict. l. quoties. in princ.
c l. si in nomine. C. de testa.
d l. labeo. in fin. de supell. lega.
e l. si in nomine. de uerb. oblig. l. iij. de lega. j.
f d. § tantundem. in princ.
g l. si i. d. quod aurum de uerb. ob.
h d. § tantundem. uersi. sed & si.
i d. l. quoties § j.
k l. rerū mixtura. de usucap.

AXIOMA X.

CVm igitur Vlpianus Marcelli sententiam referens, de his casibus loquatur, in quibus institutio secundum id quod testator uolebat & non quod scriptum est, ualet [a]: non ijsdem casibus Marcell. (cuius sententia intermixta est [b]) necessariò est intelligendus [c], scilicet conditione per errorem omissa uel adiecta, hæredē haberi pro nō instituto, secundum id scilicet quod scriptum est; Erit tamen institutus uti & ipse testator uoluit [d]. Quod & ex eo liquet quòd Marcellus subiungit hæredem haberi pro non instituto, si notarius conditionem mutauit [e]: error enim librarij [f], uel falsitas nocere non potest [g].

a d. l. quoties. in princi. & §. j. & § sed si cum primum.
b d. § tantundem.
c Argu. l. imperator. de in diem.
d Glo. d. §. tantundem. uerb. non futurum.
e d. § tantundem. uersi. idē tract.
f l. si librarius. de reg. iur.
g l. imperator. j. de sta. hom.
h l. testamentū. C. de testa.

AXIOMA XI.

PRoinde sicut in institutione uerba superabundantia reijciuntur [h], & omissa intelliguntur [i]: Ita quoque & portiones hæreditatis, si quæ desint aut superfluant [k]. Hæreditas autē plerunque in xij. partes diuiditur [l]: quanquam testator in tot quot uoluerit partes diuidere nō prohibeatur [m]. Et non solùm dispondium, uerùm etiam trispondium, hoc est xxxvj. uncias uel etiam plures in illa constituere [n]. Si igitur testator unum uel plures instituerit (potest enim in infinitum quot uoluerit [o], etiam prorsus extraneos hæredes scribere [p]) ipsi æquales habebūt partes: si testator uel hoc expresserit, uel nullas portiones adiecerit [q]. Illæ tamen omnes partes, siue plures sint quàm xij. siue pauciores, semper ad xij. reducuntur [r].

i l. errore. eo. tit.
k l. interdum. § paterfam. de hæred. instit.
l l. seruum. § fi. eo. tit.
m §. hæreditas. Instit. eod. tit.
n §. & si plures. eo.
o § & unum. eo.
p l. extraneum. C. eo. tit.
q §. si plures. Instit. eod.
r d. §. paterfam.

AXIOMA XII.

ET idcirco si testator unum in fundo [s], aut in semisse [t], uel duos ex duobus fundis [u], uel ex certis rebus [x], uel plures in eodem fundo etiā inæqualibus partibus instituerit [y]: detracta mētione fundi (quāuis illū tanquā prælegatū accipiant) hæredes intelliguntur [z]. Quoniā ex iuris regula, idē partim testatus partim intestatus decedere nō potest [a]. Quæ ratio in milite cessat: quare illius institutio in certa re facta, ad totā nō extēditur hæreditatē [b]. Verùm tamē si unus in fundo, alius in parte institut' sit: hic hæredis, ille legatarij loco erit [c], si uterque in eodē testamēto [d], eodemque gradu institutus esset [e]. Sed contrà, filius in certa re institutus & si cohæredem in parte habeat, testamentū nō impugnat [f]. Vnde hæredis loco non legatarij habetur: quoniā non sufficit quòd legati titulo legitimā suam cōsequatur portionē [g].

s l. j. § si ex fundo. de hær. insti.
t § hæreditas. Instit. eo.
u l. si alterius. de hęred. instit.
x l. qui non militabat. eo.
y l. quoties. §. si duo. eo.
z l. ex facto. mag. eo.
a l. ius nostrum. de reg. iur.
b l. si miles. ij. de milita.
c l. quoties. C. de hære. inst.
d l. si quis priore. ad trebell.
e l. cohæredi. §. fi. de uulg.
f § hæc autem dispositimus. Auth. ut cum de appel.
g § aliud quoque in princi. d. Auth. ut cum de app.

AXIOMA XIII.

PRiusquā leges dissoluamus (quanquam qui hæres nominatus est, iussusque certa re esse contentus, quo ad illud relictum, siue filius sit, siue extraneus, hæres dici possit [i]) aduertendum est non inutile esse scire, an quis hæredis an legatarij uicē sustineat. Nā legatū etiam ante aditionē & legatarius habet [h], & ad hæredes transmittit [i]: hæreditas ante aditionē neque quæsita est [k], neque

ſ Argu. l. peto. in princi. uerb. præcipere. & uerbo, cohæredibus de leg. ij.
h l. a Titio. de furt.
i l. v. quando dies lega.
k l. cùm hæredes. in prin. de acqui. poss.

neque transmittitur[l]. Legatarij ultrà quàm acceperunt grauari non possent[m]: Et eapropter in dubio ut æqualiter præsumuntur grauati, ita & portionem legati deficientem æqualiter acquirunt[n]. Hæreditas uerò quia damnosa esse potest[o], pro portione tantùm hæreditaria grauat, & portionem deficientem acquirit[p].

l L.unica. §. in nouissimo. C. de caduc.
m l. si legatarius. in prin. de leg. iij.
n d. l. unica. § sed ut manifestetur.
o l. si hæreditatem. manda.
p d. § sed ut manifestet.

AXIOMA XIIII.

Adde hæreditatis aditione, nō legati agnitione testamentū cōfirmari[a], hæreditati ipso iure onus impositū esse[b]: legato nō nisi nominatim[c]: exhæredatione filij institutionē nō legatū infirmari[d]. testamentū cancellatū hæredis, nō legatarij missionē impediri[e]. Hæreditatē ꝓpria autoritate capi, non legatū[f]. Ex legato falcidiam, ex hæreditate trebellianicā detrahi[g]. His ita præmissis, ad cōtrarij dissolutionē reuertendum est: in cuius dissolutione quinq; Doctorum solutiones[h] ex eo falsas esse cōstat, q̄ in re certa institutū legatarij loco esse nusquam legatur.

a l. si nemo. de testa. tut.
b l. ij. C. de hæredi. actio.
c l. j. §. si hæres. ad Trebell.
d Authē. ex causa. C. de lib. præte.
e l. fina. C. de edic. diui Adria.
f l. j. in princ. quor. lega.
g Toto tit. ad leg. falc. & Trebell.
h Barto & Ias. d. l. quoties.

AXIOMA XV.

Haeres enim iuris successor dicitur[i]: hoc est, hæreditatis, nō rerū corporaliū sed ipsius iuris hæreditatis[k]: qđ nō in re corporali sed in asse cōsistit[l], ea (ut arbitror) ratione, quòd olim p æs perq; librā: hoc est, per assem (as enim prius æs dicebat[m]) emebatur hæreditas[n]. Qui quidē as solennis à Iureconsulto (ut uerisimile est) uocatur[o], q̄ in iure cōsistat: ea enim q̄ iuris sunt solēnia appellare solemus[p]. Neq; hæres igitur, neq; hæreditas in re aliqua particulari, sed tantū in iure, siue in Asse, aut assis partibus, consistere potest[q]. Vnde Paulus ait non facilè ex diuersitate prædiorum portiones hæreditarias inueniri[r].

i d. l. quoties. §. hæredes.
k Instit. de rebus corp. uersic. nec ad rem.
l l. seruum § si. de hære instit.
m Vlpi. §. accessit. Instit. de testam.
n d. §. accessit.
o l. interdum. §. paterfa. de hæred.
p l. anteps de manu. uind.
q d. l. quoties. §. hæredes.
r l. si alterius. eo.

AXIOMA XVI.

QVòd si aliqui ex re particulari instituti sint, quasi sine partibus instituti æquales dicuntur hæredes: & rem, quasi prælegatū, accipiūt[s]. quod prælegatū licet secūdum præscriptas partes consequantur, onera tamen hæreditaria (etiam si nihil in hæreditate præter rem illā esset) æqualiter subire coguntur[t]. Quoniam in hæreditarijs oneribus, non prælegatum sed hæreditaria cōsyderat portio[u]. Sed si unus ex certa parte instituitur, alius ex certa re, licet uterq; hæres sit[x]: tamen qui ex re institutus est, officio iudicis amplius nihil quàm rē in qua institutus est consequitur[y]. Et ideo nullis oneribus hęreditarijs obnoxius esse dicit[z].

s d. l. ex facto §. ita igitur. eo.
t d. l. ex facto. §. unde scio.
u l. si. C. de hæred. act.
x l. cohæredi. § fin. in fi. de uulg.
y d. l. ex facto. §. dicebam.
z d. l. quoties. C. de hæred. instit.

AXIOMA XVII.

CErta enim res apud eum, cui relicta fuit, sine ullo onere manet: siue legatarius sit[a], siue hæres[b]. Nō obstat q̄ ex certa re institutus falcidiam patiatur tanquā legatarius[c]: nam in ea re prælegatarius est[d], quēadmodū & quiuis hæres qui in prælegato quod sibi relictū est falcidiā patitur[e]. Si uerò unus in parte institutus sit, alius pro sua institutione certis rebus contentus esse iussus sit: hic (si aliter institutus nō sit) hæres non est[f], si sit, iussus ille uniuersale fideicōmissum continet, & ita loco legatarij est[g]. Et hic est, quem Imperator loco legatarij esse scribit, non autem is qui ex certa re institutus est. Quod satis ex relatiui (quo utitur[h]) natura colligi potest[i].

a l. fin. C. de hære. act.
b §. si quis una. Instit. de fideicom.
c d. l. ex facto. uers. & si forte.
d d. uers. unde scio.
e l. quòd de bonis. §. si. ad leg. falcid.
f l. lex facto. j. de hær. inst.
g l. peto. in fi. prin. de leg. ij.
h l. quoties. C. de hæred. instit.
i Glos. uerb. quos, l. j. C. de sacrosan.

AXIOMA XVIII.

ITaque quòd docuimus, in certa re institutos quasi sine partibus æqualiter succedere[k]: hoc uerū esse Vlpianus respondit, si modo testatoris uoluntas manifestissimè nō refragetur[l]. Vnde infert Bartolus testatorem, qui unum tantùm in fundo instituisset, prohibuissetq; ne quid ultra cōsequeretur: intestatum decedere. Quia (inquit) cùm illius expressa uoluntas, etiā aduersus iuris præsumptionem[a] attendatur[b], si perplexa sit, (ut hoc casu quo partim testari uoluit[c]) uitiatur institutio[d]. Licet enim in solēnijs testatoris non consyderetur uolūtas[e], secus est tamen in iuris præsumptionibus, quæ cessant si manifestè repugnet uoluntas[f]. Sed cōtrà, si te in fundo institui excepto usufructu, nō obstante mea uoluntate & exceptione, Rufinus respondit te in solidum hæredem esse[g].

k d. l. ex facto. uers. erant quidem.
l l. quoties. §. si duo. de hæredi. instit.
a l. quia ratio. cum gi. de condit. institu.
b d. § si duo.
c l. ius nostrum. de reg. iur.
d l. si Titius. de cō dit. insti.
e l. nemo. de leg. j.
f l. in conditionibus. §. j de condi. & demonst.
g l. si quis ita. 74. de hæred. instit.

AXIOMA XIX.

Bartolus putabat hoc procedere: quãdo institutus, nõ ex parte, sed simpliciter scriptus esset. tunc enim per exceptionẽ sibijpsi à seipso nihil adimi potest[h]. Sed haec solutio uerbis Rufini secũdum alterã lectionẽ planè repugnat: qua legitur (institutũ ex certo fundo) uerùm Bartoli lectio erat (excepto fundo) quam & Haloander sequutus est. Ego tamen indistinctè Rufinũ procedere arbitror. Nõ enim urisimile est testatorem ob illam exceptionẽ incontinenti factã, à testamento cum tanta solennitate facto recedere uoluisse[i]: nisi manifestè seipsum correxisset[k], aut in gratiam uenientium ab intestato, fideicommissum de certa re illa fecisset[l]. quae gratia non nisi per expressum uel tacitum fideicommissum unquam praesumitur[m].

h l. sed & si condi. tio. § fin. eo.
i l. non ad ea. de condit.
k l. si ita scriptum. de haered.
l l. peto. in fi. prin. de lega. ij.
m l. unum ex fami. lia. §. fi. de leg. ij.

AXIOMA XX.

Non obstat quod Bartolus ait perplexitatẽ testamentum uitiare[n]: Id enim uerum est ante institutionem factam, sed non post[o]. Nõ obstat quod ait idem causam testati ad se intestati causam non trahere, ubi testator prohibuit[p]: hoc enim falsum est, cùm non liceat testatoribus, legem quam uoluerint in suis testamentis dicere[q]. Ante testamentũ enim quod uolunt facere non prohibentur[r]: sed ubi factum est secus est[s], cùm testamenti factio sit iuris publici[t], nec ex eo quicquam nisi solenniter immutari potest[u]. Si tamen facto testamento aliquid superueniat, quod iure reprobatum est, testamentum uitiatur[x]. Et ideo si pro parte filius se exhaeredatum inueniat, uitiabitur testamentum[y]: quia pro parte fieri non potest exhaeredatio[z].

n d. l. si Titius.
o l. circa. de inoffi. testam.
p l. penul. ubi Bartol. in suo summario. de iniust.
q l. filiusfa. §. diui. ij. de lega. j.
r l. codicillis. §. fin. de leg. ij.
s l. nemo. de leg. j.
t l. ij. de testam.
u l. haeredes. §. j. eo. titu.
x l. si alienum. §. in extraneis. de haered. instit.
y d. l. pen. de iniust.
z l. cum quidã. de libe. & posthu.

AXIOMA XXI.

In dubio igitur ex certis rebus instituti, rebus detractis aequales habebunt partes[a]. etiam si testator, ne quid ultra haberent, scriberet[b]: nisi manifestè in contrarium testatoris appareat uoluntas[c]. quod uix apparebit nisi euidenter fuerit expressum[d], aut nisi alia euidenti coniectura hoc colligatur[e], ut si illos inaequalibus oneribus secundum res ipsis relictas grauasset[f], uel cùm illis alium haeredem instituisset[g].

a d. l. ex facto. uers. erunt qui le m.
b d. l. si quis ita.
c d. § si duo.
d d. l. si plures. in fi. de uulg.
e l. licet. de lega. j.
f l. quoties. cũ seq. ad treb.
g l. cohaeredi. §. fi. de uulg.

AXIOMA XXII.

Et hic casus de cohaerede omni dubio caret, si ille in toto asse sit institutus. Sed si in parte tantùm datus esset, ex certa re instituti (quia sine parte instituti dicuntur[a]) quasi uacuam reliquam asis uidentur debere habere partem[b], & tamen Accursius aequaliter eos succedere uoluit[c]: eoque modo Imperatorem, qui uacuam illam portionem cohaeredis esse dicere uidetur, interpretatus est[d]. Sed ego putarem hoc casu portionem uacantem utrique accrescere, secundum res in quibus instituti sunt: quasi nullus eorum sine parte institutus sit[e]. Ex certa re enim institutus, ideo dicitur sine partibus institutus, quia testator partim intestatus decedere non potest[f]: quae ratio cessat, ubi illi instituto cohaeres datus fuerit.

a l. si alterius. de haered. instit.
b l. itẽ quod Sabinus. in princ. eo.
c Gl. uerb. rerum. d. l. ex facto.
d d. l. quoties. C. de haere. insti.
e §. uideamus. Instit. eo tit.
f § haereditas. uer. neque enim. eo. tit.

AXIOMA XXIII.

Et ideo cessare debet lex, quę uult ex certa re institutum, sine parte esse haeredem[g]. Nam licet sine asis parte institutus dicatur[h], (& ita uerè haeres particularis dici non possit, quia haereditatis partes in asse consistunt[i]) quodammodo tamen cum parte est haeres. Nam leges eum non dicunt sine parte, sed quasi sine parte institutum[k]. Item dicitur non facilè in praedijs portiones haereditarias reperiri[l]: Cum difficultate ergo per praediorum aestimationem inueniri possunt[m].

g l. si miles. ij. de milita.
h d. l. ex facto. uers. cùm haec ita.
i d. l. seruum. §. fin.
k d. l. ex facto. uers. ita igitur.
l d. l. si alterius.
m l. j. §. si hęres. uer sic. Iulianus autem. ad trebell.

AXIOMA XXIIII.

Superest uidere eos qui institui possunt: Possunt autem omnes etiam quos testator nunquàm uidit[n], siue liberi siue serui, muti, surdi, infantes, furiosi[o], ab hostibus capti[p]. Contrà deportati[q], in metallum damnati[r], apostatae[s], illicitum collegium, spurij, Incestuosi[t], incerta persona[u] (nisi inops sit aut pia causa[x]) institui non possunt.

n § fi. Instit. de haered. instit.
o § testamẽti. Insti. de haere. qua.
p l. illa. § fi. de haered. instit.
q l. j. C. de haeredi. instit.
r l. ij. de his quae pro non scrip.
s l. Manichęos. C. de haereti.
t § fin. Auth. quib. mod. nat. effi. sui.
u §. incertis. Instit. de lega.
x l. id quod. C. de episc.

DE

De Subſtitutionibus.

TRACTATVS XIIII.

AXIOMA I.

ACCVRTIVS ſubſtitutionē definiuit, ut ſecunda inſtitutio diceretur[a]: ſecundæ inſtitutionis appellatione tertiam & ulteriores comprehendens[b]. Quæ definitio ſi uera eſt, ſuperfluè Modeſtinus addidit ſubſtitutum ſecundo uel tertio gradu dici[c]. Quamobrem Polyt. & Zaſius ſubſtitutionem definiuerunt, non ſecundam ſed ſequentem inſtitutionem[d]. Sed utriq; definitioni duo fortiſsimè obſtant. Primum quòd filio exhæredato fieri ſubſtitutio poſſit[e], ergo neq; ſecunda neq; ſequens inſtitutio dici poteſt.

a Gloſ. Rubric. de uulg.
b Glo. Rubr. C. de ſecun. nupt.
c l. j. in princip. de uulg.
d Poly. in tract. ſubſtit. in princ.
e l. j. uerſic. pen. de uulg.

AXIOMA II.

ALiqui reſponderunt ſubſtitutionem reſpectu gradus ſecundam inſtitutionem eſſe[f], quaſi non perſonæ ſed gradus reſpectu conſyderanda ſit ſubſtitutio[g]. Nam aduertendum eſt uel teſtamenti[h], uel hæredum reſpectu gradus dici poſſe[i]. Tota hæreditas uni uel pluribus ſimul relicta, unicum teſtamenti facit gradum[a], ita ut omnes primo loco uocati primū gradum, ſecundo uocati ſecundum gradum omnes ſimul conſtituant[b]. At contrà ſi in parte hæreditatis, & ſic in parte teſtamentarij gradus, unus inſtituatur cui ſubſtitutus datus non ſit; quot ſunt perſonæ una in alterius locum ſuccedentes, tot ferunt gradus[c].

d. l. j. in princ. de uulg.
g l. ſed ſi plures. §. nemo. eo. titu.
h l. iij. §. filius. de liber. & poſth.
i Inſtit. de uulg. in princ.
a Theoph. inſtitu. de uulg. in prin.
b l. ij. § deſertor. de ſecun. tab.
c l. ſi. § j de uulg.

AXIOMA III.

SVbſtitutio igitur non teſtamenti ſed hæredum reſpectu[d], in ſecundo tertio'ue gradu uerſari dicitur[e]. Licet contrà exhæredatio non perſonarum ſed teſtamentarij gradus reſpectu obſeruari debeat[f]. Secundò aduerſus ſupraſcriptas definitiones obſtat lex, qua dicitur non ſolùm in inſtitutionibus, ſed & in legatis & Donationibus ſubſtitui poſſe[g].

d Inſtit. de uulg. in prin. uerb. plures gradus. hæredū.
e d. l. j. in princ. de uulg.
f d. l. iij. §. filius.
g l. unica. § fin autem aliquid. in ſ. C. de caduc.

AXIOMA IIII.

NEq; uerum eſt, quod Doctores reſpondent, in hæreditate duntaxat ſubſtitutionem propriè locum habere[h]; cùm lex dicat, perinde legatarijs & donatarijs, ac hæredibus ſubſtitui poſſe[i]. Idq; in quacunq; ſubſtitutionis ſpecie, ſiue uulgaris ſit[k], ſiue Pupillaris[l], ſiue Reciproca[m], ſiue Compendioſa[n]. Et cùm gradus ſit de proximo in proximum tranſitus[o], nihil impedit quominus & in legatarijs perinde atq; in hæredibus primus ſecūdus'ue inueniatur gradus[p].

h Docto. in Rub. de uulg.
i l. ut hæredibus. de leg. ij.
k l. ei cui. de don. cauſ. mor.
l Argu. l. iij. C. de don. q̃ ſub mod.
m l. j. C. de donat. cauſ. mor.
n l. ij uerſi. ſed ſi mortis. eo.
o l. fin §. gradus. de grad.
p l. ſi legata. C. de legat.

AXIOMA V.

EX his conſequens eſt ſubſtitutionem inſtitutione (quæ propriè hæredibus tantùm cōuenit[q]) generaliorem eſſe. non quidem ex uerbi natura (utrunq; enim à uerbo ſtatuere deſcendit[r].) Sed quia legata & donationes proprium nomen habent, ab inſtitutionis appellatione ſeparātur[s]. Contrà ſubſtitutio, cùm tam hæredibus quàm legatarijs donatarijs'ue fiat; nec in una materia ſpecialius nomen habeat, neceſſariò in ſui generis nomine ubiq; & propriè remanſit[t]. Quo fit ut illam aliter definiamus: ut ſit cuiuſcunq; rei in poſterioris perſonam collatio[u]. Notanter poſterioris uerbum adiectum eſt, ut priorem aliquem ſignificaret, qui in eadem re idem ius habuit[x].

q Rubr. de hæred. inſtit.
r Vigl. Rubr. de uulg.
s l. mortis cauſa capitur. in fin. prin. de don. cau. mor.
t l. j. §. j. & fin. de pact.
u d. l. ut hæredibus. in fin.
x Arg. l. qui duos. uerſi. in propoſita de duob. re.

AXIOMA VI.

EX hac definitione manifeſtè conſtat inſtitutionis uerbo ſubſtitutionem propriè non contineri[y]: Cùm inſtitutio ſemper in primo gradu uerſetur[z], & capropter uerbum ſit dire-

y Curtius rub. C. de impub.
z l. j. in princip. de uulg.

ctum[a]. Subſtitutio uerò in ſecundo fit gradu uel tertio, uerbumq́ eſt commune[b]. Nihil obſtat quod inſtitutionis conditio[c], uel mandatum ad ſubſtitutionem extendatur[d]. Quoniam id non ex uerbi ſignificatione, ſed ex diſponentis cōiectura interpretatur[e]. Quæ ſi ceſſet, ſubſtitutionis diuerſa erit natura[f].

a Bart. l. centurio. nu. 43. eo.
b l. iij. uerſ. hoc cōmuni. eo.
c l. mulier. in fi. de cond. inſtit.
d l. ſi quis mihi. §. pen. uerſ. idemq́. de acq. hæred.
e l. licet. de lega. j.
f l. pen. in fin. iudi. ſol.

AXIOMA VII.

SEd iam de ſex ſubſtitutionum ſpeciebus[a] dicamus quarum quinque uulgaris, Pupillaris, Exemplaris, Reciproca, & Compendioſa directæ appellantur[b]. Vltima (quam Fideicommiſſariam uocant) eſt obliqua[c], quia per alium capitur[d]. neque cùm ſpecialius nomen habeat[e], (fideicommiſſum enim ſiue Reſtitutio appellatur[f]) ſubſtitutionis nomine comprehenditur[g]: Sed tanquam ſeparatæ, inter illam & ſubſtitutionem, copula, (quæ diuerſitatem notare ſolet[h]) inſcribitur[i]. De quinque igitur prioribus mentionem duntaxat faciemus.

a Glo. in Rubr. de uulga.
b Bart. in d. Rubr. l. poſt aditam. C. de impub.
c § fi. cum glo. inſtit. de popil.
d §. qui autem. in fi. inſtit. de ſing. reb.
e Argu. d. l. mortis cauſa capitur.
f §. fina. inſtitu. de pupil.
g l. recuſare. §. Titius. ad trebell.
h Gl. Rubr. de iur. & fac. igno.
i Rub. C. de inſtit. & ſubſt.

AXIOMA VIII.

PRima uulgaris conditionem habet, ſi inſtitutus hæres non ſit[k]: Pupillaris, ſi pupillus impubes decedat[l]: Exemplaris, ſi non ſanus mente nō reſipiſcat[m]: Reciproca fit pluribus ita, uos inuicem ſubſtituo[n]: Compendioſa, quandocunq; deceſſerit hæres, concipitur[o]. Sed quia una expreſſa reliquas plerunq; comprehendit[p]: Idq; quandoq; expreſsè quandoq; tacitè[q] (quod plurimum refert cùm expreſſa longè potentior ſit[r]) operæ pretium eſt ut uideamus quot modis aliquid dicitur expreſſum. Et Bartolus tres modos refert[s]: Nam (inquit) expreſſum dicitur, ſiue uerbis generalibus[t], ſiue ſpecialibus[u], ſiue ſingularibus aliquid conceptum fuerit[x].

k l. j. § j. de uulg.
l Inſtit. de pupil. in princ.
m l. humanitatis. uerſ. ita tamen. C. de impub.
n l. iiij. uerſ. nam ſi. de uulg.
o l. miles ita. ī prin. de militar.
p d. l. iiij.
q Barto. l. j. nu. 6. de uulg.
r Glo. l. fi. C. de inſtitut.
s Barto. d. l. j. nu. 7.
t l. fin. cum glo. C. quod cum eo.
u l. j. §. inter filium. de falſ.
x l. quod in rerum. §. fi. cum glo. de leg. j.

AXIOMA IX.

EX quo idem infert generalia Reciprocæ[y], uel Compendioſæ ſubſtitutionis uerba, tam uulgarē quàm Pupillarem aut Exemplarem expreſſim continere[z]. Quemadmodum & ſub illa ſubſtitutione (Titium ſubſtituo) omnes comprehenduntur[a]. Sed quid ſi Titium ſubſtituerim, ſi hæres non eſſes. hæc eſt enim uulgaris ſubſtitutionis formula duo capita habēs, ſi hæres non ſis, uel quia nolis uel quia non poſsis[b]: Et utrunque ſub ſpeciali illa formula expreſsè includitur[c]: multò magis igitur expreſſa erit illa ſingularis ſubſtitutio, ſi hæres eſſe non poſsis[d].

y d. l. iiij. uerſ. nam ſi pater.
z Gl. fi. l. precibus. C. de impub.
a l. fin. in fin. C de hæred. inſtit.
b l. cùm propones. eo. titu.
c l. j. § j. de uulg.
d l. ij. C. de hæred. inſtit.

AXIOMA X.

EX his ſubſtitutionibus expreſsis effectus eſt, ut ſi is cui ſubſtituitur matrem habeat, illa à ſubſtituto excluditur, non ſolùm ſi ſingulariter[e], ſed etiam ſi Reciprocè[f], aut Compendioſè fuerit ſubſtitutus[g]. Econtrà uerò Tacitum dicitur, quod ex uerbi ſignificatione expreſſum non apparet, ſed uel ex præſumpta mente[h], uel ex legis interpretatione ſubintelligitur[i]. Et ideò uulgaris ſubſtitutio Pupillarem non niſi tacitè continere poteſt: ut nec econtrà Pupillaris uulgarem[k]. Quare tacita hæc ſubſtitutio quæ in alterutra intelligitur, matrem eius cui ſubſtitutus eſt datus, excludere non poteſt[l].

e l. fin. C. de inſtit.
f l. lucius. de uulg.
g l. precibus. uerſ. ſi uero. C. de impu.
h l. cū quid. ſi cert. peta.
i l. iiij. §. j. & fin. de pact.
k l. iiij. uerb. intelligatur. de uulg.
l l. fin. C. de inſtit.

AXIOMA XI.

SEd & in ulla inſtitutione, Titius & Seius uter eorum uiuet, tacita ineſt ſubſtitutio[a]. Quemadmodum & eo caſu quo pater & filius inſtituūtur, non enim eodem gradu uocati intelliguntur[b], niſi in ſeparatis portionibus eſſent inſtituti[c]. Sed & portio deficiens, quæ per ius accreſcendi cæteris cohæredibus obuenit, ex tacita ſubſtitutione obuenire dicitur[d]. Sed quid ſi te ſubſtituerim, ſi inſtitutus hæreditatem habere nollet, an ſi habere non poſsit, intelligaris ſubſtitutus? Et certum eſt te non expreſsim ſubſtitutum eſſe[e], & per conſequens nec matrem excludere poſſes[f].

a l. Titius & Seius cum de ſeq. hæred. inſtit.
b l. peto §. fin. uerſ. quid ergo. de lega. ij.
c l. fin. in fin. C. de impub.
d l. ſi Titio & meuio. §. j. de lega. ij.
e l. Gallus. §. & qd ſi tantum.
f d. l. fin. C. de inſtitut.

AXIOMA XII.

VErùm dubitatur, an ſaltem tacitè ſubſtitutus dicaris: nam nec tacitè uideris admittendus[g], cùm diſpoſitio

g l. cōmodiſsimè. de liber. &c.

ſpoſitio in certo caſu facta ad alium non extendatur[h]: & maximè ubi adeſt conditio, ut in ſubſtitutionibus[i]. Quoniam conditiones in expreſſa forma adimpleri debent[k]. Receptio tamen eſt contraria opinio: quoniam diſpoſitio extendi ſolet, non ſolùm quando illud ex ui uerborum[l], aut maiori[m] aut etiam ſimili ratione colligi poteſt[n]: uerùm etiam ſi ex actus natura hoc fieret[o].

h l. ſi cùm dotem. in prin ſol. matri.
i l. ſi fideicommiſſum de condit.
k l. qui hæredi. in princ. eod.
l d. l. Gallus § quidam
m l. ſi C. de poſthu. hæred.
n l. mulier. ad trebell.
o l. cùm quid. ſi cert. petat.

AXIOMA XIII.

VNde cùm ſubſtitutio, ex natura quã à lege accepit diuerſas conditiones cõtineat[p], ſequitur illam ſubſtitutionem, ſi hæres eſſe nolueris: ad caſum, ſi non potueris, extendi: & ecõtrà[q]. Non obſtat quod nolle & non poſſe diſsimilia uideantur[r]: Nam plerunque iiſdem regulis metiri ſolent[s], & maximè in ſubſtitutione, cuius natura utrunque caſum comprehendit[t]. Aliud, ſi non comprehenderet. Vt ſi te ſubſtituerim, ſi me uiuo moriatur Caius. nam niſi aut per ſimilitudinem[u], aut per eandem uel maiorem rationem fiat extentio[x]: ſubſtitutus non eris, ſi me mortuo Caius moriatur[y].

p l. iiij de uulg.
q l. fin. C de inſtit.
r l. prer ſueritl. de condit.
s l. j § uſin. de procur.
t l. cùm propoſuit. C. de hære. inſti.
u l. Gallus. § & quid ſi tantum.
x l. ſi C. de poſth.
y d. l. commodiſſ. de lib. & poſth.

AXIOMA XIIII.

NVnquam enim una ſubſtitutio ſub expreſſa intelligitur, ſi id noluiſſe teſtatorem appareat[a]: ut ſi in utrunque caſum ſpecialiter ſubſtituit[b], uel ſi uulgariter tantum ſe ſubſtituere exprimat[c]. Idem ſi maiori ſimul & minori ſubſtituerit, tunc enim uulgaris tantùm continetur, quoniam pupillaris maiori conuenire non poteſt[d]. Adduunt Doctor. duorum teſtimonijs impediri, ne in expreſſa alia contineatur[e]: ſi deponant teſtes ſe hoc à teſtatore quãdoque audiuiſſe[f]. Sed ego Decium ſequutus puto ſeptẽ neceſſarios eſſe: cùm hîc de adimenda ſubſtitutione, & per conſequens hæreditate, agatur[g]: nec teſtes de uoluntatis declaratione tantùm, ſed de ipſa contraria uoluntate deponunt[h].

a d. l. iiij in fin. de uulg.
b l. cùm ex filio § j eod.
c l. uj. § cum Titio. de adim. lega.
d d. l. iiij. uerſ. ſed ſi alter.
e Doct. l. quamuis. C de impub.
f Argu. glo. uerb. poſſit. l. hæredes. § j de teſtam.
g §. codicillis. inſt. de codicill.
h d. l. quamuis. uer. non contrarium.

AXIOMA XV.

PRæterea Bald. uoluit, ſub expreſſa ſubſtitutione tacitam non contineri: ſi ſtatutũ præciperet ne aliter teſtamentum, quam ut legi poteſt interpretetur[a]. Quia ea legere dicimus quæ oculis uidemus, non quæ intelligimus[b]. Vnde cùm tacita ſubſtitutio quæſtio ſit teſtamenti quæ ſubintelligitur[c], ſecũdum iuris ſcripti rationem expediri debet[d]. Aliqui tamen Baldi ſententiam ex eo non probant, quòd ſtatutum iuris communis interpretationem admittat[e], & eam tantùm quæ ſuperflua eſſet reijciat[f]. Sed Bald. receptius interpretes ſequuntur: cùm ſtatutum de his quæ ad teſtamenta pertinent, diſponere poſsit[g].

a Bald. l. precibus. nu. 15. C. de impub.
b l. j. in prin. de his quæ in teſta.
c l. iiij. uerſ. intelligatur.
d l. in his. de cond. & dem.
e l. ij. C. de noxa. actio.
f Bartol. l. omnes populi. nu. 64. de iuſtit. & iur.
g l. ij. in prin. uerb. moribus. de uulg.

AXIOMA XVI.

POſtremò ſuprà diximus ſubſtitutionem expreſſam non continere tacitam, ſi is cui ſubſtituitur matrem habeat[h]. Quod uerum eſt, niſi teſtator ad illam nihil peruenire uelle declarauerit[i], aut eam certa re à ſubſtituto præſtanda contentam eſſe iuſsiſſet[k], uel illi aliquid annuum donec uidua eſſet reliquiſſet, & nihilominus ſecundò nupſiſſet[l], cùm hoc modo iniuria quadam & defunctum & filium plerunque afficiat[m]. Nam & ex inimicitijs, modo graues ſint, eam uel ex tacita ſubſtitutione excludi Docto. uoluerunt[n]. ſicut & eo caſu quo aut piam cauſam[o], aut inſtituti hæredis fratrem teſtator ſubſtituiſſet[p]. Sed etſi mater ante inſtitutum moreretur[q], uel filij hæreditatem repudiaret, ſubſtitutus etiam ex tacita ſubſtitutione, matre non obſtante, admitteretur[r].

h l. precibus. C. de impub.
i Bartolus l. ij. de uulg.
k Argu. l. pero. in prin. de leg. a. ij.
l Argu. Auth. cui relictum. C. de indict. uiduit.
m l. lex quæ tutores. uer. lex enim. C. de adm. tut.
n Arg. l. iiij in fin. de adim. lega.
o Caſtren. d. l. precibus.
p Arg. l. cùm acutiſsimi. C. de fidei.
q l. fin. in fin. C. de inſtit.
r Arg. l. ij § ſed ſi fin. ad tert.

AXIOMA XVII.

QVinimò nõnullis placuit, quencunque ſubſtitutum ſemper Matri præferri[s]: Niſi illa aut cohæres inſtituta eſſet[t], aut in unum caſum cum dictione taxatiua (tantùm) uel ſimili ſubſtitutio concepta eſſet[u]. Verùm tamen æquius & receptius ab alijs traditum eſt, ſubſtitutionem in uno caſu non taxatiuè ſed ſimpliciter factam, in alio caſu tacito (præterquàm in ſupraſcriptis caſibus) nunquam excludere[x]. Non obſtat quod lex dicat illã cùm cohæres inſtituta eſt ſubſtitutum tacitum excludere[y]. Nam non innuit, quòd

s l. Papinianus. § ſed nec impuberis. de inoff. teſt.
t d. l. ſi. C. de inſti.
u d. l. pre. uerſ. ... nam non eſt.
x d. l. precibus. uerſ. ſi uerò.
y d. l. fin.

quòd si instituta nō esset, minimè excluderet: sed quòd cùm instituta sit ab aliorū portionibus per speciales substitutiones uideatur esse exclusa[z]. Sed pietatis maternæ prætextu Imperator respondit non exclusam[a].

z l. cohæredi. §. qui patrem. in fin. de uulg.
a d. l. fin.

AXIOMA XVIII.

SEd quæstio est, An sicut tacita substitutio matri non nocet, ita nec auiæ. Et communis sententia est, idem in utroq; casu esse[b]: quoniam dispositio de matre loquens ad Auiam extenditur[c]. Nec refert an paterna sit an materna, cùm utraq; æquè succedat[d]. Qua ratione Bartolus censet idem & in Patre esse dicendum, quem Auus emancipauit, filio cui substituit in potestate retento[e]: solet enim lex de muliere loquens ad masculum extendi[f], quotiescunq; eadem subest æquitas, ut in hoc patre[g].

b Bart. l. ij. num. 35. de uulg.
c l. ij. §. si mater. uers. quod si nepotibus. ad tertu.
d Auth. defuncto. C. ad tertull.
e Bart. d. l. ij. nu. 34.
f l. generaliter. in prin. C. de secun. nupt.
g l. iij. de curat. furiosi.

AXIOMA XIX.

HActenus de his, quæ omnibus substitutionibus cōmunia sunt, diximus: Nunc ea quæ unicuiq; propria sunt declaremus. Et in primis de uulgari, quæ ideo uulgaris dicta sit, quòd apta sit ut tam liberis quàm extraneis fiat[a]. Id enim uulgare dicitur, quod rei alicuius propriè non est attributum[b], sed magis omnibus usitatum[c]. Huius autem substitutionis forma (quæ est si institutus hæres nō sit) intelligitur: si hæres non sit, neq; unquam esse posset[d], neq; alium hæredē fecerit[e]. Vnde multæ oriuntur quæstiones. Primo quid in instituto qui repudiauit, sed restitui potest: Docto. substitutum statim admitti uolunt[f].

a Theop. instit. de pupil. in princ.
b l. ij. de supel. lega.
c l. ij. de prescr. uerb.
d l. iij. de acq. hær.
e §. fina. instit. de uulg.
f l. iiij. uers. j. de fideicom. libert.

AXIOMA XX.

REstitui autem institutus potest, si minor sit, & hæreditas in eodē statu adhuc permanserit[g]. Ex eo autē non desinit in eodem statu esse, quod substitutus hæreditatem adiuerit, nisi & ipse res hæreditarias distraxerit[h]. Distractæ autem eo tempore esse debent, quo is, qui recusauit maior iam factus est. Alioqui si tempore, quo adhuc minor est, uenditæ essent, adhuc restitui posset. Et ita Imperatorem ab alijs aliter atq; aliter intellectū interpretor[i]. Si uerò institutus maior esset, si sit suus hæres, & nihil distractum fuerit: intra triennium restitui potest[j]. Sed si sit extraneus, post repudiationem restitui (nisi antequam substitutus adeat, restitueretur[k]) nullo modo potest[l]. Cæterùm postquam institutus restitutus est, utiles tantùm illi competunt actiones, & substitutus iure directo remanet hæres[m].

g l. quod dixi. in fi. de manu. test.
h l. Quod si minor. §. Scæuola. de minor.
i l. fin. uers. si. C. de repud. hæred.
j l. fin. C. de repud. hæredi.
k l. filij. uers. si. ad Tertull.
l l. ij. C. de iur. & fac. igno.
m l. etsi fine. §. sed quod Papinian. de minor.

AXIOMA XXI.

SEcundò dubitatur de instituto qui ante hęreditatem aditam moritur. Et certum est huius mortui hæredes iure transmissionis substituto præferri[n]. Transmittitur autem semper legatū[o], quia nihil legatario imputari potest, qui ante aditam hæreditatem legatum agnoscere non poterat[p]. Hæreditas uerò regulariter non transmittitur[q]: nisi institutus uel intra deliberationis annum mortuus sit[r], uel testatoris consanguineus esset. Si illi nanque suus hæres sit, ad omnes quos hæredes habet etiam extraneos testatoris hæreditatem transmittit[s]. Idem si esset testatoris non suus hæres, sed consanguineus: uerùm tunc ad extraneos quos haberet hæredes non transmitteret[t], sed tantùm ad liberos[u].

n l. unica. §. cū antem. C. de cadu.
o l. v. quando dies lega.
p l. si nemo. de testa. tut.
q d. l. unica. §. in nouissimo.
r l. cum antiquioribus. C. de iur. deliber.
s l. hæreditate. §. j. de castr. pec.
t l. ij. cum glo. C. ad orfic.
u l. unica. C. de his qui ant. apert.

AXIOMA XXII.

TErtiò dubitatur, quid si institutus Monachus sit, & adire nollet: Sed communis sententia existimauit Monasterium substituto præferri[x]: quoniam non monachus sed monasterium in hæreditate adeunda uelle aut nolle habere dicitur[y], licet in ferbo secus sit[z]. Quartò ambigitur, quid cum filiusfa. instituitur, si repudiet: an illius pater substituto præferatur? Et præferri Bartolus censuit[a]. Quia pater cùm sit eadem cum filio persona[b], ab initio institutus intelligitur[c]. Et ideo sine illius iussu filius institutus neq; adire, neq; repudiare hæreditatem potest[d]. Quod & Iason in contrario sensu, quando pater institutus repudiat, idem censuit: ut eius filius substituto præferatur[e]. Sed Iason falsus est, cùm pater filio non acquirat[f].

x Bart. d. l. j. nu. 21.
y c. si religiosus. de electio. vi.
z l. cùm proponas. C. de hær. instit.
a Glo. l. fin. in prin. uerb. re. ualente. C. de bon. quæ liber.
b l. fin. in fin. C. de impub.
c l. fin. uers. similiq; modo. C. de bol quæ liber.
d l. is qui hæres. §. fin. de acq. hær.
e Ias. d. l. j. nu. 46. de uulg.
f §. et uerò. instit. de inutil. stipul.

AXI

AXIOMA XXIII.

QVinimo & aduersus Bartoli sententiã fortissima argumenta militant, quod pater filio instituto nõ iudicio testatoris sed legis succedat[a], ergo substitutus ei praefertur[b]. Respondeo ex necessaria instituti filij consequentia substituto praeferri[c]: alioqui ne ipso quidem filius praeferretur, cũ nec momento apud eum maneat haereditas[d]. Nec quicquam obest, quod filius repudiauit, cùm nulla sit repudiatio[e]. Rursus aduersus Bart. obstat conditio de filio loquens, quae ad patrem non trahitur[f], quia conditiones facti sunt[g]. Respõdeo aliquas cõditiones esse q̃ tacitè actui insunt[h], & illae conditionem non important[i]: & per consequens nec factũ, sed magis quid iure faciendum sit demonstrant[k]: sicq; ad omnes trahuntur personas[l]. Cùm igitur substitutio tacitam habeat conditionẽ, si haeres non adeat[m]: illa etiam ad patrem extenditur[n]. Et idcirco tacita temporis conditio, intra quod haereditatem adire oportet[o], si deficiat: patri nocere dicitur, siue culpa filij instituti[p], siue illius morte id acciderit[q].

a l. qui liberis. §. j. de uulg.
b l. fi. C. de necess. ser.
c Argu. l. illud. de acq. haered.
d l. placet. eo. titu.
e d. l. is qui haeres. §. fin.
f d. l. q liberis. §. j.
g l. qui haeredi. in prin. de cõditio.
h l. uerba haec. de cond. instit.
i l. in conditionibus. § j. de condi.
k l. muto § sub cõditione. de tute.
l l. quae conditio. de conditio.
m l. post aditam. C. de impub.
n l. unica. uers. si tamen haereditatẽ. C. de his q. ant. apert.
o l. j. §. quibus. de success. edict.
p l. fin. quis ord. in bon. poss.
q l. ij. C. ad officia.

AXIOMA XXIIII.

QVapropter tollitur alia quae cõtra Bartolum pugnabat ratio: quod cùm substitutio iure accrescẽdi potior sit[r], ergo multò magis patre, cui ius accrescendi praefertur[s]. Nam non praeferretur, nisi & tacita quoq; temporis cõditio defecta fuisset[t]. Non obstat quod conditio illa, quisquis mihi haeres erit, ad patrem non extendatur[u]: Quia illa substitutionibus tacitè non inest. Et ideo cùm exprimitur à testatore, ueram conditionem important[x], & per consequens in facto consistit, ut & aliae cõditiones[y]. Vnde non, nisi de his qui haeredes scripti sunt, intelligitur[z].

r l. ij. §. si duo. de secun. tab.
s d. l. ij. C. ad offi.
t d. l. unica. C. de his qui ante.
u d. l. qui liberis. §. j.
x d. l. qui liberis. in fin. princ.
y d. l. qui haeredi. in princ.
z l. iij. de uulg.

AXIOMA XXV.

QVintò dubitatur, quid si institutus non solùm substitutum habeat, sed etiam haereditatem restituere grauatus sit? Et respondẽt Doct. fideicõmissariũ substituto praeferri[a]. Quia uerisimile non est, substitutum magis dilectum fuisse, cùm fideicõmissarius etiam instituto praeferatur[b]: multò magis ergo substituto[c]. Verùm aliqui dixerunt haec uera esse, dummodo substitutus quoq; idem fideicommissum restituere grauatus non esset. Sed ego puto indistinctè institutum à fideicõmissario cogi posse, ut haereditatem adeat & restituat[d]. Quoniã qui, idem substitutus & fideicommissarius est, institutum ut adeat cogere potest: si sua magis intersit, ex restitutione quã ex substitutione haereditatẽ cõsequi[e].

a l. facta. §. Iulianus. ad trebel.
b l. publius. §. j. in fi. de condit.
c l. de acceptionibus. de diuers.
d l. iij. C. ad trebell.
e l. recusare. §. Titius. ad trebell.

AXIOMA XXVI.

SExtò dubitatur, an fiscus qui instituto, si indignus sit, succedit: substituto praeferatur? Et post aditam haereditatem certum est praeferri[f]. Sed & idem Bartolus ante aditionem esse credidit[g], cuius sententiam ueram esse affirmant interpretes: si institutus postquàm indignus est repudiauit uel decesserit. quo casu (inquiunt) ius fisco quaesitũ amplius auferri non potest[h]. Sed ego nunquàm puto fiscum haereditate non adita substituto praeferri[a], si in nulla culpa aut mora substitutus fuerit[b]. idq; maximè iure nouissimo locum sibi uendicat[c].

f l. post aditam. C. de impub.
g l. si sequens. in princ. ad Sylla.
h l. si post mort. §. fi. de cõtratab.
a §. si uerò instituto. Auth. de haere. & falcid.
b l. sororem. C. de his quib. ut ind.
c l. unica. § pro secundo. C. de caduc. toll.

AXIOMA XXVII.

NOn me mouet Martianus, qui pro Bartoli sententia allegatur: inquiens, ad sequentem gradum, hoc est substitutum, quamuis testatoris mortem ulcisci uellet, prioris haereditatem non transferri[d]. Nam Martia. manifestè docet, se de haereditate instituti loqui, qui iam adiuerat. alioqui nõ esset instituti haereditatis translatio: cùm substitutus, simul atq; institutus ex eo quòd indignus sit adire non potest, non iure translationis sed substitutionis haereditatem consequatur[e]. Non obstat quod ius fisco quaesitum auferri illi non potuit: Quando quidem ante aditam ab instituto haereditatem, nihil iuris fisco quaeri potuit[f].

d d. l. si sequens. in princ.
e l. cùm proponas. uer. nõ potuerit. C. de haere. insti.
f d. l. unica. §. in nouissimo. uer. haered. C. de caduc.

AXIOMA XXVIII.

VLtimò quaerit Bartolus, an substitutus cum instituto in haereditate interdum concurrat? ex generali

enim

enim regula non concurrit[g], exceptis certis casibus: ut si institutus qui putabatur liber, seruus esset[h]. Quod & in Monacho & filio institutis, quos sui iuris esse testator credebat, Docto. extenderunt[i]. Vt uidelicet substitutus in parte dimidia cum instituto concurrat[k]. Sed etsi tibi ex parte purè instituto, in alia parte, quam tibi sub conditione reliqui, substituero: deficiente conditione substitutus tecum concurret[l]. Sed an cum filio testatoris instituto, si legitimam tantùm habere uellet; in reliquo illius substitutus cõcurrat? Et concurrere Bartolus existimauit[m].

g l.iij. de acq. hær.
h l. si paterfam. de hæred. instit.
i d.l. cum proponas. ubi Docto.
k Theoph. §. fina. instit. de uulg.
l l. si te solum. de hæred. instit.
m l. si libertus patrono § quid ergo. de bo. liber.

AXIOMA XXIX.

Contrariam tamen sententiam Doctor. communiter sequuntur, quoniam legitima institutionis titulo relinqui debet[n]: institutio autem ex parte acceptari non potest[o], etiam si substitut⁹ datus fuerit[p]. Præterea substitutioni inest conditio potestatiua, hæc puta, si hæres esse non uoluerit[q]; sub conditione autem potestatiua filius institui potest[r], quam si non adimpleuerit sibi imputare debet[s], ita ut nec legitimam autore Decio amplius petere possit[t].

n §. aliud. in princ. Auth. ut cum de app.
o l.j. de acq. hær.
p l. si solus. de acq. hæred.
q d.l. cum proponas.
r l.iiij. in princ. de hæred. instit.
s l. iam dubitari. eod.
t Decius, l. iij. C. de impub.

AXIOMA XXX.

His tamen non obstantibus Bartoli sententiam ut ueriorem sequor[u]; quoniam donationem filius reiecta hæreditate retinere[x], & filia dotem, siue iam traditã siue promissam, repudiata hæreditate acceptare potest[y]. Non obstat quod hæres institutionem pro parte approbare non possit[z]. Non enim legitimam quasi ex testamento, sed ab intestato ueluti debitam petit[a]. Quare testatoris iudicium non impugnat, qui iusta ratione se negotijs hæreditarijs implicare noluit[b], alioqui legitimam sine onere cõsequi non posset, quod tamen lex præcipit[c]. Ab intestato uerò filius solum legitimam, ut se ab oneribus liberet, consequi non potest[d]: quia legitima quamuis nouo onere à testatore grauari non possit[e], antiquis tamen testatoris debitis obnoxia est[f].

u l. excusatus. siqs omiss.
x Auth. unde si parens. C. de inoff. testa.
y l.fi. de coll. dot.
z l.j. de acq. hære.
a l. præterea. si quis omiss.
b l. filio. in fin. de lega. j.
c l. quoniã in prioribus. C. de inoff. testa.
d Alex. l. quia poterat. ad trebell.
e d.l. quoniam.
f l. Papinianus. §. quarta. de inoff. testa.

AXIOMA XXXI.

Caeterum præter suprascripta, & alios effectus habet uulgaris substitutio. In primis quod ab ea testamẽtum incipere possit[a], quocunq; modo deficiat institutio: instituti morte[b], deportatione[c], uel alia incapacitate[d], aut illius negligentia[e], aut etiam conditionis defectu[f]. Addit & Bartolus à substitutione testamentum incipere, si institutus emancipatus sit[g], & substitutus suus esset[h]. secus (inquit) si extraneus fuerit[i]: tunc enim emancipatio institutionis non tollit gradum[k].

a l.iij. §. fi. de liber. & posth.
b l. Thais. §. splendophorus. de fideicom. liber.
c l. si necem. §. j. de bon. lib.
d l.ij. C. de hæred. instit.
e Authen. hoc amplius. C. de fideic.
f l.ij C. de instit.
g Bart. l.j. nu. 29. de uulg.
h l. Gallus. § & qd si tantum. uerb. emancipatus.
i §. seruus autem. uers. si uero. insti. de hæred. instit.
k d.l. Gallus. § fin. in fin.

AXIOMA XXXII.

Verùm ego fortius crediderim, nunquã tollere posse: sed utrunque æquis portionibus admittẽdum[l]. Qua de re tamen fusius alibi disputatur[m]. Cæterum disputant Doctor. an etiam à tacita uulgari testamentum incipere possit? Et posse non dubito: quoniam uulgaris nũquàm effectum habet, nisi ab ea testamẽtum incipiat[n]. Vnde cõsequens est, cùm sit quædam uulgaris tacita effectum habens[o], & ab ea testamentum incipere posse[p], eo uidelicet casu quo filius ante patrem moritur, aliâs morte patris expiraret substitutio tacita: Theoph. insti. de pupilla. in princ. Non obstat quod expressa Pupillaris, sub qua continetur uulgaris tacita[q], locum non habeat, nisi à patre institutus hęreditatem adiuerit[r]. Nam non requiritur quod ex institutione adeat[s], uerùm sufficit eum ex uulgari tacita adire[t].

l Arg. §. fin. instit. de uulg. & rubr. de cõiung. iunct. l.j §. hoc edictũ. cum uers. seq.
m Doct. d. §. & q̃d si tantum.
n l. post aditam. C. de impub.
o l.iiij. de uulg.
p l. et si contra. eo.
q d.l.iiij.
r l. ij. §. adeo. de uulg.
s l. si pater filium. in fi. eod.
t l. lex cornelia. cũ glo. uerb. nõ existimo. eod.

AXIOMA XXXIII.

Non obstat quod Vlpianus ait, fideicõmissum in pupillari substitutione relictum non deberi, nisi institutus hæreditatem adiuerit[u]: quasi testamentum ab institutione incipere debeat[x]. Quoniam Vlpia. nõ dicit, ex institutione hæreditatem patris esse adeundam, sed simpliciter adeundam esse. alioqui ea nõ adita pupillaris substitutio nulla esset[y]. Sufficit autem (ut dixi) quod uel ex tacita uulgari adeatur[z]. Sed quid si pupillus uiuente testatore mortuus sit, an adhuc à tacita uulgari testamentum incipiat? Et non incipere Dynus uoluit, cùm Papinianus

u l. apud Iulianũ. §. idem Iulia. ad trebell.
x l. sed si plures. §. si ex asse. de uulgar.
y d. §. adeo.
z d.l. si pater filiũ. in fin.

nus dicat, filio ante teſtatorem mortuo de ſecundis tabulis nihil tractari poſſe[a]. Sed communis opinio contraria uerior eſt[b]. Quia in uulgari tacita non de ſecundis tabulis, id eſt pupilli bonis, ſed de paternis agitur[c].

a l. quod ſi filius. de capti.
b §. pro ſecundo. cũ glo. uerb. ſubſtitutus. C. de caduc.
c d. l. ſi pater filiũ. in fin.

AXIOMA XXXIIII.

EST & alius uulgaris ſubſtitutionis effectus, quod per illã teſtatori ſuccedamus[d], etiam ſi tacita fuerit[e]: ut & contrà per Pupillarem etiam tacitam pupillo ſuccedicur[f]. Sed cùm una ſubſtitutio aliam tacitè continet, qui ex pupillari ſuccedit, ſemper utriq; & patri & pupillo ſuccedere dicitur[g]. Quiuerò ex uulgari ſuccedit, alterutrius uel patris uel pupilli hæreditatem acceptare poteſt[h]: niſi & ipſe ſolus cohæres inſtitutus eſſet[i], uel ſolus inſtitutus & pupillo exhæredato ſubſtitutus: Quibus caſibus utranq; hæreditatem aut neutram acceptare debet[k]. Niſi pupillarem ab inteſtato petere poſsit[l], quam adhuc non conſequeretur, ſi contrà patris teſtamentum ageret[m].

d Inſtit. de uulga. in princ.
e d. l. ſi pater filiũ. in fi.
f l. ſi ita. §. q filio. de ſecund. tab.
g l. paterfa. uerſi. at cùm ſubſtituitur. de priuil. cred.
h l. ſi pupillus. de acquir. hær.
i l. quæſitũ. in fin. eo. titu.
k l. ſed ſi plures. §. ſi ex aſſe. de uulga.
l l. ſi filius qui patri. eo.
m l. is qui contra. eo. titu.

AXIOMA XXXV.

POſtremò notãdum eſt uulgarem ſubſtitutionem hæreditate per inſtitutum adita extingui[a]. Quod idem eſt & in legati ſubſtitutione[b], adeò ut ſi plures ſubſtitutionum gradus feceſrim, omnes per primi hæredis aditionem expirent[c]. Quoniam qui ſemel hæres extitit, nunquàm hæres eſſe deſinit[d]. Non ita eſt in uſufructu, qui, quamuis ſemel agnitus ſit, adhuc ad ſubſtitutum peruenire poteſt[e]. Quia uſuſfructus quotidie conſtituitur[f], nimirum ex patientia illius qui conceſſit[g], & ex facto eius qui fruitur conſiſtit[h]. Et ideo perſonæ non portioni accreſcere dicitur[i], eóque duntaxat qui fruitur & non alio reſpecto metiri debet[k].

a l. poſt aditam. C. de impub.
b l. ſi legata. C. de lega.
c l. ſi mater. §. fina. de uulg.
d l. ei qui ſoluẽdo. in fin. de hæred. inſtit.
e Alexã. l. j. nu. 40. de uulg.
f l. j. §. ſed in uſuſfructu. de uſufru. accreſc.
g l. iij. §. dare. de uſufr.
h l. j. in prin. quando dies uſuſfr.
i l. & an eundem. §. qui cũ partem. de excep. rei iud.
k l. ſi quis uſumfr. de uſufr. lega.

AXIOMA XXXVI.

SEd quæſtio eſt, an uno hærede adeunte ſubſtitutio pluribus facta omnium reſpectu euaneſcat? Et ſi pluribus ſeparatim facta ſit, eius qui adiuit reſpectu tantùm extinguitur[l]: maximè inter ſeparatos[m], inter quos non niſi per ius accreſcendi alter alteri ſuccedere poteſt[n]. Iure autem accreſcendi ſubſtitutio ſemper potior eſt[o], etiã ſi filius fuerit qui iure accreſcendi agere uellet[p]. Idem eſt ſi pluribus coniunctis ſeparatim ſubſtitueretur: puta, ſi quis eorum hæres nõ erit[q]: uel, ſi Titius aut Seius hæres non erit[r]. Idem ſi facta uni eſſet qui plurium perſonas repræſentaret[s]: quoniam perſonæ illæ ſeparatorum loco eſſe dicuntur[t].

l l. ex duobus. §. ſi litum. de uulg.
m l. cùm ex filio. §. fin. eo.
n l. unica §. his ita. uerſi. in his. C. de caduc.
o l. ij. §. ſi duo. de ſecun. tab.
p l. ſi poſthumus. uer. quod uulgo. de libe. & poſth.
q l. hoc articulo. in fi. de hær. inſtit.
r l. ſi is qui cc. §. fi. de reb. dub.
s l. fina. in princ. de uulg.
t l. & proculo. de lega. ij.

AXIOMA XXXVII.

SEd quid ſi coniunctim facta fuerit ſubſtitutio? Et ſi fideicommiſſaria ſit pluribus facta, adhuc ex unius perſona (niſi illi plures inuicẽ tacitè ſubſtituti ſint[u]) locum ſibi uendicare ſolet[x]: quia in fideicommiſsis non uerba ſed uoluntas ſpectatur[y]. Si uerò ſit ſubſtitutio directa pluribus facta, non niſi omnibus deficientibus locum habet[z]: iuriſq; accreſcendi poſtponitur[a]. Et hæc eſt communis ſententia[b], de qua tamen Iaſon plurimum dubitat[c].

u l. Titia Seio. §. Seia. eo. titu.
x l. Lucius. §. caio. ad trebell.
y l. hæredes. §. cum ita. eo.
z l. pe. C. de impub.
a l. q duos. de uulg.
b l. quiuis. C. de impub. l. quidã teſtamento. de uulg.
c Iaſ. l. j. nu. 67. de uulg. arg. l. fin. in princ. eo. tit.

AXIOMA XXXVIII.

EGo igitur arbitror nullam uerborum ſeparationem[d], aut cõiunctionem in his ſubſtitutionibus conſyderandam eſſe[e]: ſed duntaxat ipſius teſtatoris mentem[f]. Quæ ſi certa ſit, amplius de ea quærendum non eſt[g]. Si uerò dubia eſſet, ſubſtitutio impuberibus facta, non niſi omnibus deficientibus locum habet[h], etiam ſi ſimpliciter facta fuerit[i]. Omnibus autem deficiẽtibus etiam pro parte admittitur[k]. Si uerò hæredibus extraneis fiat ſubſtitutio, ſiue ſeparatim[l], ſiue coniunctim factã ſit: etiam uno deficiente, illius portionis reſpectu locum habere ſolet[m].

d d. l. ſi is qui cc. §. fina.
e l. falſa. §. fina. de conditio.
f l. qui concubinã. §. ſi ſtichus. de lega. iij.
g l. ij. de condit. inſtit.
h l. pen. l. iiij. C. de impub.
i Arg. l. cũ acutiſſimi. C. de fideicom.
k d. l. hæredes. § j.
l l. pen. de iniuſt.
m l. Lucius. §. caio. ad treb.

AXIOMA XXXIX.

SEd qd ſi inſtitutus adiuit, & poſtea per reſtitutionem abſtinet: an ſubſtitutus admittatur? Omnes ferè admittendum cenſuerunt[n]: adeò ut etiam ex ſententia contra inſtitutum ante reſtitutionem lata conueniri poſſit.

n l. etſi fine. §. ſed q pap. de mino.

r

sit[a]. Sed quidam contrà negantes restitutionem uni concessam alteri prodesse[b], nec substitutionem instituti aditione semel extinctam amplius resuscitari[d], sed statim ad fiscum hæreditatem peruenire[e]. Respondentq; communem sententiã in speciali casu procedere, uel cũ seruus substitutus est[f], uel cùm pupillus suus hæres instituitur, & non per restitutionem sed ipso iure hæreditate abstinet[g].

a l. ex cõtractu. de re iu. lic.
b l. iij. § sed utrum. de mino.
c d. l. post aditam.
d l. qui r s. § arcã. de solutio.
e l. fina. de success. edict.
f d. §. sed q; Papinianus.
g d. l. ex cõtractu.

AXIOMA XL.

EGo tamen communem sentẽtiam ueriorem existimo[h]. Quoniam aditio perinde ab intestato ac ex testamento posteriores excludere dicitur[i]: & tamen uno aduersus aditionem restituto sequens admittitur[k]. Quoniam restitutio licet ius facilitate perditum alij quàm minori minimè restituat[l], quilibet tamen, id quod non suo sed restituti facto perdidit, recuperat[m]. Sed non ius directum, illud enim per aditionem extinctum est[n], sed utile duntaxat[o]. Non obstat quod Papinianus prioris qui abstinuit, hæreditatem sequentibus exclusis ad fiscum deferat[p]: quoniam de bonis uacantibus loquitur, id est de his quæ nullus hæres habere uoluit[q].

h d. §. sed q; Papin d. l. ex cõtractu.
i l. ij. in princip. de suis & leg.
k l. i. §. si quis adita. ad tertull.
l d. §. sed utrum.
m l. q; si minor. § restitutio. de minor.
n d. l. post aditam.
o l. fina. C. ex quib. caus. maior. l. ij. §. interdum. in fin. de uulg.
p d. l. fin. de success. edict.
q Barto. in l. postquam. in fi. princ. ad legator.

AXIOMA XLI.

RVrsum dubitatur, An institutus, à quo filius præteritus est, substitutum excludat? Et cùm bonorum possessor sit, hæredisq; loco habeatur[r], Bartolus excludere uoluit[s]. quando uidelicet filius qui præteritur ante testatorem mortuus esset[t]: secus (inquit) si testatore iam mortuo decessisset. Sed Bartoli sententiam Iason & quidam alij non probant: quoniam omni tempore talis substitutus, non obstante filij præteritione, adire potuit[u], & per consequens substitutum semper excludere[x]. Sunt & alij qui dicant, ut hoc casu neq; institutus, neque filius ipse admittatur aduersus substitutũ, à quo legitimè est exhæredatus: quoniam ab eo gradu testamentũ incipere dicitur[y]. Vnde inferunt, filium, qui à substitutis rectè exhæredatus est, nunquam posse institutionis gradum approbare ad suã, uel institutorũ utilitatem: sed substitutis repudiantibus, res ad intestati deueniat causam.

r §. quos autẽ. Instit. de bo. poss.
s l. ij. §. defertur. §. si duo. de sec. tab.
t Barto. l. j. num. 51. de uulg.
u l. filium. de contrata.
x l. uj. de acq. hære.
y l. si filius. de hæred. instit.

AXIOMA XLII.

VLtimò dubitat Bartolus, numquid per filij emancipationem sicut substitutio pupillaris extinguitur[y], ita & uulgaris tacita? Et extingui plerique affirmant[z], quoniam pater qui uolens filium suum emancipauit[a], si aliter non substituit, sibi imputare debet: cùm sciebat emancipatione pupillarem expressam[b], & ex consequẽtia tacitam uulgarem extingui[c]. Voluntarius enim emancipationis actus plus nocere solet[d], quã filij mors, quæ uulgarem illam tacitam non excludit[e]. Sed ego contrariam cum multis alijs sequor sententiam. Nunquàm enim tacita uulgaris extinguitur, siue filij morte[f], siue testamenti impugnatione[g], siue emancipatione pupillaris expressa expiret[h]. Alioqui superfluè lex diceret, emancipatione pupillarem extingui, si uulgaris quoque expiraret[i].

y l. cohæredi. § cũ filiæ. de uulg.
z Bart. d. l. j. nu. 65.
a §. fin. Instit. quib. mod. ius patr.
b Arg. l. tractabatur de milita.
c l. si filij sicdij quæ ad. fer. amit.
d l. fidei. cõmissa. §. si rem. de leg. iij.
e l. si pater filium. in fi. de uulg.
f d. l. si pater filiũ.
g l. etsi contratab. eo.
h l. quod si filius: de capti.
i d. l. cohæredi. §. cum filiæ.

AXIOMA XLIII.

SEd an sicut pupillaris expressa pubertate extinguitur[k], ita & tacita uulgaris? Bartolus extingui uoluit, si pupillaris substitutionis tempus fuerit limitatum[l], & nõ aliter[m]. Quidam uerò indistinctè existimarunt nunquã expirare posse[a]. Nos arbitramur tacitam illam uulgarem testatoris morte semper extingui[b]: cùm pupillus statim mortuo testatore sine ulla aditione hæres sit[c]. nec ob id quod abstinendi beneficium habeat, ipso iure hæres esse desinit[d].

k l. in pupillari. de uulg.
l Arg. l. si ita quis. eo.
m Arg. l. si. uers. tũc enim. C. de hære. instit.
a Argumẽ. l. iiij. de uulg.
b Theop. Instit. de pup. in princ.
c l. in suis. de su. & leg.
d l. j §. qui sunt in potestate. si quis omi. caus.

AXIOMA XLIIII.

HActenus de uulgari substitutione: Nunc Pupillarem exponamus, quæ moribus, non Lacedæmoniorum ut uoluit Accurs.[e] sed Romanorum magis est introducta[f], & diui Marci cõstitutione approbata[g] Quare non iuris consuetudinarij sed Ciuilis esse dicitur[h]: & ideo neq; probari debet[i]. Vt autem locum habeat, multa requiruntur. Primò ut liberis fiat[k].

e l. ij. in princ. cum glo. j. de uulg.
f Argu. l. more. in prin. de acq. hær.
g l. iij. in princ. de uulg.
h l. j. §. has autem. C. de uete. iur.
i Bart. Lornamentorum in fine. de aur. & arg.
k d. l. ij. in princ.

Liber

Liberorum autem appellatione nepotes & alij ascendentes ueniunt [l]. Quapropter illis substitui pupillariter potest, si in parentis potestatem non sint recusari [m]. Quãquàm etsi pupillariter fuerit extraneo substitutum, fideicommissi iure defendi substitutio posit [n].

AXIOMA XLV.

Secundò requiritur, ut liberi illi sint impuberes [o]. Impuberes si foeminæ, usque ad duodecimum annum: si masculi usque ad decimumquartum, dicuntur [p]. Et ideo licet intra breuius tempus concipi hæc substitutio posit [q]: in longius tamen tempus concepta nihilominus pubertate finietur [r], adeò ut ultimus dies pro completo habeatur [s]. Ita ut post id tempus nec in uim fideicõmissi [t] (nisi in Militis [u], aut Matris fauorem) ualere posit [x]. aut nisi de expressa testatoris mente appareat [y].

AXIOMA XLVI.

Sed etsi usque ad XXV. annum liberos esse impuberes lex Municipalis statueret, cùm certum sit pubertatis tempus iuris positiui esse aliter à Iustiniano [a], aliter à Pontifice coarctatum [b], illud mutari poterit [c]: & per consequens usque ad illam ætatem pupillariter & directò substitui [d]. Quia tandiu pupillariter substitui potest, quandiu pupillus sibi testamentum facere non posit [e]. Quanquàm Bartolus uoluerit hoc in casu exemplariter duntaxat substitui posse [f].

AXIOMA XLVII.

Tertiò requiritur, quod liberi illi in testatoris potestate existant [g]. Nec refert an naturales & legitimi sint, an adoptiui [h]: quibus, & in Quarta & in bonis quæ adoptionis causa habet, substitui potest [i]: modo ab extraneo non fuerint adoptati, illi nanque in potestate non sunt [k]. Naturalibus quoque Liberis (cùm in patris eorum potestate non sint [l]) pupillariter substitui non potest [m]. Volunt tamen quidã illis simpliciter substitui posse, modo pater illos naturales non appellet filios [n]: qua de re ego dubito, cum uerba

l l. liberorũ. de uerbo. signi.
m d. l. ij. uersi. nepotibus.
n l. ex facto. § prin. ad treb.
o d. l. ij. in princ.
p Insti. quib. mod. tute. fin. in princ.
q l. si ita quis. de uulga.
r l. in pupillari. eo.
s l. qua ætate. de testam.
t l. uerbis. uers. frustra. de uulg.
u l. centurio. eo.
x l. precibus. in fin. C. de impu.
y d. l. uerba. uers. ne fiat à contrario sensu.
a Instit. quib. mod. tut. su fi. princ.
b c. puberes, de desponf. impub.
c l. mela. de alimẽ. lega.
d Alexan. d. l. ij. de uulg.
e Insti. de pupil. in fi. princ.
f Bart. d. l. ij.
g d. l. ij. in princ.
h d. l. ij. § sed etsi extraneum.
i l. sed si plures §. in arrogato. eod. titu.
k § sed hodie. Instit. de adopt.
l Insti. de patr. potest. in princ.
m l. fin. eo. de uulg.
n Arg. Auth. si quis liberas. C. de natura. liber.

enunciatiua [o], ne in institutione quidem, aliquid importent [p]. nisi specialiter testator instrumentum confecisset, quo tales filios suos esse affirmauit [q].

AXIOMA XLVIII.

Rursum neque emancipatis [a], neque hæreticis [b], neque filijs reprobam religionem sequentibus pupillariter substituere possumus: cùm in potestate nostra non sint [c]. Mater item pupillariter filijs non substituit, quos in potestate non habet [d]. Illos tamen, cum quatuordecim annorum erunt, instituere: etsi hæredes non sint, substituere potest [e]. Quæ institutiones usque in pubertatis tempus differuntur [f]: & ea propter Pupillares tabulæ dicuntur [g], uidenturque in id tempus substituti gratia esse dilatæ, ut mater quæ pupillariter substituere non poterat, saltem instituere pupillariter, uulgariterque substituere posset [h]. Pupillariter tamẽ substituere potest, si ex statuto filios in potestate habeat [i], modo pater mortuus esset, qui alioquin præferretur [k].

AXIOMA XLIX.

Sed dubitatur, quo tẽpore debeat filius impubes in testatoris potestate esse. Et certum est mortis testatoris tempore debere esse [l]: nec admodum refert, si testamenti tempore extraneus fuerit [m], mortuo uerò testatore impubes in alterius potestatem recidere non debet [n]. Et ideo si se arrogandum dederit, finitur quidem substitutio [o]: uerùm tamen substitutis, de omnibus bonis quæ ad ipsos, si arrogatio facta non fuisset, peruenissent [p], cauendum est [q]. etsi illis non caueatur, utiles habent actiones [r].

AXIOMA L.

Quartò requiritur, ut liberi uel instituantur uel exhæredẽtur [s]: quoniam illorum præteritione patris testamentum ipso iure nullum est [t], & per consequens pupillaris substitutio [u], quæ pars est & sequela paterni testamenti [x]. Quare si querela paternum testamentum prorsus oppugnatum fuerit, corruet & pupillaris substitutio [y]. Quod tamẽ secus est si cons-

o Auth. si quis. C. de edend.
p l. ex facto. § de hæred. instit.
q d. Auth. si quis liberos.
a d. l. ij uer. cæterũ.
b c. ij. de hæreti. in vj.
c c. iudæorũ. 28. q. j.
d c. foeminæ. Instit. de adopt.
e l. si mater. § prin. de uulg.
f l. si cui. § j. de lega. j.
g d. l. si mater.
h d. l. si mater.
i Arg. l. humanitatis. uerb. parentibus uerb. qui uel quæ. C. de impu.
k l. iij. de curat. furios.
l l. cohæredi. § cũ filiæ. de uulg.
m d. l. ij. u. r. sed etsi extraneum.
n d. l. ij. uers. nepotibus.
o l. nec ei. § cæterorum. de adop.
p l. non aliter. eo.
q l. causa cognita. de uulg.
r l. his uerbis. de adopt.
s d. l. ij uers. ita demum.
t l. antepen. de libe. & posth.
u d. l. ij uers. nam si principale.
x d. § liberis. Insti. de pupill.
y l. Papinianus. § sed nec impuberis. de inoff. test.

trà tabulas patris iure prætorio actũ esset[a]: quoniam à patre institutus per ius prætoriũ hæres esse non desinit[b]. Nonnulli tamen putarunt substitutionem pupillarem filij præteritione hodie non uitiari[c]. Sed alij multi contradixerunt.

a Lex duobus. §. fi. de uulg.
b §. quos autem. in stit. de bon. poss.
c Authen. ex causa. C. de lib. præt.

AXIOMA LI.

NOs quandoq; docuimus præteritionem ab ipsa præteritionis causa lõgè differre: quoties enim præteritionis causa in testamento inserta nõ est, solus præteritionis uitiatur gradus: ita tamen ut legata & substitutiones firma remaneant[d]. Præteritio uerò totum gradum in quo facta est, nec non illius gradus & legata[e], & substitutionem, non uulgarem[f] sed pupillarem, uitiat[g], nisi præteritus testamentum cõprobauerit[h], siue cuius approbatione substitutio, siue ipsi præterito siue ei à quo præteritus est filius facta fuerit, non ualet[i], quoniam si nihil approbet, paternũ testamẽtum corruit[k], & per consequens pupillare[l]: tametsi nonnulli dissentiant.

d §. aliud. uersic. si uero contigerit. Auth. ut cum de appel.
e l. j. in fin. C. de posth.
f l. ex facto. §. lucius. de uulg.
g d. l. ij. uersi. ita tamen.
h l. filio. de inoff.
i Bart. d. l. ij. nu. 12.
k d. l. antepe. de liber. & posth.
l d. l. ij. uersi. nam si principale.

AXIOMA LII.

QVintò requiritur, ut pater sibi prius testamẽtum faciat[m]. Prius autem interpretamur, non ex scripturæ, sed ex successionis ordine[n]: ut qui prius succedit, quamuis ultimò scriptus sit, primus dicatur[a]. Vltimò requiritur, ut patris testamentũ ualeat[b]. Quare dubitatur an sicut paternum inter liberos factum, quamuis minus solenne sit, ualeat[c]: ita quoq; & pupillaris substitutio, si extraneo facta fuerit. Nam ualere quidam putant, cum pupilli sit fauor[d]: Quod alij uerũ credunt, si testator nullos alios liberos habeat[e]. Sed nos cum communi sententia substitutionem ualere negamus[f].

m d. l. ij. §. prius.
n l. si quis. iij. de hæred. instit.
a l. ij. §. si quis ita scripserit. de secun. tab.
b d. §. liberis. in fi.
c l. hac consultiss. §. ex imperfecto. C. de testa.
d l. si pupillus. de acqui. hæred.
e Argu. l. cũ Auus. de conditio.
f d. §. ex imperfecto. uersi. si uero.

AXIOMA LIII.

CAeterũ ut patris ualeat testamentum, illius debet adiri hæreditas: alioquin ita fit irritum[g], ut nihil in eo scriptum ualeat[h], ne pupillaris quidem substitutio[i]. nisi aut miles testator esset[k], aut institutus omissa causa testamenti ab intestato hæreditatem possideret[l]. Sed contrà pupillus, cui facta est pupillaris substitutio, cum sine ulla aditione ipso iure hæres patri suus sit[m]: superfluè uidetur Vlpianus dixisse aliam aditionem requiri. Respondent Doctor. solam suitatem sufficere, ut pupillaris substitutio locum habeat[n]: & Vlpianum qui aditionem requirit[o], in eo casu restringunt, quo pupillus cohæredem extraneum haberet: tunc enim (inquiunt) per cohæredis dationem tollitur suitas[p].

g §. posteriore. in fi. insti. qui. mod. testa.
h l. si nemo. de testa. tut.
i l. ij. §. adeo. de uulg.
k l. miles ita. §. fin. de milita.
l d. l. ij. uersi. planè.
m l. in suis. de suis & leg.
n l. si pupillus. de acq. hæred.
o d. § planè.
p l. apud Iulianum. § idem Iulianus. ubi Alex. ad Trebel.

AXIOMA LIIII.

SEd hanc responsionem quidam & falsam esse & diuinatricem censent inquiẽtes suitatem pupillari substitutioni non facere locum, nisi pupillo frater substitutus esset[q]: quoniã illi & ab intestato debetur hæreditas[r]. Censetur igitur idem non esse in substituto seruandum ut in pupillo[s]: alioqui si tantùm suitas in substituto operaretur, superfluè Vlpianus paternæ hæreditatis aditionem desyderasset[t]. Ego itaque arbitror, filium impuberem qui & suus & necessarius hæres est[u]: per substituti[x], aut cohæredis dationem de necessario hærede uoluntarium effici[y].

q l. filius qui se. de acq. hæred.
r l. si filius qui pater. de uulga.
s l. pater si. §. idem & in substituto. de primil. cred. ubi textus negatiuè legẽdus est.
t d. § planè.
u §. fina. institu. de her. qual.
x l. iam dubitari. in princ. & in fin. de hæred. instit.
y l. quæsitum. in fi. de acq. hære.

AXIOMA LV.

SVitatem uerò, quia & naturalis est[z], & à patria potestate pendet[a]: nunquam nisi uno casu per emancipationem puta, aut quid aliud simile[b], tolli posse[c]. adeò ut neq; per exhæredationem auferatur[d]: siquidem exhæredatio post aditam tantùm hæreditatem uim habet[e], ergo hæreditatẽ tantùm non suitatem (quæ mortis tempore consyderatur[f]) aufert nimirum cùm patriam potestatem non extinguat[g]. Suitas igitur obstante naturali ratione & patria potestate, neque à lege[h], neq; à solo testatore[i], neq; illius quoque qui suus est repudiatione tolli potest[k]. Et ideo uerum non uidetur, quod Bartolus censebat, filiam per statutum successione priuatam, desinere suam esse[l]. cùm lege suitas tolli non possit.

z l. fin. in princ. de bon. dam.
a l. lege Cornelia. in fi. de testa.
b §. sed ut nepos. Institu. de hæred. qual.
c § emancipati. Institu. de hære. quæ ab intest.
d l. in suis. in fin. de liber. & posth.
e l. filium. §. sed cũ exhæredatio. de contrata.
f § posthumorum. Institu. de exhære.
g institu. de pupil. in princ. & §. non solũ. uerb. in potestate. & uerb. exhæredatis.
h l. j. §. qui sunt in potestate. siquis omiss.
i d. l. in suis. uersi. si.
k l. fin. C. de repud. hæred.
l Bartol. l. j. §. sciendum. de suis & legit.

AXIOMA LVI.

Verùm

VErùm tamen alium effectum habet hæc suitas, postquam suus hæreditati se immiscuit: alium quando se nunquàm immiscuit[m]. Immixtio etenim perinde patris testamentũ cõfirmat, atq; aditio[n]. Vnamq; & patris & filij facit hęreditatem, quæ amplius separari non potest siue insolidum[a], siue pro parte suus succedat[b]. Et quãuis suus qui se immiscuit, posit restitui, ut non teneatur creditoribus[c]: tamen ex qua causa se immiscuit, siue testati siue intestati, ex eadem manet hæres[d]. nec per restitutionem (nisi in speciali casu) hæres esse desinit[e]. Sed illo restituto substitutus utilibus actionibus succedere potest[f]. Atq; eapropter omnibus tenetur creditoribus[g], nec amplius hęreditates separari possunt[h]: quod tamen in eo secus est qui restituto ab intestato succederet[i].

AXIOMA LVII.

SI uerò suus nũquàm se immiscuit, adhuc dubium non est, ex sola suitate absq; ulla alia aditione uulgarem substitutionem extingui[k]. Quoniam hæreditatis abstẽtio[l] (imò ne repudiatio quidem[m]) suitatem non tollit. In pupillari uerò substitutione sic distinguendum arbitror. ut si quis pupillo tantùm substituatur, nec à patre instituatur[n], solam suitatẽ patris testamentum confirmare: posseq; substitutum etiam extraneum[o] filij hæreditatem à paterna separare[p]. Quoniam pupillus qui nunquàm se immiscuit, quamuis ob id suus ab intestato esse non desinat[q]: ob eamq; rem patris testamentum, ut substituto locus sit, satis cõfirmatum dicatur[r]: attamen ex testamẽto suus non est[s]. & per cõsequens nec substitutus ex testamẽto, patri, à quo institutus non fuit, succedere cogitur[t].

AXIOMA LVIII.

SI uerò substitutus simul & à testatore institutus sit, ille non id potest quod pupillus: qui omissa institutione propria bona retinere potest[u]. Sed idem in substituto seruandũ non est[x]. Nam si insolidum institutus sit, filij hæreditatem à paterna nunquàm separare potest[y]: etiam si suus hæres

m l. j. C. si minor. ab hæred.
n §. extranei. instit. de hære. qual.
a l. sed si plures. §. filio. in princ. de uulga.
b d. § filio. uersi. idẽ quoque est.
c l. necessarijs. uers. sed impuberibus. de acq. hæred.
d l. j. §. qui sunt in potestate. uers. q; si. si quis omiss.
e l. etsi sine §. sed quod uersi si ait prius. de minor.
f l. ij. §. interdum. in si. de uulga.
g l. ex contractu. de re iudic.
h l. paterfa. uersic. at cum substitutus. de priuileg. cred.
i d. l. paterfa. in fin.
k Theop. instit. de pupil. in princip.
l l. si quis suus. de iur. delib.
m l. fina. C. de repudian.
n l. si pupill. uerb. ei aliquis hæres. de acquir. hæred.
o d. l. si pupill. §. uersi. sed quod in patre.
p d. l. si pupillus. uerb. impugnat.
q d. l. si quis suus.
r l. ij. uersic. planè. de uulg.
s d. §. ios q; Papin. prim. iuncto uers. & quod ait.
t l. si is qui immiscuit. de acquir. hæred.
u d. l. paterfamil. in princ.
x d. l. paterfa. uersi. idem & in subst.
y l. si solus. de acq. hæred.

esset[z], cui nullus substitutus datus est[a]. Si uerò substitutus pro parte tantum institutus fuerit, si extraneus sit, adhuc hæreditates separare non potest[b]. Quia si suus sit, quamuis pupilli, cui substitutus est, hęreditatẽ omittere non posit[c]: (quia ei necessarius est hæres[d]) paternam tamen, non per contrata impugnare[e], sed simpliciter recusare potest[f]: siue pupillus institutus sit siue exhæredatus[g].

AXIOMA LIX.

COmpendiosa substitutio dicitur, quæ uerborum compendio ultra pubertatem porrigitur[h]: siue usq; ad XXV. annum substituerimus[i], siue usque ad aliud certum tempus[k], siue etiam sine certo tempore quandocunque hæres decesserit, fiat substitutio[l]. Sed plurimum refert an à Milite an à Pagano compendiose substituatur[m]. Miles enim & post aditam hæreditatem, & post pupillarem ętatẽ substituere potest[n]: Idq; proprio militum priuilegio[o]. Nam Paganus neq; post aditam hæreditatem[p], (quia hæres nõ potest desinere esse hæres[q]) neq; post pubertatem[r] (quia tunc hæres sibi testamentum facere potest[s]) substituere posset.

AXIOMA LX.

ATtamen dubitatur, an Compendiosa à milite facta, post XIIII. annos iure directo ualeat? Nam cùm ad fructus extendatur[a], iure directo ualere existimauerunt omnes[b]. Quibus refragari Imperator uidetur, inquiens matrẽ substituto post XIIII. annos excluso uelut ex fideicommissi causa admitti[c]. Alij aliter atque aliter soluunt. Nos uerò putamus, Cõpendiosam militarem ad bona, quæ ei cui substitutum est, post substitutionem acquisita sunt, nunquàm extendi[d]. Sed nec ad ea bona, quæ substitutionis tempore haberet, si post pubertatem decesserit[e]. Quia miles cùm partim testatus decedere posit[f], de suis tantũ bonis indubio testari præsumitur[g].

AXIOMA LXI.

SEd de bonis proprijs cùm miles semper usque ad tempus quod uo-

z l. quęsitũ in fi. eo.
a l. sed si plures. §. si ex asse. de uulga.
b l. qui patri. de acq. hæred.
c d. l. si pupillus. uersi. cæterum.
d d. l. sed si plures. §. j.
e l. is qui contrata. de uulg.
f l. si filius qui patri. eo.
g l. filios qui se. de acq. hæred.
h l. precibus. uers. si uero. C. de impu.
i l. Centurio. de uulg.
k l. cùm auus. de conditio.
l l. miles ita. l. prin. de milita.
m Glo. mag. §. qua ratione. instit. de pupil.
n d. l. Centurio. l. v. de militari.
o l. vi. in fin. C. de testa. milit.
p l. post aditam. C. de impub.
q l. ex qui soluendo. de hær. instit.
r l. in pupillari. de uulg.
s Instit. de pupil. in fi. princ.
a d. l. Centurio. in fin.
b l. iubemus l. prin. C. ad Treb.
c d. l. precibus. in fi.
d d. l. miles ita. §. exhæredato.
e d. l. centurio.
f l. si miles unum. de milita.
g l. ex militari. in fi. cũ seq. eod. tit.

let[h], etiam poſt aditam hæreditatem diſponere poſsit[i]: non uideo cur ad illa iure directo militaris compēdioſa omni tempore trahi nō poſsit[k]. Adeò ut etiam pupilli matrem excludat, ſi certa fuerit ſubſtitutio[l]. Dicitur autem certa, ſi miles ſubſtituerit quandocunque decedat hæres[m], uel ſi intra XXV. annum deceſſerit[n]. Quibus caſibus cùm manifeſtè contra ius commune ſe teſtari uelle doceat, illius uoluntas qualiſcunque fuerit obſeruanda eſt[o].

h l. in fraudem. §. miles. eo.
i d. l. v. eo.
k d. l. cēturio. in fi.
l d. l. vj. C. de teſta. mil.
m d. l. miles ita.
n d. l. centurio.
o l. j. de milita.

AXIOMA LXII.

SEd ſi ſubſtitutio ita concepta eſſet, ut etiam iure communi ualere poſſit: utputa ſi ſubſtituerit impuberi cū decederet[p], uel ſi duos impuberes inuicem ſubſtitueret[q]: tunc poſt pubertatem mater quaſi fideicōmiſſaria ſubſtitutum excludit[r]. Quia in dubio miles iure communi uelle uti præſumitur[s]: ius autē cōmune eſt poſt XIIII. annos conſanguineum cuicunque extraneo præferri[t]: milites igitur etiam poſt XIIII. annos in ſuis bonis directò ſubſtituere poſſunt[u]. Quod priuilegium & propter ſimplicitatem[x], & cùm in expeditione occupati ſunt[y], illis conceſſum eſt. Quibus rationibus manifeſtè oſtenditur, neque clericis, neq; Doctoribus idem ius concedi[z].

p c. j. de teſt. in vi.
q d. l. vi.
r l. precibus. uerſi. ſi uero. C. de impu.
s d. l. vi. in fi.
t l. cùm auus. de condit.
u d. l. centurio.
x l. j. de milita.
y l. pen. C. de teſta. mili.
z l. ſi. uerſic. in tali. C. de inoffi. teſt.

AXIOMA LXIII.

SOlis igitur militibus hoc priuilegium datur, qui uel aduerſus Turcas[a], uel pro patriæ defenſione militarent[b], uel in Regis cuſtodiam aſſcripti eſſent[c]. Sed alij milites, (quos equites auratos uocamus[d]) aut qui ſunt pedites mercenarij: ſi in procinctu non ſint[e], hoc priuilegio non gaudent[f].

a Barto. l. ij. C. de his qui nō impl. ſtip. lib. x.
b Caſtren. l. ſcriniarios. C. de milita.
c Argu. l. unicæ. C. de bono. poſſ. ex teſtam. mil.
d Docto. Rubr. C. de mili. teſta.
e d. l. unica.
f Gloſ. l. penult. ex quib. cauſ. maio.

AXIOMA LXIIII.

SEd quid de Compendioſa ſubſtitutione à Pagano facta dicendum eſt? Doctores inter uerba directa, obliqua & communia, differentiam conſtituerunt[g]. Directa uerba, quæ aliàs Ciuilia dicuntur[a], ſunt quæ directò per hæredem ipſum, & non per interpoſitam perſonam, hæreditatem transferunt[b]. Qualia ſunt inſtituo, hæredem facio[c], iubeo[d], Dominus eſto[e], bona mea tibi relinquo[f]. Obliquis uerbis (quæ & precaria iureconſulti uocant[g]: ut ſunt hæc rogo, uolo, mando[h]) hæreditatem ſeu legatum non per nos ſed per alium conſequimur[i]. Et ideo uerba fideicommiſſorum appellantur[k]: fideicommiſſum nempè id dicitur, quod fidei alterius eſt commiſſum, ut illud alteri reſtituat[l].

g Gloſ. d. §. qua ratione. in fi.
a l. uerbis ciuilibus. de uulg.
b §. directa. Inſtit. de ſing. reb.
c l. quoniam indignum. C. de teſta.
d l. ij. in princ. C. com. de lega.
e l. his uerbis. in princip. de hære. inſtit.
f §. cæterum. inſtit. de milita.
g l. cohæredi. §. nec aliud. de uulga.
h d. l. quoniam. d. l. ij.
i l. eam quam. C. de fideicom.
k §. fi. inſti. de ſing.
l Inſtitu. de fideic. hære. in princip. uerſi. quibus.

AXIOMA LXV.

VErba uerò Communia aliqua eſſe comminiſcuntur interpretes[m]: inter quæ illa annumerant, ſubſtituo, perueniat, ſuccedat, pertineat, redeat, & ſimilia[n]. Sed ego puto nullam in uerbis conſtituendam eſſe differentiam[o]: Sed tantum hoc conſyderandum, an per ſe an per alium quis capiat, quod ſibi relictū eſt[p]. ut ſi per alium capiat, uerbum dicatur obliquum, quamuis directum eſſet[q]: ut & econtrà uerbum reſtituere, quod ex ſua ſignificatione eſt obliquū[r], iure directo uſurpatur, ſi per nos ipſos relictum capiamus[s].

m Arg. l. iiij. uerſi. hoc cōmuni uerbo. de uulg.
n Barto. d. l. centurio nu. 41. uſque ad finem.
o d. l. quoniā indignum. d. l. ij. in fi.
p d. l. eam quam.
q l. ex facto. §. prin. ad Trebell. l. Lucius. §. fina. de lega. iij.
r l. cohæredi. §. qui ſi hæredem. de uulg.
s l. iij. in fin. C. de iur. delib.

AXIOMA LXVI.

SEd ut ad propoſitam quæſtionem redeamus: Doctores affirmant, Compendioſam ſubſtitutionem à Pagano uerbis directis factam, ante pubertatem iure directo ualere[t]. Poſt, alij nullam effici uolunt[u], alij uim fideicommiſsi habere putant[x]. Si uerò uerbis obliquis concepta fuerit, uolunt ijdem[y] & ante pubertatē & poſt fideicommiſſariam eſſe[z]. Sed ſi uerbis communibus Paganus compendioſè ſubſtituerit, nonnullis placet & ante & poſt pubertatem ſubſtitutionem fideicommiſſariam eſſe[a]. Alij receptius tradunt illam ante pubertatem directam eſſe, poſt uerò fideicommiſſariam[b]. Quod Bartolus uerum eſſe dicebat, niſi cùm pupilli mater ſupereſſet, cuius fauore omni tempore fideicommiſſariam exiſtimauit[c].

t l. in pupillari. de uulga.
u d. l. uerbis. uerſic. fruſtra.
x Panor. & reliqui canoniſtæ. c. raynutius. de teſta.
y Glo. mag. uerſi. ſi uero ita. d. l. precibus.
z d. l. cohæredi. §. j. uerſi. nec aliud.
a Glo. d. l. centurio. uerſi. ſi aūt dixit.
b Gloſ. mag. §. qua ratiōe. in fi. inſti. de pupil.
c Bar. d. l. precibus.

AXI

AXIOMA LXVII.

EGo uerò arbitror, ſubſtitutionem, ſi uerbis precarijs egrediatur puberem ætatem[d], hoc eſt ſi hæres per fideicommiſſum alij hæreditatem reſtituere grauatus ſit[e]: ante pubertatem iure directo ualere[f], ſed poſt uim tantum fideicommiſsi habere[g]: & per conſequens ex hæreditate quartam trebellianicam detrahi poſſe[h]. Imò nec fideicommiſſum reſtituendum eſſe, ſi uel liberos[i], uel matrem ſuperſtitem grauatus habeat[k]: etiam ſi conſanguineo ſuo reſtituere grauatus eſſet[l].

d d. l. cohæredi. uerſ. nec aliud.
e d. l. eam quam.
f d. l. precibus. uer. fin.
g l. v. C. de fidei-com.
h d. uerſ. nec aliud.
i l. cùm acutiſsimi. C. de fidei-com.
k d. l. precibus. uerſic. fin.
l l. cùm anni. de conditio.

AXIOMA LXVIII.

SI uerò ſubſtitutio precarijs uerbis confirmata non ſit, ſiue dicamus Pupillarem eſſe in longius tempus comprehenſam[a], ſiue compendioſam[b]: poſt pubertatem[c] uel etiam poſt liberos ſuſceptos[d] ſtatim euaneſcit. Nec refert an in teſtamento[e], an in codicillis facta fuerit[f]. Nam ſicut directæ ſubſtitutiones puberibus factæ poſt aditionem ſtatim expirant, nec uim fideicommiſsi habere poſſunt[g]: ita & directæ impuberibus factæ poſt pubertatem extinguuntur[h]. poſt quam ſi fruſtra fieri dicuntur[i], ergo nec iure fideicommiſsi ualere poſſunt[k].

a l. in pupillari. de uulg.
b c. j. uerſic. defunctis ante tempora. de teſta. in vi.
c §. pen. Inſtitu. de pupill.
d l. generaliter. §. fin. C. de inſtit.
e d. l. uerbis. in fi.
f l. ſcæuola. uerſi. impubes deceſſit. ad trebell.
g l. poſt aditam. C. de impub.
h d. l. in pupillari.
i d. l. uerbis.
k Argu. l. pen. §. j. de publ. iud.

AXIOMA LXIX.

ANte pubertatem uerò ſi ritè facta fuerit ſubſtitutio, iure directo ualet[l]: quoniam indubio lex ſubſtitutionem interpretatur directam eſſe potius quàm obliquam[m]. Sed ſi non rectè ſubſtitutum fuerit, ut ſi in codicillis ſubſtituatur: uim tantùm fideicommiſsi, ſed ad pubertatem uſq; duntaxat habebit ſubſtitutio[n]. Ex his conſequens eſt, ſubſtitutionem illam, quandocunque deceſſerit hæres, Titius hæres eſto: ante pubertatem iure directo ualere[o], poſt uerò nullam eſſe[p]. Idem ſi ſubſtitueret, non quandocunque, ſed ſimpliciter ſi hæres decedat[q]. Si tamen ſubiungeret, cui ſubſtituto rogo hæredem hæreditatem reſtituere: ante pubertatem iure directo, poſt in uim fideicommiſsi ualebit[r]. Sed ſi eo cui reſtituendum eſt neque inſtituto neque ſubſtituto teſtator diceret, quandocunque hæres decederet hæreditas perueniat ad Titium: tunc omni tempore ſolùm fideicommiſſum erit[s]: etiam ſi piæ cauſæ reſtituendum eſſet[t]. quia nec pia cauſa ius directum hæreditatis habet, niſi aut inſtituta aut ſubſtituta fuerit[u]. quamuis aliter atque aliter multis quæſtionibus Bartolus cenſuerit[x].

l d. l. precibus. uerſ. fin.
m d. c. j.
n d. uerſi. impubes deceſſit.
o d. l. cěturio. uerb. iure communi.
p d. l. uerbis.
q d. c. j.
r d. l. v. C. de fidei-com.
s l. hæredes mei. §. j. ad trebell.
t l. omnibus. eo. ti.
u d. c. j.
x Barto. d. l. centurio. num. 21. cum multis ſeq.

AXIOMA LXX.

SVbſtitutio, quę ad pupillaris ſubſtitutionis exemplum introducta eſt, & ideo Exemplaris uocatur[a]: Liberis, quandiu ob aliquem morbum, longa interualla non habentem[b] teſtari prohibentur, fieri poteſt[c]. ueluti furioſis, & mente captis[d]. Item mutis & ſurdis[e], eo uidelicet caſu quo teſtari non poſſunt[f]. Multò magis igitur & Prodigis, quibus nunquàm teſtari permiſſum eſt[g]; quoniam furioſis æquiparantur[h]. Idem exiſtimauerunt Polytia. & Zaſ. in fatuo[i]. Cæterum hæc ſubſtitutio liberis puberibus fieri ſolet[k]: quanquàm Accurſius etiam impuberibus fieri poſſe cenſuerit[l].

a Glo. mag. §. qua ratione. Inſtitut. de pupill.
b Arg. l. pen. d. contra. ſeni. C. de cura. fur.
c l. ex facto. §. prin. uerſ. ita princeps. de uulga.
d Theoph. §. hàc ratione. Inſtitut. de pupill.
e d. l. ex facto. in princ.
f l. diſcretis. C. qui teſta.
g l. is cui. de teſta.
h l. furioſi. de reg. iur.
i l. quidam. de con da. inſtit.
k d. l. ex facto. in princ.
l Glo. mag. d. §. qua ratione.

AXIOMA LXXI.

QVæ Accurſij opinio procedere poteſt, ſi uel mater ſubſtitueret, uel emãcipato ſubſtitueretur: quoniam tunc iure directo ſubſtitutio, ut pupillaris, ualere non poteſt[m]. Alioqui ſi ſuo impuberi & furioſo fieret, pupillaris ante pubertatem iudicaretur[a]: ſed poſt puto illam exemplarem eſſe[b]. Sed quid ſi is cui ſubſtituitur naturalis tantùm eſſet? Bartolus uoluit indiſtinctè ſubſtitutionem ualere[c]: quod uerum putant doctores ſi mater ſubſtitueret, cui naturalis ſuccedere poteſt[d]. Aliud in patre cenſent, quia (inquiunt) pater his tantùm exemplariter ſubſtituit, quibus legitimam relinquere poteſt[e]. quam naturalibus relinquere non poſſe certum eſt[f].

m Argu. l. ſcæuola. ad trebell.
a Argu. l. iij. de tutel.
b Arg. l. centurio. de uulga.
c Argu. l. fin. C. de confir. tuto.
d §. ſed uulgò. Inſtit. ad tertull.
e l. humanitatis. C. de impub.
f l. humanitatis. C. de natura.

AXIOMA LXXII.

SEd ego Bartolum ſequor: quoniã legitima nõ requiritur, ut hęc ſubſtitutio ualeat, ſed ne teſtamentum impugnetur[g]. Vnde uidemus exhæredato pupillariter ſubſtitui poſſe[h], & per conſequens exemplariter[i]. Subſtitutio enim, non propter legitimam, ſed quia morbo detentus teſtari non poterat, introducta eſt[k]. Vnde Iaſon putauit econtrà filium furioſo patri ſubſtituere poſſe[l]. Sed communis ſententia reclamat, quoniam filius ſe ipſum neceſſariò ſubſtituere deberet[m], quod nullo iure fieri poſſe apertum eſt[n].

g d. l. humanitatis. uerſi. ut occaſiones. C. de impub.
h l. j. uerſic. pen. de uulg.
i d. §. qua ratione.
k d. l. ex facto. uerſ. nam & ſi furioſi.
l Argu. l. is qui. de curo. dat.
m d. l. humanitatis. uerſ. uel ſi filia.
n Toto titu. C. de his q ſibi aſcrib.

AXIOMA LXXIII.

RVrſus ſciendum eſt, non ſolùm patrem ſed & matrem exemplariter ſubſtituere poſſe[o]. Sed ſi pater ſubſtituere uolet, matri præferendus eſt[p]: uterque enim ſubſtituere non poteſt, ne cum duobus teſtamentis infirmus decedat[q]. Præterea parens non quoslibet, ſed furioſi liberos uel fratres ſubſtituere debet[r]. Et ideo ſub uulgari uel pupillari expreſſa, exemplaris tacite non continetur: quando ſubſtitutus conſanguineus non eſſet. Cùm enim exemplaris extraneo non conueniat, ſi ſuperſtes ſit conſanguineus[s], illa ſub uulgari uel pupillari contineri non poteſt[t]. ſecus arbitrarer cùm infirmi filius uel frater ſubſtitueretur[u].

o d. l. humanitatis. uerb. parentibus.
p Arg. l. iiij. de curat. furiol.
q §. poſteriore. Inſtitu. quib. mod.
r d. l. humanitatis. uerſi. pe. & fi.
s d. l. humanitatis.
t Argu. l. ij. C. de impub.
u Arg. l. iij. in prin. de tutel.

AXIOMA LXXIIII.

SEd hìc mirum uidetur, quòd lex innuat unum duntaxat ex infirmi liberis ſubſtitui poſſe[x]. Nam cùm omnes inſtituere uel exhæredare oporteat[y], ſi in ſubſtitutione (quæ eſt infirmi teſtamentum[z]) aliqui prætereantur, ſubſtitutio rumpitur[a]. Idq; uerum eſſe aduerſus legem illam omnes arbitrantur[b]. Sed ego aliter legem interpretor. Nam cùm loquitũ de filia tantùm aut alijs deſcendentibus[c], de deſcendentibus ex filia qui Cognati ſunt, intelligi debet[d]: quos certum erat inſtitui uel exhæredari non oportuiſſe[e]. Qui uerò Agnati ſunt, ſi ſui eſſent & in ſubſtitutione præteriti ſubſtitutionem rumperent[f]. Et ideo qui poſt ſubſtitutionem ſuus naſcitur, ſi præteritus ſit, ſubſtitutionem ſemper rumpit[g].

x d. l. humanitatis. uerſi. pen.
y Inſtit. de exhære. in prin.
z §. igitur. Inſtit. de pupill.
a Gl. fin. d. l. humanitatis.
b Vigl. d. §. qua ratione.
c d. l. humanitatis. uerſ. uel ſi filia.
d l. Titia. §. idem reſpondit. ij. de uerb. obl.
e l. poſthumorum. de iniuſt.
f Glo. fin. d. l. humanitatis.
g d. l. ex facto. uerſ. igitur.

AXIOMA LXXV.

REciproca ſubſtitutio non niſi inter plures locum habere poteſt[h], & inter eos duntaxat qui hæredes extiterunt[a]. fit autem his modis, Vos inuicem ſubſtituo[b]: uel, Titius & Seius uter eorum uiuet ſit hæres[c]: uel, Titio & Seio eorum'ue alicui lego[d]: uel, Titius & Seius inuicem ſubſtituti hæredes ſunto[e]: Et ex perſonarum, quibus ſubſtituitur, qualitate nunc unam, nunc plures ſubſtitutiones reciprocè continet[f]: omnesq; expreſſæ dicuntur[g], & ideo matrem excludere ſolent[h].

h l. iiij. uerſi. quod ius. de uulga.
a l. qui plures. in fi. eod.
b d. uerſ. quod ius.
c l. Titius & Seius. de hæred. inſtit.
d l. ſi fundum. § his uerbis. de leg. j.
e l. cùm in teſtamẽto § hæc uerba. de hæred. inſtit.
f l. ij. C. de impu.
g Bart. l. j. num. 8. de uulg.
h l. l. n. ius. in fin. princ. eod.

AXIOMA LXXVI.

SI igitur pater habeat duos filios, alterum puberem alterum impuberem, quos inuicem ſubſtituat: hæc reciproca ſolam uulgarem continet[i]. Idem ſi alter emancipatus eſſet[k], etiam ſi poſt ſubſtitutionem factam emanciparetur[l]. Eius enim cui ſubſtituitur qualitas, ſolo mortis teſtatoris tempore conſyderanda eſt[m]. Et ideo ſi poſt teſtatoris mortem, unus ex impuberibus longè antea ad pubertatem peruenerit, Bartolus cenſet in alio impubere adhuc pupillarem ſubſtitutionem ſub reciproca contineri[n]. quoniam ſuperueniens inæqualitas diſpoſitioni nocere non ſolet[o].

i C. l. iiij. C. de impuber.
k Arg. l. Lucius. de uulg.
l L. cohæredi. §. j. uerſic. ſi quis ex his. eod.
m L. ij. § ſed ſi extraneum. eod.
n l. iij. §. ibidem. de carbonia.
o l. eadem. §. j. de duo. re.

AXIOMA LXXVII.

POſtremò ſciendum eſt, Reciprocam ſubſtitutionẽ ex iiſdem partibus intelligi factam, quibus ſcripta eſt ſubſtitutio[p]. quod & in uulgari[q], & in fideicommiſſaria ſubſtitutione ſimiliter receptum eſt[r]: niſi alia mens teſtatoris fuerit[s]. Colligitur autem alia mens fuiſſe, cùm ſubſtituti inæqualibus oneribus grauantur[t]. Siquidem ſecundũ uniuſcuiuſq; onus, ſubſtitutis partes hæreditariæ ſunt faciendæ[u]. quanquã legatarij, licet inæquales par

p l. j. C. de impub.
q l. ſi in teſtamento. de uulg.
r l. quoties. in prin. ad treb.
s l. ſi plures ſint. in fi. de uulg.
t d. l. quoties. uerſi. ſed ſi.
u l. utrum. §. fin. de reb. dub.

les partes habeant, æquis portionibus semper censeātur grauati[x]. Quoniam cùm grauamen legato nunquam maius esse posSit[y], lex non ita legati onera, ut hæreditatis, quæ damnosa esse potest[z], diuidere uoluit[a].

x §. sed ut manifestetur. in fi. C. de caduc. toll.
y l. si legatarius. in princ. de leg. iij.
z l. si hæreditatem. manda.
a l. ea quæ. C. fam. ercisc.

AXIOMA LXXVIII.

MEns item testatoris colligitur, ex propriorum uel Hæreditariorum nominum expreſsione[b]. Nam proprijs nominibus substituti æquales partes habent[c]. quia uirorum expreſsio facit ut uiriles partes[d], id est, æquales præstari debeant[e]. Expreſsio uerò hæreditariorum nominum portiones hæreditarias importat[f], etiam si appellatiuo nomine hæreditatem non significante, substitutio fieret[g]. Sed contrà uidetur nullam inter nominum expreſsiones constituendam esse differentiam[h].

b l. nonnunquam. ad Trebell.
c l. turpia. §. fin. de lega. j.
d l. si hæredes nominatim. eod. tit.
e l. uirilis. de lega. præst.
f l. ita liber. in fin. de statulib.
g l. Lucius. § mæuia filium. ad trebell.
h l. antepe. de duobus reis.

AXIOMA LXXIX.

REspōdeo hæredum nomina non consyderari, si illi tanquam Rei debendi uel stipulandi habeantur[i]: alioqui nomina propria uiriles partes faciunt[k], si alij non nomitati, sub diſpositione de qua agitur generaliter comprehenderentur[l]. modo tamen alterius rei contemplatio hæreditarias non faceret partes[a]. Semper enim contemplatio, qua quid testator facit, obſeruanda est[b]. Si uerò hæredes qui nominati non sunt, sub diſpositione generaliter non comprehendantur: propriorum nominum expreſsio hæreditarias non excluderet partes[c]. quoniam non ut uiriles partes faceret, sed ut non nominatos excluderet, uidetur facta[d].

i d. l. antepen.
k d. l. turpia §. fin. d. l. si hæredes nominatim.
l l. qui complures. de uulg.
a l. si quis testamēto. de statul.
b l. si legatarius. §. fin. de lega. iij.
c l. qui pecuniam. uersi. si quidam. cum seq. de statulib.
d d. l. antepe. uerb. excepto.

AXIOMA LXXX.

RVrsum aduertendum est, non omnes reciprocè substitutos simul semper admitti. Nam si qui sint coniuncti, in portione cōiuncta præferuntur[e]. Sicut & qui uniuersaliter instituti sunt, in portione unius uniuersalis cæteris particulariter succedentibus præferuntur[f]. Ex eo tamen solo quòd quis sanguine proximior sit, alijs in reciproca substitutione non præfertur[g]: etiam si ex pupillari in reciproca contenta succederetur. Quia cùm talis pupillaris expreſſa sit[h], matrem & alios consanguineos excludit[i], tametsi nonnulli contradixerint[k]. Sed & cùm in hac substitutione is tantùm admittatur, qui hæres extitit[l]: id est, qui non uerbotenus sed cum effectu hæres fuit[m], uoluerunt Doctores eum qui partem suam repudiaret in qua institutus est, ex hac substitutione succedere, non poſſe[n].

e l. cohæredi. §. qui discretas. de uulga.
f Bartol. d. l. Lucius. num. 18.
g l. fin. ad trebell.
h Barto. l. j. nu. 8. de uulg.
i d. l. Lucius. in fi.
k Doctor. d. l. Lucius.
l l. qui plures. in fin. eod.
m l. iij. §. si quis ita. de hære. instit.
n Glo. fin. d. l. qui plures.

AXIOMA LXXXI.

DEcius tamen Doctoribus repugnat, inquiens ex institutionis repudiatione substitutionis ius non perdi[o]. Et legem, quæ dicit reciprocam substitutionē his competere qui hæredes extiterunt[p]: de his interpretatur, qui instituti fuerunt licet repudient[q], quasi (inquit) lex illa institutos tantùm siue adeant, siue repudient, non alios qui per institutos succedūt, admittere uellet[r]. Sed ego puto Decium erraſſe, non enim sufficit institutos esse, nisi hæredes extiterint[s]: & qui hæres extitit, siue substitutus[t], siue hæres institutus esset: semper instituto qui repudiauit præfertur[u].

o l. si tu. ex parte. in fin. de acquir. hæred.
p d. l. qui plures.
q Dec. l. j. C. de im pub.
r l. qui liberis. §. j. de uulg.
s §. substituitur. in fi. Insti. de pupill.
t l. ex duobus. § j de uulg.
u l. cùm pater. §. libertis. de leg. ij.

De Aditione, & Repudiatione hæreditatis.

AXIOMA I.



HAEREDITAS eſt ſucceſsio in uniuerſum ius defuncti[a]. Hanc definitionẽ Bartolus de iure ſuccedendi, (cùm illud ſemper ad hæredes tranſmittatur[b] non hæreditas[c]) intelligi minimè poſſe affirmat: Neq; de ipſa ſucceſsione, quæ poſt aditionem conſyderatur[d], hæreditas antè[e]: Neq; de ipſo ſuccedendi actu, cùm facti ſit[f], hæreditas uerò iuris[g]: Sed nec poſtquàm ſucceſſum eſt intelligi poteſt, cùm patrimonij confuſione amplius non dicatur hæreditas[a]. uult igitur Bartolus hæreditatem ſucceſſionem eſſe non hominis ſed legis[b]: quaſi ius quoddam ſuccedat, quod uocatur hæreditas[c].

a l. hæreditas. de reg.iur.
b l. cùm in antiquioribus. in princ. C. de iur. delib.
c §. & in nouiſſ. uerſic. hæreditatem. C. de caduc.
d l. iij. in princ. de bon.poſſ.
e l. ad diem. de uerbor.obl.
f l. pro hærede. in princ. de acquir. hæred.
g §. incorporales. Inſtitu. de rebus corpor.
a l. fin. in fin. C. de inoffic.teſta.
b Bartol. in Rubr. de acqui.hære.
c l. j. §. fin. de rerũ diuiſ.

AXIOMA II.

VErùm tamen Alciatus refert, hæreditatem quæ dicitur ſucceſsio, pro iure ſuccedente minimè interpretari poſſe[d]. quoniam ſi hæres dominus dicatur[e], ſequitur (inquit) hæreditatem dominam eſſe rerum hæreditariarum: non autem ius ſuccedens[f]. Alioquin (idem ait) non in multis, ſed generaliter hæreditas defuncti perſonam repræſentaret[g]. Exiſtimauit ergo bona defuncti ſine domino remanere, quæ, cum uniuerſitate quadam iuncta, hæreditatem facerent. Quod uerum eſſe minimè arbitror[h].

d Alciat. l. nihil. de uerb.ſign.
e §. fin. Inſtitu. de hære.qual.
f Arg. l. iij. in prin. iuncto uerſ. hæreditatis. de bonor poſſeſſ.
g l. hæreditas. in multis. de acqui. rer.dom.
h d. l. hæreditas in multis. uerb. pro domino.

AXIOMA III.

EGo autem puto hæreditatem dici ſucceſsionem, id eſt, in alterius locum ſurrogationem[i]. nimirum in defuncti locum ſurrogata eſt hæreditas[k]. Sed non in omni eo quod defuncti erat, ſurrogatur, ſed tantum in illud ius uniuerſum quod habuit[l]. Vnde hæredes non niſi iuris ſucceſſores eſſe dicuntur[m]. Eſt igitur hæreditas perſona ficta[n], ea iura quæ uerè defunctus habuit, fictè habens: quæ ideo ſucceſsionis iura dicuntur[o]. Hæreditas ergo rerum hæreditariarum dominium (quia ius eſſe dicitur[p].) habere fictè dicitur[q]. Sic & ipſi hæreditati obligatio (quoniam ius eſt[r]) fictè acquiri, ſicut & defuncto uerè quæri poterat[s]. Non eſt igitur hæreditas dominium, ſed ipſa Domina fictum rerum hæreditariarum dominium habens[t].

i l. qui in alterius. uerb ſuccedit. de reg.iur.
k l. mortuo. de fideiuſſ.
l d. l. nihil.
m l. quoties. § hæredes. de hæred. inſtit.
n Inſtit. de ſtipul. ſer. in princ.
o l. j. § fin. de rer. diuiſ.
p Bar. l. ſi quis ui §. differentia. de acquir.poſſeſſ.
q d. l. hæreditas. in multis.
r Inſtit. de oblig. in princip.
s l. nouatio. de nouat.
t d. l. hæreditas in multis.

AXIOMA IIII.

SEd cùm hæreditas in ius defuncti duntaxat ſuccedat[u], ea quæ non ſunt iuris ſed facti, non habet. Et ideo ſine poſſeſsione (quia facti eſt) conſiſtit[x]. ſimiliter illi uſusfructus acquiri non poteſt[y]: quoniam uſusfructus licet ius eſſe dicatur[z], tamen ex facto eius qui fruitur manet[a]. Cæterum hæreditas in uniuerſum ius ſuccedit[b]: & per conſequens generaliter in ius omnium commodorum & incommodorum[c]. Quare legatarius licet recta uia legati dominium ſpecialiter habeat[d], illud tamen ſua autoritate, propter generale hæredis dominium, accipere non poteſt[e].

u d. l. nihil.
x l. j. §. ſcæuola. ſi quis teſta.
y l. uſusfructus. de ſtip.ſer.
z l. j. de uſufru.
a l. j. in prin. quando dies uſusfr.
b d. l. nihil.
c l. iij. in princ. de bon.poſſ.
d l. à Titio. de fur.
e l. j. quor. legato.

AXIOMA V.

ITaq; cùm hæreditas noua domina ſit[f], ſequitur hæreditatem ibi non eſſe, ubi idem permanet dominium[g]. Quare ſi pater caſtrenſe peculium filij ab inteſtato habeat, non dicitur hæreditas[h]: cùm & ante filij mortem ad patrẽ pertineret[i]. Sed ſi filius patrem peculium reſtituere rogaſſet, poſt reſtitutionem efficitur hæreditas[k], quẽadmodum & eo caſu quo patrem uel extraneum in peculio inſtituiſſet[a]. Vbi autem ſemel hæreditas facta eſt, amplius non deſinit eſſe hæreditas[b]. Sed ante aditam hæreditatem defuncti hæreditas dicitur[c], poſt uerò dicitur eſſe iuncta cum hæredis bonis[d].

f Glo. fin. l. j. § ueteres. de acquir. poſſ.
g l. in ſuis. de libe.
h l. ij. de caſtr. pecul.
i l. in eo. de acquir. rer. dom.
k l. filiusfa. in fi. ad leg. falc.
a l. proponebatur. de caſtrenſ.
b l. ei qui ſoluendo. in fi. de hære. inſtit.
c l. filij. ad tertull.
d l. ſed ſi plures. §. filio. de uulg.

AXIOMA VI.

VErùm tamen per ſolam aditionem, hæreditas non deſinit hæreditas

reditas esse, sed hæredis fieri dicitur[e]. Aditio enim sicut hæredem possessorem non facit[f], ita nec hæreditatem hæredis patrimonium facit: cùm illud non nisi post possessionem apprehensam dicatur[g], postquam hæreditas iam hæredis patrimonium dici poterit[h], & non antè. Alioqui Iureconsulti multoties impropriè locuti fuissent[i]. Dubitandum tamen non est, filiam quæ à patris hæreditate per statutum uel renuntiationem excluditur: ab ea, postquam frater adiuit, non esse repellendam[k], quia iam fratris hæreditas facta est: quam cùm adiuit, ad quoscunque hæredes transmittere solet[l].

e d.l. filiusfam.
f l. cùm hæredes. in princ. de acq. poss.
g Instit. de rer. diuis. in prin. l. peculium & ex eo. de pecul.
h Barto. l. nec interest. uersic. sed quæro. de fidei. hæred. petit.
i l. j. § si quis adita. ad Tertull. toto tit. de peti. hære.
k Doct. d. §. ueteres.
l §. in nouissimo. uersic. hæreditatem. C. de caduc.

AXIOMA VII.

PRoinde cùm hæreditas sit quædam ficta iuris Romani domina, consequens est illius acquisitionem iuris Romani esse[m]. & eam quidem uniuersalem[n], ideoq; hæreditas ad nos pertinere dicitur, uel lege XII. tab. uel testamento iure facto[o], hoc est per legem XII. tabu. confirmato[p]. Nulla est enim hæreditas quæ non sit uel legitima, uel honoraria, uel Testamentaria[q]. Non obstat quòd testamentum conscribere sit iurisgentium[r]: Quoniam testamentum quancunq; testatoris mentem significat[s], quæ tamen de hæreditate disponere non poterat[t]. Et ideo lex XII. tab. testamentarias hæreditates confirmare dicitur[u].

m §. si. in fin. Instit. de usu & hab.
n Theoph. §. fina. Institu. per quas person.
o l. j. de petit. hære.
p l. lege obuenire. de uerb. sig.
q l. qui autem. §. proinde. qui in fraud. cred.
r Theoph §. j. Instit. de iur. nat.
s l. j. de testa.
t Ezechiel. ca. 46.
u d. l. lege obuenire.

AXIOMA VIII.

POrrò primus qui de hæreditate articulus tractatur, est: quòd hæres partem suæ portionis acceptare non potest[x]. Alij dicũt rationem esse; ne testator partim testatus decedat, partim intestatus[y]. Quæ generalis nõ est: cùm etiam in hæreditate militis (quamuis partim intestatus decedere possit[z]) hæc conclusio locum habeat[a]; Alij dicunt absurdum esse iudicium testatoris partim approbare partim reijcere[b]: illius uoluntatem, cùm unita sit, diuidere[c]. Quod nec perpetuũ est: cùm unum legatum agnoscere, aliud reprobare possim[d]. Nec uerum est ꝙ alij uoluerũt, hæredem defunctum in

x l. j. & ij. de acqui. hæred.
y l. ius nostrum. de reg. iur.
z l. si miles unum. de milit. test.
a l. si certarum. uer. quòd si alterutra. eo. tit.
b § his ita. C. de caduc. toll.
c l. eum qui. § pro parte. de his quibus ut indig.
d l. v. de leg. ij.

totum repræsentare[e]: cùm incõgruum non sit, ut etiam ex parte repræsentet[f]. Minus uerum est quod alij censent, hæredem ante aditionem dominum non esse, & ita nihil diuidere posse[g]; post uerò cùm dominus sit, amplius repudiare non posse[h]. Quoniam suus quamuis ab initio dominus sit[i], ex parte tamen agnoscere non potest[k].

e Auth. de triente & semisse. in prin.
f Glo. fin. l. ij. §. si. de præto. stip.
g l. pretia rerum. ad l. falcid.
h l. j. §. decretalis. de suc. edic.
i l. in suis. de liber. & posth.
k l. cùm hæreditate. de acqui. hær.

AXIOMA IX.

TVtius igitur est eos sequi, qui dicunt unam eandemq; rem, etiam si nostra esset, pro parte derelinqui non posse[a]: cùm diuerso iure censeri non possit[b]. Vnde cùm hæreditas sit ius uniuersum[c], illa res una incorporalis esse intelligitur[d]; & per consequens pro parte acceptari non potest, siue uni simul tota[e], siue per separatas partes relinquatur[f]. Nec refert si hic ex asse institutus partem tantùm habere destinasset[g]: Adeò ut si dicat partem adeo, partem repudio, nihilominus totum habebit[h]. Quia quod semel agnouit amplius perdere non potest[i]. Sed quod repudiauit, adhuc per alterius partis agnitionem illud quærere potest[k].

a l. an pars. pro derelict.
b l. cum qui ædes. de usucap.
c §. fin. Instit. de rebus corpo.
d l. grege. de lega. ij.
e d. l. j. de acquir.
f l. ij. eod.
g l. si ex asse. eod.
h Barto. d. l. ij. de acqui.
i d. §. decretalis. l. necessarijs. uersi. sed impuberibus. de acqui. hæred.
k l. si seruum. §. fin. glo. fin. l. si tu ex parte. eo. tit.

AXIOMA X.

SEd quid si ille hæres ex diuersis partibus scriptus, cohæredem uel substitutum haberet? Et adhuc respõsum est, una parte agnita illum reliquas consequi[l]: etiam si conditionales essent[m], quamuis conditio penderet, modo certum esset eum etiam conditione deficiente illas habiturum[n]. Et hæc quæ de hæreditate diximus, etiam in legato locum sibi uendicant[o]. Militat enim eadem ratio quòd res una & eadem pro parte relinqui non possit[p].

l l. si solus. eod.
m l. cùm hæres. §. fin. eod.
n l. liber homo. §. si ita scriptum. de hæred. instit.
o l. iiij. de lega. ij.
p d. l. an pars.

AXIOMA XI.

LEgatum tamen ab hæreditate in duobus differt, quòd unus ex pluribus legatarij hæredibus partem suam acceptare, alter suam repudiare possit[q]. quod in hæredis hæredibus secus esse arbitror[r]. Item legatarius partẽ collegatarij sui repudiantis non nisi uolens suscipit[s], quod in hæredẽ contrà

q l. legatarius. de leg. j.
r l. ij. §. ex his. de uerb. obli.
s §. ubi autem. C. de caduc.

contrà est[t], utriusq; casus rationē hanc esse crediderim, quòd recta uia quilibet ex legatarijs legatarij'ue hæredibus suam legati portionem acquisiuit[u]. Et ideò quot sunt portiones, tot iam res esse finguntur[x]: quare unam acceptare aliam repudiare legatarius potest[y]. At contrà hæreditas semper ante aditam hæreditatē (cùm sola domina sit[z]) unica res esse fingitur[a]: & ideo tota uel acceptari, uel repudiari debet, etiam si diuerso iure relicta fuerit[b]. Qua de re fusius in arte nostra.

t §. in his itaque. eod. titu.
u l. à Titio. in fin. de furt.
x l. si mihi & Titio. in princip. de leg. ij. l. illud. de ritu nuptia.
y d. l. v. de lega. ij.
z l. cùm hæredes. de acq. poss.
a d. l. grege.
b l. si tu ex parte. de acq. hæred.

AXIOMA XII.

QVare ego si semel hæres extiti[c], cohæredis mei partem deficientem acceptare cogor[d]; non solùm iure substitutionis si illi substitutus fuerim[e], sed etiam iure accrescendi si non sim substitutus[f]. Quod uerum est, modo portio ob in integrum restitutionem non deficiat[g]: Cohæredis enim restitutio cæteris nocere non debet[h], nisi post restitutionem omnibus bonis se immiscuerint[i]. Sed contrà uidetur, quòd cohæredis portionem deficientem nunquam accipere cogar[k]. Accursius respondebat me cōpellendum esse, si portionem meam retinere uellem, non aliter[l]. Sed cùm iura eum qui semel adiuit indistinctè compellant, Accursius communiter reprehenditur[m].

c l. qui ex duabus. § fin. eo.
d l. testamento. C. de impub.
e l. si quis hæres institutus. de acquir. hæred.
f l. si duo. eod.
g l. si minor. eo.
h l. cum filiusfam. in fin. de milit. testa.
i l. pen. & fin. de acq. hæred.
k l. cùm hæreditate. eod.
l Gl. d. l. cùm hæreditate.
m d. l. si quis hæres. d. l. testamento.

AXIOMA XIII.

ET idcirco Docto. distinguunt, an solo iure accrescendi portio deficiens cōpetat, an iure accrescēdi simul & substitutionis, ut hoc casu[a], non illo inuitis acqratur[b]. Quia (inquiunt) ius accrescendi sola est legis dispositio[c], cū qua mitius agit[d]. Sed hæc ratio parū urget, cùm substitutio uoluntaria sit[e], ius uerò accrescendi necessarium: quo idcirco semper obstringimur[f]. Vnde Iason dicebat duo uincula fortius quā unū ligare[g]. Quod & Decius confutat, inquiens plura quæ ad diuersum finem tendunt, uno non esse potiora[h].

a d. l. si quis hæres. d. l. testamento.
b d. l. cum hæreditate.
c l. si in testamento. in fi. de uulg.
d l. celsis. in princ. de arbit.
e l. si non solus. § j. si quis omiss.
f §. his ita. C. de caduc.
g Authen. itaq. C. com. de succ.
h Barto. l. j. §. idem Cornelio. de quęstio.

AXIOMA XIIII.

QVapropter Dec. uoluit contrarium loqui in suo hærede[i], qui iure Ciuili partem suā repudiare non potest[k]. Vnde si beneficio abstinendi, quod à prætore habet, repudiauerit: sine alterius præiudicio repudiare debet[l]. Sed hæc Decij sententia non admodum tuta est, cùm suus in legatariorum pręiudicium repudiet[m]. Putarem igitur dicendū, q; si extranei portio deficiat, illa semper inuito accrescat[n], quia extraneus antequam adeat dominus non est[o], & per consequens alijs partē non facit[p]: ergo alij q; adiuerūt totum iure proprio habēt. Si uerò sui hæredis deficiat portio, (quia etiā ante aditionem dominus est[q]) semper alijs ipso iure partem facit. Quare in eo distinguendum est, an abstineat antequam cohæredes adiuerint, an post. Si antè, inuitis accrescit: secus si pòst[r], nisi repudiantis necessarij hæredes essemus[s]: Et de eo, qui antequàm cohæredis portio deficeret, adiuit: Marcellus intelligendus est. cùm de illo loquatur, qui ex sua persona se abstinere non poterat[t]; & per consequens de eo qui iam adiuerat[u].

i d. l. cum hæreditate.
k §. sui. uersic. fina. Instit. de hæred. qual.
l Arg. l. ij. §. merito. ne quid in loco publ.
m l. si filius qui patri. in fi. de uulg.
n d. l. si quis hæres institutus.
o l. cùm hæredes. de acq. poss.
p l. si seruus communis maeuij. & Castr. de stipul. seruo.
q l. in suis. de liber. & posth.
r l. si duo. de acq. hæred.
s l. qui patri. eo.
t d. l. cùm hæreditate. uersi. & ita.
u l. sicut. C. de repudian.

AXIOMA XV.

SEcundus articulus de hæreditate is est, q; multa requirantur priusq; quam adiri possit hæreditas[x]. Quæ omnia, ut repudiatio hæreditatis ualeat, desyderantur. Cùm enim contrariorum eadem sit disciplina[y], is tātùm repudiare potest qui adire potest[z]. Et econtra, quoniam eius est nolle qui potest & uelle[a], nemo potest adire, qui non potest repudiare[b]. Quod Bartolus arbitratur non procedere in eo iure adeundi, quod generaliter respectu hęreditatis uiuentis quæ obuenire potest habemus[c], nam tale ius (inquit) repudiare non possumus[d]. Sed cùm hæreditas ante defuncti mortem non dicatur[e], ego puto unum tantùm ius adeundi esse, quod post defuncti duntaxat mortem quæri potest[f].

x Gl. l. is potest. de acqui. hæred.
y l. j. in prin. de his qui sunt sui.
z d. l. is potest.
a l. iij. de reg. iur.
b l. iiij. de acquir. hæred.
c Barto. d. l. is potest.
d l. ius agnationis. de pact.
e l. hæreditas. de reg. iur.
f l. iij. in fin. C. de institu.

AXIOMA XVI.

DEfendi tamen Bartolus potest, si de iure non deliberandi seu adeundi, sed succedendi loquamur. Quod est triplex: uel obuentitium[a], quod est generale respectu cuiuscunq;

a §. j. uersi. fin. Insti. per quas pers.

hæredi

hæreditatis obueniuntur[b]: uel legitimum, ratione consanguinei uiuentis[c]: uel hæreditarium, ratione alicuius defuncti[d]. Et ex hoc ultimo duntaxat ius adeundi nascitur[e], nam duo priora præmatura esse dicuntur[f]. Eaq; iura sunt quæ Bartolus dicere debuerat nos repudiare non posse[g]: quia omnibus, qui iure ciuili acquirere possunt, iam dicuntur quæsita[h]. Quod autem iam quæsitum est amplius repudiari non potest[i].

b l. iij. §. fin. pro socio.
c l. nec ei. §. præterea. de adoptio.
d l. j. de bon. poss.
e d. l. iij. in fi.
f l. j. §. si impuberi. in fi. de colla. bon.
g l. si. C. de pact.
h §. testamenti. Institut. de hæred. qual.
i l. j. §. decretalis. de succes. edict.

AXIOMA XVII.

IVs uero hæreditarium (quoniam ante aditã hæreditatẽ nondũ quæsitum est[k],) illud est quod repudiari posse dicitur[l]. Vnde notãdũ est quod lex ait, eum repudiare posse, qui acquirere potest[m]: de iure igitur quod quæri potest, non de iam quæsito loquitur. Vt autem illud quæri possit, multa (ut iam dixi) requiruntur. Primò quòd simus nostri iuris[n]: Et ideo neq; filius[o], neq; seruus qui instituti sunt, adire possent: nisi is, qui eos in potestate habeat, iusserit[p]. Adeò, ut iussus aditionem præcedere debeat[q]. Quia per aditionẽ statim quæritur dominium[r], quod eodem momento patri rursus quæritur[s]: ergo illius iussus præcedere debet, ne sine facto suo sit alteri obligatus[t]. Non obstat quòd etiam inuito patre illi quæratur[u]: quoniam id procedit in his quæ onerosa esse non possunt, ut in legato, non in hæreditate[x].

k l. si seruus cõmunis mariti & ca str. in prin. de stipu. seruo.
l l. iiij. de acquiren. hæred.
m d. l. is potest.
n Glo. d. l. is potest.
o l. si quis filiusfa. in prin. eo.
p l. seruus duorum. l. seruus communis. eod.
q l. si quis mihi bona. §. iussum. eod.
r l. cùm hæredes. de acq. poss.
s l. placet. de acq. hæred.
t l. qui in aliena. in princ. eod. tit.
u l. seruus uetante. de uerb. obli.
x l. obligari. de autori.

AXIOMA XVIII.

SEd quare in bonorum possessione iussus non requiritur, sed ratihabitio sufficit[y]? Alij aliter atque aliter dixerunt[z]: Nos autem scimus per bonorum possessionẽ nihil patri quæri, nisi postquam ratum habuerit[a]. Et ideo sufficit ratihabitio intra id tempus facta, quo bonorũ possessio peti potest[b]. Sed aditio eo momento quo fit cùm statim patrem obliget[c], mirum non est si præcedentem iussum requirat[d]. Sine quo tamen licet pater non obligetur, plerique ipsum filium existimarunt obligari, quia adeundo quasi contrahit[e], ex omni autem contractu obligatur[f]. Sed Bartolus cõtradixit, hæreditatis aditionem, uoto, ex quo filius non obligatur[g], æquiparans[h].

y d. l. qui in aliena. uersi. j.
z Docto. l. j. C. qui adm.
a l. fina. uersicu. sed quid quis ordo.
b l. bonorum. rem rat.
c d. l. placet.
d d. §. iussum.
e l. iij. in fin. quibus ex caus. in pos.
f l. filiusfam. ij. de act.
g l. ij. §. uoto. de poll.
h Bartol. d. l. qui in aliena.

AXIOMA XIX.

ALij alio modo dixerunt. Nos autem arbitramur, ex hæreditatis aditione non perinde agi ac ex cõtractu. Quoniam illi soli hęredes conueniuntur, qui effectu hæreditatem consequuti sunt[i]: solus ergo pater qui hæreditatis commoda habet, non autem filius obligabitur[k]. Cæterùm hos die sine patris iussu filium adire posse Doctores communiter admittunt[l]: Quoniam (inquiunt) filius etiam patre recusante adire hodie potest[m], multò magis igitur & eo ignorante[a]. Sed cùm hæc sententia iura antiqua corrigat, (quod admittendum non est[b]) nos Angelum & Iaso. contradicentes sequimur[c]: alia tamen ratione, quoniam id quod commune est utriusque consensum desyderat[d]. Hæreditas autem filio relicta, patri & filio communis est[e]: & ideo alter sine alterius consensu neque adire[f] neque repudiare possunt[g]. Et si alter consentire recuset, alterius aditionem non impedit: sed quod in hæreditate habiturus erat perdet[h].

i §. restituta. Instit. de fideicom. hæred.
k l. fina. uersic. ubi autem. C. de bo. quæ lib.
l Glo. uerb. præcedere. ubi Bartol. d. §. iussum.
m d. l. fin. in princ. uersic. siue econtrario.
a l. qui potest inuitus. de reg. iur.
b l. præcipimus. in fi. C. de appel.
c Iaso. d. l. qui in aliena. uer. j.
d l. ij. §. j. solu. matr.
e d. l. si. in prin.
f d. l. fina. §. ubi autem in unum.
g l. is qui hæres. §. fi. de acq. hæred.
h d. l. fina. in princ. uersi. sancimus.

AXIOMA XX.

SEcundò requiritur quòd hæres sit mentis compos[i]: & ideo furiosus licet hæres institui possit[k], attamen hæreditatem adire non potest[l], nisi, antequàm superuenisset furor, hæreditatem iam adiuisset[m]: quod enim legitimè factum est furor superueniens non tollit[n]. In agnoscenda igitur uel repudianda bonorum possessione furioso relicta, lex ait, curatoris furiosi inspiciendam esse uoluntatem[o]. Cui aduersari uidetur lex alia, inquiens curatorem illum bonorum possess. repudiare non posse, quia necdum delata est[p]. Sed ego puto curatorem accipere debere hæreditatem furioso relictam[q]: ut si accipiat dicatur agnouisse, si non acceperit, repudiasse[r].

i Gl. d. l. is potest.
k §. testamenti. Institu. de hæred. qual.
l l. qui seruum. de acqui. hæred.
m l. si quis absent. eod.
n l. furor. de spõsal.
o l. si ad pupillum. de auto. tuto.
p l. j. §. furiosi. de successi. edict.
q l. fin. uersi. sin autem. C. de cura. furios.
r d. l. si ad pupillum.

AXIOMA XXI.

HOc tamen curatoris factum furioso ad sanitatem peruenienti nihil nocere potest, quò minus ipse posteà adire uel repudiare ualeat[s], quoniam tempus, intra quod petenda est bono. possessio, aduersus scientem tantùm currit[t]. & idcirco furioso (cùm scire non dicatur[u]) nunquā nocere potest, siue tutor hæreditatem petat siue repudiet[x]; & ideo illi delata esse non dicitur[y]. Aliud est in muto, surdo, & cæco, qui non solùm hæredes institui possunt[z], sed & bonor. possessio. agnoscere; & se pro hærede gerere[a], modo, quid agitur, intelligant[b]. Idem est in prodigo; quia in acquirendis pupillo æquiparatur[d], pupillus autem tutore autore adire uel repudiare potest[e].

s d. l. fina. uersic. tali itaque.
t l. ij. quis ord. in bo. poss.
u l. ij. §. furiosus. de iure codic.
x l. j. de bo. possess. furio
y d. l. j. § furiosi.
z d. §. testamenti.
a l. v. de acq. hæred.
b l. ij. de bon. poss. fur.
c d. l. v. in fin. de acqui. hæred.
d l. certi condictio. §. quoniam. in fi. si cert. peta.
e l. j. §. tutor. de succes. edict.

AXIOMA XXII.

QVapropter tertiò requiritur, ut hæres maior sit[f]; Siquidē pupillus (ut nūc dixi) tutore tantùm autore, siue tutelā gerat siue non[g], hæreditatē acquirere potest[h], quoniā illa hæredem obligat, obligari autem pupillus sine tutore nō solet[i]. Quæ ratio in hæreditate opulenta cessat, ad quā adeundam ideo Castrensis tutorē non desyderabat[k]; quē & Iason sequitur, si modo suę aditionis causam pupillus agnoscat, nō aliter[l]. Sed nos indistinctè arbitramur tutorē necessariū esse, etiam si lucrosa sit hæreditas: ne damnū ullū pupillus habeat[m], hoc est ne litibus & sumptib' uexetur[n]. Sicut & ecōtrà solus tutor sine pupillo (nisi infans fuerit[o]) hæreditatē adire non posset[p]: quia per aditionē directū acqrit̄ dominiū[q], quod solus tutor quærere non solet[r].

f Glo. d. l. is potest.
g l. pupillum. de acq. hæred.
h l. pupillus. eo.
i l. more. eo.
k Castren. l. potuit. C. de iure delibe.
l d. l. pupillus.
m §. neque Insti. de auto. tuto.
n l. minoribus. de mino.
o l. si infanti. C. de iure delib.
p l. potuit. eod. titu.
q l. cùm hæredes. de acquir. possess.
r l. quoties. in prin. de adm. tuto.

AXIOMA XXIII.

IN his enim quæ iuris sunt, solū tutoris non sufficit factū[a]; & ideo ille solus nec hæreditatem restituere, nec illi restitui hęreditas potest[b]. Similiter nec ipse, sed pupillus eo tutore autore repudiare posse dicitur[c]. Sed contrà lex ait tutori permissum esse, ut bono. possess. petere possit, non autem repudiare[d]. Item rursum alibi contrà cauetur, & in agnoscenda & in repudianda bonorū possessione tutoris uoluntatem spectari[e]. Ego existimo pupillum, qui necessarius hæres non est[f], sine tutore neque adire hæreditatem[g], neq; bonor. possess. agnoscere[h], neque aliquid repudiare posse[i]. ob idq; tutoris uoluntas tam in aditione quàm in repudiatione spectari dicitur[k].

a l. neq. C. de procurat.
b l. restituta. §. fina. cū duabus legi. bus seq. ad Treb.
c l. j. §. tutor. de succes. edict.
d l. tutor. de bono. poss.
e l. si ad pupillum. de auto. tuto.
f d. l. more. uersic. j.
g d. l. si infanti. uers. fin.
h l. seruus. §. impubes. de bon. poss.
i d. l. j. §. tutor.
k d. l. si ad pupillum.

AXIOMA XXIIII.

IPsum uerò tutorē sine pupillo adire nō posse[l]: quia per aditionē trāsfertur dominium[m]. Sed bon. possess. agnoscere solus nō prohibetur[n]: quia ex ea nihil perfectè quæritur, nisi post ratihabitionem[o]. Et ideo ut tutor bon. possessio. petere possit, dies cedere dicitur[p]; Sed si non petierit pupillo nihil nocet[q]: quoniam in illius ignorantis detrimentum bono. possessionis tempus currere non solet[r]. Eaq; propter tutor repudiare non posse dicitur[s]. Et ita ipse sentio: alijs aliter atque aliter existimantibus[t].

l d. l. potuit.
m d. l. cum hæredes.
n l. bonorū. C. qui ad. d. l. tutor.
o l. fina. uersic. sed quid. quis ordo.
p d. l. seruus. uersic. fina.
q l. j. uersic. nam & pater. de bonor. poss. furios.
r l. ij. quis ordo.
s d. l. tutor. de bon. poss.
t Ias. d. l. pupillus. nume. 6.

AXIOMA XXV.

QVartò requiritur quòd hæres sciat sibi delatam esse hæreditatem, Delata autē dicitur, si illam adeundo consequi potest[x]. Et adeò delatam non dicemus, si testator mortuus non sit[y]. Et per consequens nemo uiuente testatore adire[z], uel repudiare potest[a]: etiam si is qui adiret uel repudiaret, testatorem defunctum arbitraretur[b], uel econtrà illum uiuere putaret, cùm iam mortuus esset[c]. Idem etiam si dubitaret uiuat nec'ne testator[d]. His enim casibus hæres nescit sibi delatam esse hæreditatem[e]. Sed si eum sciret mortuum, (quamuis nesciat an captus an liber decesserit) nihilominus hæreditatem adire potest[f].

u l. j. §. scientiam. de secund. tab.
x l. delata. de uerb. sign.
y l. qui hæreditatem. de acq. hære.
z l. neminem. eo.
a l. qui superstitis. eod.
b l. nec nos. C. de capti.
c l. hæres institutus. de acq. hære.
d l. is qui hęres. §. si quis dubitet. eod.
e d. §. scientiam.
f l. quòd si dubitet. de acquiren. hæred.

AXIOMA XXVI.

SImiliter hæres conditionalis, ante conditionis euentum (quia delata non est hæreditas, neque ad nos pertinet[g]) repudiare non posset[h]; neq; si repudiet quicquā oberit, quò minus posteà conditione eueniente acquiri possit hæreditas[i]. Per pactum tamen

g l. si ita scriptum. §. j. de lega. ij.
h l. is qui hæres institutus. uersic. j. de acquir. hæred.
i l. homine. de opt. lega.

tamen[k] aut renuntiationem iuratam[l], aut parte præsente[m] uel coram iudice factam, cuicunq; iuri conditionali renuntiare possumus[n]. His enim casibus non sola repudiantis uoluntas, sed plurium interuenisse intelligitur[o]: quo casu ius etiam quod sola spe competit, remitti potest[a]. Et hac ratione quamcunq; bon. possessionem etiam ante conditionis euentum agnosci uel repudiari posse arbitror[b]: quoniam alibi quàm coram iudice concedi non solet[c]. Sed de hoc latius in arte dixi.

k l.j.C. de pact.
l c. quoties cordis. j.q.vij.
m l.tale pactum. in prin. de pact.
n l.j.de cura.bonis dand.
o Argu. l.ij. de iniuir.
a l.fina. §. fin.C.de temp.app.
b l. hi demum. de secun.tab.
c l. iij. §. si causa. de bon. poss.

AXIOMA XXVII.

SEd an pendēte cōditione potestatiua adiri uel repudiari possit hæreditas? Et non posse responsum est[d]. Sed cōtrà, eiusmodi cōditio pro pura habetur[e]. Differentiā facio an sit cōditio, si uolet: an, si decē dederit: ut hæc[f], nō illa hæredis institutionē suspēdat[g]. Et ideo hæres institutus sub cōditione si uolet, si semel dixerit se nolle, amplius acquirere non posse Doctores uolunt[h]. quia ex uoluntate illa ius sequenti iam quæsitum est[i]. Quod ego uerum arbitror, si subsequens iam hęreditatem adiuerit, aliâs secus[k].

d d.l. is qui hæres. uersi.j.
e l.j.§.qui sub conditione. Si quis omis.
f l. fina. de condi. insti.
g l.uerba hæc.eod.
h Ias. d. l. is potest. nu.12.
i Barto. l. Lucii fundus.de condic.
k l filij.uersicu.j.ad Tertul.

AXIOMA XXVIII.

RVrsum hęres scire debet testatorem testamentū facere potuisse[l]: alioquin delata non diceretur hæreditas[m]. Et ideo si falsum proponatur esse testamētū, quāuis hæc propositio missionē in possessionē nō impediat[n], aditionē tamē & repudiationē impedit, si dubitet hæres an falsum sit[o]. Etiā si duo testamēta facta essent, in qbus institutus esset, & de ultimo tantū dubitaret[p]. Dubitare autē nō debet, si ipsemet calumniosè falsi argueretur[q]: quia ex facto proprio certus esse dicitur[r]. Sed si alius de falso accusaretur, quia alieni facti probabilis est ignorantia[s], citra conscientiam non potest adire[t]: nisi illi de accusati innocentia liqueret[u], quo casu alterius falsa querela illum impedire non potest[x].

l l. hæres institutus.uersic.fina.de acquir.hæred.
m d. l. hi demum. in fin.
n l.ij. C. de edict. diui Adria.
o l.nec is.de acqui. hæred.
p l. eum qui duobus.in princ.eod.
q l. cùm falsum. eod.
r l. quanquam. ad Vell.
s l.fin.pro suo.
t d. l. cùm falsum.
u l. Pantonius. §. rei.eo.tit.
x l. cùm quidam. §.fin.eod.

AXIOMA XXIX.

ITem hæres scire debet se omnes alios præcedere[y]: Quapropter uenter qui suus futurus est proximior, non solùm inferiores excludit[z]: sed etiam æqualibus pares facit[a], siue re uera mulier prægnans sit siue ita credatur[b]. Sic substitutus, quia tandiu delata illi non est hæreditas quandiu institutus succedere potest[c], interim adire uel repudiare prohibetur[d]. Idem est in instituto qui & ab intestato legitimus hæres est: nam legitimā hæreditatem, quia ante testamentariæ defectum delata non est[e], non potest repudiare[f]. nisi sciens se hæredem institutum, quasi legitimus repudiet: tunc enim utranq; uidet repudiasse[g], quoniam eodem momento intelligitur & ex testamento & legitimā repudiare[h].

y Glo.d.l.is potest.
z d.l.cùm quidam. §.quod dicitur.
a d.l.cùm quidam. §.suum.
b d.l.cùm quidam. §.siue igitur.
c l.iij eod.
d l. quandiu institutus.eod.
e l.quandiu potest. eod.
f l.in plurium.eod.
g l.nec is. § j.eod.
h l.illud.eod.tit.

AXIOMA XXX.

PRoinde nō solùm hæres scire debet hęreditatem sibi esse delątam, sed & delatæ hæreditatis causam eum ignorare non oportet[i]. Quamobrem si quasi legitimus omnia gerat, si institutus fuit, nihil aget, nec econtra[k]. Sed contrà. dissensus in causa dominij translationem impedire non solet[l]. Respondet Bartolus, dominium non ex sola causa, sed traditione transferri[a]. Hæreditatis uerò aditio etiam nuda hæredis uoluntate intelligitur[b]. Vnde mirum non est, si illius uoluntatis error dispositionem uitiet[c], & maximè in hæreditatis aditione, in qua (quia à uoluntate pendet) id potius spectatur quod in opinione est quàm in ueritate[d].

i l.pupillus.eo.
k l. si is ad quem. eod.
l l. cùm in corpus. de acq.rer.domi.
a l. traditionibus. C.de pact.
b §.item extraneus. Institut.de hære. qual.
c l. iij. §. subtilius. de cōdi.caus.dat.
d l. is qui putat. l. hæres institutus, in fin. de acquir. hæred.

AXIOMA XXXI.

VNde uidemus eum qui se necessarium putat, cùm uoluntarius sit, neque adire neq; repudiare posse[e]. Et qui iussit ex una causa hæreditatem adiri, èx alia adeunda non est[f], si modo deterior iubentis ex alia causa non fieret conditio.[g] Sed quid si putaret se pupillum, cùm maior esset? Et hoc non nocere responsum est[h]. Quoniam ob id hæres de testamento non redditur incertus[i]. Quid rursum si partē, qua quis institutus sit, ignorans adiret? Iulianus scripsit nihil ei obesse, quò minus pro hærede gerat[k]. Idem est si partem in qua institutus est

e l.is qui putat.cum seq.eo.
f l.pater.in princip. eod.
g l.si quis mihi bona. § sed si mandauit.eod.
h l. qui se pupilli. eod.
i l. sed & si de sua. eod.
k l. si quis extraneus. §. si quis partem.eod.

scire non possit[l]: is enim qui suæ institutionis partem nescit uel ignorat, adeundo animum suum ad quamcunque partem applicare uidetur[m].

l l. illud. si pars hæred.
m Gl. l. de statu. de testa.

AXIOMA XXXII.

SEcus in eo est qui se ex una parte institutum putaret, cùm ex alia institutus esset. Nam cùm error ille facti sit, (qui nocere non solet[n]) si institutus ex asse, ex minore parte, in qua se hæredem putabat adiuerit: in solidum erit hæres[o]. Sed propter errorem, totam hereditatem si uelit eum omittere posse puto[p]: quod non poterit si sciens adiuisset[q], etiã si eo animo adiuerit, ut nõ totam hæreditatem acquireret[r]. Sed si ex semisse institutus per errorem quadrantem adeat, non credo ad semissem suscipiendum cogi eum, si hoc illi noceat[s]: Quod si illi prosit, ex semisse erit hæres[t]. Nam si error portionis illi non noceat, qui uel in proprio facto erraret[u]: multò minus huic hæredi in alieno facto erranti nocebit[x].

n l. j. in fi. cum seq. de iu. & fact. ign.
o d. l. si quis mihi. §. sed si mand.
p Arg. l. si duo. eo.
q l. qui ex duabus. §. fin. eod.
r l. si ex asse. eo.
s Lex semisse. eod.
t d. §. sed si mandauit.
u l. quoties. §. j. de hæred. instit.
x l. si. pro suo.

AXIOMA XXXIII.

VLtimus de hæreditate articulus est, Quo nam pacto quis se pro hærede gerere dicatur. differt enim à gestione aditio[y]: quoniam dubitatur an gestionis mandatum ad aditionem extendatur[z]. Nam cùm adire accedere significet[a], & hæreditas sit ius uniuersum[b]: consequens est adire hæreditatem nihil aliud esse, quàm integra hæreditaria onere subire[c]. Vnde hæres dicitur in omne ius mortui, non tantùm in singularum rerum dominium, succedere[d].

y l. at si quis. §. plerique. de relig.
z d. l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit.
a l. j. §. adeundi. quando app. sit.
b l. nihil. de uerbo. signifi.
c l. penult. in fin. de acquir. hæred.
d l. hęres in omne. eod.

AXIOMA XXXIIII.

ET hæc aditio sola animi destinatione, eum qui adiuit hæredem facit[e]. Quem tamen animum aliquo modo declarandum esse extrinsecus existimant Doctores[a]. Sed ego puto in actu à duobus pendente, propositum in mente retentum nihil operari[b]. Verùm in aditione, quia ex nuda unius uoluntate consistit[c], arbitrarer nihil extrinsecus necessariò desyderari: sed omnia in hæredis conscientia relinquenda esse[d]. Quoniam aliter quàm per illius iuramentum de nuda uoluntate constare non potest[e]. Verùm tamen, quemadmodum ex diutina possessione præsumitur aditio[f], ita & ex longa negligentia præsumendum est hæredem non adiuisse: hocque casu, & non aliàs, aditionẽ suam testibus probare debet[g].

e l. si auia. C. de iure delib.
a Gl. fin. ubi Barto. l. gerit. de acquir. hæred.
b l. si repetendi. C. de cõdi. ob caus.
c §. fina. Institu. de hære. qual.
d Arg. gl. uerb. dicetur. uersi. quando requiritur. §. sed istæ. Instit. de actio.
e cap. pastoralis. de except.
f l. qui in aliena. §. j. de acq. hære.
g Arg. l. post mortem. de adopt.

AXIOMA XXXV.

QVi uerò pro hærede gerit, ab eo, qui pro hærede, uel pro possessore possidet, discrepat. Nam pro hærede possidet, qui se hæredẽ putat, & non est[h]. & ideo usucapere non posset[i], cùm sola credulitas, nisi iustam credendi haberet causam[k], nullum titulum faciat[l]. Vnde sequitur usucapionem pro hærede, non nisi in uero hærede res alienas quasi hæreditarias possidente[m], aut in eo qui ex iusta causa se hæredem putaret, & ita res hæreditarias possideret: locum habere[n]. Sed iste qui iuste se hæredem putat, semper petitione hæreditatis conueniri potest: ut & is qui pro possessore possidet[o].

h Instim. de interd. §. pro hærede.
i l. fina. C. de usucap. pro hærede.
k l. quod uulgo. pro empt.
l l. Celsus. de usucap.
m l. pe. pro hæred.
n l. non solùm. §. hoc amplius. de usucap.
o l. regulariter. de pet. hæred.

AXIOMA XXXVI.

ET hic qui pro possessore possidet, nullo iure aut falso titulo[p] rẽ hæreditariã uel totã hæreditatẽ sciens ad se non pertinere possidet[q]. ob idque prædo esse dicit[r], & arctius obligatus est quàm is qui pro hærede possidet[s]. Si tamen bonafide possideret: quãuis se hæredem nõ esse sciret (potest enim ex alia causa in bonafide esse[t]) pro hærede uidebitur possidere[u]. Pro hærede uerò gerere, est pro domino gerere[x]. & per consequens qui se pro hærede gerit, uerus dominus non est[y]. Vnde sequitur gestionẽ semper ante aditionem esse, cùm aditio uerum dominũ faciat[z]. Hæc attamen gestio, si & eo tempore quo delata dicitur hæreditas[a], & hæreditatis acquirendæ animo facta fuerit[b]: perinde eum qui gessit, hęredem, hoc est uerum dominum facere solet, ac aditio adeuntem[c].

p l. nec ullam. §. j. eod. tit.
q §. pro possessore. Institut. de interd.
r l. pro hærede. §. fin. de pet. hæred.
s l. illud. §. prædo. eod.
t d. l. non solùm. §. si rem.
u d. l. pro hærede. uersi. j.
x §. pro hærede enim. Institu. de hæred. qual.
y l. j. §. pro tutore. pro tuto.
z l. cum hæredes. de acquir. poss.
a l. si quis extraneus. §. interdũ. de acquir. hæred.
b l. pro hærede. in princ. eod.
c §. fin. Institu. de hæred. qual.

AXIOMA XXXVII.

QVapropter ab aditione in hoc solũ differt gestio, quòd illa totius

tius

tius hæreditatis sit[d], hæc uerò dicitur si aliquid quasi hęredes faciamus[e]: etiã si unicũ tantùm gereremus negotiũ[f]. Accursius tamen cum reliquis gestionem in administrationem facti, aditionem in uerbis constituebat[g]. pro quibus facere uidetur Labeo, inquiens gestum rem significare siue uerbis factam[h]. Sed Vlpianus ait gestũ qualitercunq; accipi siue contractus sit siue quid aliud[a]. Vnde Iustinianus refert eum pro hęrede gerere, qui quocunq; modo re uel uerbis se uelle adire declarauerit[b]. Et ideo qui agnoscit bo. poss. (quoniam agnoscendo non adit[c]) se pro hærede gerere dicitur[d]. Et is qui, si iuraret, institutus est: solo iureiurando pro hærede gerit[e].

d l. penult. in fi. de acquir. hæred.
e l. pro hærede. in princ. eod.
f l. Pantonius. §. fin. eod.
g Glo. uerb. gerere. l. si quis mihi. §. sed quid si mandauit. eod.
h l. Labeo. §. in fi. de uerb. signi.
a l. ait prætor. in princ. de minor.
b §. pro hærede. Instit. de hæred. qual.
c §. quos autem. in fin. Institu. de bon. pos.
d l. puberem. C. de iure delib.
e l. antistius. in princ. de acquir. hæred.

AXIOMA XXXVIII.

Omnis enim actus acquirendæ hæreditatis animo factus, si aditio non sit, hoc est totius hæreditariæ partis susceptio[f]: pro hærede gestio appellatur[g]. quamuis nihil hæreditarium gerẽs attingat, modo per gestionem illã agnoscat successio[h]. Dicitur autem agnoscere, quoties id accipit, quod citra nomen & ius hæredis accipere nõ poterat[i]. ut si re nõ hæreditaria quasi hæreditaria usus sit[k], aut si debitũ hæreditarium soluerit[l]. Neque obstat quòd etiam negotiorum gestor soluere possit[m]: quoniã in dubio quis suo nomine magis quàm alieno quid soluere præsumitur[n].

f d. l. pen. in fin.
g d. l. Pantonius. §. fina.
h l. gerit. eod.
i d. l. pro hærede. §. Papinianus. in fine.
k l. si quis extraneus. § j. eod.
l l. ij. C. de iure delib.
m l. soluendo. de neg. gest.
n l. uij. de solutio.

AXIOMA XXXIX.

EContrà uerò is pro hærede non gerit, qui ante hæreditatem delatam aliquid gerit[o], qui rem hæreditariam quasi surripiens expilat[p], qui pecuniam accipit ut hæreditatem relinquat[q], qui iussus est tabulas inspicere, ut sciat an sibi adeunda sit hæreditas[r], qui seruum patris à quo emancipatus est manumisit[s]: quanquam in filio non emancipato secus esset[t]. quoniam suus semper præsumitur animo hæredis gerere, nisi cõtrarium aut probet[u], aut protestetur[x]. Quæ præsumptio in hęrede extraneo nunquã interpretatur[y], nisi actum gereret, qui hæreditati tantùm conuenire posset[z].

o l. neminem. de acquir. hæred.
p l. si quis extraneus. in princ. eo.
q l. fuit. eo.
r l. qui hæres institutus. eod.
s l. j. C. de iure delib.
t l. si pupillus. §. si seruum. de acqui. hæred.
u l. j. C. de repud. hæred.
x l. pro hærede. in prin. uers. & ideo. de acquir. hæred.
y l. duo fratres. eo.
z d. §. Papinianus. in fi.

De Legatis.

TRACT. XVI.

AXIOMA I.



DIFFVSISSIMVS legatorũ tractatus uel ad res, uel ad personas, legantẽ puta, legatariũ, & grauatum refertur[a]. Res quę legatur, non solùm in rerum natura aut esse[b] aut sperari debet[c], sed & in hominum commercio eam esse oportet[d]. Dicitur autẽ in cõmercio esse, modo sacra non sit, uel publica seu principis[e]. Nec refert an testatoris sit, an hæredis, an legatarij, (modo utilitatem aliquam contineat legatum[f]) an cuiuslibet alterius[g], an communis[h]. Sed rei alienæ legatum ab ignorante relictum (nisi coniunctæ personæ factum sit) non ualet[a]. A sciente uerò factum semper ualet[b]. Et si redimi non possit, præstanda est æstimatio[c], quãuis rem illam ex causa non lucratiua[d], sed onerosa legatarius acquisiuisset[e].

a Gl. Rub. de leg. j.
b l. si quis legauerit. j. eo.
c l. quod in rerum. in princ. eod.
d §. non solùm. Instit. eod.
e l. idem Iulianus. §. fin. de leg. j.
f § sed si rem legatarij §. sed si uxori. Instit. eod.
g §. j. Insti. de sing. reb.
h l. v. §. j. & ij. de leg. j.
a l. cùm alienam. C. de lega.
b l. nuper. de leg. iij.
c l. non dubium. in fi. eo.
d l. æquius. §. duobus. de leg. ij.
e §. si res aliena. Instit. de lega.

AXIOMA II.

ITaq; res tam corporalis quàm incorporalis legari potest[f]. Corporalis ut fundus, Domus, Vinũ, Triticum, Oleum, Argentũ, Aurũ, Vestimẽta[g]. Fundus si simpliciter legetur, nõ debentur instrumenta[h]; Sed tantũ quæ fundo fixa sunt uel inædificata[i]. secus autẽ si legaretur fundus instructus[k], uel fundus uti est[l]. Instrumenta autẽ fundi sunt, non quę ad tempus in fundo sunt translata[m], sed ad perpetuam fundi utilitatem[n]. Domo similiter legata, eius instrumenta non debentur

f §. tam autem. Instit. eo.
g Vt titu. de fund. instru. de trit. ui. de aur. & arg.
h l. ij. §. j. de fund. instru.
i l. cùm fundus. eo.
k l. j l. si cui. l. quæsitum. §. sed si fundus. eo.
l l. prædia. §. fina. eo. tit.
m l. j. C. de uerb. signif.
n l. instrumẽta. cum v. seq de fund. instru.

bentur [o]. Sed cùm domus instructa legatur, non pecunia aut nomina debentur [p], sed supellex præstanda erit [q]. Illa omnes res ad usum patrisfa. paratas, quæ sui generis nomen separatũ non habent, continet [r]. Vt scamna, mensas, uasa [s], etiam argentea [t] sed non ipsum argentum, penum, ornamenta, cùm sint alicuius generis nomina [u].

o l. fi. de supell.
p l. si mihi meuia. in fi. de leg. iij.
q l. si ita testamento. §. domo. de fund.
r l. supellectilis. de supell.
s l. iij. cũ ij. seq. eo.
t l. labeo. uers. l. eo.
u d. l. labeo. in prin. eo. tit.

AXIOMA III

ET ideo legata supellectili, uinum nõ debetur [x]: quãuis fundo ut instructus est legato, illud præstandum esset [y]. Illud autẽ uinum & triticum & oleum, si, quod natũ erit ex certo fundo, legetur: id tantùm quod natũ erit petitur [z], nisi annuatim relictum esset, tunc unius anni fertilitas alterius sterilitatem suppleret [a]. Sed si legentur centum amphoræ uini, ex uino quod reliquit testator, præstãdæ sunt [b]; alioquin emendæ [c]. Quòd si simpliciter uinum legatũ esset nihil est emendum [d]: sed omne quod testator reliquit, etiam si acuerit [e], unà cum amphoris & cadis [f] persoluendum erit [g].

x d. §. domo.
y l. quæsitũ. §. neratius, de fund.
z l. cùm certus. de trit. vi.
a l. ex eo. de trit. vi.
b l. ij. eo.
c l. iij. eo.
d l. cùm uinum. eo.
e l. j. si quis. §. item si quis eo.
f l. uino legato. eo.
g l. quidam. eo. tit.

AXIOMA IIII.

HOc autem uini seu tritici legatum specialius est quàm penoris, quæ omnia ad esum & potũ, (medicamentis exceptis [h]) & ad usum testatoris familiæq; parata, item iumenta quæ in agris non deseruiebant, ligna non uendibilia, uasa penuaria [i] & non coquinaria, continet [k]. Sed rursum penore maius est Alimentorum legatum, quibus & quæ ad uiuendum [l], & quandoq; quæ ad disciplinam [m], & ad medicinam necessaria sunt [n], & uestitus, habitatio [o], item lectum seu stramenta ueniunt [p], in hisq; ex fructibus hæreditarijs præstandis [q], testatoris consuetudo, uel etiam facultates, & personæ dignitas consyderantur [r].

h l. non omne. de penu lega.
i l. iij. per tot. de pe. leg.
k l. pe. eo.
l l. uerbo uictus de uerb. sig.
m l. de bonis. §. nõ solùm. de carbo.
n l. cætera. de uerb. signi.
o l. legatis de alimen. lega.
p l. quos nos. § uerbum. de uerb. sig.
q l. imperator. in fi. ad trebell.
r l. pen. in princi. de alimen.

AXIOMA V.

INcorporales uerò res sunt, Vsusfructus, Seruitus, Dos, Optio, Peculium, Liberatio. Vsusfructus legatus multis modis & finitur, & inutiliter legatur. Finitur uel capitis diminutione [a], uel si ad hæredem reuertatur [b], uel si dies in quam relictus erat uenit [c], uel morte eius ad quem redire debet proprietas usufructuario mortuo [d]. Inutiliter uerò legatur uerbis enuntiatiuis [e], uel in seruitute [f], uel cùm legatarius morietur [g], uel ei qui ad aliũ usum conuertit [h] qui non est designatus [i], qui post legatum capite minutus est [k], qui proprietatem habiturus est [l].

a l. ij. de usufru. leg.
b §. finitur. Insti. de usufru.
c l. uxori usufr. de usufru. leg.
d l. Sempronius. e.
e l. generali. in pri. eo.
f l. j. eo.
g l. v. eo.
h l. quidã reipu. eo.
i §. incertis. Instit. de lega.
k l. licet. de usufru. lega.
l l. qui usumfr. e. ti.

AXIOMA VI.

SEruitutis uerò legatum non solùm expressè [m], sed etiam in consequentiam, tam rei legatæ [n] quàm personæ cui relictum est intelligitur factum [o]. Sed quoniam indiuiduum est [p], pro parte ualere non potest [q]. Cæterùm cùm Dos legatur, si sine quantitate, quod in actione dotis est, censetur legatum. [r] Et ideo actione extincta extinguitur legatum [s]. Sed si adiecto sit quantitas, illa debebitur: & si nulla dos præstita fuerit [t], aut res dotales perierint [u].

m l. ij de serui. lega.
n l. j. l. iiij. eo.
o l. pen. eo.
p l. fi. eo.
q l. iij. eo. tit.
r l. j. i prin. de dot. præleg.
s d. l. j. §. adeo.
t l. cùm scriptũ. eo.
u l. qui uxori. eo. ti.

AXIOMA VII.

ELectio autem legata, de rebus tantùm testatoris [x], etiam si unam tantùm haberet [y]: alioquin etiam de alienis [z], post aditam hæreditatem [a], ab eo qui sui iuris sit [b], ab ea forma qua testator uoluit [c], & omnibus rebus exhibitis, fieri debet [d]. At Peculij legatum (quod iura quoque continet [e]) ut se peculium habet, augetur uel minuitur [f]: nec priusquàm æs alienum deductum sit, præstatur [g]. Liberatio uerò omnibus debitoribus etiam alienis [h], legari potest [i]: Siue iusserim ut liberaretur debitor, siue prohibuerim ne ab eo debitum petatur, siue illi chirographum dari iusserim [k]. Sed in hoc legato id quod dolo commissum est, remissum non intelligitur [l].

x l. ij. uersi. data. de opt. leg.
y l. si tibi §. j. eo.
z l. Titia. §. Sempronia. de auro.
a l. optione. de opt. leg.
b l. Iulianus. de lega. j.
c l. si tibi. §. uniue. de optio.
d l. iiij. eo. tit.
e l. quã tuberonis. §. fi. de pec. lega.
f l. denique. §. utrũ. eo.
g l. si peculium §. j. de pecul.
h l. no solũ. in prin. de liber. leg.
i l. j. eo. l.
k l. iij. & iiij. l. legatũ. l. quod mihi. e.
l l. aurelio. §. fi. eo. titu.

AXIOMA VIII.

SEcundus legatorum articulus, legantium, legatariorum, & grata-

torum

torum explicabit personas. Legare tantùm possunt qui ipso iure, quamuis de facto prohiberentur[m], testamentum facere possunt[n]. Nam filiusfam.[o], Deportatus, de statu suo incertus[p], furiosus, Impubes, Prodigus, cæcus, mutus, surdus, ad mortem dãnatus, legare non possunt: cùm testari nequeãt[q]. Ex nullo enim testamento legata non uendicantur[r]: quanquàm & ab intestato[s], & in codicillis[t], uel etiam in epistola[u], in fraudem legis non facta[x], relinqui possint[y]. Legari autem omnibus testamenti factionem habentibus potest[z]. hoc est his duntaxat qui ex testamento accipere possunt. Quoniam legatum ex incapacis persona, uel totum[a], uel pro parte, si illi pars relicta sit, uitiatur[b]. Incapaces autem sunt, Tutor qui pupillam uxorem duxit[c]. Deportatus[d], in metallum damnatus[e]. hæreticus[f], spurius, incestuosus[g].

m l. obficiūtur. § fi. prin. de iur. cod.
n l. ij. de lega. j.
o l. j. § j. de leg. iij.
p d. l. j. in princ. & §. quibus.
q Glo. l. iiij. de test.
r l. ex imperfecto. de lega. iij.
s d. l. conficiuntur in prin.
t §. & quia. §. præterea. instit. de fideicom. hæred.
u l. fi. i prin. de le ij.
x l. i tacitis. de le. j.
y l. cū pater. §. donationis. de lega. ij.
z § legari. instit. de lega.
a l. cū qs decedēs. §. titio. de leg. iij.
b l. si titio. de le. ij.
c l. fin. de lega. j.
d l. si deportati. de lega. iij.
e l. ij. de his quæ pro non scrip.
f l. manichęos. C. de hæret.
g §. fin. Auth. qui. mod. nat. effi. sui.

AXIOMA IX.

Contrà uerò legatur surdo, muto, ignoranti[a], furioso, infanti, filiosa[b]. Posthumo etiam alieno[c], & personæ prorsus incertæ[d]. Quo casu si pluribus legatum conuenire potest, hæredi (nisi uerborum repugnet significatio[e]) electio relinquitur[f]. Præterea hæredi prælegari potest, & pro cohæredum portionibus semper debetur[g], nec non ad prælegatarij hęredes transmitti solet[h]. Sed pro hæreditaria ipsius prælegatarij portione, legatum aut inutile redditur[i], aut collegatarijs, si quos habet, accrescit[k], nisi prælegatarius ille portionẽ suam hæreditariam repudiasset, tunc integrum prælegatum habebit[l], modò testatoris non repugnet uoluntas[m]. Legari rursum potest Tutori non iure dato, si consenserit ut confirmetur[n]. Item familiæ[o], Principi[p], Augustæ[q], ciuitati[r], parti Ciuitatis[s], item & uicis[t].

a l. cū pater. §. surdo de lega. ij.
b § testamēti. insti. de hære. qual.
c §. sed nec huiusmodi. inst. de le.
d l. si qs ita. de reb. dub. §. incertis. cū seq. inst. de leg.
e l. qui filiabus. §. j. de leg. j.
f l. si qs seruū. §. si inter. de leg. ij.
g d. l. q filiab[9]. §. fi.
h l. miles. §. fin. de leg. ij.
i l. legatum. §. j. de lega. j.
k l. plauē. §. si duobus. eod.
l l. filio. eod.
m l. qd ergo. eo. tit.
n l. cū filius. §. non iure de leg. ij.
o l. cū ita. §. fi. eod.
p l. qꝫ principi. eo.
q l. si augustæ. eo.
r l. ciuitatibus eo.
s l. si quis filio. §. fin. eo. titu.
t l. si hæres. § fin. de leg. j.

AXIOMA X.

Grauari autem possunt omnes quibus aliquid datur[u], etiam si surdi, muti, aut ignorantes fuerint[x]. Qualiscunqꝫ igitur hæres grauari solet[y]. item substitutus[z]: præterea & legatarius[a], qui tamen in plus quàm percepit grauari non potest[b]. Hæredis quoqꝫ aut legatarij hæres grauatur[c]. Quare ob hæreditatem uel legatum filio relictum, pater grauari potest[d]: qui tamen, si illi nõ quæratur hæreditas, minimè tenebitur[e]: uti nec ille qui ex defuncti bonis, nõ ex illius dispositione sed fortuitò aliquid cõsequitur[f].

u l. quidam §. fin. eod. titu.
x l. cū pater. §. surdo de leg. ij.
y l. j. §. sciēdum. de leg. iij.
z l. si eadem. § quis omisi.
a Inst. de sing. reb. in fi. princ.
b l. Imperator. de lega. ij.
c l. si fuerit. in fin. de lega. iij.
d l. cùm filiofa. de lega. j.
e l. iij. de lega. iij.
f l. sed etsi sic. in fi. eo. titu.

AXIOMA XI.

Superest ut uideamus quàm uariè legata concipi posśint. siquidẽ Dispositiuè, Enũtiatiuè, Semel, Sæpius, Expresśè, Tacitè, Purè, In diem, Sub conditione, Demonstratione, Modo, Causa, Generaliter, Nominatim, Copulatiuè, Disiunctiuè, legata relinqui solent. Primò uerba quæ per enuntiationem[g], aut commendationem proferuntur, legatum nõ inducunt[h]. Secus est in Dispositiuis[i]. Nec refert cuius gentis sermone concepta sint[k], cùm etiam solo nutu[l] testibus adhibitis relinqui posśint[m]. Secundò non solùm semel sed & pluries (cùm reuocatoria sit ultima uolũtas)[n] legari potest. Sed ultimum dũtaxat legatum ualet[o]: nisi primum secundi derogatorium esset[p]. Potest igitur testator integrum legatum[q], uel partem[r] quæ à toto separationem recipit[s], in eodem testamento uel codicillis[t] purè aut sub conditione adimere, uel ab uno ad aliũ trãsferre[u]. Idqꝫ expresśim per uerba uel circumductionẽ[x], aut tacitè per alienationem uolũtariã[y], uel capitales inimicitias[z].

g Lex his. C. de testa milit.
h l. fideicommissa. §. si ita de leg. iij.
i l. ij. in princ. C. com de leg.
k d l fideicōmissa. in princ.
l l. si nutu. de leg. iij.
m l. & in epistola. C. de fideicom.
n l. iiij. de adim. leg.
o l. si mihi & tibi. §. fin. de leg. j.
p l. si quis in principio testamenti, de lega. iij.
q l. iij §. si qs plusquā. de adi. leg.
r l. ij. eod.
s l. j. eod.
t Instit. de ademp. legat.
u l. si legatum. de adim. leg.
x l. nihil interest. eod.
y l. nihil prohibet. eod.
z l. iij. § fi. de adim. lega.

AXIOMA XII.

Annuatim quoqꝫ relictum plura legata esse dicitur[a]: siue aliquid quotannis[b], siue ad usum qui quotannis iterari solet[c], siue quo ad uiuam[d], siue id quod uiuus præstabam legauerim[e]. Et tale legatum pro primo anno purum est, pro sequentibus conditionale[f]. Tertiò non solùm expresśè sed & tacitè legatum relinqui solet[g]. Vnde dicimus legata ab instituto relicta, à substituto repetita tacitè esse[h]. Sed non econtrà legata substitutorum, in institutis intelliguntur repetita[i].

a l. iiij. de an. leg.
b l. nec semel. § nouissimè. quando dies lega.
c l. annuam. de an. lega.
d l. legatum eo.
e l. Seiæ. §. modico. eod.
f l. iiij. eod titu.
g l. cùm proponebatur. de leg. ij.
h l. licet de leg. j.
i l. quoties. ij. C. de fideicom.

AXIOMA XIII.

Quartò legata aut purè relinquũtur, & confestim ad legatarium etiam ante aditam hæreditatem[k] pertinent.

k l. à Titio in fin. de furt.

tinent[l]. Et ideo mora hæredis non adeuntis, legati quidem petitionem[m], sed non transmissionem impedit[n]. In diem legat, quæ si incerta sit, priusquàm ueniat, dies legati non cedit[o]: Secus si certa esset[p]. At cùm sub conditione legatur, ante illius euentum (si per legatarium non stet quominus adimpleatur conditio[q], turpis'ue non sit conditio aut impossibilis[r]) neq; uenit neq; cessit dies[s]. Conditionum autem quinq; sunt species, Potestatiua, Fortuita, Mixta[t], Naturalis[u], & Impossibilis[x]. Potestatiua si ita fiat, lego tibi si uoles[y], si dederis, si feceris, ualet[z]. Sed si ita concipiatur, si uolet hæres[a], si uolet Sempronius, inutilis est[b]. Secus si dictum sit, si arbitretur, si Capitolium ascendat[c].

l l. si dies, in princ. quando di. leg.
m l. si nemo. de testa. tut.
n l. hæredis. quando dies lega.
o l. ij. & iij. eo.
p d. l. si dies.
q l. turpia. §. sed & si. de lega. j.
r l. v. uers. sed si quãdo dies leg.
s l. cedere de uerb. signi.
t §. fin autẽ aliqd. C. de caduc.
u l. j. uers. inest. de cond.
x l. obtinuit. eo.
y l. si ita. §. j. de leg. j.
z l. mæuius. de conditio.
a l. senatus. §. legatum. de leg. j.
b l. nonnunquam. de condit.
c l. j. & iij. de leg. ij.

AXIOMA XIIII.

Conditio fortuita si deficiat, aut interim moriatur legatarius[d], impedit ne legatum debeatur[e]. Si eueniat etiam uiuo testatore, uel eo ignorante, purum reddit legatum[f]. Mixta conditio, (hoc est ea quæ à fortuna & ab honoratæ personæ uoluntate pendet[g]) si per eum non stet qui adimplere debebat, pro completa habetur[h]. Naturalis conditio, (quæ ex natura actus inest) nisi testator uellet illam uim conditionis habere[i], conditionale non facit legatum[k]: neq; illius transmissionem impedit[l]. Impossibilis uerò quatuor modis, Natura, Iure, Perplexitate, & facto impossibilis est[m]. Natura impossibilis, (ut si cœlum digito tangas) licet contractum uitiet[n]; legatum tamen quin purum sit non impedit[o]. Idem est in conditione quæ iure impossibilis est, ut illa quæ contra bonos mores concipitur[p]. Sed perplexa conditio[q], & quæ facto impossibilis est, legatum regulariter uitiare solent[r].

d l. intercidit. de condit.
e d. §. fin autem aliquid.
f l. ij. l. hæc conditio. §. fin. de conditio.
g d. § fin autem.
h d. l. turpia. §. sed et si.
i l. in conditionibus. § j. de condi.
k l. ij. de lega. j.
l l. si Titio. uersic. quædam. quando dies lega.
m Glos. § impossibilis. instit. de hæred. instit.
n l. si stipulet. de uerb. obl.
o l. iij. de cond. & dem.
p l. conditiones cõtra. de condit. instit.
q l. si Titius. eo. tit.
r l. seruo manumisso. de condic. indeb.

AXIOMA XV.

Quintò sub demonstratione aut causa legata relinquuntur, quæ etsi falsæ sint illud non uitiant[a]: quoniã error in qualitatibus dispositionẽ non uitiat[b]. Imò nec error in ipsius rei parte[c]. Quanquam secus esset in corporis aut substantiæ errore[d]. Legatum uerò sub modo relictum, præstita Cautione de modo implendo, statim peti potest[e]: quemadmodum & econtrà hæres de quibuscunq; legatis persoluendis, siue puris siue conditionalibus[f], post aditam hæreditatem[g] cauere debet[h]. Alioquin in bono. possessionem legatarius mittendus est[i].

a §. hinc proxima. cum seq. instit. de lega.
b § si quis in nomine. eo. titu.
c l. qui quartam. in princ. de leg. j.
d l. iij. in prin. eod.
e l. quibus. §. termi. de cond.
f l. hæc stipulatio. ut leg. no.
g l. ij. ut in poss. legat.
h toto tit. ut lega. nomi.
i toto titu. ut in poss. lega.

AXIOMA XVI.

Sextò si generaliter legatum relinquatur, nunc de re mediocri[k], nunc de minima fit interpretatio[l]. Quoniam ex uarijs circunstantijs uerba interpretari solent[m]. Ob id maximè quod hæc uerborum generalitas, non solùm res generaliter legatas[n], sed & hæredes uel generaliter[o] uel indefinitè grauatos[p], item & legatarios respicere solet[q]. Sed quod nominatim factum est, ad alios non extenditur[r]. Si uerò alternatiuè aliquid fiat, alternatiua inter grauatos posita, quemlibet insolidum obligat[s]: cùm inter legatarios posita rem cuilibet æqualiter tribuit[t]. Verùm si Coniunctim disponatur, inter coniunctos iuri accrescendi locus est[u], tribusq; modis fit hæc coniunctio[x].

k l. legato generaliter. de leg. j.
l l. numi. de leg. iij.
m toto titu. de reb. dub.
n l. Iulianus. § prin. de leg. iij.
o l. iiij. §. fina. de leg. j.
p l. si pluribus. de leg. ij.
q l. qui filiabus. §. j. de lega. j.
r l. si plures. l. nominatim. de leg. iij.
s l. si ex toto. §. j. de leg. j.
t l. uij. C. de uerb. figu.
u tit. C. de caduc. toll.
x l. re coniuncti. de leg. iij.

AXIOMA XVII.

Vltimò aduertendum est, hæredem, quamuis ad omnia non fideicommissaria, uel testamentaria: sed aliqua hæreditaria si inuẽtarium non fecerit[a] insolidum obligatus sit[b]: tamen Quartam partem uel ratione legatorum relictorum[c], uel hæreditatis restituendæ[d], uel legitimæ portionis detrahere posse[e]. Quarta legatorum (quæ à Falcidio falcidia uocatur) locum habet, quando ultra dodrantem omnium bonorũ legata relicta sunt, de quibus singulis pro modo illorũ[g], quartam partem detrahunt hæredes[h]. Et si unius tantùm portio grauata sit, ille solus in legatis à se ipso relictis quartã detrahere potest[i]. Quia si dubitent hæredes sit falcidiæ locus nec'ne, cautionem, de restituendo eo quod ultra dodrantem solutum erit, exigere possunt.

a l. fin. per tot. C. de iur. delib.
b toc. tit. C. de hæred. actio.
c Instit. ad l. falc. in princ.
d §. sed quia. instit. de fideic. hæred.
e §. sed hæc. instit. de inoff. testa.
f cap. quædam. ij. distinct.
g l. ij. C. ad l. falc.
h In the. eo. titu. in fi. prin.
i §. & cùm quæsitum. eod.

possunt[k]. Alioqui si scientes plus soluant, sibi imputare debebunt[l].

k toto. titu. si cui plusquam per l. falc.
l l. error. C. ad l. falcid.

AXIOMA XVIII.

VT autem sciatur an falcidiæ locus sit, omne æs alienum etiam ipsis hæredibus debitum[m], & funeris impensa prius deducitur[n]; quo deducto, nisi hæres quartam partem suæ hæreditariæ portionis[o], ex patrimonio quod tempore mortis fuit, habeat; falcidiam detrahet[a]. Omnia tamen in illam quartam computare debet, quæ hæreditario iure cepit[b]. Vt pretium ex re hæreditaria uendita acceptum[c], & omnes retentiones quas quocunque modo habet[d]. nam ea legata quæ propter aliquam causam inutilia sunt computare tenetur[e]: item prælegata eorum respectu qui illa debent computantur[f]: Hæres igitur ut falcidiæ locus sit, legata computat[g]. Contrà legatarius, ut non sit, bona contribuere solet[h].

m l. in imponenda. C. ad l. falcid.
n §. cùm autem in stit. eo. titu.
o l. parentibus. C. de inoff. test.
a § quantitas. inst. ad l. falcid.
b l. in quartam. in princ. ad l. falc.
c l. si dignum eo.
d l. in ratione. in princ. eod.
e l. ex asse. in fi. eo.
f l. Nesennius. in princ. eod.
g l. si uero. uers. qd ergo. de milita.
h l. j. §. id quod. j ad l. falc.

AXIOMA XIX.

ET ideò ubi contributio bonorum fieri debet, ibi & legatorum ualidorum fit aut fieri potest cõtributio[i]. Et econtrà si cesset bonorum contributio, nulla est legatorum in diuersis portionibus relictorum contributio[k]. Est autem Contributio commodi & incommodi compẽsatio[l]. Quaproter bonorum contributio non fit, nisi plures sint portiones hæreditariæ[m]: Sicut nec legatorum, si plura non sint legata[n]. Quoniam ex eadem re, diuersus nisi sit respectus, commodum simul & incommodum non adfertur[o]. In contributione itaque facienda, si unum sit legatum, quamuis plures sint instituti[p], nunquàm fit contributio: sed ex illo, si dodrantem excedat, simpliciter detrahitur falcidia[q]. Contrà si plura sint legata, etiam uno instituto legatorum fit contributio[r].

i l. si pupillus. §. si ego. eod.
k d. l. in ratione. §. quæsitum. uersi. ideoque.
l l. j. ad l. rhod. l. j. de compensat.
m d. §. id quod.
n l. in duplicibus. in fi. eo.
o l. j. C. de impo. lucra. desc. lib. 10.
p l. in singulis. ad l. falc.
q l. j. § non solum. eod.
r d. § quæsitũ. uers. & aliam causam.

AXIOMA XX.

AT si plures sint instituti uel substituti & plura legata, si omnes adiuerint hæreditatem, quilibet legatorum à se relictorum contributionem facit[s]. Sed si unius portio deficiens cohæredibus acquiratur, tunc si portio non grauata ad grauatam accedat, fit Contributio: siue iure substitutionis uulgaris[t], siue Pupillaris[u], siue iuris accrescendi[x], siue patriæ potestatis quæsita esset portio deficiens[y]. Sed si portio grauata ad non grauatam accedat: si iuris accrescendi[z], aut pupillaris substitutionis causa accesserit, non fit contributio[a]. Secus si ex uulgari accedat[b], nisi legata nominatim relicta essent[c].

s d. l. in singulis.
t l. qui fundum. §. qui filiũ. uers. q si extranei. eo.
u l. pater filium. §. fin. in prin. eo.
x l. quod si alteruo. eo.
y l. si pupillus. §. si ego. eod.
z d. l. quod si alterutro.
a d. § quæsitum.
b d. §. qui filium.
c d. §. id quod. in fi.

AXIOMA XXI.

NVnc de Quarta hæreditatis, quæ à Trebellio Tebellianica dicitur[d], paucis dicamus. Nam qui totam hæreditatem restituere grauatus est, si spontè hæreditatem adiuit[e], quartam partem hæreditatis, deducto ære alieno[f] retinere posse Trebellius & Pegasus constituerunt[g]. Actionibus pro rata portione, tam in hæredem quàm in eum cui hæreditatem restituit, competentibus[h]. Sed quoad creditores duntaxat[i]. Nam legatarijs hæres grauatus, si nihil præter quartam habeat, nullo modo obnoxius est[k]: secus est tamen in eo quo supra quartam haberet[l].

d l. j. in princip. ad trebell.
e l. iiij. eod.
f l. & fine. C. ad trebell.
g §. sed quia. §. ergo. institu. de fidei. com. hæred.
h l. ij. C. ad trebell.
i l. j. eo. titu.
k l. j. §. fin. ad treb.
l d. l. ij.

AXIOMA XXII.

IN hac autem quarta trebellianica computantur non solùm legata, sed & ea quæ conditionis adimplendæ causa capiuntur[a]. Sed cur ista in falcidiam æquè non imputãtur[b]? Respondeo eum qui falcidiam detrahit oneribus obligari, & ideò in alio releuandum esse[c]. Et contrà non legatarium sed fideicommissarium pro dodrante teneri: Vnde mirum non est, si omnia accepta imputet[d]. Exceptis his quæ extra testamẽtum inter uiuos accepta sunt[e]: item fructibus, quos filius hæres grauatus[f], & non alius accepit[g]. Sed & quemadmodum ea quæ à cohærede uel legatario legata sunt, in falcidiam non computantur[h]: ita quoque nec in Trebellianicam[i]. Quare grauatus iussus retinere fundũ, illum non

a d. l. in quartam. §. sed quod implendæ.
b l. ad quod autem. & d. l. in quartã. in princ.
c l. eũ qui in princ. de iureiur.
d §. si quis una. instit. de fideicom.
e l. pater filium in princ. ad l. falc.
f l. iubemus. C. ad trebell.
g l. in fideicõmissariam. in princ. ad trebell.
h d. l. id q autem.
i d. l. in quartam. uers. pro ea uerò.

non pro cohæredum portionibus à quibus rem illam accipit, ſed pro hæreditaria tantũ parte imputat[k]. Quod idem in pecunia eſt, quæ loco ſpeciei habetur[l], quanquam in ea ſecus ſit, quæ in genere relicta eſſet[m].

k l. cùm pater. in prin. de leg. ij.
l l. ſed ſi certos. de leg. j.
m l. deducta. §. nummis. ad trebell.

AXIOMA XXIII.

VLtimò in quartã legitimæ portionis (hoc eſt quartæ partis ab inteſtato ſucceſsionis competentis[n]) non imputantur, nec id quod extra patrimoniũ quæſitum eſt[o], nec quod conditionis adimplendæ cauſa præſtatur[p], (ſi teſtatoris iudicium non ſit approbatũ[q]) nec quod dignitatis aſſequendæ cauſa datum eſt[r], aut pro filij delicto conceſſum[s], nec id quod iure accreſcendi aut ſubſtitutionis eueniſſe dicitur[t], ſed nec donatio inter uiuos[u]. Ex ſupraſcriptis igitur conſtat, Quartã falcidiæ ex ſingulis legatis[x], Quartam trebellianicam ex tota hæreditate[y], Quartam legitimæ portionis ex ſubſtantia defuncti detrahẽdam eſſe[z]. Vnde mirum uidetur quod Imperator ſcripſit hæredem grauatum portionẽ ſuam reſtituere, ex fundo ſuam partem detrahere poſſe[a].

n l. quæ nuper. C. de inoff. teſt.
o l. ſcimus. §. ſancimus. j. eod.
p d. l. ſcim⁹. in prin.
q l. Papinianus. §. ſi cõditioni. de inoff. teſta.
r l. omnimodo. §. imputari. C. eod. titu.
s l. j. C. de nego. geſt.
t d. l. ſcimus. uerſi. repletionem.
u l. ſi quando. § & generaliter. eod.
x l. Plautius. ad l. falcid.
y l. j. & iij. C. ad trebell.
z Auth. nouiſſima. C. de inoff.
a l. filium quem. C. famil. ercisc.

AXIOMA XXIIII.

ALij aliter, atque aliter ſcripſerunt[b]: Nos ſpeciem Imperatoriæ legis hanc eſſe arbitramur. Teſtator habens tres filios, & trecenta in bonis; unum aliquem fundum, habentem portionem hæreditatis[c], Titio & Caio, cohæredibusq́, ſi illi uiginti darent, reſtituere grauauit: qui fundus penè uigintiquatuor ualebat. Hic igitur grauatus pro portione ſuæ hæreditatis, in fundo erat inſtitutus, & ſic in minore parte, quàm legitima portio eſſet; nimirum teſtatore trecenta in bonis habente, legitima portio unius ex tribus filijs ſunt uigintiquinque. Grauato itaq; & ratione grauaminis, & ratione legitimæ portionis ſuccurritur: ſiquidem hæreditariã fundi partẽ grauaminis cauſa retinet, quartã uidelicet trebellianicã[d], quæ (fundo XXIIII. ut dixi æſtimato) ualet ſex: ob hoc autem grauamen à fideicommiſſarijs, quibus fundum reſtituit, uiginti accipere, ut teſtator uolebat, debet; decem à cohæredibus, & decem à Titio & Caio. Sed hi duo Titius & Caius, cùm hæredes inſtituti, non eſſent hæredes, nihil amplius habent quod agere poſsint, uel ad quod conueniantur: ſuum enim fideicõmiſſum, eo dato, quod iuſsi erant dare, acceperunt. Contra hæredes uerò grauatus ad legitimę portionis ſupplementum agit: ſed id, quod ab ipſis cohæredibus accepit, decem puta, compenſare oportet; & ex decem, quæ à Titio & Caio ratione fundi ſoluta ſunt[e], ſiquid deeſt, in ſupplementum deducere debet: & reliquum, quod ſupra quartam habet, reddere iudicio familiæ erciſcundæ cæteris hæredibus compellitur. Et per conſequens duo reſtituit: nam habet ex fundo ſex, & decem à cohæredibus, item alia decem à Caio & Titio. quæ omnia copulata faciunt uigintiſex, cùm non debeat niſi legitimam, quæ eſt uigintiquinque (ut diximus) conſequi. Sed aduerſus hunc intellectum noſtrum obijci poteſt, quòd grauatus agendo ad ſupplementum ſibi præiudicabat; cùm cohæredibus, ſi non egiſſet, duo non reſtituiſſet. Ego reſpondeo: Grauatum, ſi querela non egiſſet, nihil præter quartam partem fundi, quæ ſex ualuit, potuiſſe conſequi, integraq́; uiginti reſtituiſſet; cùm omnia in quartam trebellianicam imputentur[f].

b Alciat. parad. 6. cap. v.
c d. l. filium quem. in princ.
d d. l. filium. uerſic. hæreditaria. parte.
e d. l. filium. uerſic. quod à cæteris.
f l. in quartã. uerſi. ſed in fideicommiſſaria. ad leg. falcid.


DE

De Pactis, Transactionibus,

& aliis contractibus innominatis.

TRACT. XVII. XVIII. XIX. ET XX.

AXIOMA I.



QVI de re aliqua dicturi sunt, eos à definitione incipere oportere: & iureconsulti[a] & Oratores tradiderũt[b]. Exponitur[*] igitur innominatas obligationes, quid à Nominatis differant, declarabo. Est itaq; obligatio ius quo debitum soluere astringimur[c]. Sed res illa priusquam astringamur non efficitur obligantis[d]: quoniam traditione & usucapione, non obligationibus dominia rerum transferri solent[e]. Verùm quia nemo aliũ sua autoritate astringere debet[f], inuentæ sunt Actiones[g]: quibus in iudicio quod nobis debitum est regulariter persequimur[h].

a l.j.si cert.peta.
b Cicer.lib.ij.offic.
c Instit. de obl. in princ.
d l.iij. in princ. de actio.
e l. traditionibus. C.de pact.
f l. si quis in tantum. C.unde ui.
g l.extat. q; metus caus.
h Bart. l. generali. C. de decurio. lib.10.

AXIOMA II.

OBligatio tamen strictius quàm Actio usurpatur. Nam omnes obligationes Personales sunt, cũ non rerum gratia[i], sed tantum contra obligatum competant[k]. Obligatio enim personæ ita cohæret, ut ab ea directò nunquàm neq; per pactum[l], neq; per ditionem[m], neq; per Cessionem auelli posit[n]. Indeq; dicimus omnes obligationes (tametsi quandoq; prædia non personæ conueniantur[o]) personales esse[p]. Actio uerò tam in rem quàm in personam est[q]. Sed illa quæ personalis est, à sola obligatione produci solet[r]. Et ideo propriè Actio appellatur[s].

i l.j.§. si hæres.ad trebell.
k l.actionum. uers. in personam. de actio.
l l.pacto successorum. C.de pact.
m l.fi.§ fi.de contr. emptio.
n Gl.l.iij. p socio.
o l.imperatores.in prin.de publica.
p l.iij.in prin.uersi. sed ut alium. de actio.
q l.omnium.§. quedam.instit.eod.
r l. licet. §.ea. de procur.
s l.actio in personam.de act.

AXIOMA III.

ACtio uerò quæ in rem est, magis petitio uocari debet[t]: siquidem non obligationis sed possesionis causa competit[u]. Eaq; propter contra eum qui nullo iure obligatus est, si posideat, (quia possesionis ratione debitor est[x], & actio contra quemlibet debitorem datur[y],) intentari solet[z]. Largè tamen non solùm actio in Personam, sed & petitio, quinimo & Persequutio actionis uerbo cõtinebitur[a]. Siquidem debitum (quod qualecunq; sit quia per actionem petitur) omne id dicitur, quod reali uel personali actione aut iudicis officio peti potest[b].

t d.l.actio in personam.
u l. unica. C. de alien.iud.
x l.pecuniæ uerbũ. §.fi.de uerb.sign.
y Instit. de actio. in princ.
z §.j.instit.de act.
a l.actionis uerbo. de uerb.sign.
b l. creditores. de uerbo.sign.

AXIOMA IIII.

CAeterũ licet actio ab obligatione eo quo suprà diximus modo differunt, in alio tamen conueniunt; Quia utraq; aut Ciuilis est aut Prætoria[c]. Non obstat quod obligatio iuregentium introducta sit[d]: origine nimirum obligatio iurisgentium est, effectu uerò iuris Ciuilis[e]. Actiones tamen iure Ciuili & natæ sunt & compositæ[f]: Indeq; ciuiles dicuntur, etiam si ex iuregentium contractu ueniant[g]. Et hac ratione, quia actiones, quæ à iure ciuili compositæ sunt, obligationum censentur esse effectus[h]: lex ait, obligationes iuregentium institutas fuisse[i]: hoc est, incœptas, sed non perfectas, cùm actiones non parerent. Et ex hoc declarari potest id quod dicitur, actionem iurisgentium esse[k]: cùm cõtrà dicẽdum uidebatur, ex eo quòd emptio sine nummis fieri non potest[l], qui nummi iuregentium non erant[m]. Sed respondendum est, Emptionem illam, à iuregentium ortam sine nummis fieri solere[n], à contrario sensu. Et ita iuregentium quidem inchoata erat emptio, sed non ita perfecta, ut est hodie. Olim tamen & à permutatione differebat, quia solo consensu dicebatur emptio[o]: Permutatio uerò non, nisi re utrinque tradita[p]. Negari attamen non potest, quin & iuregentium

c §. j.instit.de obl. §.sed istæ. instit. de actio.
d l.ex hoc iure. de iustitia.
e Instit. de oblig. in princ.uersi.secundum.
f l.ij.§ deinde ex his.de orig.iur.
g l. in commodato.§. sicut. commod.
h l. qui actionem. de reg.iur.
i d.l.ex hoc iure.
k d.l.ex hoc.
l §. item pretium. instit. de empt.& uend.
m l. j. in princ. de contrah.empt.
n d.l.j.uersic.sed in fine.
o d.l.j.in fi. de contrah.empt.
p l.j de rer. permu. uersi.permutatio autem.

tium res condici ab eo potuissent, qui uel iniustè possidebat[q], uel indebitum habebat[r]. Sed condictio illa non per actionis modum, sed manu Regia exequebatur[s]: denuntiatione de iure persequendo ei facta qui conueniebatur[t].

q l. rerũ. quidem. in fi. Rer. amota.
r l. indebitu solut. de cond. indeb.
s d. l. ij. in princ. de orig.
t §. appellamus. in stit. de actio.

AXIOMA V.

EX his doctores inferebant deportatos, quoniam ea quæ iurisgentium sunt retinent, quæ sunt iuris Ciuilis perdunt[a], contrahere posse, sed non agere: cùm contractus iuris gentium sit, actio iuris Ciuilis[b]. Nos contrà, illos agere posse arbitramur, alioquin inutilis esset obligatio[c]. Cùm enim obligatio illis permissa sit, & omnia quæ accessoria sunt cõcedi intelliguntur[d]. Actionem igitur, quæ obligationis effectus est[e], habent: sed utilem duntaxat nõ directam[f], quia non recta uia, sed per consequentiam contractus illi agere possunt[g], illa enim utilis est actio, quæ obliqua uia tantũ recepta est[h]. Et hæc de obligatione ante deportationem concepta non intelliguntur: quoniam illa fisco statim per deportationem quæritur[i].

a l. quidam. de pe.
b Docto. instit. de actio. in princ.
c l. non uidetur cepisse. de reg. iur.
d l. ij de iurisdict.
e l. rem in bonis. de acq. re. dom.
f l. si mandauero. § is cuius mand.
g d. l. quidam.
h l. ij. §. quanquam. de aqua plu.
i Glo. j. l. si debitori. in princ. de fideiuss.

AXIOMA VI.

COgnita obligationis definitione, sequitur illius triplex diuisio. Nam uel Naturalis est uel Ciuilis uel Mixta[i]. Naturalis dicitur, cùm quis iuregentium est obligatus[k]. Et ideo tam ex contractu solo iure Ciuili uel repobato[l], uel eliso[m], quàm ex pactis nascitur[n]. Est autem Pactum teste Vlpiano duorum in idem placitum & consensus[o]. Quæ definitio proba non uidetur, quoniam cum suo definito non conuertitur[p]. Non enim duorum consensus semper pactum est[q]. Quare alibi idem Vlpianus inquiebat Pactum esse duorum consensum atque conuentionem[r].

i Glo. j. instit. de oblig.
k l. cùm amplius. §. is natura. de reg. iur.
l l. j. in fi. de nou.
m l. Iulianus. de cond. ind.
n l. j. in princ. de pact.
o d. l. j §. est autem.
p l. j. §. j. de dolo.
q l. an inutilis. in prin. de accepti.
r l. iij. in princ. de pollicita.

AXIOMA VII.

SEd & hæc definitio non minorem habere uidetur difficultatẽ: quòd conuentio etiam emptionem & alios contractus contineat[s]. Nos itaque credimus in definitionibus nullum uerbum superfluè positũ esse[t]. Cùm igitur Vlpianus ait pactum esse consensum & placitum, sequitur placitum (quoniam Consensus de re qualibet etiam leui dicitur[u],) non nisi de re seria intelligi[x]. Siquidem principis[y], permutationis[z], diuisionis Placitum uocare solemus[a]. Sic & cùm alibi definitur pactum, consensum esse atque conuentionem. Conuentionem ideò adiectam dicemus, quòd generaliter omnes contractus comprehendat[b]. Sed quia etiam coactum contractum complectitur[c], ut coactionem à pacto Iurisconsultus seiungeret, statim consensum subiungit, qui per compulsionem semper consensus esse desinit[d].

s l. j §. conuentionis. de pact.
t l. si quando. in princ. de leg. j.
u l. quidã. de cond. institu.
x Bud. in annota.
y § Rescriptum. instit. de iur. nat.
z l. ex placito. C. de rer. perm.
a l. diuisionis. de pact.
b d. §. conuentionis.
c l. si mulier. §. si metu. j. quod met. caus.
d l. ij. in prin. uers. at si cũ. de iudi.

AXIOMA VIII.

QVapropter pactũ metu factum ualere non puto. Quoniam qui metum infert dolosus est[e]. Dolus autem & fraus pactum semper uitiare solent[f]: Adeò ut bonæ fidei contractus naturam, (quidolo & fraude nullus efficitur[g]) pactum, quod stricti iuris est, sequatur. Quamuis stricti iuris contractus ob dolum ipso iure non fiat nullus[h]. Ex suprascriptis itaque puto, Pactum spontaneam conuentionem de re seria & à re priuata non remota factam[i].

e l. si cùm excepe. §. eum qui metum. quod met. caus.
f l. iurisgent. §. prætor ait. de pact.
g l. iij. in fi. pro socio.
h l. pen. C. de inutil. stipul.
i l. si unus. §. pacta in fi. de pact.

AXIOMA IX.

SEd hîc dubitatur, quid Pactum à Pollicitatione promissioneque discrepet? Et promissionem, licet de pollicitatione aut sponsione intelligi possit[a], in dubio tamen in instrumentis pro stipulatione accipimus[b]. Aliud in testibus de promissione deponentibus existimarunt interpretes[c]. Quod uerũ esse arbitror, nisi specialiter contrà sensisse contrahentes probetur[d]. Verbum uerò Conuenit quamuis generale sit[e], in dubio magis de nudo pacto quàm de stipulatione intelligi tur[f]. quoniam conuentio ex propria significatione præcedentẽ interrogationem non ita infert, ut promissio[g].

a l. sciendum. §. dictum. de ædil. edict.
b §. si scriptũ. instit. de inutil.
c l. j. cum glo. iij. C. de usur.
d l. iurisg. §. quod ferè in fi. de pact.
e l. j. §. conuentionis.
f l. lecta. uers. conuenit. si cert. pe.
g § j. instit. de uerb. oblig.

AXIOMA X.

POllicitatio uerò quamuis largè pro pacto (ut nonnullis placuit) usurpet

usurpetur[h], propriè tamen dicitur solius offerentis promissio[i]. Vnde inferunt Doctores, non nisi absenti & citra ullam epistolam uel nuntium polliceri posse[k]. Quoniam (inquiunt) si præsenti fieret, ille præsens (nisi expressè contradiceret[l], aut in illius detrimentum polliceretur[m]) tacitè consentire diceretur[n]: & iam amplius pollicitatio non esset, sed pactum[o]. Nam & per epistolam uel nuntium paciscimur[p], cùm epistola postquàm recepta est[q], duorum consensum arguat[r]. Sed hæc communis sententia defendi non potest. Si quidem & præsenti[s], & per epistolā absenti pollicitatio fieri pōt[t].

h l.fina.C.ad Vell.
i l.iij.de pollicit.
k Ias. rub.de uerb. obli.
l l.si filiusfa.patre. ad maced.
m l.pen.C.de insti. & sub.
n l.q patitur. mād.
o l.tale pactum. in princ.de pact.
p l.ij.de pact.
q l.si pater. de manu.uind.
r d.l.si filiusfa.patr.
s l.ex pollicitatione.de pollicita.
t l.charidemus.eo. titu.

AXIOMA XI.

EGo igitur puto pollicitationem esse unius promissionem: hoc est, unius uerbalem obligationem[u]. Sicut enim Promissio neque dationem ullā neque factū continet[x], sed tantùm uerbalem obligationem[y]; Ita quoque & pollicitatio alicuius rei dandæ faciendæ'ue uerbalis est unius obligatio[z]. Et ideo ex ea agitur sicut ex stipulatione[a]. Neque uerū est quod tantùm in promissione reipublicæ facta sibi locum uendicet[b]: siquidem nuda promissio & pollicitatio idem penè significant[c].

u l. pen. C. de dot. promiss.
x l.cum pater. §.si. de lega.ij.
y l.v. §. satis acceptio.in fi.de uerbo.obl.
z l. iij. C. de dot. caut.
a l.iij.uersi.& ideo. de poll.
b l.j.eod.
c d.l sciendum §. dictum.

AXIOMA XII.

VErùm stipulatio quoniam præcedentem interrogationem habet, ubicꝫ est efficax[d]: Pollicitatio uerò, quia nulla interrogatione præcedente fit[e], (unde nuda dicitur[f]) neque obligationem[g] necꝫ actionem semper parit[h]. Nam si à parte, quod est duorum consensus, recedere liceat[i]: multò magis à pollicitatione quæ est unius promissio[k], Nisi Reip. fieret: tunc tribus casibus ex ea agitur, si ob iustam causam, honorem putà decretum uel decernendum, uel Reipu. incendium fiat[l]. Idem si sine causa facta sit, sed res aut iam tradita est, aut opus cœptum est[m].

d l.obligamur uerb. uerb.de actio.
e d.l.iij.de poll.
f Rubr.C. de dot. promiss.
g l.j.uers.non semper.de poll.
h l.nuda.C.de cōtr. stipul.
i l.si pecuniam. in prin. de con. & caus.
k d.l.iij.de pollic.
l l.j.§.sed si quidē. l.propter.l.ob casum.eo.
m d.l.j.§.itē si siue. & l.iij.eo.tit.

AXIOMA XIII.

SEd & inter priuatos, cùm Dotis[a] cum salarij exactionem pollicitatio producit[b]. His enim casibus licitatio, hoc est pretij auctio[c] (à qua pollicitatio nomen habet) fiebat[d]. Quod in stipulatione secus est, quæ non nisi quatenus interrogatio facta fuit ualere potest[e]. Ex his consequens est, pollicitationem uerborum obligationem esse, quæ licitatione fieri possit: contrà Pactum naturalis est obligatio, quæ non uerbis sed re contrahitur[f]. Siquidem pacta de re quæ iam est siue corporali siue incorporali frequentius concipiuntur[g]. Et ideo Prætor ait se pacta seruaturum[h]: seruat enim qui rem uti est non sinit extingui[i].

a l.j.§.filiā.de collat.dot.
b l. qui mutuam §. salarium.mand.
c l.licitatio.i prin. de publica.
d Alciat.j. parerg. cap.j.
e § præterea.Insti. de inutil.
f l. si unus §. ante omnia.de pact.
g l.j de transact.
h l.iurisgēt.§.prætor ait.de pact.
i Alciat. in Rubr C.de pact.

AXIOMA XIIII.

SI igitur dixero, (fateor te non teneri) conuentum pactum est: Contrà pollicitatio erit, siue promissio aut nudum pactum, si sine interrogatione promitto decem[k]. Pollicitatio agentem[l], pactum defensorem siue Reum respicere solet[m]. Pollicitatio actionē[n], pactum exceptionem producit[o]. Pollicitatione ergo petimus, pacto frequentius remittimus[p]. Hæc autem remissio nisi ab eo qui habet fieri non potest[q]. Vnde à pactione pacis nomen appellatum est[r], pax uerò de re aliqua præcedente dicitur[s].

k l.iurisgentiū.§.si ob maleficiū. de pact.
l l.pen. C. de dot. promiss.
m d.l.iurisgē. §.neputa.in fi.
n d. l. nuda. C. de contra.stip.
o d.l.iurisgē. §.sed cum nulla.
p l.j.de transactio.
q l.decem.de uerb. obli.
r l.j uers.j.de pact.
s l.unica. in princ. C.de caduc.

AXIOMA XV.

QVi igitur paciscitur: ut plurimum rem certam remittit[t]. Hæcꝗ ratio est, cur per pactum ipso iure actio furti & iniuriarum tollitur[u]. Quoniam illæ obligationes ex sola re: hoc est, maleficio consistunt[x]. Sic pactum ut ex decem mutuatis nouem reddas, remissiuum est, ipsoꝗ iure nouem tantùm debentur[y]. Sed contrà. Pactum per exceptionem duntaxat, non ipso iure actionem tollit[z]. Aliqui distinguunt per exceptionem tollere, si post perfectum contractum paciscatur: secus si in ipso contractu[a]. Sed hæc distinctio non uidetur uera: quia pacta quæ remittunt, etiam si postea fiant, contractui inesse uidentur[b]. Alciatus diuinando putauit pactum ex interuallo adiectum ipso iure actionem tollere[c] si iustum esset: id est, uestitum[d].

t d.l.j. de transact.
u l.si tibi.§ j.de pactis.
x l.uij.in princi.de actio.
y l.rogasti. §.si tibi.si cert.peta.
z l.si un⁹. § pactus ne peteret.de pactis.
a d.l.iurisg.§.quinimo.
b l.pacta conuenta in prin.de contra.emp.
c Alcia. d.§ si tibi.
d l.si stichū.§.naturalis.de solut.

AXIOMA XVI.

EGo igitur puto contrarium procedere, in pacto quod contractum uel abrogat uel informat[e]: sed non in eo quod reformat[f]. Pactum autē contractum informat, cùm formam aliquam à contractu diuersam adfert[g]: ut si uendendo equum paciscar ut Romam eas[h]. Quod pactum circa accidentia Contractus positum esse dicitur[i]: etsi incontinenti factum sit contractui inesse[k], hoc est pars contractus esse dicitur[a]: & per consequens actionem producit[b], Quia si ex interuallo adiectum esset, exceptionem tantùm pariet[c].

e d. § quinimo.
f d.l. iurisg. §. adeo. uersic. nam si potest.
g Alciat. in Rubr. C. de pact.
h l. si sterilis. §. si tibi. de actio. empti.
i d. l. pacta con. uers. quod locū.
k d. §. quinimo.
a l. fundi partem. de cont. empt.
b l. in bonæ fidei. C. de pact.
c d.l. iurisg. §. utputa. in fi.

AXIOMA XVII.

VNde lex ait, hoc pactum ex interuallo factum, si cōtractui detrahat, inesse in ipso contractu[d]: non ut actionem pariat[e], sed ut exceptionem tantùm[f]. Siquidem si petatur quod detractum est, pacti exceptione actor repelletur[g]. Sed si hoc pactum ex interuallo factum contractui aliquid adderet, ipsi contractui inesse non uidetur[h]. Quia quod additum est peti non potest[i]: cùm pacta ex interuallo in accidentalibus contractus, adiecta, actionem non pariant[k].

d d.l. pacta conuenta. in princ.
e d. §. quinimo.
f d. l. iurisg. §. sed cum nulla.
g l. si cùm fundū. de pact.
h d.l. pacta conuēta.
i d. §. utputa.
k d. §. quinimo. in fi.

AXIOMA XVIII.

SEd si contractus substantiam pacta respiciant, ut cùm paciscimur equum decem iam uenditū pro quinque uēdi, Reformare contractum dicuntur[l]: & actionem, si modo hinc inde nihil traditum sit[m], pariunt: etiam si, ex interuallo adiecta sint[n], & ita priorem contractum ipso iure tollunt[o]. Quare mirum non est, si pactum quod pro decem mutuatis nouem reddantur, priorem mutui actionem ipso iure tollat[p]. Cùm sit reformatiuum, hoc est priorem contractum ita reformet & renouet[q], quasi nullus præcessisset contractus[r]. Qui tamen ut per hoc pactum sublatus est, ita per secundum contrarium pactum resuscitari potest[s].

l d. §. adeò. uers. nā si potest.
m l. j. C. quando lic. ab empt.
n d. l. pacta con. uers. an idem.
o d. §. pactus ne peteret. uers. idē dicemus.
p d. l. rogasti. §. si tibi.
q d §. adeò. uersic. nam si potest.
r l. ij. de rescinden. uend.
s l. emptor. in prin. de pact.

AXIOMA XIX.

HAec enim pacta quæ obligationem respiciunt, si illam totam tollant, ad nouum contractum proficiunt[t], modò res hinc inde sit integra[u]. Quia si obligationem minuant, uel augeant, illam renouare dicuntur[x]: quia semper (ut dixi) contractui inesse dicuntur, etiam si ex interuallo adiecta sint[y], modò omnibus integris manentibus apponantur[z]. Verùm tamen hoc pactum, obligationem quæ re contrahitur diminuendo duntaxat sed non augendo reformare potest[a]: Quia re non potest obligatio contrahi, nisi quatenus datum est[b]. Dum tamen stipulatio adiecta non fuerit[c], uel iuramentum[d], aut ob loci uel temporis rationem pactum obligationem non augeat[e].

t d. § pactus. uers. non enim.
u l. ab emptione. de pact.
x d. §. pactus. uers. quod si non.
y d. §. adeò. in pri.
z d. l. pacta conuēta. uers. si omnib.
a d. l. rogasti §. si tibi. cum uers. seq.
b l. si tibi. in princ. de pact.
c l. cùm ultra. C. de non nu. pecu.
d c. debitores. de iureiur.
e l. si ut certo. in princ. commod.

AXIOMA XX.

LIterarum quoque obligationem, item & stipulationem, ope tantùm exceptionis non ipso iure per pactum summoueri arbitror[f]. Eodem enim genere quodq; dissolui debet quo colligatum est[g]. Eaq; propter Aquiliana stipulatio introducta est, qua alterius generis obligationes nouantur, & postea per acceptilationem perimuntur[a]. Pacta igitur obligationes tantùm quæ consensu contrahuntur, tam minuendo quàm augendo omnibus integris[h] ipso iure reformant[c]. Quia contrario consensu[d], & per consequens pacto contrario, qui consensus est, tollitur[e]. Similiter ipso iure obligationes quæ re contrahuntur pacta diminuendo tantùm reformant[f], Quia diminutio simile est genus dissoluendi, quo obligatio colligata erat[g].

f l. si unus. §. sed si stipulatus. de pact.
g l. nihil tam naturale. de reg. iur.
a §. est autē. instit. qui. mo. tol. obl.
b d. l. pacta conuēta. uers. idē. uers. si omnibus.
c d §. si tibi.
d §. fin. instit. qui. mod. toll. obl.
e d. §. adeo.
f d. §. si tibi. i prin.
g l. j C. quando lic. ab emp.

AXIOMA XXI.

PActa uerò informatiua, si incontinenti adiecta sint, ipso iure contractum coarctant[h]: Quia tunc substantialis pars contractus esse dicuntur[i]. Ea enim quæ incontinenti fiunt cùm inesse contractui dicantur[k], ipso iure pars contractus censentur[l]. Si uerò

h d. §. quinimo.
i l. fundi partem. de contra. emp.
k l. lecta. uers. dicebam si cert. pet.
l l. scimus in prin. C. de inoff. testa.

uerò ex interuallo apponantur, per exceptionem tantùm contractum elidunt[m]: Quia de eo quod obligationis ſubſtantia non eſt concipiuntur[n], & maximè ſiue petendo uel non petendo fiant. Quo caſu obligationē (quia à petitione ſiue actione diuerſa eſt) ipſo iure non extinguunt[o]. Similiter nec actionem ſeu petitionē, illa quippe per exceptionem regulariter excluditur[p].

m d. §. pactus ne peteret.
n d. §. utputa uerſi. idem reſpon.
o l. ſi unus. §. ante omnia. de pact.
p l. j. de exceptio.

AXIOMA XXII.

EX ſuprà ſcriptis itaq; conſtat, omnia ferè pacta præcedētem contractum exceptione tantùm elidere[q]: quia contractus non niſi eo modo quo colligatus eſt diſſolui poſſet[r]. Et ideo naturalis obligatio quæ fit ſolo pacto[s], per contrarium pactum ipſo iure tollitur[t]. Sed cōtrà Paulus ait prius pactum per poſterius non ipſo iure ſed per exceptionem elidi[u].

q §. præterea. inſti. de except.
r d. l. nihil tam naturale.
s l. j. in princ. de pact.
t l. ſi ſtichum. §. naturalis. de ſolut.
u d. §. pactus ne peteret. in princ.

AXIOMA XXIII.

ALiqui dixerunt pactum naturalem obligationem quæ cum Ciuili ſemel coniuncta fuit, ipſo iure non tollere: Quod falſum alij exiſtimarunt[x]. Accurſius uerò credidit, pactum de non petendo obligationem ipſo iure tollere: pactum de petendo ipſo iure non reſuſcitare[y]. Quia proniores (inquit) ad abſoluendum quàm ad obligandum ſumus[z]. Sed hæc Accurſij ſententia uera non uidetur[a]. Zaſius putat obligationem naturalem ipſo iure per pactum tolli, Ciuilem uerò per exceptionem duntaxat[b]. Sed nec hæc opinio uera eſt: emptio enim, ex qua & ciuilis & naturalis oritur obligatio per pactum ſi res ſit integra ipſo iure tollitur[c].

x Arg. l. ſi. in prin. de iureiur.
y Glo. uerb ipſo iure. d. §. pactus.
z Larrian. de act.
a l. emptor in fin. princ. de pact.
b Zaſ. in ſuis intel.
c l. ab emptione. de pact.

AXIOMA XXIIII.

NOs autem triplex pactum legimus, Iuſtum[d], Conuentum[e], & Nudum[f]. Iuſtum illud dicitur, quod ius ſtandi, nulla obſtante uiolentia[a], ubiq; habeat[b]. Pactum igitur iuſtum uocamus, quod adeò firmum eſt, ut omnimodo ſeruari debeat[c]. Et quod non ſolùm exceptionem, ſed & actionem producit[d]. Vnde conſequens eſt omne pactum, quod iure ciuili adiuuatur, iuſtum appellari[e]. Adiuuatur autem lege ubi actionem parit[f].

d d. l. ſi ſtichū. § naturalis.
e l. iuriſg. § Prætor ait. de pact.
f d. l. iuriſg. §. ſed cùm nulla.
a Alc. parerg. j. ca. 29.
b Plato. in dialogo Cratylus.
c l. tale pactum. in fi. prin. de pact.
d l. epiſtola. § pactum eo.
e Inſtitu. de excep. in pri. uerb. iuſta uerb. iure ciuili.
f l. legitima. de pact.

AXIOMA XXV.

IN huiuſmodi igitur pacto obligatio & per conſequens ius uerſatur[g]. Et ideo mirum non eſt, ſi non ſolùm obligationem naturalem[h], ſed & naturalem ſimul & Ciuilem ipſo iure tollat[i]. Ea ſiquidem in quibus ius uerſatur, ipſo iure præcedentia contraria tollunt[k]. Nam & hæc pacta, cùm pars obligationis ſint[l], in obligatione ſeu iure adeò uerſantur, ut illorum cauſa etiam actio ex contractu competat[m].

g l. obligamur. §. etiam nudus. de actio.
h d. §. naturalis.
i d. l. ab emptione. d. l. rogaſti. §. ſi tibi.
k d. §. pactus ne peteret.
l l. fundi partem. de contr. empt.
m d. §. utputa. uerſ. idem reſpōſum.

AXIOMA XXVI.

SEd non parua eſt cōtentio, an hoc pactum nouam pariat actionem? Et parere præſcriptis uerbis actionem[n] ſeu in factum[o], quæ proxima actioni ex contractu deſcendenti eſſe dicitur[p], communiter receptum eſt[q]. Sed Alciatus cum alijs quibuſdam ſolam ex contractu actionem naſci credidit[r]: inquiens præſcript. uerb. actionem non dari, ſi nominata competat actio[s]. Nam ſi ordinario iudicio agere poſsimus, ad extraordinarium confugiendum non eſt[t]: maximè ſi minus prouideat, ut facit hæc præſcript. uerb. actio quæ & ſtricti iuris eſt, (ut pleriſq; placet[u]) & pœnitētiam admittit[x], dariq; dicitur ubi ex contractu nulla eſt actio[a]. Alioqui ſi pro pacto (inquit idem) quod eſt contractus pars ficta & acceſſoria[b], duplex competeret actio: plus operaretur fictio quàm ueritas, firmiuſq; acceſſorium eſſet quàm principale, quod fieri non poteſt[c].

n l. ij. C. de pact. inter empto.
o l. ſi uir. de præſcrip. uerb.
p l. ſi conuenit. de reſcind. uend.
q Glo. uerb actio. l. in bonæfidei. C. de pact.
r Alciat. v. Parad. cap. j.
s l. ij. & iij. de præſcript. uerb.
t l. iij. uerſ. quòd ſi ſocius, de noui operis.
u Doctor. § actionum. inſti. de act.
x l. ſi pecuniam. in princ. de cōdict. cauſa data.
a l. rogaſti. §. ſi. de præſcript. uerb.
b d. l. fundi partē.
c l. filio quem. de liber. c. acceſſorium. de reg. iur. in vi.

AXIOMA XXVII.

EGo non dubito quin ex eodem facto plures actiones[d], etiam eo caſu quo ſtultum eſſet una alijs omiſſis agere[e], diuerſis reſpectibus dari

d l. j. ui bon. rapt.
e §. cæterùm. inſt. quod cum eo.

poſſe.

posse[f]. Multò magis igitur in hoc pacto, quod mixtum negotium cũ contractu, non autem accessorium neq; fictum esse dicitur[g]. Neque me mouet quod præscriptis uerb. actio cum alia non concurrat[h]: id enim uerum non est cùm diuersi respectus consyderari possunt[i]. Pactum itaq; iuxta contractum positum actionem semper parit[k], quam nunc ex contractu[a], nunc præscript. uerbis actionem esse leges affirmant[b]. Vtraq; tamen non semper nascitur, quoniam lex ait hoc pactum actionem interdum informare[c], id est, extendere, uel (ut alij rectius legunt) formare, id est, creare. Dictio autem, interdum, ostendit pactum illud regulariter actionem non formare siue informare[d]: & tamẽ lex dicit semper ex eiusmodi pacto actionem nasci[e].

f l. ex empto. §. is qui uino. in fi. de actio. empt.
g l. Arist. in princ. de donat.
h dict. l. ij. & iij. de præscri. uerb.
i l. naturalis. §. & siquidem. eo.
k l. in bonæfidei. C. de pact.
a l. si sterilis. §. si tibi. de act. emp.
b l. si uir. de præsc. uerb.
c d. §. quinimo.
d l. interdum. cum si. de códi. io leb.
e d. l. in bonęfidei.

AXIOMA XXVIII.

Nos nodum difficilem ita soluimus, ut pactum illud quoniam pars contractus est, actionem ex contractu semper informet: hoc est, ad id quod in pacto deductum est extendat[f], etiam si de distrahendo cõtractu pactum fuerit conceptum[g]. Quia in cõtractibus bonæfidei id quod actum est magis quàm dictũ consyderatur[h]. Vtilis tamen actio hoc casu dicitur[i], quia ex æquitate tantùm contra ius strictum competit[k]: fieri siquidem stricto iure non potest, ut actio cõtractus ad distractum detur[l].

f d. l. si sterilis. §. si tibi.
g d. l. si conuenit. de rescind. uendi.
h l. sed celsus. §. j. de contra. empt.
i d. § is qui uina.
k l. ij. §. quanquam autem. de aq. plu.
l d. l. celsus. §. ij.

AXIOMA XXIX.

Actionem uerò præsc. uerb. illud pactum non semper sed interdũ format, id est, creat[m]: quando uidelicet contrahens, ut fidem contractus præcisè seruet, cogi potest[n]. Regulariter enim non compellitur, sed liberatur præstando id quod interest[o]. Cogitur autem simul atq; ex contractu aliquid percepit: post quam perceptionem & non ante præscr. uerbis agitur[p], qua actione uel ad id quod interest[q], uel ut præcisè cõtractui stetur agere possumus[r]. Et ideo inutilis non est, cùm actio ex contractu ad id tantùm quod interest detur[s]: nimirum quod hæc antequàm res ulla tradita sit competere soleat[t]. Præscriptis uerò uerbis actio postquàm res aliqua tradita est duntaxat datur[u].

m d. §. quinimo.
n l. ij. C. de pact. inter empto.
o l. j. de act. emp.
p l. quod si nolit. §. in l. ctum. uersi. illud planè. de ædilit. edict.
q d. l. naturalis. §. j.
r l. cum precibus. in fin. C. de rerũ permutat.
s d. l. j. de act. emp.
t l. ex empto. in prin. de act. emp.
u l. ex placito. C. de rer. perm.

AXIOMA XXX.

Sed hîc dubitari potest, an suprà scripta locum habeant tam in contractu bonæfidei quàm stricti iuris. Nam uno in loco & Imperator[x] & iurecõsultus referunt, pactum in bonæfidei contractibus adiectum actionem parere[y]. Vnde innuere uolunt secus esse in stricti iuris cõtractibus[z]: quod maximè ex eo probari uidetur, quod usuræ ex pacto post mutuum incontinenti adiecto non debeantur[a]: cùm tamen pactum post locationem positum de usuris non præstandis ualeat[b]. Sed contrà & Imperator[c] & iureconsultus alio loco dixerunt, pacta incontinenti stipulationi adiecta (quam stricti iuris esse certum est) inesse[d].

x l. in bonæfidei. C. de pact.
y d. §. quinimò.
z l. cùm Prætor. de iudic.
a l. iij. C. de usur. l. Titius. de præsc. uerb.
b l. cũ quidã. §. ex locato. de usur.
c l. petens. C. de pactis.
d l. lecta. uers. dicebam. si cert. pet.

AXIOMA XXXI.

Communis sententia est pactum incontinenti post stipulationem adiectum, nouam ex stipulatu actionẽ producere[e]: Sed non actionem stipulationis extendere[a]. Quia in stipulationibus quot sunt res tot sunt stipulationes diuersæ[b]. Præterea si stipulatio certum aliquid contineret, certi condictione agendum est[c], & non ex stipulatu[d]. Quare illa certi condictio ad factum quod in pacto deductum est, extendi non posset: quoniam factum incertum esse dicitur[e], Pro incerto autem non certi condictione, sed ex stipulatu agendum est[f].

e d. l. lecta. uers. etsi ut illæ.
a Alciat. d. l. in bonæfidei in princ.
b l. scire debemus. de uerbo.
c l. certi. in princ. si cert. peta.
d l. si quis certum. eod.
e l. ubi. §. id quod. de uerbo.
f Insti. de uerbor. oblig. in princ.

AXIOMA XXXII.

Ego uerò non dubito, quin ex pacto incontinenti post contractum stricti iuris adiecto agatur[g]. Sed cùm stipulationi adiectum est, iam non amplius pactum dicitur sed stipulatio[h]. quia quot sunt res tot sunt stipulationes[i], si pactum in stipulatione specialiter fuerit expressum[k]. Et tunc quælibet stipulatio suam actionem habet, ut certi condictionem si certa sit: uel ex stipulatu, si incerta[l]. Non enim inconueniens est ex eadem interrogatione

g d. uer. etsi ut illę.
h l. Titia. § fin. de uerbo.
i d. l. scire debem⁹.
k l. quod dicitur. j. de uerbo.
l Instit. de uerbor. oblig. in princ.

tione & respõsione ambas oriri actiones[m]. Sed si pactum non in ipsa stipulatione, sed prius uel post appositum sit: una tantũ stipulatio dicitur[n]. Quoniam illud pactum quasi præfatio in stipulatione intelligitur repetita[o]. Nũquàm ergo hoc casu pactum nouam actionem à stipulatione diuersam parit, cùm ipsi stipulationi inesse dicatur[p], hoc est, ab ipsa stipulatione separari non possit[q].

m l. liber ij. §. fin. de uerbo.
n d. l. q, dicitur.
o d. l. Titia §. j.
p d. l. lecta. uers. dicebam.
q l. ij. de iurisdict. om. iud.

AXIOMA XXXIII.

SI uerò pactum subijciatur contractui innominato, (qui regulariter stricti iuris est[r]) semper præscr. uerb. actionem parit[s], cùm causam semper contineat[t]: quæ tamen causa prius adimpleri debet, quàm illa præscriptis uerbis actione agi possit[u]. Et hoc casu licet duo negotia dici possint[x], unus tamen contractus innominatus est à pacto non separatus[y]. Similiter si pactum Mutuo, quod stricti iuris est, subijciatur: actionem si detrahat, non si addat producit[z]. Et hac ratione usuræ (quamuis in accessionibus secus sit[θ]) ex pacto post mutuum adiecto non debentur[a]: quia mutuo addunt, quod fieri non potest[b]. Cùm tamen pactum, quod ut præcedenti uel stipulationi uel mutuo detrahat factum est, actionem producat[d]. Sed & hoc casu certum est, mutuum ratione pacti in aliam contractus transire speciem[e]: unumq; fieri contractum innominatum, pro quo una præscriptis uerbis nascitur actio[f].

r Glo. uerb. ex permutatione. §. actionum. Inst. de actio.
s d. l. Arist. de donatio.
t l. iurisgẽtium. in prin. uersic. sed si in alium.
u Lex placito. C. de rer. perm.
x d. l. Aristo.
y l. fi. C. de rer. permuta.
z l. Titius. de præs. uerb.
θ l. frumenti. C. de usur.
a l. ij. C. de usur.
b l. si tibi. in princ. de pact.
c d. l. lecta. uer. conuenit. usq. ad fi. l.
d l. rogasti. §. si tibi. cũ seq. si cert. peta.
e d. l. Titius.
f l. fi. de præs. uerb.

AXIOMA XXXIIII.

ET ex his omnibus apparet pactum stricto contractui adiectum efficere, ut uel contractus in pactum mutetur[g]: uel ut pactum contractu priore extincto[h] fiat cõtractus nouus quandoq; nominatus[i], quandoque innominatus[k]: aut ut prioris contractus pars indiuidua esse dicatur[a]. Et ideo nunquàm nouam actionem, remanente ueteri quæ est ex cõtractu, producere potest[b]. Contractum uerò bonæfidei pactum, nisi illum uel reformet[c], uel aduersus illius substantiam conceptum sit[d], neque mutat neque nouus contractus efficitur[e]: sed pars prioris contractus, diuidua tamen esse dicitur[f]. ob quam idcircò nouã actionem formare potest[g].

g l. ubi ita donatur. de dona. causa mort.
h d. uersi. dicebam.
i l. ij. in princip. si cert. pet.
k d. l. Titius.
a d. l. quod dicitur. de uerbo.
b d. §. quinimo. à contra. sens.
c d. l. iurisgẽ. §. ad eo.
d l. j. uers. mandatũ. Manda.
e l. Lucius. depos.
f l. cùm plures. in prin. de eui̇ctio.
g d. §. quinimo.

AXIOMA XXXV.

NOn me mouet, quod lex dicat pacta inesse stipulationi[h] perinde ac contractui bonæfidei[i]: Aliud est enim inesse, hoc est partem rei esse[k], aliud nouam actionem formare. Quoniam hæc tanquam diuersa repetijt iureconsultus[l]. Præterea non semper sequitur iureconsultum per bonæfidei contractus expresśionem, stricti iuris cõtractum excludere uoluisse[m]. Itaq; ex suprascriptis lex declaratur, quæ uult ex stipulatione causa pacti ante uel post statim apposita agi[n]: Illud enim pactum in stipulationem conuertitur[o], & si plura sint pacta, tot erunt stipulationes[p].

h d. uersi. dicebam.
i d. §. quinimo.
k l. j. §. si stipulanti. in fi. de uerb.
l d. §. quinimo. in prin. & uers. solemus.
m d. l. iurisgẽ. §. ut putà. uersi. quod in omnibus. cum glo.
n l. petens. C. de pactis.
o l. si ita. § j. cum l. seq. de nouat.
p d. l. Titia. §. fi. de uerbo.

AXIOMA XXXVI.

SEd contrà lex illa quæ de stipulatione loquitur incontinenti adiecta, innuit secus esse si ex interuallo apponeretur: quod tamen falsum est[q]. Præterea (inquiunt Doctor.) si ex geminato pacto agi possit[r], etiam ex interuallo adiecto[s]: quid opus erat dubitare, an ex stipulatione pacto incontinenti adiecta ageretur[t]? His rationibus moti interpretes legem illam aliter atq; aliter declararunt[u].

q l. qui pecuniam. si cert. peta.
r l. j. §. fi. de consti. pecu.
s Do. l. in bonæfidei. C. de pact.
t l. j. in fin. ad municipal.
u Alciat. v. parad. cap. ij.

AXIOMA XXXVII.

NOs illorum solutiones, quia ex suprà scriptis falsas esse constat, omittemus: & fatebimur stipulationem, si ratione contractus ex interuallo adiecta sit, proficere[x]: quoniam contractus iustam facit stipulationis causam[y]. Sed cùm pactum nudum nullam habeat causam[z], stipulatio ex eo facta nullum habet effectum[a]: nisi incontinenti ante uel post pactum apposita esset, tunc enim ualet[b]. Quia pactum (ut dixi) iam amplius pactum non est, sed in stipulationem conuertitur[c]. Diuersa enim negotia, quæ incontinenti facta sunt, pro eodem habentur[d].

x l. si ita stipulatus à Seio. de fideiuss.
y l. nũquam nuda. de acq. rer. dom.
z l. iurisg. §. sed cũ nulla.
a l. ij. §. circa. de doli except.
b d. l. petens. C. de pact.
c d. l. si ita. §. j. de nouat.
d d. l. Titia. §. j. de uerb. oblig.

AXIOMA XXXVIII.

NOn me mouet quod DD. hactenus crediderunt, ex geminato pacto actionem dari [e]; hoc enim planè falsum est [f], alioqui lex post pactum stipulationem esse adijciendam frustra toties censeret [g]. Cur enim geminatum pactum plus operabitur, quàm gemina intercessio [h]? Cur secunda emptio per pupillum facta, quæ licet inutilis sit, obligationem tamen naturalem & uim pacti continet [a], per præcedentem emptionem non confirmaretur [b]? Non'ne pacta contra iuris Ciuilis regulas facta reprobantur [c]? At regula est iuris, eum qui bis idem promittit, ipso iure non amplius quàm semel teneri [d]. Item est & alia regula, pactum sine causa factum actionē non producere [e]. Causa autem non dicitur ex geminatione actus [f], sed quando pactum in se aliquod negotium habet [g].

e D. clus. l. legem. C. de pact.
f l. si pacto quo pœnam eo.
g l. prædia. de act. empt. l. duo societatem. pro socio. l. rescripsit. §. si pacto. de pact. com sim.
h l. si mulier. ij. C. ad uell.
a l. j. in fin. de nou.
b l. si id quod. uers. quod si ante. de rescind. uend.
c l. contra. de pact.
d l. qui bis idem. de uerb.
e d. l. iurisgē. §. sed cum nulla.
f l. iij. §. scio. de minor.
g l. solēt. de præsc. uerb.

AXIOMA XXXIX.

RVrsum & alia regula est promissionem sine causa factam cōdici posse [h]. Non me mouet si dixeris pactum ex eo quòd promissionē habet, causam quoque continere. Nā id omnimodo falsum est [i]: quoniam traditio plusquàm pactum operatur [k], & tamē illa sola nunquam iusta causa esse dicitur [l]. Nihil obstat quod debitū etiam naturale tantū constitui possit [m]: quasi Cōstitutum & naturale debitum duo pacta geminata essent [n]. Sed nos aliter debitū naturale interpretamur. Illud uidelicet quod & peti potest [o], & iure Ciuili ubi impedimentum ciuile sublatum fuerit, non reprobatur [p]. Quia si impedimētum ciuile perpetuò duret, non dicitur natura debitum [q]. Et ideo nudum pactum quia actionem iure ciuili nunquam parit [r], sed semper sine causa esse dicitur [s]: iure naturali neque petitionem neque debitum continere potest [t]. Sed contrà lex ait nudum consensum, & per cōsequens pactū quod nudo fit consensu, obligationi sufficere [u]. Ex obligatione autē uel naturali prouenit naturale debitum [x].

h l. j. de condi. sine caus.
i d. §. sed cū nulla.
k l. traditionibus. C. de pact.
l l. nūquam nuda. de aeq. rer.
m l. j. §. debitū. ij. de const. pecu.
n §. de constituta. Instit. de actio.
o l. cùm amplius. §. in natura. de reg. iur.
p l. si id quod. uers. ut enim. de condict. in deb.
q d. l. j. §. debitum. iuncta l. sed etsi. §. j. de consti. pec.
r l. diuisionis. de pact.
s d. §. sed cū nulla.
t l. rerum. in fi. rer. amota.
u l. obligamur. § & nudus. de act.
x l. fideiussor. §. fideiussor. uer j. & ij de fideiuss.

AXIOMA XL.

REspōdeo legem illam uel de alio consensu quàm de pacto intelligendam esse, uel debitum illud naturale non solùm ex naturali obligatione prouenire [y], sed etiam sine illa consistere posse. Debet enim, qui actione in rem tenetur [z], & tamē obligatus nō est [a]. Vnde uidemus pupillū qui sine tutore licet naturaliter obligetur [b], naturaliter tamen nō debet [c]: cùm quod soluit, si locupletior factus non est, repetat [d]. Quia si natura debitor esset, nō repeteret [e]. Et hoc fortasse modo leges quæ de pupillo uariè loquuntur [f], conciliari possent: modò meminerimus iureconsultos obligationem naturalem pro naturali debito, propter similem utriusque effectum [g], sæpissime usurpasse [h].

y d. §. fideiussor.
z l. pecuniæ uerbū. §. si de uerb. sig.
a §. j. uer. aut cū eo. Instit. de actio.
b l. j. in fin. de nou.
c l. quod pupillus. de cond. ind.
d l. naturaliter. § fi. eo.
e l. Iulianus. eo.
f l. pupillus. de act. l. si pupillus. ad l. falc.
g d. § fideiussor.
h d. l. naturaliter. in princ.

AXIOMA XLI.

RVrsum ex suprà scriptis & Gordiani lex explicatur, quæ ait: si pacto, quo pœnam si placito non stares promisisti, stipulatio subiecta est: ex stipulatu agens uel id quod in pacto deductum est, uel pœnam stipulatione comprehensam exiget [a]. Quæ lex multis rationibus interpretes torsit, quia putabant & pactum stipulationi adiectum actionem parere [b]: & ex geminis pactis sine stipulatione agi posse [c]. & moram ex primo pacto, quia petitionem non haberet [d], non committi [e]: & per consequens nec pœnam peti posse [f].

a l. si pacto quo pœnā. C. de pact.
b d. l. lecta. uers. dicebam.
c Doc. l. in bonæ fidei. C. de pact.
d d. l. iurisgē. § sed cum nulla.
e l. si pupillus uers. nulla. de uerbor. oblig.
f l. si petitum. quando dies lega.

AXIOMA XLII.

SEd hæc nos parum mouent, cùm docuimus & duo simplicia pacta actionem non parere [g], & pactum contractui stricto adiectum efficere, ut & ipsum pactum & contractus unū duntaxat sint negotium [h]: adeò ut etiam si tres præcessissent contractus, omnes in pactum illis subiectum conuertantur [i]. Et ideo mirum nō est si Gordia. dixerit duo pacta in stipulationem illis subiectam conuerti, & ex ea agi [k]. Neque amplius quærendum est, an primum pactum petitionem habeat ut mora committatur [l]: cùm omnia in unam stipulationem conuersa sint [m], & quasi nouata [n].

g l. si mulier. ij. C. ad uell.
h l. Titius. de præscrip. uerb.
i l. lecta. si cer. pet.
k d. l. si pacto quo pœnam.
l d. l. si pupillus.
m d. l. lecta.
n l. obligationum ferè. in fi. de act.

AXIOMA XLIII.

Neque inutile est plura pacta fa-cere, post quae una subijciatur stipulatio omnia in pactis deducta comprehendens: nam cùm tot fingantur esse stipulationes quot pacta[o], ex hac stipulatione ad id quod in uno ex pactis erat deductum agi poterit[p]. Neq; oberit si unum pactum certum quid contineat, aliud incertum: & ob id diuersis actionibus agendum sit[q]: quoniam non est inconueniens uel ex una stipulatione tantùm diuersas actiones dari[r].

o l. Titia. §. fin. de uerb. obl.
p d. l. si pacto quo. uert. uel id. uerfi. uel poenam.
q Instit. de uerbor. obl. in princ.
r l. liber. ij. §. fin. de uerbor.

AXIOMA XLIIII.

Si uerò stipulatio aliquid diuersum à pactis contineat, illa ad id tantùm quod continet, non quod in pacto erat comprehensum, compe-tit[s]. Sed dubium est an hoc casu quod in pacto deductum erat peti nec'ne amplius possit? Licet enim utrunque peti non possit[t], alterutram tamen uiam stipulatorem eligere posse Vlpianus ait[u]. Sed contrà, poenalis stipulatio facit, ut id quod in pacto deductum est solui quidem sed non peti possit[x]: nam si pacto promittis aedificare insulam, & si aedificata non sit per stipulationem promittis decem, pactum dicitur quasi nouatum[y]: ita ut non amplius in obligatione, sed in praestatione tantùm esse dicatur[z]. Imò nec praestari poterit, si lis super stipulatione iam contestata fuerit[a].

s l. praedia. uersic. fin. de act. empt.
t l. iiij. §. labeo. de excep. dol.
u l. rescriptum. §. si pacto. de pact.
x l. ita stipulatus. in fin. de uerbor.
y l. obligationum ferè. §. fin. de act. & o.
z l. j. de pen. legat.
a l. nouis. C. de contrah. stipul.

AXIOMA XLV.

Ego arbitror in legatis, si fundus legatus sit & nisi praestetur decem: alterutrum nunquam peti posse[b]. quoniam haeres in dubio non ita praesumitur grauatus[c]. Et ideo fundus quia peti non potest, propriè non dicitur legatus[d]. Largè tamen, ex eo quòd haeredi illum ante litem contestatam praestare licet[e], legatus esse dici potest[f]. In actibus uerò inter uiuos, si sint duo contractus, ut si stipulatus sim fundum dari & nisi daretur decem; alterutrum peti posse[f]. Posterior enim stipulatio priorem respectu stipulatoris nisi uelit nunquam nouat[g]; ne poena in stipulatoris fauorem adiecta illi damnum adferat[h] & reo prosit[i]. Promissoris uerò respectu, posterior illa stipulatio priorem non nouat, hoc est non prorsus extinguit[k], sed tantùm quasi nouat[l]. Quia reus antequam in mora constitutus sit, & non post, primam complere promissionem & ita se liberare potest[m].

b d. l. ita stipulatus. uersic. Sabinus.
c l. unum ex familia. §. si rem. de lega. ij.
d l. cum praefinitio ne. quando dies lega.
e l. j. de pen. lega.
f l. j. §. item si ita. ad leg. fal.
f d. l. iiij. §. labeo.
g l. quamuis. ij. C. de usur.
h l. quod fauore. C. de leg.
i l. releg. atorum. §. fin. de interdic. & releg.
k l. j. de nouatio.
l d. l. obligationum. in fin.
m d. l. ita stipulatus. uersic. itaq;.

AXIOMA XLVI.

Si uerò prior promissio nudum duntaxat pactum esset, quod tamen propter praecedentem bonaefidei contractum fuisset adiectum: tam ex contractu quàm ex pacto & ex stipulatione agi poterit[n]. Tunc enim pactum per se consideratur, & praecedentis contractus ratione format actionem[o]: poenalisq; stipulatio si sub conditione tantùm, si quod pactum est non fiat, concepta fuerit: neque praecedentem contractum, neque pactum nouare potest[p]: Sed (ut dixi) quasi nouare duntaxat[q]. Verùm tamen hoc in casu utrunque, & quod in pacto deductum est & quod in stipulatione, simul consequi non possum[r]. Sed si unum plenè consequutus sui, ab alterius petitione prorsus excludor[s]: alioqui si minus consequutus fuero, id quod ex uno mihi deest, alterum petendo consequar[t].

n l. praedia. de actio. empt.
o d. l. iurisgent. §. quinimo.
p l. duo societatē. pro socio.
q d. l. obligat. in fin.
r d. l. iiij. §. labeo.
s l. si quis à socio. pro socio.
t d. l. praedia. in fin. l. quod si ex stipulatu. pro socio.

AXIOMA XLVII.

Si uerò nullus bonaefidei contractus pactum praecedat, tunc refert an poenalis stipulatio pacto subiecta ita concipiatur: fundum quem pacto promisisti per stipulationem promittis, & nisi dederis promittis decem? tunc enim ex stipulatione ad alterutrum agi potest[u]: & promissoris respectu quasi nouatio intelligitur facta[x], non autem nouatio, cùm (ut dixi) reus antequàm sit in mora adhuc fundum praestare possit[y]. Sed si stipulatio ita conci-

u d. l. si pacto quo poenam. C. de pact.
x d. l. obligatio. in fin.
y d. l. ita stipulatus. uersic. itaque.

peretur, Nisi fundum quem pacto promisisti dederis, promittis decem per stipulationem: tunc nec quasi nouatio intelligitur facta si bonæfidei contractus præcesserit[a], neque ex stipulatione fundus peti poterit[b], sed tantùm decem[c], quæ simul atque fundus dari potuit peti possunt[d], quoniam non solùm petitio[e], sed etiam præstatio quæ fieri debet si non fiat, efficit ut pœna committatur[f].

a d.l. duo societatem. uersicul. sed quoniam.
b d.l. prædia. uersi. fin.
c l. petens. C. de pact.
d d.l. ita stipulatus. uersic itaq.
e l. si pupillus. uer. nulla. de uerbor. oblig.
f l. si penum. quando. dies lega.

AXIOMA XLVIII.

Ipse tamen fundus usque ad litis contestationem à reo præstari poterit[g], quia pœnalis stipulatio in decem concepta, cùm aliam causam quàm pactum præcedens propter quod agi possit non habeat[h], non adeò efficax est, ut illa quæ ueram causam habet[i]. Quæ ob id præcedentem stipulationem reum simul atque in mora est excludit ne amplius fundum præstare ualeat[k]. Similiter & in ultimis uoluntatibus, usque ad contestationem fundus præstari potest[l]: quod in hæredis fauorem specialiter introductum esse arbitror[m]. Et ita in hoc articulo ipse sentio, quamuis alij uarijs modis aliter existimauerint[n].

g l. nuda. C de contrah. stipul.
h d.l. petens.
i l. ij. §. circa. de dol. except.
k d.l. ita stipulatus. uersic. itaq.
l l. j. de pena lega.
m d.l. unum ex familia § si rem. de lega. ij.
n Alciat. Parad. 1. ca. xij.

AXIOMA XLIX.

Et secundum hæc præcedentia sunt intelligenda, hoc uidelicet modo: ut pactum iuxta contractum bonæfidei incontinenti adiectum, & nouam præscriptis uerbis putà actionem pariat[o], & ueterem ex contractu, secundum ea quæ suprà dixi, informet[p]. In contractibus uerò stricti iuris pactum incontinenti adiectum, si idem contineat quod contractus, pactum si prius factum sit, in contractum conuertitur[q]: uel contractus fit pactum, si primò conceptus sit[r]: & hoc casu ex contractu tanquam ex firmiore agitur[s]. Sed si pactum & contractus diuersa continerent, ex illo agitur quod alterius gratia est appositum, siue pactum sit[t], siue contractus[u]. Sed illud tantum ex quo agitur est in obligatione, licet quandoque alterutrum in præstatione sit[x], cùm in contractibus bonæfidei ad alterutrum semper agi possit[y].

o l. ij. C. de pact. inter empt.
p d. §. quinimo.
q l. ij. in princip. si cert. peta.
r l. Titius. de præs. uerb.
s l. petens. C. de pact.
t l. lecta. si cert. peta. d.l. Titius.
u l. si pacto quo pœnam. d. l. petens. C. de pact. l. nuda. C. de contrah. stip.
x d.l. nuda.
y l. prædia. de actio. empt.

AXIOMA L.

Hactenus de iusto pacto dictum sit, nunc de Conuento loquamur: quod cur conuentum appellatum sit, satis non constat, quamuis Ferretus crediderit omnem conuentionem quæ à consensu nihil non habet pactum conuentum uocari: inquiens aliam obligationem quæ non à consensu, sed iussu iudicis initium habeat, quamuis consensu perficiatur, ut cautio iudicatum solui, iudicio sisti, simplex pactum esse[z]. Sed hæc sententia lege magis reprobatur, quàm probetur[a]. nam pactum stipulationi adiectum quamuis non à consensu sed à uerbis potius incepisse dicatur[b]: nihilominus conuentum dicitur[c]. Et ideo putarem pactum illud conuentum dici, quod conuentionis alicuius gratia semper concipiatur[b]. Conuentionis autem uerbo, quia generaliter accipitur[c], tam contractum nominatum, quàm innominatum[e], aut quasi cõtractum[f], uel obligationem ex maleficio prouenientem intelligimus[g]. Et hæc præterea ex eo probantur, quòd suprà diximus pacta de re quæ iam esset frequenter fieri[h], hoc est de conuentione aliqua, rei enim uerbum generale est[i].

z Aemylius Ferretus. Insti. de exceptio. uerb. pacto conuento.
a l. iiij. §. fin. in fi. si quis cautio. l. sed si tantùm. de pac.
b l. j. uersi. j. & ij. & uersic. uerbis. de act. & oblig.
c l. si unus §. sed si stipulatus. de pactis.
b Rub. C. de pact. conuent.
c l. j. §. conuentionis. de pact.
d l. duo societatē. pro socio.
e l. ij. de transact.
f l. tres fratres. de pact.
g l. si unus. §. pacta quæ turpem. in fi. eo. tit.
h l. j. de transactio.
i l. j. in fin. si cert. petat.

AXIOMA LI.

Hoc autem pactum conuentum si incontinenti fiat, actionem parit[k]: quare à iusto pacto differt quod actionem producit & si ex interuallo fuerit conceptum[l]. Pactum uerò conuentum ex interuallo factum, nisi reformatiuum esset[m], ad actionem tanquam nudum pactum fit nulli prodesse potest[n]. istudque est & in quo factum uersari dicitur[o], & quod prætor tueri solet[p]. Exceptionē enim tantùm parit[q], quæ & iuris prætorij remediũ est[r], & non nisi in facto consistit[s].

k d. l. iurisgent. §. quinimo.
l l. epistola. §. pactum. de pact.
m l. pacta conuenta. uers. idem. de contrah. empt.
n l. diuisionis. de pact.
o l. si unus. §. pactus ne peteret. eod.
p d.l. iurisg. §. prætor ait.
q d.l. iurisg. §. sed cum nulla.
r l. iij. §. j. de const. pecu.
s l. ij in prin. l. antepen. de excep.

AXIOMA LII.

HOc igitur pactum conuentum naturalem obligationem non ipso iure uti iustum pactum tollit[t], sed per exceptionem duntaxat[u], quæ tamen ad repetendum quod solutum est sufficit[x]. Nullam uerò obligationem, ne naturalem quidem producere potest[y]. Nam si pactus sim amplius controuersiam non moturum, hoc repetitionem non impedit[z], quod faceret, si natura ex pacto obligatus essem[a]. Mirum non est ergo si hoc conuentum pactum in solo facto uersetur[b], quemadmodum pactum nudum[c]. Dicitur autem pactum nudum, quod neque ob contractum[d], neque ob aliquod aliud negotium[e], sed sine ulla causa factum est[f]; quanquam nuda conuentio nunc pro pacto nudo[g], nunc pro pacto conuento usurpetur[h].

t l. stichum. § naturalis. de solu.
u §. præterea. Insti. de exceptio.
x l. qui excep. de cond. indeb.
y d. §. sed cum nulla.
z l. fin. §. ita quæsitum. de côd. ind.
a l. naturaliter. eo. titu.
b d. §. pactus ne peteret.
c d. §. sed cum nulla.
d l. legem. C. de pact.
e l. solent. de præscri. uerb.
f d. § sed cùm nulla.
g d. l. solent.
h l. v. uersi. emptio. de rescin. uend.

AXIOMA LIII.

CAeterum nonnullis casibus tradi solet, nudum pactum non solum exceptionem, sed & actionem parere[i]. Et primò inter mercatores, inter quos maior consyderatur æquitas[k], quibus non congruit de apicibus iuris disputare[l]. Quare in foro conscientiæ paciscentem obligari tradunt interpretes[m], cùm nullam inter iuramentum & simplicem loquelam Deus constituere differentiam uoluerit[n]. Quinimo generaliter receptum est, iure Canonico ex pacto agi posse[a], & ad illius obseruationem denunciatione Euangelica paciscentes compelli posse[b]. Sed & Principem uel alium qui superiorem nullum agnosceret, agere posse ut pacto stetur, plerique existimarunt[c].

i l. legitima. de pact.
k Barto. l. quintus. in prin. mand. kt.
l l. si fideiussor. §. quædam. eo. tit.
m ca. hæc uerò. 27. q. 1.
n ca. iuramenti. 22. q. v.
a c. j. de pact.
b Barto. uerb. per denunciationem. in extrauagan. ad reprimend.
c Ias. d. §. sed cum nulla. nu. 15.

AXIOMA LIIII.

EGo non dubito Lege diuina, qua & omne mendacium reprobatur[d], & simplex affirmatio uel negatio approbata est[e], pacto perinde nos obligari ac stipulatione[f]. Iure uerò Canonico his tantùm casibus ex pacto agi, quibus & iure ciuili potest[g]: puta si propter pacem pactum fuerit conceptum[h], si nudis uerbis aliquis moriens se quicquam fieri uelle declarauerit[i], si pactum non nudum sit, sed ob negotium aliquod factum[k].

d Exod. 23 cap.
e Matth. 5. uersi. est est, non non.
f d. c. iuramenti.
g c. iij de uoto.
h c. j. de pact. l. conuentionum. ff. eo. tit.
i c. indicante. de testam. l. fin. de fideicom.
k ca. quicunque. 22. q. ij. l. solent. de præscrip. uerb.

AXIOMA LV.

SEd & inter mercatores seu argentarios, propter utilitatem contrahentium, pactum actionem producere posse arbitror[l]: dummodo illi & ex pacto agere consueuerint[m], & mercaturam exerceant[n]. alioquin in dubio argentarij, & per consequens mercatores[o], ob solam æquitatem quę inter eos uersari debet ex pacto non agerent, sed tãtùm modo excipiunt[p]. Nam omnia pacta æquitate fouentur[q], & tamen actionem non pariunt[r]: ne apud Prætorem quidem uel alium quemuis iudicem, quanquam illi æquitatem ante oculos habere dicantur[s].

l §. & absolutè. Authen. de fideiussor.
m l. receptitia. in fi. C. de côstit. pecu.
n l. iij. § eodẽ modo. naut. caupo.
o d. l. receptitia. in fin.
p l. si unus. in prin. de pact.
q l. j in prin. eo. tit.
r d. l. iurisg. §. sed cum nulla.
s l. quòd si ephesi. de eo quod certo loc. Auth. hodie. C. de iudic.

AXIOMA LVI.

ACcursius tamen, quem plerisque sequuntur, uoluit pactum nudum coram iudice factum actionem producere[t], perinde ac simplex scriptura iudici data[u]. Iudiciarij enim actus maiorem uim habent quàm extraiudiciales[x], ut patet in confessione & stipulatione, quæ sine causa extra iudicium factæ non ualent[y], cùm secus sit si coram iudice fiant[z]. Iudicis siquidem tantum operatur præsentia, ut uim stipulationis nonnunquam habeat[a]. Sed ego arbitror pactum illud iudiciale actionem tantùm parere, si ipsius iudicij expeditionem respiciat[b]. Quòd si aliud respiceret, etiam si de lite conciperetur[c], actionem tamen non parit[d]. Iudicis enim autoritas ad hoc utilis est, ut rei gestæ probationem adiuuet[e], uel ut fraus, nisi contrà probatum fuerit, abesse præsumatur[f]: non autem ut ex actu, qui sua natura actionem non parit, agi possit. Et ideo iudices stipulationem exigere solent,

t l. eum pro quo. cum glo. j. de sol. us uoc.
u Auth. generaliter. cum gl. uerb. conscribat. C. de episc. & cler.
x l. j C. de præd. decur. z.
y l. ij. §. circa. de dol. excep.
z Gl. fin. l. j. de interro act. Alex. l. à Titio. num. 6. de uerbo.
a l. cùm ostendimus. §. fin. de fideiussi tuto.
b l. j. §. si q. à quib. app. d. l. eum pro quo. d. Auth. generaliter.
c l. siue apud. C. de transact.
d l. pacta nouissima uers. & maximè. C. de pact.
e l. j in fin. de interrog. act.
f l. j in fin. pran. de reb. cor.

lent [g], etiam cùm de pupilli fauore agitur.

g l. omnes. §. in hac.ij. C. de episco. & cler.

AXIOMA LVII.

PRoinde si pactum iuramento confirmatum sit, apertum est ex eo, si à iure communi remotum non sit[a], agi posse[b]: cùm contractus etiam cui lex resistat per iuramentum iure canonico confirmetur[c]. Imò & iure ciuili ultimam uoluntatem imperfectam[d], & contractum non iure factum iureiurando confirmari certum est[e]. Non obstat quòd lex ait fideiussorem, pro eo qui libertus non erat, se præstaturum operas iurantem non teneri[f]. Quia fideiussor nũquam, ne per stipulationem quidem, in plus quàm reus obligari potest[g]. Reus autem qui iuraret se operas præstaturum, si libertus non esset, non obligaretur[h].

a l. iurisig. circa fin. §. & generaliter. de pact.
b l. ut iurisiurandi. uersic. j. de oper. libert.
c c. cùm contingat de iureiur.
d l. cùm pater. §. filius. de leg. ij.
e Auth. sacramenta. C. si aduers. uend.
f l. si quis pro eo. de fideiusso.
g l. Græcè. §. illud. eo.
h d. l. ut iurisiurandi. in princ.

AXIOMA LVIII.

RVrsum si quis donauerit, seu causa mortis, seu inter uiuos[i], etiam si nulla traditio aut stipulatio intercesserit, sed simplex donatio, ex ea agitur[k]: modò præsens sit donatio, & non in futurum concepta[l]. Aliud est enim cùm dono, aliud cùm me donaturum paciscor[m]. Verùm tamen hic casus dubitatione carere uidetur, cùm donatio iustam tradendi causam perinde habeat ac uenditio[n]. Sed contrà, in pacto semper inesse uidetur donatio[o], adeò ut quamuis lex dixerit pactum sine causa fieri posse[p], nonnulli tamen uoluerint illud donationis causam semper continere[q]: ob quam quia hodie actionem parit[r], existimarunt illi ex pacto regulariter hodie agi posse[s].

i Glo. j. l. cùm pater. §. maturo. de leg. ij.
k l. si quis argentum. §. fin. C. de donat.
l Arg. l. qui pecuniam. si cert. pet.
m l. aliud est. de reg. iur.
n §. & ad exemplũ. Institut. de donat.
o l. j. de transact.
p d. l. iurisig. §. sed cum nulla.
q Arg. l. campanus. in fin. de oper. libert.
r d. l. si quis argentum. §. fin.
s Barto. d. l. iurisig. §. quintumo. in ult. oppos.

AXIOMA LIX.

EGo non existimo pactum simplex donationem continere[t], nisi uel nominatim donationis causa factum esse dicatur[u], uel nisi rei debitæ aliqua fiat remissio[x]. Quæ remissio cùm uim donationis habeat[y], facit ut donatio iam effectum habere dicatur[z], & ita amplius ex ea non agatur, quia ex ea agitur quæ effectum non habet[a]. Non obstat quòd dicebant doctores, omnem promissionem quæ aliam causam non haberet, donationis causam continere[b]. Id enim uerum non est[c], nisi illa promissio aut traditione confirmata esset[d], aut per se ad agendum sit efficax[e]. Et ideo lege in eiusmodi promissionibus, ut donationis causa factæ dicantur, dicunt eas donationis causa fieri oportere[f].

t l. donationes. §. eiusmodi. de donat.
u l. in ædibus. uers. potest enim. eo. tit.
x l. Modestin. eo.
y l. si mulier ei. de cond. caus. dat.
z l. quidã in prin. de donat.
a d. l. si quis argentum. §. fin. uerb. inutilis. uerb. effectus.
b Barto. l. ij. §. circa. de dol. excep.
c l. nuda. de dona.
d l. cuius per errorem. uerb. dati. de reg. iur.
e d. l. campanus.
f Leum qui. l. fideiussori. de donatio.

AXIOMA LX.

PRæterea ob pignus Pacto constitutum agitur[g]. Sed contrà pignus re non pacto contrahi solet[h]. Respondeo pacto conuento[i], quod alibi nuda conuentio appellatur[k], (suprà enim ostendimus nudam conuentionem etiam de pacto conuento dici[a]) pignus, quæ propriè hypotheca dicitur, sine ulla traditione constitui posse[b]: cuius causa creditor aduersus quemcunque pignus possidentem[c], actione in rem[d], quæ hypothecaria seu Seruiana appellatur, agit[e]. Ipse uerò creditor cui pignus constitutum est, nihil aliud quàm possessionem corporalem quæ apud eum fuit restituere debet[f]. Non est igitur obligatus, nisi rem corporaliter acceperit, & ideo re obligatus dicitur[g]. Nam cùm ipsi sors soluta fuerit, actione pignoratitia[h], quę personalis est, pignus restituere debet[i].

g l. si tibi. §. de pignore. de pact.
h §. fin. Instit. quib. mod. re contra.
i l. contrahitur. de pignor.
k l. j. in prin. de pigno. act.
a l. v. uers. emptio. de rescin. uendit.
b §. item Seruiana. in fin. Institut. de actio.
c l. debitorem. C. de pigno.
d l. pignoris. eo. tit.
e d. §. item Seruiana. in princ.
f l. debitor. §. fin. de pign. act.
g d. §. fi. Instit. quib. mod. re.
h l. si rem alienam. §. omnis. de pigno. act.
i l. fin. C. de distra. pign.

AXIOMA LXI.

ITaque cùm ex supradictis appareat pignoris contractum mixtum esse, quia debitore respectu solo consensu[k], creditoris respectu re tantùm contrahatur[l], mirum est cur speciem separatam non habeat[m], cur'ue inter contractus qui re[n], non qui consensu celebrantur, annumeratus sit[o]. Respondeo debitoris respectu non

k l. pen. §. non mutat. de usucapio.
l d. §. fi. Instit. quib. mod. re.
m Arg. §. quædam. Institut. de actio.
n d. §. fin.
o l. iuj. uers. sicuti. de fide instrum.

non solùm consensu, sed & re pignus constitui posse[p]. neque generaliter uerum esse, ut solo consensu constituatur[q]. Imò nunquam iure ciuili sed tantùm prætorio ob pignus consensu seu pacto constitutum agi posse[r].

p l.j. in princip. de pig.act.
q l.non est mirum in fi.eo.
r d. §. de pignore.

AXIOMA LXII.

SEd cur etiam iure ciuili ob pignoris pactum non agitur? Respondeo ius ciuile ex contractu, quia ultrò citróque obligatorius esse dicitur[s], actionem, ubi alter tantùm obligaretur, non dare[t]: siue contractus nominatus esset[u], siue innominatus[x]. Et ideo ob pignus pacto constitutum, quia creditor obligatus non est[y], ius Ciuile non concessit actionem[z], sed prætor duntaxat[a]. Omnia enim pacta conuenta prætor tuetur[b]. Quæ autem prætor tuetur, siue publica sint siue priuata[c], exceptione aduersus petentem, uel actione aduersus possidentem tuetur[d]. Pacta ergò conuenta quandoque actione, quandoque exceptione prætor seruat[e]. Actione; cùm propter debitum aliquod, cuius gratia prætor etiam constituta per actionem de constituta pecunia[f] custodire solet[g], pactio concepta est[h]: aut cùm incontinenti ante uel post[i] bonæfidei[k] aut stricti iuris contractum est apposita[l].

s l.labeo libro.ner. contractum. de uerb.signi.
t l.j.uers. nã quod. de reicin.uen.
u l. sicut. in fin.locat.argumento à speciali.
x l.permisisti.§.fin. de præsc uerb.
y d.l. debitor.§.fi.
z l.si tibi.cum glo. uerb.iure nostro. C.locat.
a d. §. de pignore. d. §. item serui.ana.in princ.
b d.l. iurisgent. §. prætor ait.
c l.tutor. §.j.famil. ercis.
d l. statuas. de acq. rer.dom.
e d.§. prætor ait.
f §. de constituta. Instit.de actio.
g l.j. in princip de consti.pecu.
h d.§.de pignore.
i l. petens, C. de pact.
k d l. iurisgent. §. quinimo.
l l.rogasti. §. si tibi.si cert.petat.

AXIOMA LXIII.

SEd & actionem parit, si contractum bonæfidei, sed non stricti iuris[a] nisi bonæfidei contractus causa fiat[b], etiam ex interuallo reformaret[c]: hoc est illius substantiam augeret uel minueret[d]. Vt si pacíscar rem quinque uenditam pro sex uendi, pactum noua erit emptio[e], priore sublato[f]. Quæ tamen renouabitur, si rursus pactum fiat rem pro quinque uendi[g]. Sed si pacíscerer rem quinque uenditam inemptam esse, pactum rursus ut quinque sit empta, non ueterem emptionem resuscitat, sed noua fit emptio[h]. Et hæc pacta cùm noui contractus sint, nisi utrunque contrahentem mutuò respiciant quemadmodum & alij contractus[i], regulariter non ualent[k], si aliqua non subsit iusta conuentionis causa[l].

a l. si unus. § si cũ mihi.in princ. & in fi.de pact.
b l.emptor.in princ. eod.
c d.l. iurisg. §. ad eo.uersic. nam si potest.
d l. pacta cõuenta, uersic. ad idẽ. de contrah. empt.
e d.l.pacta conuenta.in fi.
f l. ij. de reicin. uend.
g d § pactus ne peteret. uers. quod si non.
h d.§. pactus.uersi. idem dicemus.
i d.l.sicut. in fi.locat.
k l.si id quod.in fi. de rescin.uend.
l l. si conuenerit. de pact.

AXIOMA LXIIII.

PEr exceptionem uerò prætor tuetur omnia pacta nuda[m], item & pacta conuenta ex interuallo adiecta, si illa uel contractus non substantiam sed naturam tantùm respicerent[n], uel etiam extra naturam contractus essent concepta[o], ut est pactum de hæreditate diuidenda[p], pactum de futura liberatione[q]. Sed & præsens liberatio exceptione tantùm actionem tollit[r], alioqui superfluè introducta fuisset Aquiliana stipulatio[s]. Quanquam remissio ipso iure contractus solo consensu factos tollat[t], cùm quæ consensu fiunt contrario consensu dissoluantur[u]. Hæcq; ratio est, cur pactum de non petendo post contractum qui consensu fit ex interuallo adiectum, ipso iure obligationem tollat[x].

m d. l. iurisg. §.sed cum nulla.
n d. l. pacta conuenta.uers. quod locum.
o d. l. iurisgent. §. ut puta. uersi.idẽ responsum.
p l. diuisionis. de pact.
q l.si intra.eod.
r l.tale pactum. in princ.eo.
s §.est autem. Inst. qb.mod.tol.obl.
t l.maior.C.de pigno.
u l.ab emptione.de pact.
x d.§ pactus ne peteret. uersi. idem dicemus.

AXIOMA LXV.

TAle uerò pactũ, alios contractus qui non iam consensu, quàm re uel uerbis fiunt, siue bonæfidei sint[y], siue stricti iuris[z], ipso iure non tollit sed per exceptionem tantùm[a]. Sed dubitari potest, cur pactum de his contractibus[b], & maximè de pignoris debito factum, exceptione tantùm per posterius pactum tollatur[c]: cùm utrunque pactum consensu fiat, & ita ipso iure posterius primum tollere deberet[d]. Respõdeo primum pactum de his contractibus factum, exceptionem tantùm, ubi ex interuallo adiectum est, parere[e]. Exceptio autem meri facti est[f], quæ uerò facti sunt, ipso iure infirmari non possunt[g]. Quod secus est in his pactis quæ ipso iure

y l.anus.de pact.
z Theoph. §. hinc & illa.Institu.de except.
a §.preterea.eo.tit.
b d §.pactus ne peteret.
c d.§.de pignore.
d l. nihil tam. de reg.iur.
e d § præterea.
f Alciat.parer. j.ca. fin.
g l. j. §. si uir. de acquir.poss.

h l. stichum §. naturalis. de solut.
f d. l. maior. cum glo. fin. C. de pignor.

iure obligationem tollunt[h], nam talia per posterius pactum ipso iure summouentur[i]. Et secundum haec ea quae suprà dicta sunt intelligi debent.

AXIOMA LXVI.

a l. cõuentionum. in fi. de pact.
b l. etiam. de usur.
c l. ad exactionem. C. de dot. prom.
d l. pen. C. de do. nat. inter.
e l. pen. C. de arbi.
f l. periculi. in fin. de naut. fœno.
g l. si pacto quo pœnam. C. de pact.
h §. alteri. uerfic. pœnam. Insti. de inutil.
i l. seruus. de ser. exportan.

POrrò si pactum publicum utilitatem respiciat, ex eo agi solet[a]. Vnde usuræ ex nudo pacto ciuitati promissæ exiguntur[b], similiter & dos promissa[c], & nuda promissio à principe facta[d], & compromissum sine pœnali stipulatione factum[e]. Sed & si pactum sub conditione pœnali concipiatur, actionem pariet[f], maximè si pœnalis stipulatio pacto sit apposita[g]. Quia in pœnali stipulatione nulla causa sed tantùm pœnæ conditio consyderatur[h], quæ pœna quatenus interest præstatur, etiam si nudo pacto esset promissa[i].

AXIOMA LXVII.

k l. iurisgẽ. in prin. uersi. sed & si in alium.
l l. iij. §. fi. de donat.
m l. damus. de condi. indeb.
n Gl. rub. de condi. caus. dat.
o l. legem. C. de pact.
p d. uersic. sed & si in alium.
q l. solent. de præs. uerb.
r l. in traditionibus. de pact.
s l. quoties. §. in princip. de seruit.
t l. ij. C. de euict.
u l. si certis. C. de pact.

POstremò si in pacto causa subsit, ex eo agi solet[k]. Causa autem dicitur, illud propter quod aliquid fit uel datur[l]. Quæ tametsi propriè præteritum tempus respiciat[m], hîc tamen futurum tempus, ut & aliàs respicit[n]. Vt si quis cùm dotem daret aliquid pactus est, non enim pactum est nudum[o], cùm in se causam aliquam habeat, ob quam & ciuilis nascitur obligatio[p], & præscriptis uerbis actio[q]. Vnde Caius respondit quodcunque pactum in traditionibus rerum factum ualere[r]; quod intelligendum est modò tradentis aliquid intersit[s]. Et ideo inutile est pactum quo uel donans rem tradendo de euictione paciscitur[t], uel uenditor decem, pro quibus equum uendidit & tradidit, non petere paciscitur: & si tibi certis annis quod nudo pacto conuenerat dedi, idem præstare non cogor[u].

AXIOMA LXVIII.

a l. transactio. C. de transact.

SEd contrà, cùm transactio non fiat nisi aliquo dato uel retento aut promisso[a], illa pactum dicitur quod causam continet[b], & tamen actionem non parit[c], etiam si in iudicio facta fuerit[d]. Quod mirum uidetur, cùm ex contractibus innominatis do ut des, do ut facias, facio ut des, facio ut facias, oriri soleat[e]. Transactio autem semper in uno ex his contractibus uersatur[f], & ideo actionem producere nunquam non debuit[g].

b l. de fideicõmiss. eod.
c l. cùm proponas. ij. C. de pact.
d l fin. apud. C. de transact.
e l. naturalis. §. & si quidem. cum iij seq. de præsc. uerb.
f d. l. transactio.
g l. cùm mota. in fi. C. de transact.

AXIOMA LXIX.

h l. iiij. de præsc. uerbor.
i l. iiij. eod.
k l. iij. de crim. stel lio.
l d. l. iurisgen. in princ.
m l. certi cõdictio. in prin. si cer. pet.
n §. appellamus. In stit. de actio.
o l. & ideo. in fin. de cond. furt.
p l. si stipulatus. in princ. de usur.
q l. si binarum. de seruit. urba.

VT rectè dissolui oppositio possit, contractuum natura altius repetenda est, quos certum est uel nominatos uel innominatos esse[h]. Nominari enim omnia negotia non potuerunt[i], quemadmodum nec delicta[k]. Contractus nominati gratia actio ex ipso contractu proueniens datur[l], uel etiam generalis certi condictio quoties ex illo contractu certum petitur[m]. Quæ condictio personalis est[n]. Quòd si incertum petatur, incerti condictione agitur[o], quæ & ex stipulatu actio dicitur si stipulatio interuenit[p]. Et cùm ex contractu certum uel incertum peti potest, alterutra actione agere possumus[q].

AXIOMA LXX.

a l. qui seruandarum. in princ. de præscr. uerb.
b Bal. rub. de præscr. uerb.
c l. j. & ij. eod. tit.
d d. l. iurisgent. in fin. prin.
e l. quia actionum. de præsc. uerb.
f l. quoties. eo.
g l. fideiussor. §. naturales. in fin. de fideiuss.
h l. naturalis. § j & ij. de præsc. uerb.
i l. si pecuniam. in princ. uer. sed cũ liceat. de condi. cau dat.
k l. contractus. de reg. iur.
l §. actionum. Instit. de actio.
m d. l. iurisgent. in princ.
n l. Lucius. depos. l. Titius. de præsc. uerb.
o l. j. in princip. de edend.

PRo contractu uerò innominato de dolo actio datur, si dolus interuenerit[a]; uel præscriptis uerbis, si uerba aliqua præscripta sunt[b], quæ actio, nunc Ciuilis in factum actio[c], nunc ciuilis incerta actio appellatur[d]. Quòd si nulla uerba præscripta sint, in factum actione prætoria experimur[e], quæ utilis actio dicitur[f]. Sed & pro his innominatis contractibus, quamuis in simplicibus pactis secus sit[g], condictio ob causam datur[h]; qua datum, si nos dedisse pœniteat, repetimus[i]. Cùm igitur & contractuum[k] & actionum[l] diuersa sit natura & effectus[m], operæpretium est scire quis contractus celebretur[n], & quæ ex eo competat actio[o].

AXIOMA LXXI.

p l. j. de condict. sine caus.

ITaque omne id quod fit uel datur, aut sine causa fit uel datur[p], aut ob luc

ob lucrum faciendum, uel damnum dandum [q], seu uitandum [r], aut ob liberalitatem [s], aut ob causam, uel ob rem [t]. Pro eo autem quod sine causa factum est uel datum, si repeti possit, condictio sine causa [u], uel incerti condictio competit [x]. Aut si damnum tertio adferat, actio in factum uel de dolo datur [y]. Ob id autem quod lucri causa feci, si licitum sit non teneor [z], præterquàm quòd lex ratione lucri fieri iubet [a]. Pro illicito uerò lucro si nominatum contineat delictum, actione ex illo delicto proueniente sum obligatus [b]; uel si non contineat, actione in factum teneor [c]: uel si quid simulaui, actione stellionatus. Proinde quod ob damnum uitandum feci, nulla actione, nisi ut detrimentum pro portione communicetur [d], conueniri possumus [e].

q l. qui seruandarum. §. sed & calicem. de præscr. uerb.
r l. error. de iur. & fact.
s l. j. de donatio.
t l. j. de condict. ob turp.
u l. j. de condi. sine caus.
x l. ij. eod. tit.
y d. l. qui seruandarum. in princ.
z l. j. §. idem aiunt. de aq. plu.
a l. partus. de præsc. uerb.
b l. j. §. furti. uerb. lucrifaciendi. de furt.
c d. l. qui seruandarum. §. fin.
d l. ij. in princip. ad leg. rhod.
e d. l. qui seruandarum. in princ.

AXIOMA LXXII.

SEd pro damno dato, si ut alius lucretur damnum dederim, furti teneor [f]: alioqui lege Aquilia conueniar, si corpus in quod damnum feci perierit [g]. Quòd si corpus læsum non fuerit, aliter tamen in eo corpore damnum tibi feci, cessat lex Aquilia, & datur in factum actio [h]: ut cùm calicem alienum damni dandi causa in mare proieci [i], uel pecunias, quæ tamen non perierunt [k]. His enim casibus quia corpus non perit, sed aliter in corpore tibi damnum feci, actione in factum teneor [l]. Perempto uerò corpore aut læso, lege Aquilia sum obligatus [m]. At cùm ob liberalitatem aliquid fit uel datur, regulariter nullus est repetitioni locus [n], cùm uera sit donatio [o], ex qua hodie uel ex nudo pacto agitur [p]. Quinimo donans de dolo conueniri potest, si impediat quominus donatio suum habeat effectum [q].

f §. interdũ. uersi. j. Instit. de obli. q ex delict.
g l. si seruus. §. si qs. de manu. ad leg. aquil.
h §. fin. in fi. Instit. eod. tit.
i d. l. qui seruandarum. §. sed & si calicem.
k d. §. si qs. de manu. uerlicu. idem etiam.
l l. in laqueos in fi. de acqui. rer. do.
m §. cæterũ. Instit. de leg. Aquil.
n §. aliæ autẽ i. princi. Insti. de dona.
o l. j. de donat.
p l. si quis argentũ. §. fin. C. de dona.
q l. permisisti. § fin. de præscr. uerb.

AXIOMA LXXIII.

CAusa uerò & res quamuis pro eodem hîc accipiantur [a], tamen causa propriè præteritum tempus, res futurum respicit [b]. Causa uel obligatoria est, uel non est: hæc, do quia hoc fecisti, non est obligatoria, & donationem continet [c]. Ideóque condictionem ad repetendum non parit, quamuis esset falsa [d]. Hæc, do quia emi, obligatoria est [e]: & si uera sit, condictionem non pariet [f], quamuis in ea erraretur [g]: quoniam error ueræ obligationi non præiudicat [h]. Sed si esset falsa, & dans hoc sciret, non repetit [i]: quia donare intelligitur [k]. Quòd si ignoraret, siue causa utroque iure & naturali & ciuili falsa esset [l], siue iure naturali tantùm, repetitioni locus est [m]. Secus si iure ciuili falsa sit, & iure naturali uera [n].

a l. j. in princi. & in fin. de condi. ob turp. caus.
b l. damus. de condi. indeb.
c l. Aurelius §. fin. de libe. lega.
d l. in summa. §. id quoq;. de condi. indeb.
e §. longè. Instit. de legat.
f l. Neratius. de cõdi. indeb.
g l. cùm in corpus. de acqui. rer. do.
h l. qui quartam. in prin. de leg. j.
i l. j. in fi. de cond. indeb.
k l. cuius per errorem. de reg. iur.
l l. & eleganter. in princip. de cond. indeb.
m Gl. d. l. j. de cõdi. indeb.
n l. naturaliter. eo. tit.

AXIOMA LXXIIII.

VLtimo ob rem damus, ut aliquid in futurum nobis fiat [o]. Sed res illa uel turpis est uel honesta [p]. Res turpis est, cùm do tibi ut uel facias quod facere debebas [q]: quo casu teneris mihi de omni casu [r], quamuis in mora faciendi uel dandi non fueris [s]. Et si ex bonæfidei contractu eras obligatus, etiam actione ex illo contractu conueniri poteris [t]. aliàs ex stricto contractu condictio ob turpem causam ad datum repetendum [u], & non ad dati usuras datur [x]. Res item turpis est, si dedi ne maleficium faceres [y]: & ideo pactum ut non delinquas [z], aut stipulatio adeò reijcitur [a], ut ne fideiussor quidem tali obligationi accedere possit [b], etiam si iuramento esset confirmata [c]. Sed si dedi ut Titium occidas, Titius quidem [d], aut fiscus repetere debet [e], & non ego [f]: quoniam in pari delicto potior est possidentis conditio [g].

o d. l. damus.
p l. j. de condi. ob turp.
q l. pen. eo.
r l. fi. C. eo. tit.
s l. fin. de poss.
t l. v. de ratio. distrah.
u l fin. in fi. de con di. ob turp.
x l. iiij. C. eo. tit.
y l. ij. de condi. ob turp.
z l. iurisgen §. si ob maleficiũ. de pac.
a l. generaliter. de uerb. obl.
b l. si à reo § fin. de fideiuss.
c c. non est obligatorium. de regu. iur. in vj.
d l iij § fina. de calumniat.
e l. iij. l antepenul. uersic. fin. ad leg. iul. repet.
f l. iij. de condi. ob turp.
g l. pen. eo. tit.

AXIOMA LXXV.

ILlud uerò quod ob rem honestam datur, si illa lege approbante sequuta non sit [h], quamuis de facto sequuta esset [i], siue dedi ut faceres [k], siue dedi si faceres, repetam [l]; modò res quæ sequi debuit in dando expressa fuisset [m], aut ex natura actus subintelligeretur [n]. Sed & si is cui datum est rem pręstare uellet, antequam

h l. j. C. de condict. ob caus.
i l. iiij. §. si liber homo. ff. eo.
k l. j. eod.
l l. in summa. §. sed & agere. de cõdi. indeb.
m l. si repetendi. C. de cond. cau. dat.
n l. senat° §. nec du bitauere. de don. cau. mort.

præstet, ille qui dedit si eum cui dedit de pœnitentia sua certiorem faciat [o], quod dedit repetere potest [p]. Quoniam ante utriusque partis implementum, hi contractus innominati perfecti non sunt [q]: & per consequens ne naturalem quidem obligationem pariunt [r]. Si tamen ex postfacto tantum contractus ultro citroq; obligatarius esset [s], aut expressè actum fuerit ne ullus pœnitentiæ esset locus [t], aut si uterque contrahens se contractui statutum iurasset [u], aut res necessariò sequi debebat, nullus esset pœnitentiæ locus [x].

o l. si pecuniam. §. si seruũ. de cond. caus. dat.
p d. l. si pecuniam. in prin. uersic. sed cùm liceat.
q Lex placito. C. de rer. perm.
r Curtius, l. naturalis. §. j. de præscrip. uerb.
s l. si cùm fundũ. eum gl. j. de pact.
t l. si alienam. §. j. de don. cau. m. r.
u Gl. uerb. necesse. d. l. si pecuniam.
x l. quod seruus. de cõd. caus. dat.

AXIOMA LXXVI.

PRoinde hic ob rem tractatus in his quatuor speciebus consistit, do ut des, do ut facias, facio ut des, facio ut facias [a]. licet aliquando demus, ut tertius det uel faciat [b]. Sed perinde est ac si darem ut dares, cùm ille cui datur curare debeat ut tertius det [c]. Dicimus item dabo si feceris [d], do ut non facias [e], do ut des & facias [f]. Sed hæ species & similes sub prædictis satis comprehenduntur [g]. Imò nullus contractus est neque nominatus neque innominatus, qui non in una ex his consistat [h]. Sed contractus nominati, quia specialius nomen habent [i], harum specierum appellatione non ueniunt [k].

a d. l. naturalis. in fi. princ.
b d. l. senatus. §. ergo.
c §. si quis alium. Institut. de inutil. stip.
d l. solent. de præs. uerb.
e l. iij. in princi. de cond. caus. dat.
f Bart. d. l. naturalis. in prin.
g Gl. ij. l. ij. in prin. de uerb. oblig.
h Glo. uerb. in his. d. l. naturalis. in princ.
i d. l. iuris'g in pri.
k l. mortis causa capitur. de don. causa mort.

AXIOMA LXXVII.

SEd quid de Transactione, cùm illa sit uel do ut des [l], uel do ut facias [m], uel facio ut des [n], uel facio ut facias [o]? Et ideo DD. uoluerunt illam contractum innominatum esse [p], quanquam nonnulli dubitent [q]. Ad huius quæstionis declarationẽ sciendum est trãsactionem generaliter & specialiter accipi. Nam propriè dicitur, quoties quis aliquo accepto uel retento [r], metu ueræ & non fictæ litis [s], siue præsentis [t] siue futuræ actionẽ suam omittit [u]. Largius tamen res transacta dicitur, quæ quoquomodo finita est [x]. Vnde quod iureiurando [y] aut diuisione sopitum est, transactio dicitur [z]; nec non omnis inter aliquos de re aliqua finita controuersia [a].

l Alciat. rub. C. de transact.
m l. cùm proponas. eo. tit.
n l. cùm mota. secũdum unum intellec. eo.
o l. cùm donationis. eod.
p Doct. l. cũ proponas. ij. de pact.
q Alciat. d. rubr.
r l. trãsactio. C. de transact.
s l. cùm hi. §. si cũ lis. de transact.
t l. j. eo. tit.
u l. ij. C. de trãsact.
x l. trãsacta. de uerbo. sig.
y l. ij. de iureiur.
z l. qui Romæ §. fi. de uerb.
a cap. ex literis. de transact.

AXIOMA LXXVIII.

VErùm tamen ex eo quòd & generaliter & specialiter accipiatur transactio, illa innominatus contractus dici non debet: cùm emptio, quæ nominata est [b] & generaliter & specialiter usurpetur [c]. Rursum ob id quòd ex transactione non agatur [d], illa quoque innominata dici non potest: cùm & quandoque ex ea agatur [e], & quandoque ex negotio nominato non competat actio [f]. Prætereà uerum non est: omnem contractum qui actionem parit, nominatum esse [g].

b d. l. iurisg. in pri.
c l. statu liberi. in fi. de statu lib.
d l. siue apud. C. de transact.
e d. l. cùm mota.
f d. l. mortis causa capitur. in princ.
g d. l. iurisg. in pri. uersic. sed & si in alium.

AXIOMA LXXIX.

QVid ergo affirmabimus'ne trãsactionem contractum nominatum esse, & ex ea agi posse [h]? Et hoc uerius uidetur, siue Aquiliana stipulatione [i], siue pacto confirmata sit [k], nam non minoris autoritatis esse dicitur quàm res iudicata [l], aut iuramentum [m], ex quibus certum est actione in factum agi posse [n]. Ex transactione uerò pacto facta præscriptis uerbis actione agitur [o]. quæ in id quod interest dari solet [p], ad quod transactionis causa agimus [q]. Docto. tamen omnes reclamarunt, existimantes transactionem innominatum esse contractum [r], neque ex ea agi posse [s], sed excipi duntaxat [t]. Indeq; transactionem litis finiendæ exceptionẽ uocant [u], inquientes actionem non parere, nisi postquàm res est sequuta [x].

h l. tale. in fin. prin. de pact.
i l. pacto conuento. de transact.
k l. cùm mota. C. eod.
l l. nõ minorẽ. eo.
m l. j. de iureiur.
n l. action. de rebus cred.
o l. si pro fundo. l. si maior. C. de trãsact.
p l. naturalis. §. j. de præsc. uerb.
q d. l. cùm mora.
r Doc. l. cùm proponas. ij. C. de pactis.
s l. siue apud. C. de transactio. & d. l. cùm proponas.
t l. qui cum tutoribus. in princ. de transact.
u l. fratris. C. eo.
x d. l. si pro fundo.

AXIOMA LXXX.

EGo arbitror transactionem neque nominatum neque innominatum contractum esse [a], sed potius, quoniam negotium diffinit [b], distractum appellari [c]. Sed si demus generaliter eam contractum dici, quia promissionem continere possit [d]: non uideo cur innominatus esse debeat, cùm proprio nomine appelletur [e]. Non me mouet, quòd actionem non producere dicant Docto. [f] quoniam inter trans-

actionem

a l. j. §. conuentionis. uerb. contrahendi transigendi. de pact.
b l. trãsacta. de uerbor. sig.
c § j. in fin. Institu. quib. mo. re.
d l. transactio. C. de transact.
e d. l. mortis causa capitur. in princ.
f Alciat. rub. C. de transact.

actionẽ & transactionis placitum differentiam non constituerunt, quæ tamen tam in contractibus nominatis[h], quàm in innominatis non est parua[i]. Nam cùm transigere decidere sit[h], transactio quoq; litis, id est, actionis[k] decisio est[l]: & per consequens nomen suum ab exequutione seu litis decisione habet, quemadmodum & donatio[m], quæ non nisi re præsente fieri dicitur[n].

g l. in bonæfidei. uersi fin. de eo q; cert. loc. l. qui pecuniã. si cer. peta.
h Lex placito. C. de rer. perm.
i l. eius rei. de rei uend.
k l. litis. de uerb. significa.
l d. l. si profundo.
m Bart. l. iuris gent. in prin.
n l. inter. in prin de don. caus. mort.

AXIOMA LXXXI.

SCiendum est igitur, transactionem tribus modis fieri posse. Primo cũ stipulatione & deinde acceptilatione concipitur, tunc actio de qua transactum est perimitur[o]. Quia stipulatio Aquiliana præcedentem obligationem nouat & extinguit, ipsa uerò stipulatio per acceptilationẽ perimitur[p]. Et ideo transigens, id est, actor (ipse enim propriè trãsigere dicitur[q]) nisi dolo transactum esset, quo casu illi tantùm superesset de dolo actio[r], si & de dolo quoque non transegerit[s]: si transactioni non staret, actione ex stipulatu in id quod interest conueniatur[t]: uel etiam ad pœnam, si pœnalis stipulatio fuit adiecta[u]: quam consultius est subiungere[x], quoniam difficile id quod nostra interest probatur[y].

o l. ut responsum. C. de transact.
p l. iiij. de transact.
q Gloss. l. j. C. de transact.
r l. sub prætextu. §. in fi. C. de transf.
s l. iiij. eo.
t d. l. cùm mora.
u l. si quis. eo.
x l. pacto conuento de transf.
y l. fina. de prætor. stipul.

AXIOMA LXXXII.

SEd contrà Imperator ait, in transactione per stipulationem & acceptilationem concepta, rerum pœnam petere & data repetere posse si transigens agat[a]. Doct. cõmuniter respondent, transigentẽ tunc de facto agere[b]: quorum opinio defendi non potest, cùm de facto agens in nullam incidat pœnam[c]. Alij dicebant actionem resuscitari, ex eo quòd reus & pœnam & data cõsequebatur[d]: quæ sententia in eo actu tantùm uera est, qui sua natura priorem actionẽ restitueret[e]. Quare Alciatus aliorum sentẽtiam ueriorem putat[f], qui dixerunt Imperatorem eo casu loqui, quo post Aquilianam stipulationem & acceptilationem subiuncta erat pœnalis stipulatio[g]: quæ priorem stipulationem & acceptilationem quasi nouabat[h], quo casu prior actio non erat prorsus extincta[i]. Sed propter pœnam aliud à partibus uideri actum[k], ut scilicet soluta pœna adhuc agi posset[l].

a l. ubi. C. de trãsa.
b l. iij. eo.
c l. continuus. §. cũ quis. de uerb. obl.
d Argu. l. quãuis. §. quoties. ad uell.
e l. j. & ij. C. si aduers. trans.
f Alciat. v. Parad. xij.
g d. l. ubi. uerb pœna.
h l. obligationum in fi. de actio.
i Argu. l. actus. de reg. iur.
k Arg. l. ij. de arbit.
l Arg. l. pupilla. §. j. de solutio.

AXIOMA LXXXIII.

SEd hæc sententia Alciati uera non uidetur, nam Aquiliana stipulatio actionem, de qua transactũ est, omnimodo perimit[a]: ipsa uerò Aquiliana stipulatio per acceptilationem, quæ contraria est stipulatio[b], ipso iure perimitur[c]. Neque pœnalis stipulatio quicquàm nouat, si sub conditione tantum, id quod in prioribus stipulationibus factum erat, contineret[d]. Sed rectius dicemus, eius respectu qui pœnam petere posset nihil extinctum esse si uoluerit[e], alterius respectu omnia esse perempta[f]. Meritò igitur Imp. dixit transigentem agere posse, si reus pœnam petere maluerit[g]: tunc enim nolebat quicquam extingui, quia licet alterutrum uel transactionis commodum uel pœnam consequi poterat[h], utrunque tamen petere non potuit[i]. Sed pœnam petendo transactionem ualere noluit[k].

a d. l. iiij. de transa.
b l. pluribus. cum seq. de accept.
c d. §. pactus ne peteret.
d l. duo societatẽ. pro socio.
e l. quamuis. ij. C. de usur.
f d. l. ut respõsum.
g d. l. ubi. in fi.
h l. rescripto. §. si pacto. de pact.
i l. iiij. § labeo. de dol. excep.
k l. quod in hæredẽ. §. eligere. de tributo. l. eleganter. §. si quis post. de condit. indeb.

AXIOMA LXXXIIII.

IPse uerò à quo pœna peti potest, etiam si pœnã soluere paratus esset, agendi potestatem nõ habet[l], nisi aduersarius uelit, cùm tantùm illi supersit de dolo actio[m]. Et idcirco lex ait, eum, antequã agere possit, reo agere permittenti soluere pœnam debere[n]. Non obstat quòd cùm ante trãsactionem prius egerit, prius dimittendus sit[o]. Nam hoc uerum est, si de iure agere posset: Sed ego suprà dixi illius respectu omnia esse extincta[p], neque agere posse nisi aduersarius uelit[q], & per consequens nisi pœnam prius sit consequutus: quia ante non præsumitur uelle, quòd aduersarius agat[r].

l l. quamuis. C. de transact.
m l. actione. eo. tit.
n d. l. ubi. uersi. ante causæ cognitionem.
o l. qui prior. de iudic.
p d. l. iiij de trãsact.
q d. l. ubi in fi.
r Argu. l. amplius. rem rat. hab.

AXIOMA LXXXV.

ET hæc tam in pacto quàm in trãsactione locum habere Imp. retulit[s], quod mirũ uidetur, cùm pactum sine aliquo dato factum & gratuitum esse debeat[t], & tamen Imp. ait datum

s d. l. ubi. in princ.
t l. j. de transact.

u 2 etiam

etiam in pacto repeti[u]. Quare aliqui dicebant, pactum & transactionẽ pro eodem Imperatorem usurpasse[x]. Alciatus uoluit transactionem ante litis contestationem pactum dici[y]: quod licet uim transactionis habeat[z], propriè tamen (inquit) transactio non est[a]. Sed hanc distinctionem nunquã cogitasse se, tam Iureconsulti[b] quàm Imperatores manifestè docẽt[c]. Ego igitur puto Imp. loqui, & de ipsa transactione, & de pacto transactionis[d]: quæ res inter se (ut infrà docebimus) plurimũ differunt[e].

u d.l.ubi.& l.seq.
x Glo.ij.d.l.ubi.
y Alciat d.l.ubi.
z l.ij.C.de transac.
a Arg.l.iij. in prin. uerbo, quasi. de cond.caus.dat.
b l.eleganter. §. si quis post. de condi.indeb.
c l.fi.C.de transac.
d l.fi de certa.co.
e l.fine apud.in fi. cod.

AXIOMA LXXXVI.

SEcundo Transactio sine stipulatione pacto cõuento fieri potest[f], quo casu actio de qua transactum est perempta non est[g]. Vnde etiam post transactionem sententia ualet, dolo tamen ualet[h], quia per transactionem lis decisa esse dicitur[i]. Quam ob rem si transigẽs illa actione rursum agat, uel doli exceptione[a], uel transactionis exceptione repelli potest[b]: etiam si statim post transactionem transigens pœniteret[c]. Nam licet in cõtractibus innominatis locum habeat pœnitentia[d], tamen in transactionibus aliud sancitum est: non solùm fauore litium diri mendarũ[e], (ut arbitrati sunt Doct.[f]) cùm & in donatione, in qua hic fauor cessat, pœnitentiæ non sit locus[g]: sed quia per transactionem lis semel decisa instaurari non potest[h].

f l.ij.de transact.
g l.& post rẽ.iud. si tam.neo.
h d.l. eleganter. § si quis post.
i l.sub prætextu.j. uers.j. C.de transf.
a d. §. si quis post. uers.si.potuit.cum seq.
b l.uij.§.fi. de transf.
c l.quamuis.C.eo.
d l.fi. pecuniam. in princip.de cond. caus.dat.
e l.fratris.C.de trãsf actio.
f Alcia. d.l.fratris.
g l.Aristo. in prin. de donat.
h l.postquã. C. de pact.

AXIOMA LXXXVII.

ET ideo siue ante litis contestationem, siue post litem[i], siue post sententiam à qua erat appellatũ, transigatur[k]: iusta est cõuentio, quæ nõ solùm exceptionem parit[l], sed & uim Confessionis habet[m], & ex ea agi potest, quemadmodum ex re iudicata[n]. Quapropter si te liberaui ut debitorem delegares, nisi deleges, incerti actione, id est præscriptis uerbis agam[o]: antiqua uerò actio per officium iudicis non restituitur[p], sed tantùm per condictionem[q]. Sic si transegi ut prædium liberum dares, si obligatũ dedisti, lis transactione decisa non instauratur, sed actione noua agam[r]. Rursum qui de querela transegit, illam instaurare non potest, sed transactioni aduersarium contrauenientem in id quod interest conuenit[s]. Sed contrà, imò uidetur instaurari posse[t].

i d.l. eleganter. §. potuit.cum seq.
k d.l. eleganter. §. si post rem.
l l.iij. §.fi.de transf.
m l.tale.uerfic.j.de pact.
n l. non minorem. C.de transact.
o l.legẽ.C.de don.
p l.eo eam. de præscrip.uerb.
q l.uij. de cõd.cau. dat.
r l.fi pro fundo.C. de transact.
s l.cùm mota. eo. tit.
t l. si instituta. in princ.de inoffic. testa.

AXIOMA LXXXVIII.

ALiqui dicebant querelã sub conditione transactã restitui[u], quoniam prior causa cõditione non impleta manet[x]: sed ad transactionẽ sub modo factam reuerti non posse[y], quamuis non adimpleatur modus[z]. Sed opinio hæc defendi non potest, cùm lex contraria simpliciter de querela transacta loquatur[a]: & ideo potius quòd sub modo facta sit, quàm sub conditione præsumere debemus[b]: potissimùm in his contractibus correspectiuis, qui sub modo concipi solent[c]. Decius igitur, quem Alciatus sequitur, querelam pacto remissam instaurari posse uoluit[d]: secus in ea esse inquiens, quæ per renuntiationem remissa esset[e]. Sed constat pactum nõ minorem effectum habere, quàm renuntiationem[f].

u d.l.si instituta.in princ.
x l.iij. § fin autem sub. C.comm.de lega.
y d. l. cùm mota. uersic.ita ut.
z Bart. l.quibus. §. fin.de cond.
a d.l.si instituta.
b l. ea conditione. C.de rescin.uẽd.
c l.naturalis.in fin. princ.de præscri. uerb.
d d.l.si instituta.
e Alciat. Parad. v. cap.vj.
f l.j.C.de pact.

AXIOMA LXXXIX.

MAgis igitur placet communis sententia, ut transactio querelæ à transigentis hæredibus suscitari non possit[g]. quia querela, nisi præparata sit[h], & in præparatione perseueretur ad hæredem non transit[i]. Ipse uerò transigens, si transactioni cõtraueniatur, querelam adhuc suscitare potest[k]. Ratio differentiæ est, quia per transactionem querelæ præparatio extincta est[a], sed non ipsa querela[b]. Non obstat quòd querela semel omissa instaurari non possit[c]. nam id uerum est in simplici renuntiatione nullo respectu facta[d]. Sed & ex eo quòd reus transactionis placitum non dedit uel non offert[e], aut non perfectè dedit, transigens (modo reus transactioni stare nollet[f]) litem instaurare, nisi aliter conuentum esset[g], non potest: sed in id quod interest agit[h], ad quod transigens ut apparet reum contrauenientem semper conuenire potest[i]. Semper igitur ex transactione agit, perinde ac ex contractu do ut des, uel facias[k].

g d.l. cùm mota. uersi per nos.
h l.posthumus. §.fi. cum l.seq. de inoffic.testa.
i l.nã & fi §.j.eod.
k d.l.si instituta.
a l.si quis filium.in fi.C.eo.
b l.& post rẽ.uersi. si tamẽ. de transf.
c l. postquã. C. de pact.
d l.Papinianus.§.si quis post rem.de inoff.
e l.si maior. C. de transact.
f d.l.si instituta.
g l.ij. C. de condi. ob caus.
h d.l. si pro fundo.
i d.l.cùm mota.
k l.naturalis.§.j.& ij.de præsc. uerb.

AXIOMA XC.

SEd econtrà si actor transactioni stare nollet, ex transactione non agitur [l], sed reus transigentem, etiam si nihil dedit sed aliquid promisit [m], uel exceptione repellere, uel ab eo data repetere potest [n]. Sed cùm data repetit, transactioni renuntiasse dicitur [o], & actor tunc primæua actione agit [p]. Sed & mutuo consensu [q] transactio, cùm illa actionem ipso iure non perimat [r], siue eo quod datum est refuso [s], siue postea tantùm per condictionem repetito [t], facilius resolui potest quàm emptio, quæ nisi datum refusum sit minimè dissoluitur [u]. Cæterum si neq; mutuus consensus, neq; alterius contradictio interueniat, alter ex sola sua poenitentia transactionē reuocare non posset [x].

l l.cùm ea. de trāsac.
m l.si super.eo.
n l.cùm proponas. eo.
o l.eleganter. § si quis post. in fin. de condic.indeb.
p l.si diuersa. C.de transf.
q l.nihil tam naturale.de reg.iur.
r l.& post rē uersi. si non.de trāsac.
s d.l.si diuersa.
t d.l.eleganter in princ.uersi.sed & si re soluta.
u l.4. C.quādo lic.e. ab empt.
x d.l.quāuis. C. de transact.

AXIOMA XCI.

SEd quid si poenitentia iustam haberet causam, ut si transigens immodicè læsus esset? Bartolus uoluit transactionem resolui [a], si læsio dimidiam ueri pretij excederet partem [b]. Quod aliqui intellexerunt procedere in transactione dolo facta [c]: quorum opinio uera non est [d], cùm dolus etiam sine ulla læsione transactionem rescindat [e]. Sed contrà, lex ait transactionē, etiam si in quadruplo læsio esset, non instaurari [f]. Respondeo læsionem ultra pretij dimidium in stipulatione dolum continere [g], similiter & in transactione, si de eo quod ipse transigens gessit transactū esset [h]. In alieno uerò negotio immodica læsio, si absit dolus, transactionē non rescindit [i]. Propter dubium enim litis euentum [k] sufficit solam litem remissam esse, etiam si nulla alia res media esset [l]. Ideoq; & indebiti condictio, & non numeratæ pecuniæ exceptio cessant [m], ubi constat transactum fuisse [n].

a Barto.l.si quis cū aliter.de uerbor. obl.
b l.ij. C.de rescind. uend.
c Alcia.l.quamuis. C.de transact.
d d.l.si superstite. uerbo,bona fide. C.de dol.
e l.iiij. C.de trāsac.
f l.Lucius.§.fin.ad Trebell.
g d.l.si quis cùm aliter.
h d.l.si superstite. in fi.
i d.l.Lucius §.fin.
k l.quod debetur. de pecul.
l l.in summa. uersi. §.de condi.indeb.
m l.sierā actionis. C.de nō nu. pec.
n l.fin.C.de condi. indeb.

AXIOMA XCII.

QVinimo neque principis rescripto [a], quia iuri repugnat [b]: neque prætextu instrumēti [c], uel alterius rei post transactionē repertæ [d], transactionem, etiā si sine scriptura [e], & secunda noctis hora [f] uel à ualetudinario sano tamē mente facta esset [g], resolui minimè posse certū est. Nec refert si transigens rei repertæ ignorantiam iustam allegaret [h], cùm saltem in genere de ea re cogitare potuit [i]; tametsi ob errorem, quia ille consensum impedit [k], rescindi transactionem rescriptum sit [l]. Nam & ob instrumenta citra transigentis dolum falsa resolui solet [m], multò magis ob solum transigentis uel dolum [n], uel metum iustum [o]: quanquam sola doli contestatio super actione de qua transactum est facta, rescissionem non inducat [p].

a l.causas.C de trāsactio.
b l.iij. C. de preci. imp.off.
c l.sub prætextu j. C.de transact.
d l.sub prætextu.ij. eo.
e l.cùm te transegisse.eo.
f l.non minorem. in fi.eo.
g l.sanum.eo.tit.
h l.admonendi. in fi.de iureiur.
i l.qui iure.de milita testa.
k l.si per errorem. de iurisd.
l d.l.sub prætextu. ij.uersi.j.
m l.pen.eo.
n l.iiij.eo.
o l.interpositas.eo.
p l.si maior.j.eo.ti.

AXIOMA XCIII.

TErtio transactio plerunq; fit, qualis non deciditur, sed quasi deciditur [q]. Vt cùm do tibi aliquid ut à lite discedas, si discedis cessat repetitio [r], quæ aliàs locum habet si sequuta non sit transactio [s]. Propriè igitur hoc casu non est transactio, sed transactionis placitum [t]: quanquā & pactum transactionis quandoque pro ipsa transactione pacto facta accipiatur [u], ad illius transactionis differētiam quæ per stipulationem fieri solet [x]. Itaque hoc transactionis placitum exceptionem parit, ut & alia pacta [y], sed non actionem [z]. Et ideo si placuit rem inter nos transactionis causa æqualiter diuidi, actionem placitum non parit [a]: quia diuisionis placitum, nisi traditione uel stipulatione confirmetur, ad actionem non prodest [b]. Perfecta enim non est diuisio, ex eo quòd placuit rem diuidi: cùm diuisio ab exequutione & partim adiudicatione nomen habeat [c].

q l.iij. in princi.de cond.caus.caus.
r l.j.eo.
s l.eleganter.in princip.uers.idem puto de cond.inde.
t l.trāsactionis. C. de transact.
u l.si de certa.eod.
x l.ij.de transact.
y l.si super.C.eod.
z l.ex placito.C.de rer.perm.
a l.cùm proponas. ij.C.de pact.
b l. diuisionis. de pact.
c §.eadem.Institu. de offic.iudic.

AXIOMA XCIIII.

SIc si transactionis causa conuenit, ut aliquid acciperem, talis conuentio, uēdicationem pendentem non decidit [d]. Et ideo quia transactio non est, sed placitum transactionis, actionem non parit [e]. aliàs si uerè transactio esset, uendicationem ita decideret, ut amplius non instauraretur [f]. Neque obstat, si dixeris tunc non instaurari quando reus aliquid de-

d l.fine apud.C.de transact.
e d.l.fine apud.
f l. si pro fundo. eo.tit.

dit[g]: nam quòd lis non instauratur, sed in id quod interest transigens agat[h]: hoc magis rei conuenti damnum respicit[i], cùm tamen lex in illius fauorem hoc introduxisse uideatur[k].

g Docto. d. l. si pro fundo.
h d. l. cum mota.
i l. j. in princip. de act. empt.
k d. l. si pro fundo.

AXIOMA XCV.

SEd contrà, si quis de querela ita transegit ut à lite discederet & aliquid acciperet, transactionis placitum est & non transactio: & tamen transigentis hæres ex eo placito agit[a]. Aliqui dixerunt fauore hæredis speciale esse[b], qui in querela per renuntiationem transigentis grauatus[c], in alio releuari debuit[d]. Alij putant legem contrariam in actione, nō natiua, sed datiua loqui[e]. Alij affirmarunt legem eo casu loqui, quo non de querela, sed de pręparatione querelæ agebatur, quæ, præparatio hæredi tantùm datur[f], & per transactionem ipso iure extinguitur[g]. Sed nos his omnibus omissis scimus legem non in placito transactionis, sed in uera transactione loqui[h].

a l. cùm mota. C. de transact.
b Glo. uerb. dan. la. d. l. cum mota.
c l. si quis filiam. in fi. C. de inof. test.
d l. eũ qui. in prin. de iureiur.
e d. l. cùm mota. uerb. danda.
f l. posthumus. in fi. de inoffic.
g d. l. si quis filiã. in fin.
h d. l. cũ mota. uerbo, omissam querelam.

AXIOMA XCVI.

SVperest quod ad transactionem attinet, ut intelligamus illam alijs ex regula communi neque prodesse neque obesse[i]; adeò ut filio non noceat pater de re filij transigens[k], sicut nec de testamento transigētes legatarijs[l] aut alijs qui uerè hæredes essent præiudicant[m]. Sic unius tutoris transactio cæteris non obest[n], nisi his quorum interesset transactionem factam non esse[o]. Nam & emptori hæreditatis uenditoris transactio nocet[p], & debitoris transactio fideiussori[q], & creditoribus interdum prodest[r].

i l. transactionis. C. de transact.
k l. de re. de transa.
l l. iij. in princi. eo.
m d. l. iij. §. fin.
n l. j. C. de transac.
o l. & hæredi. § fi. de pact.
p l. fin. de transact.
q l. & post. §. j eod.
r l. cõtrouersia. eo.

AXIOMA XCVII.

RVrsus sciendum est de omni re non semper transigi posse, nam de re iudicata nisi appellari posit[s], uel negetur iudicatum[t], transactio fieri non potest[u]. De his item quæ in testamento relicta sunt, non nisi uiso testamento transigitur[x]. Sed nec de alimentis futuris[y], non ex contractu sed testamento uel ab intestato aut mortis causa debitis[a], sine prætoris autoritate & causæ cognitione transigi potest[b]: siue pauperi siue diuiti relicta sint alimenta[c]. Traditur tamen in alimentorum utilitatem transactionē ualere[d]. Imò ab ea non recedi, si uel iuramento confirmata sit[e], uel à testatore permissa[f]. uel de habitatione facta[g], quanquam habitatio alimentorum nomine ueniat[h].

s l. & post rem. in prin. eo.
t l. post rem eo.
u l. eleganter. §. si post. de cond. indeb.
x l. de his. de transf.
y l. de alimentis. C. eod.
z l. cùm hi. in prin. uersicu planè. de transact.

a d. l. cum hi. uersi. hæc oratio.
b d. l. cũ hi. §. si prætor.
c d. l. cùm hi. §. nihil autem.
d d. l. cùm hi. §. est.
e c. cùm cõtingat. de iureiur.
f l. j. in princip. de reb. eor.
g d. l. cùm hi § fin.
h l. legatis alimentis. de alim. & cibar.

AXIOMA XCVIII.

VLtimò, de crimine transigere nō licet excepta sanguinis pœna[i], fauor enim publicus, quo delicta puniri Reipublicæ interesse dicitur[k], sublatus non est, cùm alius quàm transigens, adhuc accusare posit[a], uel iudex per inquisitionē crimen punire[b]. Ipsi uerò accusato uel eius patri[c] aut cognato[d], & si accusatus nollet[e], quomodocunque etiam per corruptionem sanguinem suū redimere licet[f]. Quod & in accusatore procedit, quia in his criminibus nisi obtineat, simili pœna puniendus est[g]. quæ talionis pœna quāuis in arbitrariam hodie uersa sit[h], nihilominus transigens neque ut calũniator punitur[i], neque in turpilliani pœnā incidit, cùm Imperatoris permissu & ab accusatione desistat[k], & de sanguinis crimine transigere posit[l], ergo pœnam non meretur[m], in quam aliàs incidunt, qui ab accusatione citra abolitionem[n] desistunt[o].

i l. trãsigere. C. de transact.
k l. ita uulneratus. in fi. ad leg. aql.
a l. qui cœtu. ad le. iul. de ui pub.
b l ij uersi. fin auth. C. de abolit.
c l. isti quidem. in fi. q̃ met. caus.
d l. iij. §. sed & si mulier. de liber. hom. exh.
e l. non tantum. de appell.
f l. j. de bon. eor. q. ante sent.
g l. fin. C. de accus.
h Bart. l. pen. § ad crimen. de publi. iud c.
i l. j. §. sed &. de calumniat.
k l. destitisse. ad turpill.
l d. l. transigere.
m l. Gracchus. C. de adult.
n d. l. ij. C. de abol.
o l. si fœmina. C. ad turpill.

AXIOMA XCIX.

SEd cur de crimine adulterij transigere non liceat[p]? Alij grauitatem criminis non iustè allegant, cùm alia sint grauiora[q], alij delicti frequentiā[r], alij matrimonij honestatē prætexūt[s], alij castitatem & illibatam fidem maritalem[t]. Sed hæ omnes rationes, quæ suasoriæ sunt, in alijs delictis coërcendis locum habent[&]. Alciatus refert adulterium digestorum iure crimen fuisse, quod sanguinis pœnam non ingerebat[u]: ideoque de illo, ut de cæteris criminibus pœnam sanguinis non habētibus, transigi non poterat[x]. Sed nec hodie licet[y], quamuis adulter gladio puniatur[z]: quia summota ratione legis impulsiua, non tamen

p d. l. transigere.
q l. fi. §. j de public.
r Ar. u l aut facta. in fi. de pœn.
s l. super statu. C. de quæstio.
t Authē. de Lenonib.
& l. j. de legib.
u l. si quis uiduam. de quæstio.
x d. l. transigere.
y Alciat. Parad. v. cap. viij.
z l. quāuis lj. in fin. C. de adult.

cessat

cessat dispositio[a]. Sed Alciati generalis non uidetur ratio, cùm & ultimo supplicio olim adulteriũ, uel stuprum non simplex[b] sed cum alio delicto coniunctim, puniatur[c]. Quanquam Alciatus aliter iura conciliet[d].

a l. j. §. sexum de postul.
b §. item lex Iulia. Instit. de publ. iudic.
c l. j. uers. si. de extra. crim.
d Alciat. v. parad. cap. 10.

AXIOMA C.

EGo igitur arbitror, Imperatorum constitutionẽ longè aliter intelligendam esse[e]. Nam certum est de raptu pacisci posse[f], quamuis pater, si filiæ suę raptum remitteret, deportaretur[g]. Et ideo Alciatus uoluit illam patris remissionem non ualere, sed duntaxat facti esse[h]. Ego contrà, nõ enim uerisimile est legem de remissione facti loqui[i]. Nam cùm dicat patre remittente extraneum accusare posse[k], sequitur patris remissionem ualuisse, alioquin extraneus accusare non posset[l]. Alij igitur crediderunt in adulterio transactionem reijci, non in raptu aut stupro[m]. Quorum sententia præter id quòd differentiæ ratione careat, tam in stupro[n], quàm in raptu falsa uidetur[o]. Imò ex diuerso & in adulterio remissionem lex permittere uidetur[p].

e d. l. transigere.
f l. iij. C. quib. ex caus. seru.
g l. unica. uers. nisi. C. de rap. uirg.
h l. Alc. d. l. trãsigere. argu. d. l. iij. uerb. trãsmissum.
i l. j. §. hæc autem uerba. ff. q. l. tur.
k l. qui coetu. §. fin. de ui publ.
l l. iiij. in fin. de adult.
m Alex. d. l. transigere.
n l. mariti. §. plectitur. de adult.
o d. l. qui coetu. §. fi.
p l. si maritus. ij §. si negauerint. de adulter.

AXIOMA CI.

SEd priusquàm nodum soluamus, uidendum est cur in publicis iudicijs pœnam sanguinis non habẽtibus lex ait citra falsi accusationẽ transigere non posse[a]. Respondent omnes ob id esse, quòd publicè intersit delicta puniri[b]: quæ ratio non admodum urget, cùm non obstante hac transactione quilibet alius adhuc accusare possit[c], uel etiam iudex de crimine inquirere[d]. Inhumanũ enim uidetur, ut inter litigatores nulla ueniæ haberi ratio possit[e]. Et idcirco lex gratuitam pactionem in criminibus semper admittit[f], imò & plerunque transactionẽ[g]. Quid ergò lex sibi uoluit, dũ censet de criminibus sanguinis excepto adulterio transigi posse, de alijs publicis citra falsi accusationem nõ posse[h].

a d. l. transigere. in fin.
b d. l. ita uulneratus. in fin.
c d. l. q. coetu. in fi.
d l. ij. uers. fin. autẽ. C. de abolitio.
e l. sarti. §. pactus. de his qui not. infa.
f l. nõ damnatos. C. ex quib. caus. infam.
g l. j. uers. sed & de calum.
h d. l. transigere.

AXIOMA CII.

REspondeo de crimine sanguinis, etiam aduersarium corrumpendo, trãsigi posse[i]: quia sanguinẽ suum quomodocunque redimere licet[k]. Excipitur adulterium[l], quamuis hodie causa sit sanguinis[m]: quia neque de illo, neque de stupro[n], neque de raptu transigere licet[o]. Quoniam cùm aliquid horum criminum causa accipitur, lenocinium est[p]: ob quod tam consanguineus[q], quàm extraneus[r], etiam si minor esset, pœna adulterij puniuntur[s]. Verùm tamen gratuita remissio, aliquam marito uel patri. l. miles in prin. de adult. (quorum sola negligentia utcunque toleratur non pactum. d. l. mariti. §. quod si patiatur) in his criminibus prohibita non est[t], cessat enim lenocinij suspicio[u]. Dum tamen dolo malo gratuitum pactum factum non esset[x], ut si paciscens præuaricator esset[y], hoc est uerum adulterium sua pactione abscondere uellet[z].

i l. fin. de præuar.
k l. j. de bon. eor.
l d. l. transigere.
m §. item lex Iulia. Instit. de publ. iudic.
n d. l. mariti § plectitur.
o Arg. uers. nisi. C. de rap. uirg.
p l. ij §. lenocinij. de adult.
q l. miles. §. socer. eod.
r d §. plectitur.
s l. auxilium. §. fin. de mino.
t d. l. si maritus. ij. §. si negauerint.
u d. §. plectetur. uers. cæterum. cũ ij. seq.
x l is cui°. de adul.
y l de crimine. C. eo. titu.
z l. j. uers. j. ad turpill.

AXIOMA CIII.

IN alijs uerò criminibus publicis pœnam sanguinis non habentibus, transigere non licet citra falsi accusationem[a]: hoc est (ut ipse interpretor, licet alij aliter atque aliter exponant[b]) nisi cùm reus excipit accusatorem falsò accusationem instituisse, tunc enim transactio permittitur[c]: aliàs reprobata est, cùm accusans uel corrumpitur[d], uel decipitur[e], uel aliter de criminis compositione loquitur[f].

a d. l. transigere. in fin.
b Alc. d. l. transigere. uerb. citra fals.
c l. j. §. sed & de calum.
d d. l. fin. de præuaric.
e l. ij §. fin autem. C. de abolit.
f l. ab accusatione. in priu. ad turpil.

AXIOMA CIIII.

SEd quid de priuatis criminibus? Receptior sententia est, si criminaliter mota sint, neque transigere neque pacisci licere[g]: quia (inquiunt) accusator desistere non potest[h] & reus pro confesso habetur[i]. Sed & in publicis iudicijs & reus pro conuicto habetur[k], & accusator desistere nõ potest[l], cũ cõtrà in priuato crimine agens nunquã desistere prohibeatur[m], quoniã turpillianum senatusconsultũ in publico tantũ iudicio[a], & nõ in priuato locũ habet[b]. Et ideo lex ait eũ qui à priuato delicto desisteret, nõ in turpillianũ incidere, sed extra ordinẽ esse puniendum[c].

g Arg. l. locatio. §. quod illicite. de publica.
h l. & in priuatis. ad turpill.
i l. quoniam. de his qui notan.
k d. l. fi. de præuar.
l l. pe. C. ad turpill.
m l. si tibi. §. quædam. de pact.
a l. j. C. ad turpill.
b l. iij. §. fi. de præuaricato.
c d. l. & in priuatis.

AXIOMA CV.

IN his ergo priuatis criminibus nũquàm puto transactionem prohibi-

præscriptis uerbis actio aliquando ob ciuile negotium datur[e], tuncque ciuilis est[f]: aliquando ob bonam fidem[g], & prætoria est[h]; ut in hoc precario, quod magis ad donationem quàm ad negotium contractum spectat[i]. Sed quid si rem quam mihi reddi uolo, non ad usum sed custodiam dedi? Et certum depositum esse[k], quo ideo non licet uti, nisi ex deponentis consensu[l]. Si tamen pro custodia merces accipiatur, locatio erit[m]: uel contractus Innominatus, si aliud pro custodia detur[n]. Quandoque etiam neque ad usum, neque ad custodiam, sed ad debiti tuitionem aliquid datur, & pignus est[o]. Quòd si rem dedi ut meliorem redderes, erit mandatum, si gratuitò reddere debes: uel locatio, si mercede accepta[p]: aliàs contractus innominatus erit[q].

e l.j.de æstim.act.
f l.solent. de præs. uerb.
g l.ij uers. itaq. de preca.
h l.quia actionum. de præsc.uerb.
i l.interdictum. de precar.
k l.j.in prin.depos.
l l. si sacculum. de pos.
m l.j.§.si uestimenta.eo.
n d.l.j §.si quis seruum.
o § fin instit. qui. mo.re.
p l.si tibi polienda. de præscr.uerb.
q l.si tibi areæ.eo. titu.

AXIOMA CXI.

EX suprascriptis itaque hoc primo modo apparet, cōtrahi nō posse, si res data uel usu consumeretur[a], uel accipientis esset[b]: quia tunc eadem res restitui uel non posset[c], uel nō debet[d]. Res igitur data hoc casu accipientis non fit[e], & per consequens illius periculo, si neque in culpa sit[f], neque casus fortuiti periculum susceperit[g], neque rem æstimatā accepit[h], perire non potest[i]. Secūdo modo datur species ut alia in eodem genere reddatur, & tunc erit permutatio[k], nisi res quæ in pondere numero uel mensura consisteret daretur, quo casu esset mutuum[l], si rei datæ translatum esset dominium[m], mutuādique animo res data esset[n]: aliàs depositum dicitur[o], uel alius contractus iuxta ea quæ contrahentes egerunt[p].

a l. iij. §. fin. commod.
b l. qui rem.depos.
c l.ij §.j.si cer.peta.
d l. bonafides.uers. pen.depos.
e l. rei cōmodatæ. commod.
f l.v §.nunc uidendum.uers.quod uero.commod.
g l.j.C.commod.
h d.§ nunc uidendum.uers.cōmodatum.
i l. in rebus. commod.
k l. ij. C. de rer. perm.
l d.l.ij. si cert.pet. in princ.
m d l.ij.§ mutui.
n l. non omnis.eo. titu.
o l. de dic. § j. depos.
p l.res in dotem.de iur.dot.

AXIOMA CXII.

TErtio datur species ut alia in diuerso genere reddatur, & similiter permutationem esse certum est[q]. Sed in hoc secundo & tertio casu dubitatur, quid si altera species æstimata data sit? Et emptionem esse nonnulli affirmant[r], quasi æstimatio pretij uim habeat[s]. Sed nos scimus rem æstimatam uerè uenditam esse[t], pecuniam uerò numeratam, quæ in uenditione interuenire debet[u], nulla re æstimari posse[x]. tametsi post pretium de re uendita conuentum, alia res loco pretij uolente uenditore solui possit[y]: quia sola pretij non numeratio sed conuentio emptionem facit[z]. Existimauerim igitur hunc contractum non simplicem uenditionem, sed permutationis causa factum esse[a]; ita ut duo contractus non sint, sed una permutatio[b], quæ ad exemplum emptionis esse dicitur[c], quoniam omnis permutatio emptionis uicem obtinet[d].

q l.j.§. sed an fine. de cont.empt.
r l.j.C.de rer per.
s l.j. de æstimat. act.
t l. plerumq. §. si ante.de iur.dot.
u §. item pretium. instit.de empt.
x l. si ita. de fideiuss.
y l. pretij. C.de rescin.uend.
z l. ij. de contrah. empt.
a l. quoties. de iur. dot.
b l.si ita fuero. §.si. cum & seq.de nouat.
c d. l. j. C. de rer. perm.
d l.ij.eo.tit.

AXIOMA CXIII.

QVarto datur pro pecunia species, & Paulus emptionem[e], Celsus contractum do ut des esse respondit[f]. Sed Paul. loquitur cùm pecuniā do ut aliquid accipiam, accipere autem uerbum dominij translationem non semper importat[g]. Celsus uerò procedit, quando hinc inde de dominio transferendo actum esset quod emptioni non conuenit[h], quanquam uendens si dominus sit, dominium transferre debeat[i]. Econtrà uerò emptor pretij dominium idcirco transferre semper tenetur[k]. Et ratio est, quia id quod interest, quod in emptione considerari solet[l], speciei uenditæ respectu duntaxat[m], non autem pretij considerari solet[n]: quoniam pretium nulla re æstimari potest[o].

e l.naturalis.§ j.de præsc.uerb.
f l.si. de cond.caus. dat.
g l.aliud est capere.de uerb.sign.
h l. si ita. §. j. de contrah.empt.
i l.pen.in fin.eo.
k l.j uers. molrum. de rer.perm.
l l.j.de act.empt.
m l. si sterilis. §. cū per.eo.
n l.iij de in lit.iur.
o d.l. si ita fideiussorem.in fi.de fideiusso.

AXIOMA CXIIII.

QVinto genus pro pecunia datur, puta certum frumētum pro pecunia certa: & emptionem quoque esse Bartolus cēset[p]. quoniam (inquit) uēditor speciei licet dominium transferre non debeat[a], in uenditore tamen generis secus est[b]. Nā emptor (ut existimant interpretes) pretij dominium idcirco transferre tenetur, quòd in genere obligatus sit[c]. Sed ego cum Alciato contrà existimo, lex enim generaliter loquitur[d], & uēditorem etiam usuum, quod genus est, tradere debere lex uoluit[e], & quamuis alibi dare dicat[f]. hoc pro tradere accipiendum est[g]. Ideo autem emptorem pretij dominium transferre debere suprà diximus,

p Arg. d. §. cū per uenditorem.
a d. l.j uers. mulrū. de rer.perm.
b Arg.gl.j.domina. §. de eu ctione. de leg.a.j.
c DD l.ij.in princ. si cert.peta.
d l. ex empto. in princip de actio. empt.& d.uersic. multum.
e l.iij §. fin.de act. empt.
f d.§.cùm per uenditorem.
g l.iiij.de usur.

AXIOMA CXX.

ET idcirco emptor pecuniæ quam debet dominium transferre tenetur[f], ita ut à uenditore auelli non poſſit[g]: aliàs actione ex uendito ad dandum adhuc conuenietur[h]. Omnem tamen cõmoditatem uenditor, ſi quam ex priore pecunia ſibi ſoluta habuit, reſtituere debet[i]. Sed ipſe rei uenditæ dominium, niſi dominus ſit, transferre non tenetur[k], nihilq; debet, ſi res quam tradidit non ſit euicta[l]. Imò nec de euictione obligatus eſt, ſi pretium non recepit[m]: quod ſi recepit, & pro euictione, & pro eo quod ultra intereſt conuenitur[n]. Verùm in permutatione ſupradicta omnia ceſſare intelligemus, ſi nouerimus uerba illa, mutare[o], commutare, & permutare pro eodem uſurpari[p]: pro eo uidelicet quod transferre dicimus[q]. Idq; ſignificantius in permutandi uerbo denotatur, quod perfectam quandam translationem importat[r].

f d. l. ex empto. in fin. princ.
g l. non quocunq;. in prin. de leg. j.
h l. j. uerſ. emptor. de rer. perm.
i l. ſi eum ſeruum. ſi cert. pet.
k l. pen. in fin. de contra. empt.
l d. l. j. uerſ. uenditor.
m d. l. ex empto. in prin. uerſ. q; res.
n l. ſi in uenditione. de euictio.
o §. minima. §. quibus. inſtit. de cap. dim.
p l. ſi. in fin. de cap. dim.
q l. Iulianus. §. ſi quis rẽ. ad exhib.
r l. urbana familia. in fin. de uerbor. ſigni.

AXIOMA CXXI.

HAec autem translatio tam de re ſiue particulari ſiue uniuerſali[a], quàm de perſona dicitur[b], & non ſolùm cùm una res in aliam trãsfertur[c], ſed etſi eiuſdem rei ſiue ſtatus[d], ſiue forma[e], ſiue ſpecies mutaretur[f]. Quapropter permutatio tam in perſona[g], quàm in re ſiue eadem ſiue diuerſa[h], ſiue uniuerſali ſiue particulari[i], ſiue ſpecies ſit, ſiue pecunia fieri poteſt[k]. Nihil enim impedit, quominus permutatio ſiue translatio de quacunq; re & perſona dicatur[l]. Sed hic de permutatione, neq; perſonæ, neq; eiuſdem rei, ſed diuerſarum rerum loquimur[m]. Quæ & ipſa quoq; translatio eſt[n]. non tamẽ ſimpliciter, ſed alterius rei accipiendæ gratia facta[o]. E ideo ſi tua res permutata in meam transferatur, mea quoq; rei tuæ loco tibi erit[p].

a l. proponebatur. de iudic.
b d. §. quibus.
c l. translatio. de adim. lega.
d l. ſi. de uſu & habit.
e d. l. Iulianus. §. ſi quis rem.
f d. l. proponebatur. in fin.
g d. §. quibus.
h l. Seia. in fin. de aur. & arg.
i l. ſed etſi. §. conſuluit. in fi. de petit hæred.
k l. ſi mulier. de pact. dot.
l d. l. translatio.
m Rubric. de rer. perm.
n d. l. ſi mulier.
o l. iiij. in fin. C. de rer. perm.
p l. ergo. §. tribus. in fin. de acquir. rer. dom.

AXIOMA CXXII.

EX his hæc conſequuntur, permutationẽ non eſſe niſi cùm hinc inde res eſt tradita[q], aut traditionis loco aliquid aliud acceſsit[r]. Vnde lex ait, permutationem ex re utrinq; tradita initium obligationi præbere[s]. Quod uerbũ (utrinq;, ex omnibus penè codicibus deletũ eſt, ob id quòd putarunt DD. ex permutatione re etiam ab una parte tantùm tradita actionem dari[t].) Sed tunc permutationis placitũ eſſe[u], & nõ permutationẽ ex ſupradictis ſatis liquet[x]. Nam aliud eſt permutationis placitũ re nulla ſequuta, ſiquidem hoc actionem non parit[y]: aliud re ab altera parte ſequuta, quod & in ſpeciebus uel eiuſdem[z] uel diuerſi generis[a] & in permutandis generibus placitũ ſemper appellatur[b]. Illudq; eſt, quod nos aliter & propriè cõtractum do ut des uocamus[c]: aliquãdo etiam permutationem[d], ſed largè habito reſpectu ad permutationem quæ fieri debet[e].

q d. §. cõſuluit. in fi.
r l. ſi ei nuptura. de iur. dot.
s l. j. uerſ. permutatio. de rer. perm.
t Gl. uerb. tradita. d. uerſ. pmutatio.
u l. iiij. uerb. placitũ. uerb. placiti. C. de rer. perm.
x d. l. ſi mulier. de pact. dota.
y l. ex placito. C. de rer. perm.
z d. l. iiij.
a l. v. eod.
b l. pen. eo. titu.
c l. fina. de cond. cauſ. dat.
d l. j. uerſ. ſed an ſine. de cõtr. emp.
e l. qui bona. §. cũ inter. de dam. inf.

AXIOMA CXXIII.

EX hoc permutationis placito, ſine cõtractu do ut des, quia nudũ pactum non eſt[e], qui dedit, aduerſariũ præſcriptis uerbis actione, uel ut det[f], uel in id quod rem habere ſua intereſt, cogere poterit[g]. Vel condictione ob cauſam id quod dedit repetere[h], etiam ſi aduerſarius rem dare paratus eſſet[i], uel dare etiam citra culpam ſuam non poſſet[k]. Quandoq; etiam præſcriptis uerbis ad repetendum datur cùm res data iam alteri uẽdita eſt[l], quod in hoc tantum caſu ſingulariter[m] ea ratione procedit quòd condictio ceſſet: nimirum cùm perſonalis ſit rem ſequi non poteſt[n]. Cùm uerò hinc inde res tradita eſt, uerè permutatio dicitur, quæ initium obligationi præbet[o]. Nam ante utriuſq; dationem nulla erat obligatio[p], poſt unius ſolius dationem, dans cùm pœnitere poſſet, obligatus non erat[q]: ſed nec accipiens quidem, ſi iuſtam pœnitendi habeat cauſam[r]: quanquam Accurſius contradixerit[s]. Debet tamen ille accipiens, id quod accepit ſemper reſtituere[t]. Poſtquàm igitur utrinq; res eſt tradita, uterq; obligat[9] eſt, ne amplius pœnitere poſsit[u]: tunc enim propriè dicitur obligatio[x].

e l. ſi. C. de rer. per.
f l. iiij & v. eo. titu.
g l. naturalis. §. j. de præſc. uerb.
h d. l. naturalis. §. j.
i l. v. in princ. uerſ. ſed cùm liceat. de cond. cauſ. da.
k d. l. fin. uerſic. & ideo. eo. titu.
l l. cum precibus. in fin. C. de rer. permut.
m d. l. naturalis. §. j.
n §. appellamus. inſtit. de act.
o d. l. j. uerſ. permutatio.
p d. l. ex placito.
q d. uerſ. ſed cùm liceat.
r d. l. v. circa fi. uer. planè ſi adhuc.
s Glo. mag. d. l. v. in princ.
t l. pen. C. de rer. perm.
u d. uerſ. pmutatio.
x l. in cõmodato. §. ſicut. cõmod.

AXIOMA. CXXIIII.

ET ex hac obligatione ſi res una permutata aut uitioſa ſit, redhibitoria actio[a]: aut euicta, præſcriptis uerbis ſeu in factum actio[b], quæ bonæ fidei

a l. ſciendum. § emptorẽ. de ædilit.
b d. l. j. uerſ. unde. de rer. perm.

fidei est[c], in id quod interest nascitur[d]. Verùm tamen si antequàm res euincetur, is qui rem illam dedit de euictione promittere nollet, alter id quod dedit repetere potest[e]; quod minimè emptor posset[f]. Puto tamen & hunc ad emptoris similitudinem, alterum euictionis causa ad duplæ promissionem si uelit compellere posse[g]. Vnde hæc permutatio magis emptionis quàm uenditionis uicem habere dicitur[h]. Itaque cùm re permutata euicta in id quod interest si aliter cautum non sit[i] duntaxat agatur[k], consequens est utrunque quod permutatur neque pretium esse: tum quia illud sine re esse non potest[l], tum quia pro pretio euicto non agitur ad id quod interest[m]; neque mercem, quia merx hodie uænalia tantùm continet[n]: pro quibus euictis, non ex euictionis sed uenditionis natura in id quod interest agitur[o].

c §. actionum. instit. de actio.
d l. si permutationis. C. de euict.
e l. fin. uers. fin. de cond. caus. dat.
f l. quæsitum. de ser. export.
g l. ij. l. emptori. de euictio.
h l. ij. de rer. perm. ff. & C.
i l. fin. uers. fin. de cond. causa dat.
k d. l. si permutationis.
l l. pretia. uerb. rerum. ad leg. falc.
m l. cũ seruus. uers. quod si mand.
n l. generali. § uxori. uerb. mercis. uerb. uænalia de usufru. lega.
o l. euicta re. in prin. l. si in uenditione. de euict.

AXIOMA CXXV.

NOn obstat quod lex innuere uideatur, utrunque in permutatione uel pretium pecuniarium uel mercem esse posse[p]. Lex enim ita argumẽtatur, si utrumque permutatum pretium pecuniarium sit, utriusque rem fieri oportet, ut de emptionis pretio[q]. Si utrunque sit merx, neutrius rem fieri oportet, ut nec merx uendita[r]. Huic autem argumento lex respondet, inquiens utrumque & rem & pretium esse debere[s], cùm uterque permutans emptoris & uenditoris loco habeatur[t]. Sed contrà, ratio non patitur, ut una eademque res & merx sit & pretium emptionis[u].

p d. l. j. uers. in permutatione.
q d. l. ex empto. in fin. princ.
r d. l. ex empto. in fin.
s d. l. j. uers. sed cũ debeat.
t d. l. sciendũ. uers. sed si quis permutauerit.
u d. l. j. uers. nec ratio.

AXIOMA CXXVI.

REspondeo eandem rem posse & mercem & pretium esse non emptionis, sed permutationis[x]: quia emptionis uerbum alteri tantùm contrahenti[y], permutationis utrique conuenit[z]. Et ita Iustinianus intelligendus est, inquiens utranque rem non uideri & uænisse & pecuniarij pretij nomine datam esse[a]. hoc est utramque rem non esse mercem & pretium pecuniarium, ut utriusque rei respectu emptio sit & uenditio[b]: utrunque tamen & rem & pretiũ esse, ut sit permutatio[c]. Nam res & pretium latius patent, quàm merx & pretium pecuniarium. Merx de re tantùm uenali[d], pecunia de re empta[e], res de quacunque negotiatione[f], pretium tam de pecunia quàm de alia re dicitur[g]. Cùm igitur pro merce euicta ex natura euictionis in simplum duntaxat agatur[h], iureconsultus infert pro re permutata euicta, quia neque merx est neque pretium[i], in factum actione agi[k]: non ad illud simplum, sed ad id quod interest[l].

x d. uers. nec ratio.
y d. l. j. in princ.
z Gl. uerb. facias. l. iurisg. in princ. de pact.
a §. diuersæ scholæ. instit. de contra. empt.

b d. l. j. uers. non potest inueniri.
c d. l. j. uers. sed cùm debeat.
d l. generali. §. uxori. de usufr. lega.
e l. emptor. C. de contrah. empt.
f l. j. in fi. si cer. pet.
g l. fundi partem. de contrah. emp.
h l. si in uenditione. de euictio.
i d. uers. non potest inueniri.
k d. l. j. uers. unde si ea res.
l d. l. si permutationis. C. de euictio.

AXIOMA CXXVII.

SVperest ultima differentia, quòd emptio solo consensu fiat, permutatio re utrinque tradita dicatur[a]: & eo modo tradita, ut utriusque rei causa mutetur[b]. Vnde cùm alienæ rei traditio nullam ipsius rei mutet causam[c], Pedius ait alienam rem dantem nullam contrahere permutationem[d], rei enim alienæ translatio fieri non potest[e]. Et ideo ab eo qui fundum alienum dedit, rem meam permutatam repetere possum[f]: non autem si aliter rem tradere nolit, (aliter enim in quibusdam codicibus rectius quàm in alijs alter legitur) ad id quod mea interest agã[g]: quia rem alienam habere mea interesse non potest[h]. Quod idem ego puto in contractu do ut des, in quo regulariter in id quod interest agitur[i]: ut intelligamus ad interesse agi si res quæ dari debebat aliena non esset[k]. Nam si aliena sit, quia causa propter quam datum est sequi non potest, repetitioni locus est[l].

a d. l. j. uers. sicut emptio. cum seq.
b d. l. ergo. §. tribus. in fin.
c l. traditio. i prin. de acq. rer. dom.
d d. l. j. uers. ideoque.
e l. nemo plus iuris. de reg. iur.
f l. si. uers. finge. de cond. caus. dat.
g d. l. j. uers. igitur. de rer. perm.
h l. interdum accidit. de furt.
i l. naturalis. §. j. de præsc. uerb.
k Arg. l. iij. in prin. de actio. empt.
l l. v. uers. uel si causam. C. de rerum perm.

AXIOMA CXXVIII.

SEd contrà, res permutata euinci potest, & pro ea in id quod interest agitur[m]: ergo & de re aliena permutatio interim facta tenet[n], & rei alienæ respectu in id quod interest agimus[o]. Quare Irnerius Pedium reprehendens, arbitrabatur etiam alienam rem permutari posse[p]. Sed ego satis iam probaui nullam in re aliena sine domini uoluntate permutationem esse[q]. Et ideo rei illius alienæ respectu

m d. l. si permutationis.
n Arg. l. si. uers. fin. de cõd. caus. dat.
o l. j. C. de rer. per.
p Gl. uerb. ideoque. d. l. j. de rer. perm.
q l. in naui. uers. si separatim. locat.

ſpectu non agitur ad id quod intereſt, ut illa tradatur [r]: ſed aliarum acceſſionum reſpectu ſicut in id quod intereſt in emptione agere poſſumus [s], ita etiam & in permutatione, quæ emptioni hac etiam in re aſsimilatur [t]. Hactenus de permutatione, & contractu do ut des.

r d.l.j.in fin.de rer. perm.
s l.euicta.in princ. de euict.
t d.l.j.C.de rerum perm.

AXIOMA CXXIX.

SEd quid in contractu do ut facias? Si pro facto ſiue conductitio [u], ſiue non conductitio ſpeciem dedero [x]: aut pecuniam incertam pro facto conductitio [y], uel certam pro non conductitio, contractus innominatus do ut facias erit [z]. Sed ſi pro facto conductitio certa pecunia detur, locatio eſt [a]: uel emphyteuſis, ſi factum perpetuo locaretur [b]. Non eſt igitur locatio, niſi pecunia & numerata, & certa interceſſerit [c]: aut fructuum, qui ex re locata naſci poſsint, certæ quantitatis fiat promiſsio [d]: quo caſu colonum partiarium appellamus [e].

u l. naturalis. §. at cum do. de præſ. uerb.
x l.ſi tibi rem.eod. tins.
y Inſti.loca. in fin. princ.
z d.§.at cũ do. uer ſic.quod ſi tale.
a d.§.at cum dn.in princ.
b §.adeò. Inſti.locat.
c l.j.§.ſi qs ſeruũ. depoſ. Inſtit. loca.in ſi.princ.
d l.ſi olei. C.de loca.
e l.ſi merces §.uis maior.locat.

AXIOMA CXXX.

SEd cùm propriè illum qui pecuniam dat (qui ſi agrum conduxit colonus, ſi domum inquilinus appellatur [a]) conductorem uocemus, eum qui accipit locatorẽ [b]: dubitatur quid lex uoluit, inquiens præſcriptis uerbis agi ſi incertum ſit, an nauis conducta, an merces uehendæ locatæ fuerint [c]. Dominus enim mercium, quia pecuniam dat, conductor ſemper uidetur [d]. Bartolus putabat dubitationem conſiſtere in magiſtro nauis, an ille nauem an operas locaſſet [e]. Caſtrenſis dicebat conductionem eſſe, ſi nauis principaliter pro mercibus tantùm conducta eſſet: uel locationem, ſi magiſtri operæ eſſent locatæ [f]. Sed cùm neuter nodum diſſoluat, Iaſon cogitandum nobis reliquit [g]. Budæus in annotat. refert locationem pro conductione, & uiceuerſa uſurpari [h]. Alciatus ait legis dubitationem conſiſtere, an magiſter nauis eſſet locator nauis, an uerò conductor mercium [i].

a l. re pignoris. de acquir.poſſ.
b l.j. § ſi qs ſeruũ. depoſ.
c l.j. uerſ.domino. de præſ.uerb.
d l.ex cõducto. in princ.loca.
e Bart.d.l.j de præſcrip.uerb.
f Arg.eorum quæ notat Bart.l. Ariſto.num.2.de do nat.
g Iaſ.d.l.j.
h l.ueteres.cũ ſeq. de actio.empt.
i Alciat pareg.v. cap.xv.

AXIOMA CXXXI.

EGo puto, quòd ad actiones, attinet, conducti & locati iudicia confundi [k], & unum pro alio accipi [l]. Quoniam (ut ſupra dixi) non actiones ex contractu, ſed res ipſæ debentur [m]. Propriè uerò quo ad alia eum locatorem eſſe arbitror, qui re ſua propria [n] quaſi in ſui locum alium quid facturum ponit [o]: ſiue pro ea re pecuniam accipiat [p], ſiue det [q]. Conductor uerò eſt, qui in re aliena aliquid facit aut facere poteſt [r]: ſiue pro eo facto pecuniam det [s], ſiue accipiat [t]. Dominus igitur mercium magiſtri nauim conducere, contrà merces ſuas uehendas locare dicitur [u]. Sed plurimum refert, an nauem conduxit, an uehendas merces ſuas locauit: cùm hoc caſu pro uectis tantùm, illo etiam pro non uectis agatur [x]. Et ideo mirum non eſt, cũ dubitatur quid actum fuerit, ſi præſcriptis uerbis agi oporteat [y].

k d.l. ueteres. cum ſeq.
l l. dominus horreorũ. § fin.loca.
m l.uẽ litor.ij.uerſ. pretium de hæred.uend.
n l & hac. §. cùm fundũ. uerſ.locati loca.
o l.uẽ ſi pretio.uer ſi.quoties. l.op[?]. in fin.loca.
p d.§. ſi quis ſeruũ. uerſ ſi uero.
q d §.ſi quis ſeruũ. in princ.
r d.§ cum fundũ. uerſ.locati.
s l.ſi quis domum. uerſ. ſed an ex locato.loca.
t l.ſi quis fundum. uerſ.ſi quis uitulos.eo.
u d.l.j.de præſcrip. uerb.
x l.fin in prin.& §. ſi.ad leg rhod.
y d.l.j.de præſcrip. uerb.

AXIOMA CXXXII.

SEd quoniam factorum conductitiorum & nõ conductitiorum differentia, diuerſos contractus facit [z]: hic uidendum eſt, quæ facta ſint conductitia Et illa aiunt eſſe, quæ uel meri facti ſunt: ut ire Romam, portare libros [a]: uel non momentanei facti, ut meo nomine litigare [b]: ſecus (inquiũt) in his quæ ſunt & iuris & facti momentanei, ut uendere, manumittere [c]. Sed contrà, ſi decem dederim ut Romam eas, non eſt locatio [d]: ex diuerſo locatio eſt, cùm dedi decem ut rem oppigneres [e]: & tamen hic factum eſt momentaneum in iure conſiſtens, ibi uerò merum factum eſt non momentaneum.

z d.l.naturalis.§.at cum do.
a Argu.l.qui operas.l.opus locat.
b § ſi. Inſti.mand.
c d. § at cum do. uer.quod ſi tale.
d l. ſi pecuniam. in prin.de condict. cauſ.dat.
e l.rogaſti § ſi prędium. de præſcr. uerb.

AXIOMA CXXXIII.

ALij dicunt cõtrariam legem [a] inter contrahentes procedere: qui locare non cõſueuerunt [b], alij in eo qui pecuniam tanquàm ſpeciẽ dabat [c]: alij

a d.l. ſi pecuniã. in princ.
b l.j.uer.ideo autẽ. ſi menſ.falſ.
c Glo.j. d.l.ſi pecuniam.

conductorē tunc posse pœnitere censent, cùm locator quod promisit præstare non potest [d]. Sed hæ omnes solutiones legem generaliter loquentem nimium coarctant [e]. Quare alij dixerunt, quemadmodum is qui facere debet præstando quod interest liberatur [f], ita quoq; & is qui dedit præstando id quod interest liberabitur, ut contractus seruetur æqualitas [g]. Sed hæc solutio uera non est, cùm is qui ad pretium est obligatus, dominium transferre debeat [h]: neque incongruum est, alterum ex contrahentibus plus altero obligari [i]. Ego igitur arbitror, inter eas solummodo personas quæ locare consueuerunt [k], illud factum duntaxat locatum dici, quod in re locantis fieret: ut tabulas pingere [l], facere ædem [m], facere riuum [n], custodire seruum [o], & alia similia [p]. Vnde apparet, ire Romam, uendere, & similia facta non esse conductitia [q].

d Curtius, d. §. at cum do.
e d.l. si pecuniam.
f l. si quis ab alio. §. fin. de re iudi.
g l. Iulianus. §. si quis à colludente. de act. empt.
h l. ex empto in fi. princ. eo. tit.
i l. j. uers. multum. de rer. perm.
k d. l. j. uers. ideo autem. si non for.
l d. §. at cum do.
m l. qui insulam. §. qui ædem. loca.
n l. fin. eo.
o d. l. j. §. si quis seruum.
p l. maritus. loca.
q d. l. si pecuniam.

AXIOMA CXXXIIII.

PRoinde ex hoc contractu do ut facias, ego qui dedi, si nihil mea fieri interest [r], uel si me dedisse pœniteat, condictione ob causam agere possum [s]. Sed & præscriptis uerbis actio mihi competit [t], ut uel placito stetur [u], uel præstetur id quod mea interest [x]. Quandoque etiam quod dedi apud quemcunq; sit uendicare licet [y], quod in fauorem alimentorum præstandorum duntaxat procedere arbitror [z]. Condictione uerò, ab eo qui accepit, semper repetere possum: etsi per me stet quominus causa sequatur [a]. Non obstat, quòd causa tunc quasi sequuta dicatur [b]: hoc enim procedit, quando dans obligatus esset [c]: quo casu cessaret repetitio, etiam si naturaliter duntaxat obligatus esset [d]: uti & quando transigendi causa dedi [e]. Suprà enim declarauimus, in transactionibus nullum esse pœnitentiæ locum [f].

r l. si tibi decem. de præsc. uerb.
s l. iij. §. idem erit. de cōd. caus. dat.
t d. §. at cum do. in fi.
u l. cum res. in fi. C. de donat.
x d. l. si tibi decem.
y l. j. C. de donat. quæ sub mod.
z l. iiij. in fi. prin. C. de rer. perm.
a l. j. uers. fi. de cōd. caus.
b l. iure ciuili. de cond. & demon.
c l. in executione. § fin. de uerb. oblig.
d l. si pupillus. in prin. ad leg. falc.
e l. iij. in princi. de cond. caus. dat.
f l. quamuis. C. de transact.

AXIOMA CXXXV.

REspectu uerò facientis, priusquā fecerit, ille nullam habet actionem [g]. Postquàm uerò fecit, si is qui dare debet nihil adhuc dedit, de dolo tenetur [h]. Quod idem est, si quid dedit quod est euictū, modo sciens dederit [i]: nam tunc etiam ante euictionem in id quod interest obligatur [k]. Si uerò ignorans dedit, Iulianus censebat ciuilem præscriptis uerbis actionē dari, si ad rem in genere dādam pactum factum esset [a]. Quoniam post speciei euictionem, subest adhuc iure ciuili generis obligatio [b]. Sed si ad rem in specie dandam conceptum esset pactum, ille uolebat prætoriam actionem in factum competere [c]. Quia eius rei loco alia solui non potest [d], neque ob illam euictam in his contractibus ad id quod interest agitur [e], sed tantùm repetitioni locus est [f]. Vnde cùm is qui fecit factum repetere nequeat [g], putabat Iulianus illum iure prætorio tantùm in factum actionem habere. Sed tamen ciuilem in factum actionem intentari posse alij rectius existimarunt [h], quoniam ciuile negotium ab initio contractum semper durat, ciuilem præscriptis uerbis actionem ei qui ex parte sua adimpleuit pariens [i].

g Glos. j. in fin. l. ex placito. C. de rer. perm.
h d. l. naturalis. §. quod si factum.
i d. §. at cū do. uer sic. sed si dedi.
k l. seruus quem. §. fin. de act. empt.
a d. uers. sed si dedi. in fin.
b l. si unus. §. sed si generaliter. de pact.
c l. iurisgen. in fin. princ. de pact.
d l. ij. §. j. in fi. si cer. peta.
e l. j. in fin. de rerū perm.
f l. fi. uers. j. & ij. de cond. caus. dat.
g l. pen. de præsc. uerb.
h d. l. iurisgē. in fin. princ.
i l. solent. de præs. uerb.

AXIOMA CXXXVI.

SEd dubitatur, an hic contractus do ut facias, & alius facio ut des, correlatiui sint nec'ne. Bartolus enim uoluit correlatiuos esse, & ab eo nominari quod quis facere deberet [k]: ut ex parte dantis sit do ut facias; ex facientis, facio ut des [l]. Alij dicunt ex utraque parte idem nomen esse, à forma conuentionis & non implementi acceptum [m]. Vnde (inquiunt) si dedi Stichum ut Pamphilum manumitteres, si manumisisti, & euincatur Stichus, præscriptis uerbis ages, non de dolo [n]: & eo modo contractus est do ut facias, pro quo præscriptis uerbis datur actio [o]: non facio ut des cuius causa de dolo agitur [p]: & per consequens à forma ineundi non implendi nominatur contractus, cùm ego qui alienum dedi non dicar dedisse [q]: sed tu qui manumisisti, prius diceris fecisse [r].

k Bart. d. l. ex placito. C. de rerum perm.
l Arg. l. j. in princ. de rer. perm.
m Glo. uerb. subiecta. d. l. ex placito.
n d. l. iurisg. in fin. princ.
o d. § & cum do.
p d. l. naturalis. §. quod si factum.
q l. iij. in princi. de actio. empt.
r Arg. l. qui concubinam. §. cum ita. de lega. iij.

AXI

AXIOMA CXXXVII.

Tertiò alij affirmant, ab implemento hos contractus magis nominari [s]. aiunt enim quòd si Stichum dedi ut seruum manumitteres, eo manumisso de dolo si euincatur Stichus ages: quare contractus dicetur facio ut des [t], quanquàm illius conuentio à datione erat incoepta. Nos igitur scimus, hos contractus obligationem ob rem dati uocari [u]. Datum autem præteritam traditionem importat [x], quæ ob rem facta futurum aliquid faciendum denotat [y]. Sequitur ergo hos contractus à datione siue implemento ut quid in futurum præstetur facto, nominari. Alioqui si uel datio sine re fieret, simplex donatio [z]: uel res sine datione, Pactum, non autem ob rem dati obligatio diceretur [a].

s Petrus, d.l.ex placito.
t d.§ quod si faciam.
u l.fi.de cond.caus. dat. d.l.naturalis. in fi.princ.
x l. traditionibus. C.de pact.
y l.damus. de cond. indeb.
z l.1.in prin.de donat.
a l.solent.de præsc. uerb.

AXIOMA CXXXVIII.

Svnt igitur hi contractus do ut facias, & facio ut des, non correlatiui, sed species separatæ: ita ut ex illo præscriptis uerbis [a], ex hoc de dolo actio detur [b]. Sed contrà, si ita transegi ut aliquid susciperem & à lite discederem, si discessi, præscriptis uerbis, non de dolo agam [c]. Accursius quia putauit hos contractus à conuentione nominari [d], dicebat transactionem illam do ut facias esse, quia à datione inchoata esset [e]. Alij dixerunt transactionem illam esse do ut des, quasi litis remissio donatio sit [f]. Sed certum est traditionibus non remissionibus datum fieri posse [g]. Sunt igitur Tertio, qui transactionem illam contractum facio ut facias esse affirmant [h]: quia (inquiũt) & remittere litem, & aliquid accipere, dominij translationem non important [i], sed magis facti sunt [k].

a d.§ at cum do.
b l. naturalis. § quod si faciam. eo.
c l.cùm mota. C. de transf.
d Alci.para.v.cap. vij.in fin.
e l.solent. de præsc. uerb.
f l.si mulier. de cond. caus.dat.
g l. traditionibus. C.de pact.
h Alci. post Sosin. d.l.cùm mota.
i l. aliud est capere.de uerb.sign.
k l.1.de libell.dim.

AXIOMA CXXXIX.

Sed ego uereor, ne quod trãsactionis causa accipitur, dominij translationem contineat [l]: & maximè cùm bona ab hærede accipienda sunt [m]. Bona enim hæredem dominũ arguunt [n], & per consequens in accipientem dominiũ transferre debet [o]. Quarta itaq; opinio receptior est, ut transactio illa contractus sit facio ut des [p]. Sed id obest, quod refert Alciatus, eum qui dare debet, neq; ad id quod interest conueniendum esse [q]: neq; actione ex stipulatu sed certi condictione eum teneri, si per stipulationẽ se obligasset [r], cùm dandi sit certa obligatio [s]. Vnde censebat illam legem de dandi obligatione minimè loqui, cùm utrunque admittat [t]. Præterea huic receptæ sententiæ obest, quòd si transactio illa sit facio ut des, de dolo tantùm non præscriptis uerbis agendum erat [u].

l l.iij. in princ. de cond.causa dat.
m d l.cùm mota.
n l.subsignatum §. bona.de uerb.sig.
o l. ex empto in prin. uer. quę res. de actio. empt.
p Do.l.d.cũ mota.
q l.ubi § si de uerbor.
r Instit. de uerbo. in princ.
s d.l.ubi.§.fina.
t d.l.cùm mota.
u d.§ quod si faciã.

AXIOMA CXL.

Nos igitur quintam addimus sententiam, ut si pactum contractibus his innominatis præpositum fuerit, post rei interuentum semper ex pacto præscriptis uerbis agatur [x]. Quia pacta per rei interuentum, siue expressa sint [y] siue tacita, præscriptis uerbis actionem pariunt [z]: & per consequens nunquàm de dolo, nisi expressus aliquis dolus arguatur [a], agi potest [b]. Si uerò pactum nullum præponatur, ex his contractibus innominatis actio prætoria dari non licet, si ciuilis competat [c]: & per consequens nec actio de dolo, quæ prætoria est [d]. Nisi aut euidens sit dolus [e], aut nulla sit ciuilis actio [f]. Sed cur ergò in contractibus do ut des [g], do ut facias [h], facio ut facias, præscriptis uerbis agatur [i]: in contractu uerò facio ut des de dolo [k].

x d.l.cùm mota.
y l. in traditionibus.de pact.
z l. hæreditatẽ. de donat.
a d.l.solent.in fin.
b l.& eleganter. in princ.de dol.
c d.l.iurisgẽ.in fin. princ.
d l.1.in prin.de dol.
e d. §. at cùm do. uers.sed si dedi.
f d. § quod si faciam.
g d.l naturalis §.1.
h d.§.at cùm do.
i d. l. naturalis. §. sed si facio.
k d.§. quod si faciam.

AXIOMA CXLI.

Azo putabat ex contractu facio ut des agi de dolo, quando ex facto & facienti abesset, & aduersario nihil adesset [a]: cui si quid absit, præscriptis uerbis agi posse refert [b]. Sed hæc ratio generalem legem nimium coarctat, perpetuaq; non est: cùm ex malæ causæ remissione præscriptis uerbis agatur [c], quamuis aduersario nihil adsit [d]: & econtrà ex facto quo aliquid aduersario adest, de dolo agatur [e]. Quare Io. censebat, in contracti-

a l.cùm proponas. C.de dolo.
b Glos.d.§ quod si faciam.uersic.sed quare.
c Argum. d.l.cùm mota.
d l.petitor.de liberali.lege.
e l. actione. C.de transact.l.solent. ⁊ fi.de præs uerb.

bus ſeruandam eſſe æqualitatem[f]. Vnde cùm facienti, quia repetere non poteſt[g], doli tantùm cõpetat actio[h]: alia actio aduerſario concedenda non eſt[i]. Sed hæc ratio falſa eſt, cùm contrahentium poſsit eſſe inæqualis conditio[k]. Præterea hoc quærimus, cur facienti in id quod intereſt non detur actio?

f l.Iulianus.§ ſi qs à colludente. de actio.empt.
g l.pen. de præſcr. uerb.
h d.§. q ſi faciam.
i Gloſ.d.§ q ſi fa ciã.uer al. jur lo.
k l.j.ueri.multũ.de rer.perm.

AXIOMA CXLII.

TErtiò igitur alij dicunt, ex hoc contractu facio ut des, & de dolo, & præſcriptis uerbis actionem dari[l]. Quia cùm utraque extraordinaria ſit[m], ſimul concurrere poſſe cenſent[n]. Et quòd lex ait ex hoc caſu nullam competere ciuilem actionem[o], interpretantur nullam ciuilẽ ordinariam[p]. Sed nec hæc ſententia conſiſtere poteſt, cùm ciuilis actio in his contractibus innominatis ſemper de illa præſcriptis uerbis extraordinaria intelligatur[q]. Adde nullo iure probari, doli actionẽ cum alia extraordinaria concurrere poſſe[r]. Quapropter Decius ex hoc contractu de dolo naſci actionem uoluit, ſi dolo me ad faciendum induxiſti[s]: aliàs (inquit) præſcriptis uerbis agetur[t]. Verùm hæc opinio, maxima eſt legis coarctatio.

l d.l.ſolent.
m l.iij.de præſcrip. uerb.l.& eleg.inter.i prin.de dol.
n Arg.l.quoties.de præſc.uerb.
o d.§ q ſi faciam.
p Argu.l.interdictũ.l.item.&.l.duo. in fi.de precar.
q l.iuriſgent.in fin. princ.l.ij.l.ſolent. de præſc.uerb.
r l.j.§ ait prætor. de dol.
s Decius, d.l. cùm nota.
t d.l.ſolent.in fin.

AXIOMA CXLIII.

VNde Alciatus aſſerebat: præſcriptis uerbis actionem ex contractu naſci, quẽ Græci συνάλλαγμα uocant[u]: hoc eſt, factum mutuum obligatorium[x]. Vt in cõtractu do ut des, & do ut facias, in quibus datio non dicitur, niſi & accipientis quoque conſenſus interueniat[y]. Similiter & in cõtractu facio ut facias, in quo mandatũ ineſſe dicitur[z]. Quod ſecus eſt (inquit) in facio ut des[a]. Sed plus æquo arguta eſt hæc Alciati ſententia, cùm enim facio ut des, ſi citra conſenſum tuum fecerim, nec de dolo agere poſſem[b]: cùm quaſi donator[c], uel negotiorum geſtor uideor feciſſe[d]. Nec quicquàm prodeſt, quòd eo animo fecerim ut des: quoniam ſi non conſenſiſti, ſola mentis meæ conceptio mihi non auxiliatur[e]. Poſtremò igitur Curtius putabat, nullam ciuilem actionem ex contractu facio ut des competere, quæ plenè ſatisfacere poſſet[f]. Siue condictio ſit, cùm facta regulariter irrepetibilia ſint[g]: ſiue præſcriptis uerbis, quæ (ut ipſe inquit) datur non ad id quod mea intereſt nõ feciſſe, ſed tantùm ad id quod intereſt non impleuiſſe[h].

u d.l.iuriſg. in fin. princ.
x Alciatus l.labeo. uerſ.contractum. de uerb.ſign.
y l.iij §.pr. de condi.cauſ.dat.
z d. l. naturalis. §. ſed ſi facio.
a Alcia. Rub.C.de pact.
b Arg.l.& eleganter.§.fi.de dolo.
c l.ij.in fi.C.de re. uend.
d § j.Inſtit.de obl. q ex quaſ.contr.
e l.iij § ſi qs qua ſi in fin.de cond. cauſ.dat.
f Curt. l. actione. C.de tranſact.
g l.pen. de præſcr. uerb.
h d.l.naturalis. §.j.

AXIOMA CXLIIII.

SEd hæc Curtij ſententia uera non eſt[a]. Et ideo ad declarationem præmittendum eſt, in faciendi obligationibus ad id quod intereſt agi[b]. Quoniam facta per quemcunque artificem præſtari poſſunt[c]: Sed ſemel præſtita regulariter non reuocantur[d]. Datum uerò, quia idem reſtitui poteſt[e], generaliter repetitur[f]. Sed non à multis, uerùm ab uno tantùm, domino uidelicet dari poteſt[g]. Et ideo præciſa eſt dandi obligatio[h], præterquàm in contractu do ut des, in quo etiam ad id quod intereſt agimus[i]. Quia cùm ille qui dedit, ex ſola pœnitentia quod dedit repetere ualeat[k]: in alio grauatur, ut aduerſarium præciſè dare compellere non poſsit[l]. Quòd ſi repetere nequiret, ad intereſſe, quia ceſſat cauſa cur illud petebatur[m], non aget. Et ideo ad doli actionem recurrendum erit[n]: quoniam aduerſarium in hoc contractu, niſi præcedens habeat pactum[o], ut præciſè det cogere non poteſt[p].

a d.l.naturalis §.ſ.
b l.ſi quis ab alio. §.fi.de re iud.
c l.opere.uer.fabriles.de oper.libert.
d l.pen. de præſcr. uerb.
e l ij.in prin.ſi cer. peta.
f d.l.naturalis. §.j.
g §.ſic itaq; Inſtit. de actio. l.traditio.de acqui.rer. dom.
h l.ubi.§.fi.de uerbo.
i d.l.naturalis.§.j.
k l.ſi pecuniam.in princip.de cond. cauſ.dat.
l Argu.l.eum qui. in princ. de iureiur.
m l.adigere § quãuis.de iure patr.
n l.ſi proponas cũ gl.uerb. traditiſti C.de dolo.
o l.cum precibus. C.de rer.perm.
p l.v. uerſi.planè ſi adhuc. de cond. cauſ.dat.

AXIOMA CXLV.

ET hæc omnia etiam in contractu do ut facias ſibi locum uẽdicant[q]. Sed in contractu facio ut facias nullus repetitioni locus eſt[r], neq; actione de dolo, ſed præſcriptis uerbis ad id quod intereſt agitur[s]: cùm in faciendi obligationibus debitor præſtando quod intereſt liberatus ſit[t]. In contractu uerò facio ut des nulla ciuilis datur actio, ſed tantùm de dolo[u]. Quoniam is qui fecit, neque repetere poſſet, cùm facta non repetantur[x]: neq; agere ad id quod intereſt, quia is

q d.l naturalis.§.at cùm do.
r l. pen. de præſcr. uerb.
s d. l. naturalis §. ſed ſi facio.
t d.l. ſi qs ab alio. §.fin.
u d.§.q ſi faciam.
x l.pen. de præſcr. uerb.

qui

qui dare debet, nisi eo casu quo repetitio locum habere potest[y], non liberatur praestando quod interest[z]: Neq; praecisè hîc qui dare debet compelli posset ut det, quia in his innominatis contractibus licita est poenitẽtia[a], modo pactum non praecesserit[b]. Quòd si fortasse tale factum fuerit ut repeti posit, cessat de dolo actio, & condictio ob causam datur[c].

y d.l. naturalis §.j.
z d.l.ubi.§ fin.
a d.l.v. uers. planè si adhuc.
b d.l.cũ precibus.
c l.iiij. de cõd.cau. dat.

AXIOMA CXLVI.

HActenus de pactis simplicibus & correspectiuis diximus: quorum omnium aliqua sunt expressa, aliqua tacita[d]. Cùm enim consensus sit expressus uel tacitus[e], sequitur illa uel expressa uel tacita esse posse[f]: cùm omnia ex consensu nascantur[g]. Tacita autem aut contrahentiũ praesumptione[h], aut ex natura actus[i], aut ex legis dispositione dicuntur[k]. Praesumptum itaq; pactum de non petendo est, si debitori chirographũ reddidero[a]: quia chirographi appellatione pro ipsis actionibus utimur[b]. Et ideo reddito pignoris chirographo, ius quidem pignoris soluitur[c], sed non sors principalis[d]. Ex diuerso usurarum natura est illas sine sorte esse non posse[e]: quapropter ille tacitè paciscitur se sortem non petiturum, qui usuras in futurum petit[f]. Sic dotis natura est, ne illa ante matrimonium, sine quo esse non potest[g], quasi ex tacito pacto petatur[h]. Et ideo dos promissa tacitam conditionem, si nuptiae sequantur, habet[i].

d l.ij. & iiij. de pactis.
e l.ij.§.fin.sol.mat.
f l.ij.C.de pact.
g l.j.uers.alioquin. de rer.perm.
h l. haereditatẽ. de donat.
i l.iiij.§.fi.de pact.
k Rubri.in quibus caus.pign.
a l.ij.in fi.de pact.
b l. qui chirographum. de leg.iij.
c l.creditorem. C. de remiss.pig.
d l.iij.de pact.
e l.iiij.C.de pos.
f l.qui in futurũ.in princ.de pact.
g l.fi. C. de donat. ante nupt.
h l.iiij.§ j.de pact.
i l. stipulationem. de iur.dot.

AXIOMA CXLVII.

TAcitè uerò pactum à lege inducitur in pignore tacito[k], quod lex in fisci[l], pupilli[m], Dotis[n], & similium casuum fauorem inducit[o]. Acceptilationem item inutilem ex uulgari regula qua actus ut potest ualere praecipitur[p], lex uim taciti pacti habere fingit[q]. Sed contrà, traditum est actum aliter ualere non posse, quàm ut conceptus est[r], ita ut nec acceptilationem inutilem uim pacti habere respondere Vlpianus uisus sit[s]. Sed quoniam inconstãs est Vlpiani lectio[t], nos arbitramur actũ eo modo quo potest ualere posse[u], si tantùm in contractus nomine erraretur[x]: aliàs error in substantia[y], aut actus gestus qui aliĳ actui conuenire non potest[z], aut expressa disponentis uoluntas quae in casu tantùm expresso actũ ualere uoluit[a], aut scientia contrahentis contractum in eo casu quẽ exprimit minimè ualere scientis, impediunt ne actus aliter quàm ut gestus sit ualeat[b].

k d.l. iiij. in princ.
l l.ij C. in qb.caus. pig.
m l.pro officio. C. de adm.tuto.
n §. & ut plenius. C. de re.uxo.
o Rubr.ff. & C. in quib.caus.pig.
p Bart.l.j. § si quis ita.de uerbo.
q l.si unus.§.fin. de pact.
r l.j.de iur.codicil.
s l. an inutilis. in princ.de accept.
t Augustin emendatio.lib.j.
u l. si insulam. de praescr.uerb.
x l. si tam augusti. de seruitu.
y d.l.j.§ si quis ita.
z l.nõ codicillum. C.de testam.
a l.j. §.eum qui. de constit. pecu.d.l. j.de iur.codic.
b d.l.an inutilis. in princ.

AXIOMA CXLVIII.

SVnt & alia pacta quaedam in rem, quaedam in personam[c]. Personale pactum aliĳ neq; prodest neq; obest[d], cùm illud quod in rem conceptum est, & haeredi acquiri posit[e], & haeredem perinde ac defunctum obligare[f]. Possessor ergò alienae haereditatis si paciscatur, haeredi neque prodest neq; nocet[g]. Sed contrà, possessoris illius constitutum haeredi prodest[h]. Ego omisis DD. solutionibus[i] respondeo Constitutum ei tantùm quaeri, qui principale debitum petere poterat[k]. Et ideo possessor ille postquàm haereditatem restituit, quia ad alium sortis petitionem transfert, ipse de Constituta non aget, sed ille ad quem sors pertinet[l]. Vnde sequitur Constitutum in rem esse, cùm rem sequatur[m]: quanquam actio de Constituta personalis sit[n].

c l.iurisg. §.pactorum.de pact.
d l. si unus. §. ante omnia.eo.
e d.l.si unus. §.fin. in fin.
f l.epistola. §.j.eo.
g l.si tibi.§.pen.eo. tit.
h l.si post constitutũ.de const.pecu.
i Glo.d.l.si tibi.§. pen.
k l. sed etsi. §. j. de const.pecu.
l d.l.si post.
m l. eum qui. §. q exigimus.eo.tit.
n §. de constituta. Insti.de actio.

AXIOMA CXLIX.

RVrsum ex praecedenti conclusione, uidelicet quòd pacta in rem sint uel in personam, infertur creditorum petitiones ex debitorum pactis non mutari[a]. Creditor enim nec debitorem mutare[b], nec aliam rem pro debita accipere compellitur[c]. Tametsi in cautione aliud aequè idoneũ praestari posit[d]. Nam & alius pro debitore creditori etiam inuito soluere potest[e]. Quinimo pactum inter ipsos debitores ualet[f], nec non etiam creditori si consenserit nocere dicitur[g]. Et ideo si duo ex pluribus debitoribus insolidum obligatis debiti partem pro persona sua persoluerint, pro aliorum portionibus conueniri non possunt[h], quia creditor ex particulari

a l. debitorum. C. de pact.
b l.si mãdato. uers. item mandat.
c l. ij. §.j. in fin. si cert.pet.
d l.labeo.ij. §.fi.de arbit.
e l.acceptam.C.de usur.
f l. licet. C. famil. ercis.
g l. saepe. §.j. de re iud.
h l.si creditores.C. de pact.

illa ſolutione actionem diuiſit [i], & per conſequens per taciti pacti exceptionem repellitur [k].

i l. liberum C. de fideiuſſ.
k l. ſi per imprudẽtiam. in fi. de euictio.

AXIOMA CL.

SEd contrà, duobus hæredibus in ſolidum ad idem grauatis, uno partem ſoluente, ab eodem reliquum peti poteſt [l]. DD. cõmuniter reſpondent legem contrariam procedere, quando unus non pro perſona ſua, ſed ſimpliciter debiti partem ſoluit [m]. Quæ ſolutio uera non eſt [n]. Alij differentiam faciunt inter contractus & ultimas uoluntates: ſed nec hoc uerum eſt [o]. Alciatus ſoluit legem contrariam procedere in eo qui in iudicio ſoluit, cui non eſt ueriſimile quicquam remitti [p]. Verùm nec hæc ſententia placet [q], cùm litis conteſtatio pro parte debiti facta ſolidam petitionem magis impediat [r].

l L. ſi ex toto. §. j. de lega. j.
m Arg. d. l. ſi creditores. uerbo, pro perſona.
n l. inter eos. § ſi. fideiuſſor. de fideiuſſ.
o l. reos. C. de fideiuſſ.
p L. iij. C. de repud. hæred.
q d. §. fideiuſſor.
r d. l. liberum.

AXIOMA CLI.

NOn obſtat, quòd Alciatus dicebat ſpeciale in fideiuſſoribus eſſe, qui ſi ſoluendo ſint litis conteſtatæ tempore, propter epiſtolam diui Adriani ex parte conueniri debent [s]. Nam hoc reſpectu inter mãdatores [t], fideiuſſores, & reos, nulla eſt differentia [u]. Ego igitur diſtinguo, ut ſi ſimplex conuentio interuenerit, creditor nunquàm ſibi præiudicet [x], niſi poſtquam lis conteſtata fuerit [y]. Idem eſt quando ſimplex ſolutio pro parte fieret [z], quia ut debitum diminueret, creditor particularem ſolutionem accipere intelligitur [a], ſiue reus principalis, ſiue fideiuſſor partem illam ſoluat [b]. Idq; maxime uerum eſt, ſi ſe ſaluo ſolidi iure debiti partem recipere proteſtetur [c], aut cùm plus minus'ue portione ſua debitor perſoluit [d], aut ſolas uſuras pro debiti parte creditor recepit [e]. Si uerò pactum aliquod ſolutionem præcederet, ex eo dubium non eſt creditorem ſibi præiudicare [f]: cùm tale pactum per alterius debitoris ſolutionem etiam ad agendum proſit [g].

s § ſi plures. Inſtit. de fideiuſſ.
t l. ſi mandato Titij. §. Paulus reſpõdit Vnũ mandat.
u l. fina. C. de fideiuſſ.
x d. l. reos. eo.
y d. l. liberum.
z d. l. ſi ex toto. §. j.
a l. quidam exiſtimauerunt. ſi cert. peta.
b d. l. inter. §. fideiuſſor.
c l. ſi debitor. §. j. qui. mod. pig.
d Gl. d. l. inter. §. j.
e l. tale. §. penul. de pact.
f d. l. ſi creditores.
g l. diuiſionis. de pact.

AXIOMA CLII.

PActa igitur perſonalia non niſi conſentienti prodeſſe uel obeſſe poſſunt [h]. Realia uerò hæredibus [i], filijs [k], magiſtris ſocietatum proſunt uel nocent [l]. Et in ſumma, omnes nobis paciſci poſſunt, qui & ſtipulari [m]. Sciẽdum eſt tamen, ſeruos [n] & filios noſtros ſuis pactis nobis prodeſſe & non nocere poſſe [o]. Quoad commodum enim non quoad incommodum [p] pater & filius, ſeruus & dominus eadem perſona cenſentur [q].

h L. idẽ in duobus. uerſ. j. eo.
i d. l. tale. in princ. eo.
k l. ſuos. eo.
l L. itẽ magiſtri. eo.
m l. per quos. eo.
n L. iij C. eo. tit.
o l. filius. C. eo.
p §. ei qui. Inſtit. de inutil.
q l. ſi pamphilo. de opt. lega.

TRACTATVVM DE IVRIS ARTE

FINIS.

*

PETRI LORIOTI SALINENSIS COMMENTARIVS IN TITVLVM,

*

De Regulis Iuris.



E instituenda iuris ciuilis arte, multi diuersa censuerunt. Quidam enim existimant, hoc fieri minimè posse. Alij non prorsus illud negare audent, sed generalia quædam capita, non omnes emergentes casus in artem redigi posse fatentur. Sunt & qui Iustinianum Imperatorem in Pandectis nostris id præstitisse adfirment. Nos omnes istos hac in tanta re sua opinione falsos esse (quod superi faxint) quandoque ostendemus. Sed in his commentarijs nonnulla ex generalibus illis capitibus per transennam solùm indicabimus: quod eos qui in hunc titulum hactenus conscripserunt, haud fecisse, nedum animaduertisse uideo. Nam dum singulatim omnes leges, & eo ordine, quo à legalium centonum compilatoribus nobis relictæ sunt, interpretantur: omnia hiulcè explanare coacti sunt, frequenter etiam quod iam exposuerant inculcantes: nimirum quia in hoc titulo (taceo reliquos penè omnes) nullæ regulæ cohæreant, pleraq; etiam repetantur. Qua de re quoq; conquestus est Alciatus: adeò, ut nescias, quos magis, an interpretes nostros, an iuris compositores culpare possis. Curabo igitur, ne simili nota arguı possim, quod præstare minimè potero, nisi alium ordinem sequar: ut in omnibus ferè regulis apparet. Et statim in hac prima, quæ cum ducentesima tertia (si utranq; rectè interpretari uelimus) coniungenda est.

IN LEGEM PRIMAM, Et legem, Omnis definitio.

De Regula, & Definitione.



EGVLA à regendo dicta est, quòd rectè ducat, neminemq; aliorsum trahat[a] Hinc pro iusti, & iniusti moderatione accipitur, non solùm generali, quales sunt leges[b]: sed etiam speciali, ueluti sunt monachorum[c], aut episcoporum regulæ[d]. Similiter & præli regulæ[e], hoc est uiminei quali, per quos ita amurca profluit, & moderatur, ut fraces ab oleo separentur[f]. Sic etiam Regulæ iuris dicũtur, per quas ad iuris cognitionẽ ducimur cùm omnia cõplecti soleãt[g]. Verùm, quoniam per ea, quæ breuiter describuntur, facilius, & citius ad id peruenimus, quò tendere uolumus[h]: factũ fuit, ut Paulus Iureconſ diceret,

a c. regula la. iij. distinct.

b l. ij. in fin. ff. de legib.

c Authen. de monachis. in fi.

d Authen. quomodo oport. episc. §. sed etiam sic.

e l. sed addes. §. illud. ff. locat.

f Bud. in annot. d. §. illud.

g Vt hîc. in rubr. iud. glo.

h § his igitur Institut. de iust. & iur.

Regulam esse eam, quæ rē, quæ esset, breuiter enarraret[a]. Et hac in re regula Definitioni conuenit, quæ breuis quoq; rei explicatio dicitur[b]. Sed in eo differunt, φ Regula, quæ generalia sunt, enarrat[c], Definitio uero ea, quæ paticularia[d]: definit enim cuiusq; rei proprium, & substantiā[e]. Contrà Regula per aliquod generale, indefinitū, seu uniuersale, plura coniungere solet[f]. Inde Paulus ait, Regulam quasi causæ coniectionem esse[g]. Quæ uerba duobus modis legūtur. Primò: quòd regula sit causæ, id est, rationis, coniunctio[h], plurium enim casuum rationes ita coniungit, ut ex his una constituatur regula[i]. Verbi gratia: Minor beneficio restitutionis in integrū idcirco renūtiare potest, quòd liceat unicuiq; iuri pro se introducto renuntiare[k]. Sic quilibet satisdationi pro se introductę renuntiare ideo potest, quòd suo iuri quisq; renuntiet[l]. Simili ratione Appellationis beneficio[m], fori pscriptioni[n], Velleiano[o], & alijs beneficijs nostris renuntiare possumus[p]. Ex omnibus igitur specialiū illorū casuum rationibus constituta est generalis regula, Omnes licentiam habere his, quæ pro se introducta sunt, renūtiare[q]. Ex quo sequitur, Regulā casuū rationes uerè coniungere: & quod hic dicitur, Quasi cōiungere: exponendum est secundum Accursium, Verè coniungere[a]: cùm dictio, Quasi, Veritatem plerunq; arguat[b]. Sed hæc prima expositio licet in se uera sit, Verbis tamen legis haudquaquam cōuenit: ut patet in dictione, Quasi, quæ regulariter similitudinem importat[c]: & in uerbo, Causæ, quod ut plurimum præteritum respicit tempus, Ratio uerò futurum[d]. Nec refert, si dixeris secundum Placent. Causam hic non accipi pro ratione: sed, quòd regula sit causæ conjunctio: id est, plures causæ simul iunctæ regulam faciunt[e]: nam Placentini expositio singularem numerum pro plurali usurpat, quod non temerè est faciendum[f]. Secundò igitur, & rectius, ex Haloandri typis legemus, per regulam breuē rerum narrationem tradi, quasi causæ non coniunctionē, sed coniectionē. Olim nempe causidicus antequā res ageretur causam conijciebat, hoc est simul omnia introducebat[g]: quod ipsum dicebatur causæ coniectio, quasi, causæ suæ in breue coactio[h], ad cuius similitudinem Regula dicta est rem sic breuiter enarrare. Vnde uniuersali signo affirmatiuo aut negatiuo puta Omnis, Nullus, Nihil, Semper, quæ omnia (etiam per sonas priuilegiarias[i], exceptis casibus in quibus priuilegia habent[k]) continere solent, ut plurimum concipitur[l]. Vel indefinita oratione, id est ea cui nullum signū uniuersale præpositum est[m]: quæ quidem oratio, licet non ex uerborum proprietate[n], ex interpretatione tamen orationi uniuersali æquipollet[o], maximè in legum dispositionibus[p], (de quibus hic agimus) necnon etiam in hominum non odiosis[q], sed fauorabilibus negotijs[r], necessarium argumentum non exigentibus: quale est dictum testis[s], quod non solùm probabile sed & necessarium esse debet[t]. Aliquando etiam regula concipitur per dictiones non prorsus omnia complectentes: ut purà, Ferè, Nonnunquam, Plerunq;, Frequēter, Rard, & similes[x]: quæ multa, licet non omnia, continent. Definitio uerò licet (ut iam diximus) rem breuiter narret, sicut & regula[y]: non tamen genus tantùm, queādmodum regula solet, continere dicitur[z]: sed genus & differentias[a]; ita ut cum re finita conuerti debeat[b]. Hincq; oritur quęstio, Nūquid definitio omnes speciales casus continere debeat, an generales tantùm: Regula enim generalia tantū continet[c], eaq; sola, quòd definitio contineat sufficere pleriq; autumant[d]. Sic lex generaliter definitur esse commune præceptum[e], cùm tamen sit aliqua priuata[f]. Sed respondet Alciatus, hanc legis non definitionem, sed descriptionem esse[a]: cùm sæpe uerbum, Definitio, pro descriptione[b], quinimò etiam pro regula accipiatur[c]. Quapropter Alciatus ueram definitionem speciales omnes casus comprehendere debere, & ex eo Seruium in definiendo dolo[d], & Catonē in suæ regulæ definitione[e] reprehensos esse asseuerat, φ omnes casus non cōprehendissent. Argumētatur

a Vt hic, in l. j.
b Bud. in annot.
c l. ij. iij. cum omni b[?] penè alijs. inf.
d l. j. de testa. l. j. de pact. cum simi.
e Bart. d. l. j. de testam.
f Glo. hic in l. j.
g l. j. in fi. hic.
h Arg. l. cùm tale. §. falsam causam. de cond. & dem.
i Gl. hic uers. super tertio.
k l. si index. de minoribus.
l L. pactum inter. ff. de pact.
m l. fi. §. fi. de temp. appell.
n l. pe. C. de pact.
o l. fin. §. si mulier p[?] eo. ff. ad uell.
p l. si quis in conscribendo. C. de episc. & cler.
q Glo. d. l. pen. C. de pact.
a Gl. mag. hic. uers. quod autem hic dicit.
b l. si ante. cum gl. fi. ff. sol. matr.
c Glo. fin. l. si cùm dotem. §. fin. ff. sol. matri.
d l. damus. ff. de cond. indeb.
e Gl. hic uers. sed placentinus. sic.
f l. fin. uers. quia et uel eis uerba. ff. ad trebell.
g Cicero ad here. lib. 11. Vbi interpret.
h Asco. Pedia. iij. in Verr. act.
i l. Iulianus. §. prim. de leg. iij.
k l. in fraudē. in fi. de testa. milit. ff.
l Saly. c. l. fi. in prin. C. iure dot.
m l. omnes actiones. l. omnia. l. nemo. l. nullus. cum similib. inf.
n Glo. mag. hic.
o l. si seruitus. de ser. urba. præd.
p l. si pluribus. de leg. ij.
q l. iura non in singulas. ff. de legibus.
r l. ij. de liber. & posth.
s l. si quis ita uers. j. ff. de testa. tutel.
t l. non hoc. C. unde legit.
u ca. in præsentia. de probat.
x l. ferè. l. plerunq. cum fi. inf.
y Quintil. lib. vii. cap. iiij.
z Gl. hic. uers. sed qualiter.
a Bart. d. l. j. de testam.
b l. j. §. j. ff. de dolo.
c l. ij cum fi. inf.
d Abb. Aret. Deci[?] rub. extra de iudic.
e l. j. ff. de legibus.
f l. j. in fi. ff. de constit. princ.
a Alcia. lib. vi. Parad. ca. ix.
b l. iiij. §. puro. ff. de hæred. instit.
c l. j. ff. de regul. caton.
d l. j. §. j. ff. de dol.
e d. l. j. de reg. caton.

tatur item hoc pacto. Quod definitioni non conuenit, neq; definito conuenire certum[f] est. Vnde si speciales casus definitioni minimè conueniant, sequeretur absurdum, illos definito neq; conuenire posse. Addit prætérea, si definitio generalia tantum contineret, in quo periculosa esset? cùm tamen Iureconſ. respondeat, omnem in iure definitionē esse periculosam[g]. Verùm tamen licet argumenta hæc aduersus communem sententiam plurimum urgeant, illam nihilominus sequor: nec ullam penè reperiri puto in iure ciuili definitionem, quæ omnes particulares cōtineat casus: nam si per hereditatis[h], obligationis[i], actionis[k], iudicij[l], dotis[m], & aliorum, dixerim ferè, omnium uerborum definitiones discurramus, nulla est quæ exceptionem aliquam, seu particularem casum non habeat: per quem quia subuertitur, ideò periculosa est[n]. Quoniam rarum est (inquit Iureconsultus) ut non subuerti posit, semper enim per exceptionem subuertitur[o]. Non rectè igitur Ferrarius rectioris iudicij interpretibus[p] contradicere uisus est, qui legendum censet, non Rarum, sed Parum; inquiens, parum esse, quin definitio subuerti posit: hoc est, facilè impugnari definitionem posse, sed nunquam euerti[q]. Quæ interpretatio planè falsa est; cùm enim casus excepti singulares rationes habeant, ab alijs diuersas, in illis definitionem sequi non possumus[r], cùm illam euertant[s]. Ecce Furtum est contrectatio rei[t]: quæ definitio in rei hæreditariæ contrectatione falsa est, quæ non dicitur furtū & sic de similibus. Non obstant Alciati argumenta in primis quod, id quod non conuenit definitioni definito quoq; conuenire non posit. Nam illud uerum nō uidetur, saltem ut necessaria sit cōsequentia: nam licet probabile sit argumentum[x], minimè tamen necessarium est. Siquidem qui tutor serui est, licet definitioni tutelæ non conueniat, quæ est potestas in capite libero[a]: conuenit tamen tutelæ, cùm tutor esse posit[b]. E diuerso uerò aduersus omnes arbitror, in iure ciuili nunquam definitum cum sua definitione esse conuertendum: quia hæc (ut iam sæpe dictum est) in casibus specialibus est falsa[c]: propter quod definitum semper quodāmodo generalius est. Sic Iudicium est actus trium personarum: & tamē Inquisitio, quamuis actus non sit trium personarum, nihilominus est iudiciū[d]. Sic dos id est, quod ob matrimonij onus datur[e]: & tamen Dos etiam illa est, ob quā onera non sustinētur[f]. Sic Testamentum est iusta sententia[g]: & militis testamentum in procinctu factum, licet non sit iusta sententia, hoc est solennis, seu ut alij uolunt perfecta: nihilominus testamentum est[h]. Quod & in reliquis definitionibus idem tradi potest. Ex quibus sequitur argumentum à definito ad definitionem affirmatiuè non esse necessarium: putà si dixero, Titius habet tutelam: non statim subsequitur, eum in caput liberum potestatem habere: cùm serui tutor esse posit[f]. Negatiuè uerò à definito ad definitionem necessariò arguimus sic, Non est tutela, ergo non habet potestatem in caput liberum. E contrà uerò à definitione ad definitum affirmatiuè necessariò ratiocinamur: Est potestas in caput liberum, ergo est tutela. Sed nō negatiuè ita, Nō est potestas in caput liberum, ergo non est tutela, cùm & in seruum caput tutela consistere posit. Hæcq; uera sunt in iure ciuili. Vnde optimè à Viglio[i] obseruatum est, Iureconsultum dixisse, omnem definitionē in iure ciuili periculosam esse[k]: sed in alijs disciplinis definitio neque plura, neq; pauciora complecti debet, quàm definitum[l]. Non obstat aliud argumentum de Dolo, in cuius definitione Seruius reprehēditur[m]: quòd neq; definitio cum suo definito, neq; definitum cum sua definitione conuertebatur. dicebat enim, Dolum esse simulatam machinationem: at quædam est simulata machinatio, quæ dolus non est: cōtrà uerò quidam dolus est, qui non est simulata machinatio. Et sic uides, neutrum cum altero conuerti. Non obstat tertium argumentum de regula Catoniana[n], quoniam Catonis definitio non prorsus reprehenditur, sed in quibusdam tantùm casibus

f l. quintus. ij §. cui aurum. de aur. & arg. legat.
g l. omnis definitio. ff. eo.
h Barto. in rub. ff. de acqui. hæred.
i Glo. §. j. Instit. de obligat.
k Glo. fi. Instit. de act. in princ.
l Doct. rub. de iudic. extra. in antiq.
m Alex. in rub. ff. sol. matrim.
n d. l. omnis definitio.
o Vt hîc in fi. in l. j. & d. l. omnis.
p Bud. in suis Annota.
q l. Ferra. hîc.
r l. in his ff. de legibus.
s Decius rubri. de iudic. extra.
t l. j. ff. de furt. §.
u l. hæreditariæ. ff. de furt.
x d. l. quintus. §. cui aurum.
a §. j. Insti. de tutel.
b l. si impuber. de tut. & curat. dat.

c d. l. j. de reg. cato.
d Docto. extra. de iudic. in rub.
e l. si pater mulieris. in fin. de iur. dot.
f Alex. rub. solut. matrimo.
g l. j. de testa.
h l. miles. C. de testa. mil.
f d. l. si impuberi.
i Institu. de testa. in princ.
k d. l. omnis definitio.
l Agric. c. v. lib. j.
m l. j. de dol. §. j.
n d. l. j. de reg. cato.

bus dicitur, quòd uera non sit: hæcq; ratio est, ob quam periculosa habeatur definitio[a]. Nec obstat quod uoluit Alciatus, definitionem non esse periculosam, si generalia tantum contineret: ex eo enim periculosa non est, quòd difficile sit aliquid definire, sed quod facile subuertatur: licet Iason aliud crediderit[b]. Proinde ex suprascriptis constat, Regulam, necnon Definitionē in singularibus casibus perdere officium suum, & uitiari[c]: quia quod regulariter fit, plerunque exceptionē patitur[d], etiam si uniuersali dictione fuerit conceptum. Vlpianus quippe dictioni Omnis, exceptionem Rarum, subiunxit[e]. Vnde uerum non est, quod quidam putant, generaliter facta exceptionē non pati[f]: plus enim est cùm Vniuersaliter loquimur, (qui tamen sermo, ut dixi, exceptione coarctatur) quàm cùm generaliter[g], quod non plus quàm indefinitè significet[h]. Hocq; uerum est in regulis quæ propter illarum generalitatem nullo fine terminari possunt. In alia uerò materia quod uniuersaliter[i], uel generaliter[k], traditur nullam exceptionem habet: eoq; pacto defendenda est Abbatis opinio[l]. Regula igitur per exceptionem uitiatur[m]. Ita enim diuersæ sunt[n], ut si altera solùm actum, uel potētiam importet, altera id quod diuersum est inferre dicitur[o]: non tamen adeò diuersæ sunt, quin ex eodem genere fiant[p]: alioquin exceptio est nulla[q]: nō enim rectè ita excipimus, Omnes libros excepta domo lego[r]. Proinde ubi ex eodem genere fiunt, aduertendum est, an illud quod excipitur, sub regula in casu, quo nulla exceptio facta esset, contineretur necne: Nam si non contineretur tunc exceptio non solùm in casu excepto regulam excludit, uerùm etiam illam in omnibus alijs casibus, qui sub regula exceptione non facta minimè continerentur, extendit. Verbi gratia: procurator ad omnia constitutus nec transigere, nec iuramentum deferre potest: & tamen si sit ad omnia constitutus, hoc excepto, quòd non transigat, ipse iuramentum deferre poterit[s]: alioquin superfluum esset excipere illud quod

a d.l. omnis definitio.
b Ias. in rubr. solut. matrim.
c Vt hic, in fi.
d l. regula. de iur. & fa.ig.n.
e d.l. omnis.
f Abba. ca. per uenerabilem. extra de electio.
g Bart. l. generali. §. uxori. de usufru. leg.
h l.j.§. generaliter. de lega. præst.
i l. Iulianus. de lega. iij.
k d.§ generaliter. l. item apud §. generaliter. de iniur.
l Glo. d.l. omnis definitio.
m Glo. d. l. omnis definitio.
n l. in his. de legibus.
o l. iiij. cum glo. mag. suprm. ubi doct. C. de trāsa.
p l. nam quod §. fi. de pen. legat.
q Glo. rub. de reg. iur. in vi.
r Barto. l. in his. de legib.
s ca. qui ad agendum. de procur. in vi.

aliàs sine exceptione sub regula non esset: nisi fortassis dixerimus, exceptū ad maiorem tantū declarationem exprimi[t]: putà grauatus restituere fideicommissum, fructus (nisi morosus sit) restituere non debet[u]: non restituet igitur, etiam si ita grauaretur, restitue sine reditu[x], quamuis dictio Reditus, non omnes contineat fructus[y]. Sic regula edicti, Quod quisq; iuris, in eo tantùm locum habet, qui iniquum statuit[a]: & tamen excipitur ille, qui retortione utitur[b], quamuis nihil præter æquissimum facere dicatur. Si uerò id quod excipitur sub regula in casu quo exceptio facta non esset, Veniret: tunc exceptio regulam ad casus, qui exceptione non facta in regula non continerentur, minimè protenditur: ut si legaui tibi ea quæ domi sunt, non debentur uenalia[c]. Vnde si legaui quæ domi sunt, excepto argento, argenti exceptio non operabitur, ut alia uenalia debeantur, cùm argentum non sit ex uenalibus: cùm tamen si unum ex uenalibus exciperetur, omnia alia uenalia deberentur[d], ne superflua, ut suprà dixi, esset exceptio[e]. Veruntamen licet exceptio ad casus supradictos non extendat regulam, illam tamen in alijs casibus, qui sub regula contineri possunt, cōfirmat[f], declaratq;, de quibus intelligenda sit[g]. In casu uerò excepto, & in simili, regulā illam uitiat[h]: qui similis casus si in alia lege expressus esset, per exceptionem etiam limitatam non excluderetur[i].

SVPEREST, ut huius legis uerba illa, Non ut ex regula ius sumatur, sed ex iure, quod est, regula fiat: exponamus. Aduersum quæ pugnare uidetur regula illa Catoniana, quę quāuis iuris regula dicitur[k], ius tamen nouum facit[l]. Responderūt interpretes, Regulam illam propriè regulam non esse appellandā[l]: Sed ego ab istis quęro, Quid igitur est regula Catoniana? Si respondeant, legem esse: planè falsum est, cùm lex ad leges nouas extendatur[m], ad quas regula Catoniana pertinere non dicitur[n]. Si dixerint, illam esse definitionem, aut descriptionem: non uideo, cur magis ex definitione, quàm ex regula, ius fieri possit: quinimo

t Gl. §. j. l. fin. quòd qu.iq. iur.
u Gloss. l. mora. §. uersic. siue. §. j. de usur.
x d. l. mora. aliàs incipit Paulus. §. j.
y Gl. ibidem, uerb. de reditu.
a l.j. uersic. j. & §. j. l. iij. quod quisq; iur.
b l.fi. quòd quisque iur.
c l.fi. chorus. §. j. l. fi. ita de legat. iij.
d l. generali. §. uxori. de usufruct. lega.
e Arg. l. si quando. in prin. de leg. j.
f Arg. l. cùm prætor de iudic.
g l. quęsitum § denique de fun. instru. l. nam quod. § fi. de pe. legat.
h Glo. d. l. omnis definitio.
i l. ob æs. cum gl. C. præd. mino.
k l. cùm legato. quand. dies lega.
l l.j. de reg. cato.
l Gl. in rub. de regu. iur. in vi.
m l. non est nouū. cum ij. seq. de legibus.
n l.fi. de reg. cato.

quinimo

quinimo ex regula plerunque noui casus decidũtur[a]. Unde Bartolus & Decius coacti fuerũt affirmare, regulam in casibus iam statutis ius non facere, sed in constituendis similem rationem habentibus, secus[b]. Verùm cum lex nostra indistinctè dicat, Ius ex regula non sumi: satius dicendo puto nec ius nouum regulã facere: quomodo enim faceret, cùm ad illud non extendatur? Nihil me mouet, quòd ex iuris regula plerique casus à Pontifice[c], uel Imperatore decidantur[d]: nã hoc ab illis fit, qui cùm legis condendæ potestatem habeant, etiam absque regula ius nouũ statuere potuerunt[e]. Hacque ratione regula Catoniana ius appellatur[f], quia à legum latoribus dicta sit. Ego itaque de regula id censeo, quod de muliere tradi solet, quæ suæ familiæ caput & finis esse dicitur[f]. Sic regula caput est & finis eius iuris, quod enarrat. Unde sequitur, Regulam ius esse, sed ex ea ius non nasci: quemadmodum soror quæ agnata est, sed ex ea agnati non nascuntur[g]. Quare Paulus hic non negat, regulam ius esse: sed censet ex regula ius non sumi. Quòd si iterum quispiam insistat, inquiẽs, regulam Catonianam ius fecisse nouum, ex quo sequi uidetur, regulam ex iure quod est, minimè fieri: neque rem, q̃ est, breuiter enarrare: cùm tamen Paulus hic contrarium asseruerit. Respondebo: dici posse, quòd regula ex iure, quod est, fiat: & rem, quæ est, breuiter enarret: non solùm quando illud idẽ, quod est, enarrat, iusque iam sparsim decisum breuiter aperiat: Verum etiam quãdo aliquid narrat, quod uel tacitè ex iure colligi potuit, uel quod in iure obseruare oportet. Sic ex omnibus definitionibus ob id quod facile euertũtur, ex tacito quodã iure facta est regula, Omnem definitionem in iure periculosam esse. Sic Cato regulam fecit de eo, quod obseruari uolebat circa ius iam constitutum. Indistinctè igitur uides regulam ius nõ facere: & ideo Regula iuris dicta est, non autem Ius regulæ[h]. Ex quo apparet, citra dubitationem adfirmari non posse, quod tradunt omnes interpretes: illum intentionem suam fundatam habere, qui iuris allegat regulã[i], regulæque standum esse donec contrarium probatum fuerit[k]: siquidem ista arbitrarer uera esse in casibus iam decisis[l], aut alijs simile rationem habentibus, cùm ius ad similia protendi soleat[m]. Sed in non decisis, nisi habeant alicuius specialis legis similitudinem, non puto solam generalem regulam, cùm ius non faciat, probationem, iurisque noui decisionem facere posse.

a l.pen. C. de pact. ca. si diligenti. de for. compet.
b Glo. hic. uers. si. super secundo.
c d.c. si diligenti.
d d.l.pen. cum si.
e l.j. in princip. de consti. princi.
f d.l.j. de reg. caton.
f l. pronuntiatio. in fi. de uerb. sig.
g Theoph. Instit. de leg. ag. succes.
h Glo. rub. de reg. iur. in VI.
i Bart. l. quoties. si quis caut.
k ca. si. in fi. de restit. spol. in VI.
l Bart. l. ij num. 1. si quis in ius uoc. & d. l. quoties. cum simi.
m l. non possunt. de legib.

IN LEGEM SECVNDAM.

Et l. quo tutela. & l. in eo. §. fi.

De Sexibus.

Triplex est sexus, Masculinus, Fœmininus, & Promiscuus. de Promiscuo nihil specialiter dicẽdum est, cùm Hermaphroditus eius sexus esse existimetur, in quo præualeat[n]. Fœmineus uerò sexus in multis iuris articulis deteriorem habet conditionem[o]. In primis hic regula facta est huiuscemodi: Fœminæ ab omnibus officijs ciuilibus, uel publicis, remotæ sunt. Ciuilia autẽ officia, & Publica, pro eodẽ accipi uidẽtur[p]: Sed Decius censet, ne regula nostra superfluè loquatur, Ciuile munus genus esse, & continere tam publicũ, quàm priuatum officium[q]. Unde munera omnia personalia, Ciuilia dicuntur[r]: non tamen semper dicuntur Publica, nisi per consequentiam[s]. Publicum uerò licet aliquando sit, quod in uniuersum & particulariter utilitatem adfert[t]: uelusi quod in sacris, et sacerdotibus, & magistratibus consistit[u]; aliquando id quod præcipuè utilitatem priuatam, & in consequentiam publicam respiciat[x]: propriè tamen dicitur, quod in uniuersum duntaxat utilitatẽ adfert[y], aut fiscum locupletat[z]. Unde dicere solemus, flumina, & littorum usus, seu riparum, publica esse[a]: Verum quòd Ciuilia dicantur, nusquam lectum est. Unde sequitur, Officia publica propriè publicam utilitatem: Ciuilia, & publicam. & priuatam respicere. Hinc fit, ut ubi dicitur, Ciuile, uel Publicũ officium[b]: disiunctiua, Vel, inter genus & speciẽ ponitur[c], tuncque ut plurimum pro coniuncta accipitur[d], licet quando

n l. quæritur ff. de stat. hom.
o l. in multis. ff. de statu hom.
p l. fi. §. hæc omnia. de muner.
q Arg. l. j. ad uell.
r l. j. § personalia. de munerib.
s l. athletæ. §. tutela excus. tuto. gl. uerb. publicum. inst. excus. tuto. in princ.
t l. pupillus. § munus. de uerb. sig.
u l. j. §. huius studij. de iustit. & iure.
x l. j. sol. matr.
y l. in hæc publica. de uerb. sign.
z l. pen. C. de princip. lib. XII.
a l. flumina. cum ij. seq. de rer. diu.
b Vt hic.
c Arg. rub. de fer. & aqua. C.
d l. quoties j. in fi. cum glo. de ann. & arg.

quandoque solum sit declaratiua[e]: aliquando etiam est ampliatiua[f]. Negari tamen non potest, publicum pro ciuili, & ciuile pro publico plerunque usurpari[g]. Fœminæ igitur ab omnibus officijs ciuilibus uel publicis remotæ sunt: hoc est, à personalibus muneribus[a]. Personale autē munus est, quod cum corporis labore & animi sollicitudine existit[b]. Vnde sexui muliebri non conuenit[c], nisi tale munus esset, quod nullam haberet administrationem[d]: Vel si habeat, talis est, quæ mulierum pudicitiam minimè lædat[e], sexui nimirum conueniens[f]. A muneribus uerò patrimonialib⁹ mulier nō est immunis[g], cùm neque miles, neque Pontifex ab his seipsos excusare possent[h]. Patrimoniale munus dicitur, in quo sumptus maximè postulantur[i]. A munerib⁹ autem mixtis, quatenus personalia sunt, excusantur[k]: sed non quatenus sunt patrimonialia[l]. Mixtū id munus est, quo mea impensa fungor[m]. Ex supradictis muneribus, à quibus mulieres sunt remotæ, infert hic Vlpianus, illas ab omni iudiciali agmine contentioso (in uoluntaria enim iurisdictione secus est[ɵ]) separari[n]. Nam iudicare non possunt[o], nec arbitrari[p], nec postulare[q], nec procuratrices esse[r], siue agant[s] siue defendant[t], nec populari actione[u], uel interdicto de liberis exhibendis agere[x], nec deferre[y], nec accusare, adeò ut nec maritum de adulterio accusare possint[a], nisi ciuiliter, ut donationem propter nuptias luerentur[b]. Quibusdā tamen casibus iudicio interesse possunt. Primo: si consuetudine aut statuto, uel principis rescripto potestatē habeāt[c]: cùm enim moribus introductum sit, ut iudicare non ualeant[d], contrarijs moribus illud tolli potest[e]. Secundo: in omnibus causis mulier testis esse potest, si damnata non sit[ɵ]. Pro se item postulare potest[f], & in rem suam procuratrix esse[g], illique ubi pro se agit, si non edat, succurri solet[h]. Seipsam item deferre potest[i], necnō populari actione agere, si suum respiciat cōmodum[k]. Pro parentibus quoque morbo uel ætate impeditis, nec quenquam qui agat habentibus, agere potest[l]. Vnde parentū liberorumque exequitur mortem[m], etiam si naturales essent[n], aut spurij[o], cùm & consobrinorum nomine[p], & omnium aliorum, contra quos testimonium dicere non cogitur[q], quales sunt omnes consanguinei & affines[r], admitti soleat: tametsi illi masculus consanguineus, si accusare uellet præferatur[s]: præponi etenim debet iure cōmuni agens ei qui speciali tantùm iure accusat[t]. Vnde si masculus iure communi inhabilis esset, gratificationi locus erit[u]: nisi mater filiorum suorum persequeretur iniuriam: tunc enim quamuis tutor nisi negligens esset[ɵ] adhuc anteponeretur[x], cæteris tamen consanguineis, ubi se matrem esse docuerit[y], præfertur[z]. Tertio specialiter admittitur in tutoris suspecti accusatione[a], in annona[b], in crimine læsæ maiestatis[c], in accusatione falsi testamenti, cuiuscunque[d] sit, licet alia instrumenta falsi arguere non possit[e]: similiter admittetur ubi filius uitæ matris insidiatus est[f], ubi pastor ecclesiæ dilapidat bona[g]. Item in crimine hæresis[h], sacrilegij[i], simoniæ[k]. Animaduertendum tamen est, in his casibus, quibus mulierem accusare posse diximus, si ab accusatione desistat, in senatuscons. turpillianum minimè incidere[l]: cuius pœna, quæ est quinque librarum auri[m], his qui ab accusatione citra abolitionem, id est accusationis institutæ peremptionē[n] desistunt, imponitur. Præterea mulier in casibus in quibus accusat, uinculo subscriptionis non adstringitur[p], quo cæteri accusatores tenentur[q]. Quæ subscriptio cōtinere debet accusatorem ita ut scriptum est professum fuisse[r], præterea delicti magnitudinem complectatur[s], cuius pœnam dicat accusator se paratū subire, si falsa reperiatur illius accusatio[t]: contineat item inscriptio accusatorem in criminis accusatione ad finem usque perseueraturum[u]. Quarto: Nonnulli existimant, mulierem in iudicio repelli non posse, si illi ante litis contestationem iudiciales actus exercenti nihil oppositum esset[x]: quoniam (inquiunt) post litem fori præscriptiones obijci nō posse certum est[y]. Vnde inferunt, In casibus, quibus sola æquitate,

e l.ij. uerb. uel pecu diū. ad leg. aquil.
f l si qs ita. de aur.
g d.l. fin. § hæc omnia.
a l. mun⁹ trib⁹. uers. tertio officium. de uerb. sig.
b l.j. § illud. de muneribus.
c l. iij. §. corporalia. de muner.
d l.j. l mulieres. C. de dig. lib. xii.
e Barto. p l. unica. C. de mulier. in quo.
f d. rub. de mulierib. in quo loco.
g l. ætatē. de cēsib⁹.
h l. munerum. §. patrimonium. uerb. ab huiusmodi. de muner.
i l.j § patrimoniale. de minoribus.
k l. releg atorum. in fi. cum l. seq. de interd. & releg.
l de relegatorum. in fin.
m l. munerum. §. mixta. de muneribus.
ɵ l.j § illud quoque. C. com. de manumiss.
n l fi. C. recep. arb.
o l cùm prætor. de iudic.
p l. de fi. C. de arbitr.
q l. j. §. sexum. de postulando.
r d.l. cùm prætor.
s l. fœminis. de procurat.
t l. neque fœmina. de procurat.
u l. mulieri. de popul. act.
x l. iij. §. sed & si mulier. de liber. ho. exhib.
y l. deferre. de iure fisci.
z l. j. §. accusationem. ad turpill.
a l.j. C. de adult.
b l. consensu. §. j. C. de repud.
c c. dilecti. de arbi.
d d.l. cùm prætor.
e §. sed naturalia. Instit de iur. nat.
ɵ l. ex eo. ff. de testi.
f l.j. uers. secundo loco. de postul.
g l. iij. C. de procur.
h l.j. in fi. de edēd.
i l. ait diuus. de iure fisci.
k l. mulieri. de popul. act.

l l. fœminis. de procurat.
m l. j. de accusat.
n l. iij. de lib. cau.
o Bart. l. ij. de accu.
p l. uxor. C. de his qui accus.
q l. ij. de accusat.
r l. iij. cum seq. de testib.
s l. iij. de lib. cau.
t l. eius. §. si militia. de mil. testa.
u l. iij. § sed & si mulier. de libe. ho. exhi.
ɵ C l l. senatuscōsulto. C. de his qui accu.
x l. senatuscōsulto. C. de his q accu.
y l. non ignorat. C. de his q accusat.
z Doct. d. l. uxor.
a l consequens. Insti. de susp. tuto.
b l. mulierem. de accusa.
c l. in q̄stionibus. cū l. infra maiest.
d l. ij. uers. idē. cum glo. de accusat.
e l. & si ad te. C. de fals.
f l. propter. C. de ijs qui accus.
g ca. licet hely. de symo.
h l. Manichæos. C. de hæretic.
i l. si qs in hoc genus. C. de epis.
k l. si quanquā uer. fi. C. de epis.
l l. mulier. ad turp.
m l. iij. in fi. de præuar.
n Gl. rub. C. aboli.
o l. j. §. accusationem. in fi. ad turpill.
p l. de crimine. C. de his qui accusa.
q l. uj. C. de his q accusa.
r l. libellorum. §. item subscribere. de accusa.
s l. pen. C accusa.
t l. ij. C. fal. instr.
u l. si cui. in princ. accusat.
x Decius hîc, nume. 16.
y l. pen C. sent. rescin. non poss.

tate, reiectis iuris apicibus, ut in foro ecclesiastico[a], in curia mercatorum[b], lis terminari solet, nihil mulieri obijci posse[c]. Sed dubitabilis est istorũ sententia: cùm enim publico iure mulieres ne in iudicio sint prohibeãtur[d], in nullo casu, præter exceptos, interesse posse uidentur[e]: quod & specialis ille iuris canonici casus ostendere uidetur, quo abbatissæ (quam uocant) pro monasterio agere, defendereq; posse permittitur[f]. Extra iudicium quoque in multis deterior est conditio fœminarum[a]: in primis filios in potestate non habent[b]: & idcirco cum ex hac potestate suitas nascatur[c], nullos suos habere hæredes possunt[d]: adeò ut omnes à muliere hæredes instituti, & si filij sint, hæredes extranei dicantur[e]: & per consequens hæredes non sunt, nisi hæreditatem adeant[f]: cùm nulla dominij continuatio, nimirum quòd ex suitate proueniat[g], in maternis bonis, sicut in paternis reperiatur[h]. Hæcq; ratio est, cur matris præteritio exhæredationis loco habeatur[i]: licet hodie si præteritus agere uelit[k], ipso iure testamentum nullum reddat[l], perinde ac patris præteritio[m]. Sed dicet aliqs, cùm exhæredatis non competat contratabulas[n], sed præteritis[o]: uideretur quod à matre præteriti, qui olim ideo contratabulas non agebant[p], quia exhæredatorum loco erant[q]: hodie quia pro exhæredatis non habentur[r], contratabulas agere possint. Sed respondebo, non posse: quia sui nõ sunt[s]. Et si replices, emancipatum posse[t], licet suus non sit: replicabo, emancipatum ideo agere, quòd quandoque suus fuerit, suiq; hæredis iura prætoris beneficio retinet[u]. Mater prætereà quoniã filios in potestate non habet, illis pupillariter substituere non potest[x]: & si substituat, non nisi in uim uulgaris substitutionis dispositio sustineri potest[y]. Rursus mulier, quia potestatem non habet, adoptare non potest, nisi ex principis indulgentia, & in solatium liberorum amissorum[z]: nec etiam arrogare, nisi ex principis rescripto[a]: eoq; casu quo adoptat, adoptatus inofficiosi querela agere non potest[b], quoniam adoptans his quos per

a c. cum deputati. de iudic.
b Bart. l. si fideiussor. §. quod manda.
c Archid. c. rescriptum. 6. q. 3.
d l. quos prohibet. de postul.
e l. nam quòd de penu. leg. a. in fin.
f c. cùm dilecta. de confir. util.
a l. in multis. de statu homi.
b §. cæteri. Insti. de hæred. qual.
c §. 3. Instit. de hære. quæ ab intest.
d l. nulla fœmina. de suis & legit.
e §. cæteri. Insti. de hæred. qualit.
f l. in suis. de suis & legit.
g l. fi. de bon. dam.
h l. in suis. de libe. & posthu.
i §. fi. Instit. de exhæred. lib.
k l. filio. de iniust. rup.
l §. aliud quoque capitulũ. Authẽ. ut cùm de app.
m Instit. de exhær. liber. in prin.
n l. non putauit. in prin. de contrata.
o l. j. in prin. de cõtratab.
p l. iiij. §. ad testamenta. de cõtratab.
q §. fi. Instit. de exhær.
r d. §. aliud quoq.
s d. §. ad testamenta.
t l. fin. §. sancimus. C. lib. præter.
u Instit. de leg. ag. success. in prin.
x l. ij. in princip. de uulga.
y l. si mater. cũ gl. de uulga.
z § fœminæ. Insti. de adopt.
a l. nam fœminæ. de adopt.
b lege si suspecta. §. quoniam. de inoffic. testa.

adoptionem in potestate non habet, nihil relinquere cogitur[c]: tametsi filius naturalis si sine causa à matre præteritus sit, inofficiosi querela agat[d]. Rursus matri, quia filium in potestate non habet, nihil per filium acquiritur[e], nec pro filio pecuniam accipere potest[f].

SECVNDO: Mulier pro alio, nec pro filio, nisi dotis nomine[g], intercedere non potest[h]: & si intercesserit, Velleiani exceptione iuuabitur[i]. quæ exceptio, cùm fauorabilis sit, repetitioni locum facit[k]. Limitatur tamen hic casus, ne locum habeat, quando decipiendi animo mulier intercederet[l]: tunc enim mulieribus succurritur cùm defraudantur, non ut facilius calumnientur[m]: si quidem generalis est regula, quòd deceptis, & non decipientibus opituletur[n]. Secundo non procedit iste casus in muliere in rem suã intercedente[o], si hoc diligẽter perquisiuerit creditor[p]: potest enim mulier quencunq; actũ gerere. Vnde de constituta pecunia[q], Exercitoria[r], Institoria[s], Negotiorum gestorum[t], Mandati[u], Lege aquilia pro damno etiam in rem uiri dato[u], licet non furti, sed tantùm rerum amotarũ pro rebus uiro ablatis teneatur[x]. Valet igitur intercessio, pro qua mulier pecuniam accepit[y]; uel si ei, pro quo intercesserat, successit[z]: uel si pecuniam soluendi causa numerauit[a]; aut si pecuniam tibi debitam accepit, teq; ratum habiturum promisit[b]; aut si ipsamet contraxerit, licet ad alium perueniat utilitas[c]. Vnde si indemnitatem promittat, tenetur[d]; aut sine intercessione præcedente pro alio soluat[e]: quia mulieri obligatæ, non donanti, succurritur: cùm facilius se obliget, quàm donet. Tertio mulieri nõ succurritur, si interiecto biennij spatio bis intercesserit[g], aut si Velleiano renuntiauit[h]: sed ut ualeat renuntiatio de Velleiano, aut certior fieri debet[i], aut cum iuramento renuntiare[k], aut quòd tutelæ filiorum, quam suscepit, prætextu renuntiet[l].

TERTIO mulier tutorem, uel curatorem dare non potest: & si dederit, confirmandus est, sine inquisitione tamen[m]: sed si non confirmetur ex

c l. fi. §. sed ne articulũ. C. de adop.
d Instit. de inoffic. testa. in princ.
e l. debitor. §. fina. ad trebell.
f l. qui aliena §. pe. de neg. gest.
g l. iij. l. si dotare. l. fi. C. ad uell.
h Vt hic.
i l. j. ad uell.
k l. qui exceptionẽ. de cond. indeb.
l l. decipiendi. ad uelleia.
m l. in eo q; plus §. fi. ĩ eo.
n l. ij. uersi. nam deceptis. ad uell.
o l. iij. l. aliquando. in princ. ad uelle.
p l. uir uxori. ĩ princip. ad uelle.
q l. j. §. j. de constit. pecu.
r l. j. §. perinde. de exerci.
s l. sed & si quis. §. parui. de institro.
t l. iij. uersicu. j. de neg. gest.
u l. idemq;. §. si cui. mand.
x l. j. rer. amot.
y l. antiquæ. in pri. & §. j. C. ad uell.
z l. quamuis. §. planẽ si mihi. ad uelleia.
a l. nec interest. ad uell.
b l. si mulier solue re. ad uelleia.
c l. ij. l. si aduersarius. l. si fanebris. ad uell. C.
d l. quamuis. §. j. ad uell.
e l. quamuis. C. ad uell.
f l. sed si ego. in fi. ff. eod.
g l. si mulier perfecto. C. ad uelle.
h l. pen §. fi. ff. eod.
i l. antiquæ. §. ne autem. C. eo.
k d. l. si mulier perfectæ.
l Authẽ. matri. C. quando mul.
m l. j. & ij. de cõfir. tuto.

eo se excusare non potest [n]. Item olim tutrix esse, nisi ex rescripto principis, non poterat [o]. Sed hodie indistinctè filiorum, & non aliorum, si Velleiano, & omni alij auxilio renunciare uelit [p], tutrix esse potest [q]: sed non cogitur [r]. Et ideo si tutelam recuset, siue mater sit [s], siue Auia [t], si tempore mortis mariti minor non [u] erat, neque pupillus impubes factus decesserit [a], neque pupillo, si tutorem non peteret, relictum fuerit [b], etiam testamentaria successione priuabitur [c]: si intra annum tutorem idoneum, uel curatorem filio suo impuberi [d], aut furioso [e], non penitus egeno [f], minimè petierit [g]. Mater enim licet filio puberi curatorem petere non debeat, impuberi tamen [h], etiam naturali tantùm [i], curatorem eo casu, quo illum habere potest, petere tenetur [k]: uel tutorem si iam alium non habeat [l], imò si hic petitus se excusat, aut reiectus sit [m], uel mortuus, uel in perpetuum relegatus [n], aliorũ nomina confestim edere debet: necnon tutores à patre non legitimè datos postulare ut decreto confirmentur [o]: & si decretum fuerit, alios tutori suspecto adiungi [p], illos petere cogitur [q]: obseruare etenim mater debet, ne quid secus, quã oporteat, in re filij agatur [r]. Attamen si in locũ excusati tutoris alium ob id non petierit, quòd reliquorum numerus administrationi sufficeret: licet in constitutionis uerba incidat, ex sententia tamen excusatur [s]. Sed & si suspectum tutorem non faciat, nec uerbis, nec sententia in constitutionem incidit: quod huiusmodi factum dijudicare & aestimare uirilis sit animi [t].

QVARTO mulier in testamento testis esse non potest [u]. Secus est secundum aliquos in codicillis [x]: quia in illis non adeò magnum est periculum, cùm non cõtineat haeredis institutionem [y]. Et licet eadẽ capacitas in eo, qui codicillos facit, requiratur, quae & in testamenti cõditore [z]: non tamen eadẽ solennitas adhibenda est, cùm quinque testes etiã nõ rogati sufficiãt [a]. Sed replicat hic Decius, imò eandẽ solennitatem requirere [b], nisi in his, in quibus lex derogat, ut in numero testiũ, & similibus [c]: In qualitate uerò testiũ (inquit) nõ derogat [d]. Sed Decij sentẽtia uera non uidetur: nã cùm lex expressè prohibeat testimoniũ mulieris in testamento, & nõ in alijs actibus [e], fatendũ est, in codicillis nõ esse reprobatum [f]: cùm appellatione testamenti codicilli cõprehendi nõ possint [g]. Caeterùm in testamẽto ad pias causas Doctores uolunt, mulierẽ testimoniũ ferre posse [h], & in testamẽto inter liberos [i] etiã spurios [k], necnõ in testamẽto militis [l]: quoniam in his testamẽtis ius naturale tantùm cõsideratur [m], quo mulier à testimonio nõ prohibetur, sed tantùm iure ciuili [n]. Et si quis cõtendat, in his testamentis legitimã desiderari probationem [o]: respondebo, legitimã probationem ex duabus natura habilibus perfici: ut patet in militis testamento, quod requirit legitimã probationẽ [p], & tamẽ sufficit quaecũque naturalis probatio [q]. Praeterea in feudo mulier testis esse nõ potest [r], cùm in eo maior requiratur probatio [s]. Et idcirco mulieri de feudo agenti iuramentũ in probationis supplementũ deferri nõ solet, cùm illi deferatur, qui testis esse potest [t]. Item in priuata scriptura, ut maioris sit fidei quã publica, mulier testis esse non potest: quoniam lex tres uiros requirit [u]. Aliqui tamẽ contradixerũt: tum, quia ubi mulier non prohibetur, lex ait uirorum testimoniũ [x]: tum quia id quod ob maiorem frequentiam nominatur, alios casus excludere non solet [y]. Sed respõdet Decius hoc uerum esse, cùm in regulae casu loquerentur, ut in illa: In ore duorum stet omne uerbum [z]. Aliâs in singularibus casibus expressio uirorũ superuacanea nõ est [a]. Rursum in criminali causa criminaliter mota, nisi aliter ueritas haberi nõ possit [b], iure Canonico mulier testis esse nõ potest [c]: secus si criminalis causa ciuiliter mota esset [d]. Iure uerò ciuili mulier in causa criminali indistinctè testis esse non potest, nisi dãnata fuerit [e], aut sui corporis quaestũ fecerit [f]. Nec me mouet, quod in crimine laesae maiestatis uideatur specialiter admitti [g]: quoniam illud in accusatione procedit [h], non in testimonio: licet aliter respõderit Felinus [i]. In caeteris itaque casibus, praeter suprà scriptos,

n l.j. C. de confir. tuto.
o l.fi. tutel.
p §. quia uerò. Authẽ. ut fine prohib.
q Authẽ. matri & auiae. C. quando mater tutel.
r §. fi. Auth. de haered. ab intest.
s l. ij. §. si mater. ad Tertull.
t d. l. ij. §. & si forte.
u l. ij. C. si aduers. delic.
a l. matres. C. ad Tertull.
b l. ij. §. tractari. ad Tertull.
c l. sciant. C. de legit. haered.
d d. l. ij. §. quid si curatores.
e d. l. ij. §. quid si furioso.
f d. l. ij. §. quod si penitus.
g d. l. ij. §. si mater.
h l. j. ff. qui petant tuto.
i l. fin. C. eo.
k d. l. j.
l l. ij. l. fin. qui potan. tuto.
m l. iij. qui pet. tut.
n l. iij. C. eo.
o d. l. fina. in princ.
p d. l. fi. uersi. sed si suspecto.
q d. l. fin.
r l. matris. C. eod.
s d. l. fi. in prin.
t l. fi. uersi. quae autem.
u §. testes. Instit. de testa.
x Gl. uerb. quinque. l. fi. in fi. C. codicill.
y Feli. c. quoniam. de testib.
z l. duos. §. codicillos omnis. de iure codicill.
a Areti. l. qui testamento. §. mulier. testa.
b l. hac consultissima. uersi. quae in eisdem. C. qui testa. fac.
c l. fi. uersic. fi. C. de codicil.
d Decius hic. nume. 28.
e l. qui testamento haeres. §. mulier testa.
f Lex eo. de testib.
g l. fi. idẽ. C. de codicil.
h Feli. d. c. quoniã.
i Gl. Authẽ. quod fine. C. de testa.
k Bald. l. fi. in prin. C. fam. ercis.
l l. Lucius. uerb. legitimus probationib. mil. test.
m l. j. de milit. testa.
n l. ex eo. cum si. de testibus.
o c. relatum. el j. de testa.
p d. l. Lucius.
q d. l. j. testa. mil.
r Tit. qui test. in fi. in usib. feud.
s l. quid sit inuesti. in usib. feud.
t Rom. & Ias. l. admonendi. inst.
u l. scriptura. in fin. uerb. uirorum. C. qui pot. in pig.
x c. licet uniuersos. extra de testib.
y Glo. j. l. j. C. de iis qui ad eccl.
z l. ubi numerus. de testib.
a l. j. de legib.
b Hyppol. l. diuus Pius. de quaestio.
c ca. mulierem. 33. q. 5.
d c. quoniã. c. tam literis. de testib.
e Lex eo. de testib.
f l. iij. § lex Iulia. de testib.
g l. in quaestionib. ad le. Iul. maiest.
h l. j. de accusat.
i Feli. d. c. quoniã. d. c. tam literis.

ptos, nullo iure mulieris testimoniũ reprobatur[k]; licet in his deterioris adhuc sit conditionis, quàm masculus: quoniam duo masculi, qui pro aliquo testimoniũ ferũt, duabus mulieribus, pro alio deponentibus, praeferuntur[l]; ut patet in deponendis testamenti tabulis, quae potius apud masculum, quàm foeminam deponuntur[m].

QVINTO: Mulier natura timidior est[a]. Hinc minore metu excusatur[b]: ab illa, ceu timidiore, tormẽtum incipiendũ est[c], nisi pregnans sit, nam interim torqueri non debet[d]. Natura item est fragilior[e]: Vnde prius mortua, posterius nata praesumit[f]: Citius nubit[g]: Citius tutelã exit[h]. Citius testamẽtũ facit[i]: Citius ueniã aetatis impetrat[k]. Ex eo ꝙ fragilior est, puto illam hodie in carcerem conijci nõ posse[l]; imò ne personaliter quidẽ citari[m]: sed sufficit ꝙ fideiussorem det, aut iuret sedare nõ posse, & iuratoriã praestet cautionem[n]. Si tamen grauissimũ cõmiserit crimen, monasterio, aut mulieribus custodienda traditur, donec de crimine cognitũ fuerit[o]. Meretricẽ quoq; Baldus censet, si innupta sit, in carceres conijci posse[p]. Item & mater quae pro filij tutela obligata est[q], cùm ex huiusmodi tutelae susceptione omni beneficio renũtiet[r]. Natura praeterea mulier est imperitior[s], unde in diuisione electionẽ habet[t]: Si actionẽ non ediderit, illi subuenitur[u]: Repetit cautionẽ, si idoneam non susceperit[x]: Non desideratur illius cõsensus, si statutũ aliquo in casu cõsanguineorũ requirat cõsensum[ſ]: Ex iuris ignorantia facilius excusatur[y]. Legem cõdere non potest, etiã si principis uxor esset[z], nisi statutum iuris haereditarij ratione iurisdictionẽ annexã habẽtis faceret[a]. Natura tandem mutabilior est[b]: hinc Velleianũ habet beneficiũ[c]. Fidei illius non ita creditur, ut masculi[d]: Viro est subiecta[e], licet in illius nõ sit potestate[f]: Maritum per annum lugere debet[g], quod secus est in marito[h]. In crimine laesae maiestatis mitius cũ illa quã cum masculo agitur[i]. Quapropter licet filijs uiri, qui in hoc crimen inciderit nihil relinqui possit[k], filiabus tamen, ex bonis matris falcidia relinquitur[l], nisi & ipsa quoq; mater huius criminis rea esset[m]. Vxoribus uerò de hoc crimine non cõiocijs dos relinquitur, quãuis id quod à maritis acceperũt perdant[n], nisi illud antè crimen cõmissum dono habuerint[o].

SEXTO: Quoad res spirituales mulieres deterioris sunt conditionis: nam ecclesiasticũ ordinem non suscipiunt[p], nec excõmunicare, aut à peccatis absoluere possunt, etiam si abbatissae essent[q]: nec res sacras tangunt, & si moniales sint[r]: nec sacerdoti ministrare[s], aut praedicare, quamuis doctae fuerint, illis licet[t]. Habent tamen ius patronatus[u], saltem si in dignitate cõstitutae sint[x], sed & si non sint, idem est, cùm iura indistinctè aedificatori ius patronatus permittant[y].

SEPTIMO: In successione deterior est mulieris conditio: nam in feudo nõ succedunt[z], nisi pater illud pro se, filijsq; suis, tam masculis, quàm foeminis quaesiuerint: quo casu adhuc foeminae non admittuntur, nisi post masculos[a]. Item ut agnatis, quia Reipubl. utiliores sunt, conseruetur haereditas[b]: frequẽter successione per statutum priuantur[c], modo tamen à patre, uel saltem à fratre dotatae sint[d], matris enim dos illam excludere non posset[e]. Item olim iure ciuili matres non succedebant, licet hodie à Senatusconsulto Tertulliano uocentur[f]. Adde quod & hodie à successione regni Franciae per legem Salicam priuantur, quae lex à Sale aut Salijs sacerdotibus, teste Pyrrho (qui de lege illa multis hincinde argumentis adductis disputat, iusta sit, necne) dicta est: uel potius à Gallis, qui (ut hic refert Ferrarius ex Ammiano) olim Salij dicti sunt, & rex Pharamundus, illius legislator, Salicus dictus est.

OCTAVO: Mulier suae familiae initium est, & finis[g]. Vnde nati ex ea non dicuntur agnati, sed cognati[h]: quinimo mater ipsa cognata est[i]. Vnde priuilegia generi & posteris concessa, ad eos, qui ex foemina nati sunt, non extenduntur[k]: nec nati ex foemina nobili, nobiles reputantur[l], nec matris arma deferre possunt[m], cùm nõ

k l. qui testamẽto. §. mulier. de testam.
l c. forus. ad fin. de uerb. sig.
m l. fin. de fid. instr.
a l. quisquis. § ad foeminas. in fi. C. ad leg. Iul. maie.
b Glo. c. cùm locũ. de sponsal.
c l. unius. in princ. de quaestio.
d l. iij. de poenis.
e c. ex parte. uersi. cu. sed radices. de priuileg.
f l. si ita fuerit. in fi. de reb. dub.
g Instit. de nupt. in prin. cum glo.
h Instit. quib. mod. tutel. fi. in princ.
i l. qua aetate. de testam.
k l. ij. C. de his qui ueniam aeta.
l Authẽ. hodie. C. de custo. reo.
m l. j. C. de offi. diuersi. iudic.
n §. si autẽ dixerit. Auth. de litigio.
o §. necessariũ. Authen. ut nulli iud.
p Arg. §. fin. Auth. de resti. & ea quae parit. Bal. l. consentaneũ. C. quomo. & quãdo iudex. num. 46.
q Barto. Auth. matri. C. quãdo mulier tutel.
r l. ij. C. quãdo mulier.
s l. si. uersi. quae. Authẽ. qui pet. tuto.
t §. necessariũ. Authẽ. ut nulli iud.
u l. j. in fi. de eden.
x l. hodie. §. quod si seruus. q. satisd.
ſ Bal. l. 4. C. qui admit.
y l. fin. C. de iur. & fact.
z Gl. l. princeps. de legib.
a Abb. post Inn. c. dilectę. de arbitr.
b c. for. de uerb. si.
c Tit. ad uell.
d d. l. fi. de fid. inst.
e c. mulierẽ. 33. q. 5.
f Gl. uerb. parẽtis. Insti. ad Tertull.
g l. j. & ij. C. de secund. nupt.
h l. uxores. de his q not. infa.
i Argu. l. famosi. §. hoc tamen. ad le. Iul. maiest.
k l. quisquis. § j. C. ad le. Iul. maiest.
l d. l. quisquis. §. ad filias.
m Gl. d. §. ad filias.
n d. l. quisquis. §. uxores.
o l. res uxoris. C. de donat. inter uir.
p c. fi. 32. distinct.
q c. noua. de poen. & remissio.
r c. sacratas. 23. dist.
s c. j. in fi. de coha. cler.
t c. mulier. 23. dist.
u Abb. c. nobis. de iure patro.
x c. fin. de concess. praebend.
y c. filius. 16. q. 7.
z Titu. de success. feud. in prin.
a Titul. de success. feud. in fi.
b Theoph. §. haereditas. uersic. haec ideo. Instit. de legit. agna. success.
c Bart. l. j. §. sciendum. de suis & legit.
d Bald. l. fi. nu. 3. C. de dot. promiss.
e Bald. l. j. nu. 4. C. de legit. haered.
f Instit. ad Tertul. in prin.
g l. pronũciatio. in fi. uerb sign.
h §. at qui. Instit. de leg. ag. tutel.
i Instit. ad Tertul. in princ.
k l. j. in fin. de iure immu.
l l. liberos. in fi. de senato.
m Argu. l. ius familiarum. C. de religio.

 sint

sint de illius familia[n], nimirum quòd suæ familiæ (ut dixi) finis est[o], adeò ut nulla in contractum consuetudo introduci possit[p], præterquam à superiore[q]. Sed cõtrà contendes priuilegia ad ex fœmina natos transire[r], quidam existimabant priuilegiũ non extendi, sed beneficiũ, propter latissimã illius interpretationem[s]. quorũ opinio quoad leges contrarias adtinet, quæ ambę de immunitate loquũtur[t], uera non est. Qua ratione aliorum reprehenditur sententia, qui putarunt, ad mulierum posteros tũc priuilegia non extendi, quando Reipu. utilitati cõtraria essent[a], præterea cùm utraque lex cõtraria de posteris loquatur, uera non est aliorũ solutio, dum uolunt ad fœminæ liberos priuilegia posteris cõcessa nõ extendi[b], cùm & posterorum significatione liberos uenire posse hic affirmet Decius[c]. Ego puto, immunitate simpliciter mihi & posteris cõcessa, natos ex fœmina excludi[d]: quoniam indefinita illa concessio posteros omnes non nisi per interpretationem comprehendere potest[e]; interpretatio autem ea semper accipienda est, quæ minus ius cõmune lædat[f]. At minus lædit, si posteros pro agnatis accipiamus, cùm multo minores sint cognatis. Vbi uerò tam masculorum quàm fœminarũ posteris immunitas conceditur, quo in casu lex contraria loquitur, quis dubitat omnes contineri[g]? Quòd si quæras, cur ibi expresse fœminæ posteris immunitates potius, quàm alibi concesserit[h], optimè hîc respondet Decius, ideo esse, quòd de immunitate particulari loquatur, specialem legem quæ aduersus ius commune lata erat tollens: & idcirco quia facilè res ad pristinam suam redire solet naturam[i], huiusmodi immunitas ibi extenditur etiam ad posteros, qui matrimonium contraxerunt, cùm tamen regulariter filiæ post nuptias ab eo priuilegio excludi soleant[k].

POSTREMO[1] in eo deterior est mulieris conditio, quòd fœmininum nunquam masculinum cõcipiat[l], licet in masculo, put in fœmina eadẽ esset ratio[m]. Quod intelligendum est, nisi

n l. familiæ. §. fina. uerb. sig.
o d. l. pronũtiatio. in fi.
p l. exemplo. in fi. C. de decurioni. lib. x.
q Bart. l. j. C. de dignitatib. lib. xij.
r l. j. in prin. uers. ut si pater. C. de impo. lucr. descrip. lib. x.
s l. fi. de constitu. princip.
t d. l. j. in fi. de iureiuran. d. l. j. de impo. lucr.
a Arg. l. si aliquando. C. oper. pub.
b l. uacatio. de munerib. & ho.
c l. uel quæ. uersic. exhæredatis. de relig.
d d. l. j. de iure immu.
e l. si seruit. de seruit. urb.
f Bart. l. Gallus. §. & quid si tãtum. de lib. & posth.
g d. l. j. de impo. lucra.
h d. l. j. de impo.
i l. si unus. §. pactum. ne. in fin. de pact.
k l. quoties. de priuil. schol. lib. xij.
l l. si ita scriptum in prin. de leg. ij.
m c. quoniã. in principio. & in fi. de simo.

ob maiorem frequentiam fœmineus sexus expressus esset[n]: aut nisi proferretur dictio, quæ utrique sexui cõueniret. Vnde uerba illa Siquis[o], Persona[p], Vniuersitas[q], & similia, utrunque sexum comprehendunt. Exceptis suprascriptis casibus, in quibus à iure expressim inter masculum & fœminam constituta est differentia, regulariter in cęteris pari dispositione continentur[r]; in contractibus[s], pollicitationibus[t], successionibus prætoriis[u], etiam aduersus ius commune receptis[x], delictis[y], onerum impositione[z], uel coactione[a], iuramento[b], cessione bonorũ[c], sepulcrorum iure[d], glebæ adscriptione[e], collatione[f]. Et horum similium causa nata est iuris regula, quòd masculinum concipiat fœmininum[g]: ea ratione (inquit Decius) quòd qui inter istos differẽtiam constituit, naturam ipsam accusare uideatur[h]. sed hæc ratio non uidetur uera, cùm ex ea sequeretur, fœmininum quoque masculinum cõcipere debere. Vnde Alciatus aliam adfert rationem, quòd exemplo turpissimum sit, fœminarum appellatione masculos uenire[i]: siquidem ueteres quem mollem & effœminatũ notare uolebant, eum fœminino uocabulo irrisionis causa appellabant[k]. Sed hæc ratio in hominibus sibi locum uendicare potest, sed non in brutis, in quibus tamen masculinum solet fœmininum concipere[l]. generalior igitur est Accursij ratio, quòd sexus masculinus fœmineo dignior existat[m].

Hæc itaque regula locum sibi uendicat, in ultimis uoluntatibus, etiam in legatis[n], quamuis in illis stricta fieri soleat interpretatio[o]. Vnde etiam in statutis[p], rescriptis[q], in quibus strictè uerba accipiuntur, locum sibi uendicat regula, necnon etiam in priuilegiis[r]. Et per consequens in materia odiosa[s]. Sed hoc uerũ est in legis dispositione, in qua quia generalis est omnes personas respiciẽs[t] masculinũ semper fœmininũ cõcipit: siue fauorabilis sit[u], siue odiosa[x]: ut puta in delictis[y], quæ ut puniãtur, licet Reip. intersit[z], tamẽ quoad pœnæ impositionem sunt odiosa[&]. Vnde minor pœna

in dub

n Glo. uerbo. sponsam. l. j. C. de rapto.
o l. j. ubi Alciat. de uerb. sig.
p Bald. l. quicunq. C. de ser. fug.
q l. metum. § animaduertendum. quòd met. cau.
r l. fi. C. iur. & fact. igno.
s l. & si mulier. C. de inst. o.
t l. toties. uers. nõ tamẽ. de pollic.
u l. ij. § j. unde legi.
x l. j. §. generaliter. lega præstan.
y Gl. mag. in prin. l. si quis in tanti. C. unde ui.
z l. à filio in princ. de ali. & cib.
a l. mulier. an ad tre bel.
b l. qui iurasse. in prin. de iureiur.
c l. pen. C. qui bo. ced.
d l. uel quæ pater. §. liberis. de reli.
e l. omnes anno. C. de agri. lib. x.
f l. j. in princ. coll. det.
g d. l. si ita scripsi.
h l. maximũ. C. lib. præter.
i d. l. si ita scripsi.
k Alciat. lib. ij. Parerg. c. xlviij.
l l. q duos mulos. in prin. de leg. ij.
m Gl. d. l. si ita scriptum.
n l. seruis legatis. leg. iij.
o l. nominis. de lega. iij.
p Bart. l. iura. de legib.
q c. significauit. de rescript.
r l. j. in fi. uerb. nati iure imma.
s ca. j. in fin. de fil. presby. in vj.
t l. iura non ad. ff. de legib.
u l. j. §. j. de constit. pecu.
z d. l. j. de iure immu.
y l. si quis id q. iurisd. om. iud.
z l. ita uulneratus. ad fi. ad l. aquil.
& Bar. l. ij. § exercitũ. de his qui not. infa.

in dubio ſolet imponi. In hominũ uerò odioſa diſpoſitione, maſculum non concipit fœmininum[a]: illa ſiquidem ſtrictius interpretatur, quàm legis diſpoſitio[b]. Habet prætereà locũ ſupradicta regula, in contractibus[c]: nec refert, ꝙ in illis ſtricta fiat interpretatio[d], cùm oſtenderimus, & in ſtrictis, & in odioſis regulam locũ habere. nõ obſtat quod in cõtractibus obſcurum aduerſus proferẽtem interpretandũ[e] ſit: quoniã id obſcurum appellari non poteſt, quod ſecundũ iuris regulã intelligitur[f]. Limitatur autẽ ſupradicta regula, in materia q̃ æquè nõ cõueniret fœminis atq; maſculis[g]. Inde cùm ſtatutum propinquorũ requirit conſenſum, de mulieribus minimè intelligitur[a]. Secundò ſecundũ propriam uerborum ſignificationẽ maſculinum non poteſt fœmininũ concipere[b], niſi dictio eſſet quæ utriq; ſexui conueniret[c]. Tertiò maſculinum fœmininum non concipit, quando de contraria diſponentis uoluntate conſtaret[d], quod aut ex coniecturis apparere poteſt[e], aut cùm de utroq; ſexu expreſſè diſponitur[f], ſiue ab homine, ſiue à lege[g]: expreſſa enim diſpoſitio tacitam ſemper excludit[h].

a l.j. §. ſed & ſi incertum. de acq. in poſſ.
b Bar l.ſi pluribus. de leg. ij.
c l.ſed ſi hac. §. liberos. j. de in ius uoca.
d l.quicqd de uerbo. oblig.
e Docto. l. ueteribus. de pact.
f Decius hîc, nom. 104.
g Titu. de ſucceſſ. feud. in fine. ubi Bald.
a Bal. l.j. C. qui admitti.
b l. pronũtiatio. in prin. uerb. ſign.
c l. inter ſtuprũ. §. fi. ubi Alci. uerb. ſign.
d l. Lucius. §. quæſitum. de leg. iij.
e l.licet imperator. leg. j.
f l ſi ita ſcriptum. lib. & poſth.
g l. quiſquis. §. filijs § ad filias. C. ad le. Iul. maieſt.
h l.cùm ex filio. §. j. de uulg.

§. Item impuberes. cum multis alijs ſimilibus.

De Aetatibus.

AEtatem uarijs modis antiqui diſtinxerunt[i], ſed Iureconſulti Infantiam ad ſeptimum uſque annum uocant[k]: & Infantem eum, qui fari non poteſt[l]. Pueritia in qua impuberes conſiſtunt[m], in fœmina à ſeptimo anno uſq; ad duodecimum completum: in maſculo, uſque ad decimumquartum conſiſtit[n]. Aliquando tamen uſque ad decimumſeptimum annum durat: nemo enim poſtulare[o], uel ſeruũ ſuũ manumittere, ante illum annum, quaſi adhuc impubes ſit, poteſt[p]. Aliquãdo uſq; ad decimũoctauum annũ protrahitur pueritia, quo tẽpore plena pubertas incipere dicitur[q], & uſq; ad id tẽpus alimenta maſculo uſq; ad pubertatẽ relicta præſtãda ſunt: ſed fœminę uſq; ad decimumquartum dũtaxat[r]. Et ſi quæras, cur citius finiatur fœminæ quàm maſculi pueritia, cùm utriuſque & infantia & pubertas eodem tempore coarctetur? Reſpondebo, mulierẽ citius pubeſcere: citius ergo uictũ ſibi quærere poſſe[s], necnõ alia negotia facere, quæ puberibus permiſſa ſunt[t]: ut nubere[u], teſtari[x], ueniã ætatis impetrare[y], & ſimilia. Sed quia neq; citius fatur, neque citius ingenio, ſaltẽ maturo, ualet[z]: placuit Iureconſultis, ne citius infantiam aut pubertatẽ exiret, quę pubertas in utroque ſexu ad uiceſimumquintum uſq; annum durat[a]. cùm tamen diuerſis temporibus incipiat: his nimirum quibus pueritiam finire ſuprà diximus. Sed obſeruandum eſt, Iureconſultum dum ait, Plenam pubertatem in decimooctauo anno incipere[b]: neceſſariò inferre, aliam eſſe pleniorem, aliam pleniſſimam pubertatem[c], aliam item quæ nec plena eſt. Prima pubertas, à duodecimo anno completo, aut decimoquarto, uel decimoſeptimo, ſecundum ea quæ ſupra diximus, incipit: & dicitur ſimpliciter Pubertas[d]. Secunda eſt, quæ Plena appellatur, illa uidelicet, quæ incipit in decimonono anno[e].

i Alciatus, l. pueri. uerb. ſig.
k l. ſi infanti. l. prin. C. iur. deli.
l l.j. §. j. de admini. tuto.
m Inſti. quib. mod. tutel. fini. in prin.
n Inſtit. quib. mod. tut. in princ.
o l. j. § pueritiam. de poſtu.
p § fin. Inſtit. quib. ex cau. ma. licet.
q l. arrogato. §. nõ tantũ. de adopt.
r l. mela. in prin. de ali. & cib.
s Arg. c. fin. de deſpon. impub.
t quib. mod. tute. fin. in princ.
u Inſtit. de nupt. in princ.
x l. qua ætate teſta.
y l. ij. C. de his qui ueniam.
z l. fina. qui petant tuto.
a l.j. de mino.
b l. arrogato §. non tantũ. de adopt.
c l. ubi. in princ. de uerb. oblig.
d Inſtit. quib. mod. tutel. fini. in prin. uerb. pubertatẽ.
e d. l. arrogato. §. nec non tantum.

Tertia eſt, quam pleniorem appellamus, quæ in uiceſimoprimo anno incipit[f]. Quarta, quam placet, quia perfecta dicitur ætas[g], Pleniſſimam nominare: (licet Accurſius aliter crediderit[h]) quæ poſt uiceſimumquintum annum completur[i], quo tempore Iuuentus incipit[k], & durat quoad quis inter ſeniores numeretur[l], Numeratur autẽ in muneribus perſonalibus poſt quinquageſimũquintum annum[m], ex certa tutela, & cura, quæ licet ſint munera perſonalia[n], in his tamen nemo ſenex iudicatur, ut ab his ſe excuſare poſsit, niſi poſt ſeptuaginta annos perfectos[o], poſt quos regulariter in muneribus realibus immunitas conceditur[p]. In alijs actibus aliud tempus conſyderari ſolet[q].

ITAQVE cùm homines ex horum ætatum diuerſarum habitu uarias conditiones, perſonarumq; recipiant ſtatus[r], neceſſum fuit differen-

f Arg. l. ij C. de his qui ueni. æta.
g §. fi. Inſtit. de fidu. tutel.
h Glo. d. §. nõ tantum.
i l. j. in fin. uerſi. nã poſt. de minorib.
k d. l. j. in fi. de minorib.
l l. non aliæ. in fin. de leg. iij.
m l. iij. C. qui ætate. lib. x.
n l. j. §. ęque. de muneri b.
o l. unica. C. q ætа. ſe excuſ.
p l. iij. de iure immu.
q l. ſi pater. §. fi. de adopt.
r l. ferè in omnibus. de reg. iur.

tes circa hominum negotiationes leges statuere[t]. Vnde ætati senili multas immunitates cõcedere uoluerũt[t]: Iuuentuti uerò, quia uirilem habet uigorem[u], liberã cuiq; dederunt gerendorum negotiorũ facultatem[x]: & idcirco in istos iuuenes iura regulariter referenda sunt[y]. Alijs uerò tribus ætatibus nimirum Infantiæ, Pueritiæ, & Pubertati, multis modis leges subuenire solent[z]: quoniam fragilia sunt & infirma huiusmodi ætatum consilia[a]. De omnibus igitur pauca dicenda sunt: & primò de infante, quem certum est in ius uocari non posse[b], sed illius nomine tutores iudicium suscipere debere[c]. Possessionem item perdere non potest[d], nec in alicuius delicti pœnam incidere[e], etiam si hominem occiderit[f]: nam inuitus, quoties de illius damno agitur, fingi semper solet[f]: tametsi ex contractu illius, cuius sunt hæredes conuenire illius tutores possint[g]. Sed an in utilitatem suam negotium gerere possit? Videtur enim non posse[h], ne autore quidem tutore[i]: quia absenti æquiparatur[k]: sed ipsius infantis seruus[l], tutor, aut pater[m], negotium gerere debent. Verum aduersus ista pugnare uidetur, quòd ipsi infanti restitui hæreditas[n], beneficium conferri[o], possessio tradi possit[p]. Præterea & miles creari[q], & adoptari potest[r]. Respondendum est: Infantem quum proximus infantiæ non est, sed in ipsa est infantia, habens nimirum tres uel quatuor annos, nihil nec tutore autore agere posse[s]: quoniam cùm intellectu prorsus careat, intellectus qui non est, per tutorem suppleri non potest[t]. Hoc igitur casu seruus, tutor, pater, omnia suo nomine gerere debent, sibíque actiones directas quærunt: siquidem infans cùm nihil agat, directò nihil quærere potest[u]. Si uerò sit proximus infantiæ, non solùm tutore autore[x], sed & solus acquirere potest[y]: cùm proximo pubertati æquiparetur[z], quem certum est uel sine tutore acquirere posse[a]. Seipsum uerò obligare[b] sine tutoris autoritate, sicut nec proximus pubertati, non potest[c].

t Authẽ. de instru. cautel. in princi. uersi. non enim. cum seq.
t d. l. iij. de iure im mu.
u d. l. j. in fi. de min.
x l. in re mandata. C. mand.
y l. fi. C. ad uell.
z l. pe. & tot. tit. C. de in integ. restit. minor.
a d. l. j. in princi. de minor.
b l. iij. in princi. de in ius uoc.
c l. j. § j. de admin. tuto.
d l. quod infans. de rei uend.
e l. v. § sed & si infans. ad le. aquil.
f l. infans. ad legẽ cor. de sica.
f l. iij. de seru. urb.
g l. ij. de condict. furt.
h l. j. in princ. l. mulier quę. de uerb. oblig.
i l. in negotiis. à cõ tra. sensu. j. eo.
k l. ij. rẽ pupill. sal.
l l. si quis in eman cipatã. C. de donat.
m l. seruus. §. impubes. de bon. poss.
n l. seruo. § si pupil lo. ad trebell.
o c. ex eo. de elect. in vj.
p l. iij. C. acqui. poss.
q Barto. l. j. C. maner. & ho. lib. x.
r Leti. l. ij. de adopt.
s d. l. in negotijs. à contr. sensu.
t l. iij. in fi. de cap. di.
u l. pen. in princ. C. ad trebel. d. l. seruus. §. impubes. l. restituta. §. fin. ad trebell.
x l. quaius. §. §. in fam. de acq. poss.
y d. l. iij. C. acquir. possess.
z §. pupillus. uersi. pe. instit. de inuti. stipu.
a l. obligari. § prin. de auto. tuto.
b In ti. de auto tut.
c d. § pupillus. instit. de tutel.

Sed non, sicut solus tutor illi acquirere potest[d], ita & illum obligare solus posset[e]. Ex quibus constat, infantem, & furiosum, nõ semper æquiparari: cùm furiosus nullum negotium gerere[f], nec sibi acquirere possit[g]. Vnde lex ait, pupillum à furioso non multum distare[h], nec furiosum à pupilli conditione non multum abhorrere[i]: aliquantùm ergo distat, & abhorret, in eo uidelicet, quòd infantiæ proximus solus sibi acquirat, non furiosus. Dicitur autem proximus infantiæ ille, qui in ultimo infantiæ, aut illi proximo anno, degit[k]. Sed & si fari posset[m], aut aliquale haberet iudicium[n], uel affectum, licet non plenum[o], proximus infantiæ dici poterit. Et ita excusandus Iason est, qui uoluit, Infantiæ proximum illum dici, qui quinque aut sex annorum esset[p].

SED IAM de Impuberibus dicamus, quos hic Vlpianus ait ab omnibus officijs ciuilibus abstinere debere[q]. Sed cùm legem dubiam esse oporteat[r], cur Vlpianus hoc pro regula tradat: cùm certum sit, puberes, nedum impuberes, nimirum minores uigintiquinque annis, officium nullum suscipere posse[s]? Respondebat Bartolus, minores uigintiquinque annis officium gerere non posse, quòd bonorum administrationem annexam haberet: qualis est decurionatus[t]. Quomodo enim aliena administrare potest, cui nec propria committuntur[u]? Sed cùm uideamus, non omnes puberes officia gerere posse, nam minor decem & septem annis iudex esse non potest[x], nec aduocatus[y], melius est ut dicamus, Impuberes ab omnibus officijs abstinere debere, id est, minores uigintiquinque annis. Sicut enim puberes sunt, non solùm maiores quatuordecim annis, sed generaliter omnes maiores uigintiquinque annis[z]: ita quoque impuberes sunt generaliter, omnes illi, qui uigintiquinque annos non habent[a], tametsi propriè minores dicuntur à uiginti annis usque ad uigesimumquintum[b].

d l. j. § per curatorẽ. de acqui. poss.
e d. l. restituta. § fi.
f d. l. in negotijs.
g § furiosus. Instit. de inutil.
h d. § pupillus. Instit. de inutil.
i l. fulcinius. §. adeò. uersic. ita autẽ. quib. ex caus. in poss.
k Theoph. d. § pupillus.
m l. seruũ. rem pupill. sal.
n d. § infans. uerb. nam indicium.
o d. l. iij. C. acquir. poss.
p Ia. d. l. pomit.
q Vt hic.
r l. quod labeo. de carb. edic.
s l. ad rempubl. in prin. de minor.
t Barto. l. quidam. de re iudic.
u l. fi. C. de leg. tuto.
x l. cùm prætor. de iudic. & d. l. quidam.
y l. j. de postul.
z Instit. quib. mod. tutel. in fi. princi.
a l. pen. in princ. de cur. fur.
b l. iij. §. fi. de min.

Impu

...es igitur, id est, mino... quinque annis, ab omni... cijs abstinere debent: ea ra... quòd nullum habeant iudi... ...um[c]. Vnde infert hic Decius, nec ex principis dispensatione officia habere posse: cùm nullam in naturalibus princeps potestatem habeat[d], nisi impubes proximus pubertati esset[e], quem adhuc nonnulli affirmant nec cum dispensatione officium gerere posse: cùm lex dicat; eum nullo modo officium habere posse[a], & per consequens nec cum dispensatione[b]. Vnde dicendum est, eum qui superiorem recognoscit, dispensationem hanc concedere non posse: secus est in eo qui superiorem non agnoscit, nam ille legi derogare potest[f], consequenterq; dispensationem dare[c]. Impubes itaque, quia nullo fungi potest officio, in primis iudex esse, nec ex partium consensu[d], non posset: si minor decem & octo annis fuerit. Imò ante uicesimum ad id munus compelli non potest[e], post uerò secus[f], licet restituatur cùm ante uigesimum quintum annum compulsum fuit[g].

SECVNDO: Minor decem, & septem annis postulare non potest[h], imò nec ante uicesimum quintum annum procurator esse[i], adeò ut uel post litem reijci possit[k]. Quoniam maius in procuratore, quàm in patrono consistit periculum: cùm in procuratorem fiat executio[l], aduocatus uerò non nisi ex fraudulento tenetur consilio[m]. Vnde suo nomine, quia subiret periculum, patrocinari non posset[n]: alia enim est ratio in negotio alieno, cùm sibi imputare debeat qui illum patronum elegit[o]. Aliquando tamen minor uiginti quinque annis procurator esse potest, nimirum pro patre[p], aut etiam pro consanguineis, etiam transuersis[q]. Absentes quoque criminosos defendere potest[r], aut saltem cuiuscunque absentis causas allegare[s]. Similiter si se aduersus læsionem in integrum restitutionem non impetraturum iurauerit, quia iuramenti causa maioris loco habetur[t], procurator esse poterit[u]: sed illum iudex, quoniam seipsum lædit, repellere potest[x]. In negotio item extraiudiciali, omnis tanquàm procurator admittitur, qui septemdecim annos habet[y]. Minor tamen uigintiquinque annis seruum suum, ideo ut procurator sit extraiudicialis, manumittere non potest: nisi seruus decem & septem annis maior esset[z].

TERTIO: Minor uigintiquinque annis tutor esse prohibetur[a]: nec si datus fuerit tutor, aliqua excusatione est opus, cùm ipso iure nulla sit datio[b].

QVARTO: Nullus ante uicesimum quintum ann. cœptum ad reipubli. administrationem admittitur[c]; & si creetur, ipso iure etiã sine prouocatione nulla est nominatio[d]. Et maximè si impubes esset, qui, quamuis penuriæ hominum necessitas id expostularet, ad honores non admittitur[e]; nec ex consensu patris, qui quamuis consenserit, ut filius infans Decurio creetur, non tamen tenetur[f]. At contrà, qui puberes sunt, licet sint minores uigintiquinque annis, ex causa ad honores admitti solent[g]. Veluti si ciuium inopia esset[h], aut consuetudo iuri communi contraria[i], aut si minor liberos haberet; quot enim liberos, tot anni præter ætatem illi imputantur[k]. Sed etsi dignitas sine administratione esset, illa minori conferri potest[l]. Vnde uidemus, impuberem militem creari posse[m], & feudum habere[n], necnon etiam canonicatum[o]: non tamen aliud beneficium[p], maximè quod regulare sit, & curatum[q]. Cæterùm ex eo quòd minor dignitatem sine administratione habere potest, infert hic Decius, minori officium sub conditione, quod illius exercitium post pubertatẽ exerceat, concedi posse[r]. Vnde dicitur, Minorem tutorem[s], uel iudicem datum[t], cùm uigintiquinque annorum erit tutorem esse: nec lex distinguit, an sub conditione, an purè datus sit[u]. Quoniam concessio simpliciter facta, in tempus habile differri debet[x]: nisi per huiusmodi dilationem

...turalia. ...le iure na-
c l. si quæramus. nu. 6. in fin. de testa.
a l. fin. in fi. C. testa. mili.
b Glo. uerb. concedat. clem. ij. de æta. & qual.
f Gl. uerb. rescripti. l. j. C. nat. lib.
c d. l. fin. in princ. uerb. antiquis legibus permittebatur.
d ca. cũ uicesimũ. offic. deleg.
e l. cùm lege. de arb. in princ.
f l. si. § iudicandi. de minor.
g l. cũ lege. §. fi. de arb.
h l. j. § pueritiam de postul.
i ca. qui generaliter. in fi. de procur. in 6.
k l. non idcirco. §. fi. de iudic.
l l. Paulus. de procur.
m Bart. arg. l. ij. in fin. mand.
n l. j. & ij. C. q. leg. pers.
o l. cũ mandato. in fi. de minor.
p l. exigendi. C. de procur.
q l. petitionẽ. uers. excedentem. C. de aduo. diuers. iudicio.
r l. non tantum. de appell.
s l. seruum. § publicè. de procurat.
t aut. sacramenta. C. si aduers. uẽd.
u l. seruum. § publicè. de procurat.
x Bart. l. minor. in fin. de procur.
y l. j. § cæterum. de acq. poss. ca. qui generaliter. in fi. de procur. in 6.
z l. si collactaneus. de ma. uindic.
a l. j. C. de legi. tut.
b § itẽ maior. inst. de excus. tuto.
c l. ad rempub. de minor.
d l. si pater. C. quãdo prouoc.
e l. ij. §. fin. de iure immu.
f l. Lucius. §. pro infante. ad manicip.
g l. non tantum §. neq; de decur.
h l. ij. C. qui æta. lib. 10.
i d. l. nõ tantũ. §. fi.
k l. ij. de minor.
l l. fi. C. milit. test.
m l. sed & milites. §. iam uerò. exc. tut.
n Decius hic nu. 4.
o ca. ex eo. de elec. in 6.
p ca. super inordinata de præbẽd.
q ca. cùm in cunctis § inferiora. de hæretic.
r Decius hic nu. ij.
s §. furiosus. instit. qui test. tuto.
t l. cùm furiosus. de iudic.
u l. si hæreditas. §. si furiosus. testa. tutel.
x ca. & cui prouideri de præbẽ. in 6.

aut actus ipse uitiaretur[a], aut forma ipsius actus non obseruaretur[b]: aut talis actus esset, qui dilationem nullam pateretur, sed præsens animi requireret iudicium[c]. Et hac ratione testamentum, quod quis impubes facit, nullum est, quamuis postea pubes factus decesserit[d]. Cæterùm in hoc casu aduertendum est, pupillum, qui iure hæreditario dignitatem cum administratione haberet, illam per tutorem administrare posse[a].

QVINTO non solùm ab his muneribus publicis impuberes abstinere debent, sed & à priuatis plerisque. Nam testamentum facere non possunt[b], nisi masculus decimum quartum annum cõpleuerit, fœmina duodecimum[c]. Nec refert, an ad pias causas testari uellent[d], aut si essent pubertati proximi[e], aut tribuni militum[f]. Verum cùm iure tantum ciuili impubes testamẽti factionem non habeat[g], contrario iure, ueluti statuto, habilis effici potest[h]: maximè si pubertati sit proximus. Secundò, impuberes donare non possunt[k], etiam si iudicis interueniat decretum[l], uel tutoris autoritas[m]: quibusdam exceptis casibus, ab Accursio relatis[n]. inter quos ille angit interpretes, cur patre consentiente donare causa mortis possit[o], cùm tamen nec testari[p], nec legare patris consensu posset[q]? Alciatus hanc adfert rationem, quòd donatio causa mortis præsentem habeat obligationem[r]: ex omni autem obligatione filius obnoxius efficitur[s]. At contrà in testamento & legato, quæ bonorum tantùm obuentionem inducunt, consensus patris qua accessorius, sine præsenti obligatione nullum effectum habere potuit[t]. Tertiò impubes testis esse nõ potest[u], adeò ut ipso iure, quamuis non opponatur aduersus illius testimonium, nullum esse dicatur[x]: nec etiam, si Decio credamus, in aliorum defectum recipiendum sit[y]. Qua in re tamen subsisto, quoniã cùm ueritas aliter haberi non potest, illa quocunque modo etiam à seruis[z] est disquirenda[a]. Sed hæc uera sunt in testamento[b]: In alijs uerò ci-

a l. ij. in princ. de excu. tuto.
b ca. si eo. de rescr. in 6.
c l. iiij. in fi. de ser. export.
d §. præterea. inst. quib. non est permiss.
a cap. ij. cum glo. ij. de supl. neg. prælat. in 6.
b §. præterea. inst. quib. non est permiss.
c l. qua ætate de testa.
d Barto. l. j. nu 18. ij quæst. j. partis. in princ. C. sacrosanc.
e d. l. qua ætate.
f l. fi. C. testa. mil.
g d. l. qua ætate. in fin.
h Bart. l. si quæramus. nu. 6. testa.
k l. j. in fi. princ. de tutel. & rat.
l l. fi. uers. cũ autẽ. C. si maior fact.
m l. tuto ad utilitatem. de ad. tut.
n Glo. d. l. tutor ad utilitatem.
o l. tam 15. de do. causa mort. §. j.
p Instit. quib. non est permiss. fa. test. in prin.
q l. ij. de leg. j.
r Alciat. l. licet. C. de pact.
s l. filius. fam. ij. de act. & obli.
t not. l. quę legata. cum seq. in fi.
u l. iij. §. lege. de testib.
x Aug. arg. §. hæc autẽ mania. aut. de testib.
y Arg. l. ij §. impuberes. de iure im mu.
z l. j. uers. fi. à cõtra. leni. C. de q̃stio.
a l. si enim. in prin. si iurs caut.
b §. testes. insti. de testa.

uilibus negotijs solus pu[illegible] esse prohibetur: hoc est, ille est, qui in patris potestate non ita ipse interpretor, ne lex su[illegible] in testamento impuberis rejciat testimonium. Nam si in omni casu reijciendum esset, cur lex de testamento specialem fecisset mentionem? Nisi fortasse dixeris, idcirco fecisse, ne pubes quidẽ factus de testamento cùm impubes erat facto testimonium dicere posse. Nam in alijs, de his quæ uidit tempore quo non multum à pubertate aberat, testis esse potest[e]. Nec obstat, quod hic obijcit Decius in fine, pupillum maiorem factum pro contractu in pueritia celebrato non teneri[f]: quoniam in contractibus contractus tempus consideratur[g]. Sed in teste alia est ratio, cuius testimonium: quia per temporis interuallum maiorem fidem habet, non est reijciẽdum[h]: secus si minorem haberet fidem[i]. Existimat tamen Accursius[k], in negotio in quo certus testium requiritur numerus, ipsius actus tempore habiles esse oportere[l]. Ex quo uides, interpretationem nostram, quam suprà fecimus de impuberibus testimonio in testamento facto, ueram esse. In criminali uerò causa etiam pubes, si minor sit uiginti annis, testimonium ferre non potest[m]: nisi in crimine læsæ maiestatis, in quo etiam minor quatuordecim annis testis esse potest[n].

Quartò: Impubes accusare non potest[o], adeò ut instrumentum contra se productum falsum dicere nequiret[p], nisi parentum mortem ex tutorum consilio exequeretur[q]. Sed & adultus tutore autore in propriæ iniuriæ accusatione non repellitur[r]. Tutores uerò, uel curatores, instrumentum contra pupillum productum, proprio[s] uel pupilli[t], non infantis[u] nomine, falsum dicere possunt. Tutoris siquidem præcipuum est officiũ, ne pupillum indefensum relinquat[x]. Impubes itaq; sicut accusare non potest, ita neq; accusari[y]: etiam si conscius fuerit[z]: dum tamen talis conscientia ex consilij Innocentia proueniat[a], quo casu aduersus tale delictum restituitur[b].

Si uerò

e l. excipiuntur. §. j. ad sylla.
f l. j. §. fin. commoda.
g l. quæ legata. cũ seq. j.
h l. rationẽ. §. instrumẽtorum. de uerb. sign.
i l. iij. §. hoc enim diligẽtissimè. de carb. edic.
k d. l. iij. § lege. de testib.
l Arg. §. sed cũ de testa. inst. à cõtr. sensu.
m l. in testimoniũ. de testib.
n l. de minore in prin. de quæstio.
o l. qui accusare. de accusat.
p Gl. l. ij. C. de his qui accus.
q l. ij §. fin. de accusat.
r l. clarum. C. auct. præst.
s d. l. ij.
t l. tutorẽ. in prin. de his quib. ut in dig.
u l. j. §. j de admin. tuto.
x l. tutoris præcipuũ. de ad. tuto.
y l. impuberem. in prin. de falc.
z l. j. § impuberes. C. de fal. mo.
a l. infans. ad Leor. de sica.
b l. j. C. si aduers. delic.

Si uerò doli[c], aut culpæ, ſeu iniuriæ faciendæ capax eſſet, obnoxius eſſet[a]; ſiue in delicto, ſiue in contractu dolum adhibuerit[b]. Doli uerò ſeu culpæ capacem eum referunt leges, qui proximus pubertati fuerit[c]. Sed proximũ pubertati Accurſius illum appellat, qui decem annos cum dimidio habet, ubi maſculus eſt; uel nouem & dimidium, ſi fœmina[d]. Salycetus uerò (quem hic ſequitur Decius) hoc, cùm iure determinatum non ſit, arbitrio iudicis relinquendum exiſtimauit[e]. Sed ego neutrius opinionem ſequor, cumq; puto prope pubertatem eſſe, cui ſemeſtre tantùm tempus ad pubertatem reliquum fuerit[f]. Nam prope finem, ut plurimum in iure dicitur, quoties ſex duntaxat ſuperſunt menſes[g]. Proximum uerò pubertati ita interpretari debere ueriſimile eſt, quemadmodum iureconſulti Proximum infantiæ, & proximum ætati prætextatæ expoſuerunt. Dicitur autem Prætextata ætas puerilis, uſq; ad decimum ſextum annum cõpletum[h]: & proximus illi ætati is eſt, qui nunc puberem ætatem ingreſſus eſt[i]. Sic proximus infantiæ appellatur, qui ultimo infantiæ, aut illi proximo anno degit[k]. Sic puto Proximum pubertati eſſe maſculum, qui in decimo quarto, uel decimo quinto degit anno: & fœminam, quæ in duodecimo uel decimo tertio. & hæc ſignificationi proximi conueniunt, qui dicitur is, quem nemo antecedit[l]. Proximus igitur pubertati qui dolum commiſit, non excuſatur: mitiore tamen pœna puniendus eſt[m], quoniam in pœnalibus iudicijs ætati & imprudentiæ ſuccurritur[o]. adeò ut aliquando remittatur[p], ſicut & ætati ſenili cui frequẽter ignoſcitur[q].

VLTIMO dubitatur de poteſtate, quam in contractibus impubes habet: & cùm certum ſit pupillum ſine tutore meliorem ſuam conditionem facere poſſe[r], ſtipulari poteſt[s], donationẽ accipere[t], uel acceptilationem[u], iurare[x], paciſci de non petendo à ſe[y], & alia ſine tutore in cõmodum ſuum facere[z]. Ecõtrà uerò deteriorem ſuam conditionem facere tutore nullo autore minimè poſſunt[a]. Vnde in contractibus hincinde obligationem habentibus contrahens impuberi obligatur, ſed non impubes contrahenti[b]: cùm rerum ſuarum adminiſtrationem ſolus non habeat[c]. Imò ne patre quidem autore obligari poſſet[d]. Licet tutore autore obligetur[e]: quia ex ſua autoritate, ſi rectè non fuerit interpoſita, tenetur: quod in patre ſecus[f] eſt. Non poteſt igitur impubes mutuare[g], ſoluere[h], iuramentum deferre[i], confiteri[k], debitum accipere[l]. Neque obſtat, ſi quis dixerit, ueritatem ibi locum habere poſſe, ubi & fictio[m]: Vnde ſicut pupillo ficta ſolutio, nempe acceptilatio ſine tutore fieri poteſt[n], Idem in uera uidetur dicendum. Sed reſpondendum eſt, ſolutionem ueram maius periculum habere, ob debitum quod pupillo traditur. Vnde uidemus, quòd ſolus hæreditatem adire non poteſt, licet opulenta ſit, ob periculum quod illi imminet[o]. Præterea cùm hîc pupillus deteriorem ſuam conditionem facere non poteſt, Infero, illum ne naturaliter quidem obligari poſſe[p]: adeò ut id quod ſoluerit repetere non prohibeatur[q]: per conſequens nec naturaliter eſt obligatus[r]. At contrà, Imò uidetur quod nõ repetat[s], ſed per ſolutionem dicitur à naturali obligatione liberatus[t]. Sic iuſiurandum, quod pupillus ſe nihil debere præſtitit, illum à naturali obligatione liberat[u]. Vnde ſequitur, illum ex ſua promiſſione naturaliter fuiſſe obligatum[x]. His difficultatibus reſpõdit Bartolus: Infantem, infantis'ue proximum, quia nec uelle nec nolle habeat[y], naturaliter non obligari[z]. Quæ opinio per ſe uera eſt[a], ſed quoad leges contrarias diuinat[b]. Si uerò pupillus (inquit) idem pubertati proximus fuerit, ſi tutori promiſerit, nec ciuiliter, nec naturaliter obligari[c]. Si alijs ſaltem ex naturali obligatione tenetur[d], & ſi minimè locupletior factus ſit[e]. Nam ſi locupletior factus eſſet, naturaliter ſimul & ciuiliter obligatus eſſet[a], quia actione ſaltem utili ex ſuo contractu tenetur[b]. Sed hæc Bartoli ſententia legi repugnare uidetur, dicenti, Pupillum locupletiorem

c l. impuberem. de furt.
a d. l. impuberẽ ei. l. v. § ſed & ſi. ad leg. aquil.
b l. ſi ex cauſa. §. nunc uidendum. de mino.
c l. pupillum. in fi.
d gloſ. uerb. infanti. §. pupillus. inſt. de inuti. ſtip.
e argu. l. j. in fi. de iure delib.
f l. non tantum. in princ. de excuſa. tuto.
g l. oroperandũ. §. & ſi qdẽ. in prin. C. de iudic.
h Bal. in ann. Ferra. inſti. de inia.
i l. iij. in fi. de lib. exhib.
k Theoph. inſti. de inutil. §. pupill[o].
l l. proximus. de uerb. ſign.
m l. auxilium. §. in delictis. de min.
o l. ferè in pœnali. in fin.
p l. ſi adulterium. §. fratres adult.
q l. ſi quis in graui. §. ignoſcitur. ad ſylla.
r Inſtit. de auto. tuto. l. prin. uerſi. neq;
s obligari. in prin. aut. tuto.
t § at ex cõtrario. inſtit. quib. alie.
u l. ij. de acceptil.
x l. qui iuraſſe. in prin. de iureiur.
y Leonera regulas. de pact.
z l. pupillus. acqui. rerum do.

a d. l. cõtra. com ſi.
b inſtit. de aut. tuto. in prin.
c l. iuſiurandũ. §. § j. iureiur.
d l. ſi § j. de uer. ob.
e Inſtit. de aut. tut. in prin.
f Gloſ. d. l. ſi. § j.
g l. in 3 ofi. § ſi pupillus. ſi cert. pet.
h l. quod ſi forte. in fi. de ſolut.
i l. j. § j. quar. rer. ac.
k l. certum § fin. de confeſ.
l l. pupillo. de ſol.
m l. j. §. qui ad certum. locati.
n d. l. ij. de accept.
o Inſtit. de aut. tut. in princip.
p l. pupillus. de ac. & oblig.
q l. quod pupillus. de condi. inde.
r l. naturaliter. in prin. de cõd. ind.
s l. ſi ei[s]. in fi prin. ad trebell.
t l. cum illi § hæres. quand. da. leg.
u l. ſi. in prin. de iureiuran.
x l ſi. in ſi. de noua.
y l. pupillus nec uelle. j. eod.
z d. l. pupillus. de actio.
a l. ſeruo. §. ſi pupillo ad trebel.
b d. l. pupillus. de act. d. l. quod pupillus.
c l. pupillus. de auto. tuto.
d l. j. de nouat. l. in numerationibus. uerſ. j de ſolut.
e l. ſi pupillus. in fi. prin. uerb. repudiato. ad l. falcid.
a gloſ. mag. in fin. d. l. j. de nouat.
b l. iij. in prin. com mod.

rem factum naturaliter obligari[c]. Hocq; accidens, quòd quis locupletior fiat, iure tantùm naturali considerari uidetur[d]; cùm plerisq; in casibus Ius ciuile id non obseruet[e]. Sed si (inquit idem pacto) tutore autore pupillus promiserit, Vtroq; modo, & naturalis, & ciuiliter obligari: restitui tamen[f] poterit, uel etiam neutro iure ob noxius est, si res esset cuius alienatio: citra decretum interdiceretur[h]; & hoc in casu Bartoli sequor sententiam. Sed si (inquit ipse) in adulto loquamur, In eo idem ut in pupillo est dicendum si curatorē habuerit[i]: si nō habeat, omni iure quidē obligatus est, sed restituitur[k]. Nec obstat (inquit) quòd adultus prodigo æquiparetur[l], cui omnis ablata est potestas[m]; nam hoc quoad ciuilem obligationem est intelligendum[n]. Ex supradictis itaq; in professo est, interpretum traditionē perfectam nō esse. Et quia articulus controuersi est Iuris, sciendū est, naturalem obligationem uel ob exactionē, uel ob retentionem cōsiderari[o]. Quoad exactionē attinet, quia illa iure Romano fieri solet[p], secūdum quod pupillus cōueniri non potest[q], nec naturaliter pupillus dicitur obligatus[r]; de qua naturali exactione, nimirum de mutuo exigendo, lex loquitur[s]. Et si dixeris, naturalem obligationē exactionem non continere, hoc uerum non est plerisq; in casibus[t]: in his purà, quibus pactū nudum actionem producit[u]. Vnde uidemus, pupillū ex eo cōstituere nō posse, quòd constitutū exactionē importet[x]. Et si obijcias, quòd nouare possit[y]; Respondebo, pupilli nouationem exactionis effectū nō habere[z]. si iterū dicas, pupillari obligationi fideiussorem etiā exactionis respectu accedere posse[a], Respōdebo, Nos hîc loqui nō de alterius, sed pupilli exactione. Et si replicaueris, fideiussoriā obligationē subsistere quoad exactionē attinet. si à principali nulla fieri exactio possit[b]. Dicā, sufficere principalem obligationem, ut quoad retentionē ualeat, & fideiussor quoad exactionē teneatur[c]. Huius autē retētionis respectu fateor pupillū naturaliter esse obligatum[d]: quoniā eo, quæ meri facti sunt, pupil-

c d. l. pupillus. in fi. prin. de aut. tut.
d l. iure naturæ. in fin.
e l. naturaliter. §. fi. cum l. seq. & gl. de condi. inde.
f l. impuberes. cum gl. auto. tuto.
h l. si ad resoluendū. C. præd. min.
i l. si curatorem. C. de restit. mino.
k l. puberes. cū glo. uerb. oblig.
l d. l. si curatorem.
m l. oēs cui. de uerbo. obliga.
n Bart. d. l. j. in fin. de nouat.
o l. fideiussori. §. fideiussor. de fideiuss.
p Instit. de oblig. in princ. uerb. secundum.
q l. more. in princ. de acq. hæred.
r d. l. pupillus. cū fi. de act. & oblig.
s d. l. pupillus. de actio.
t d. § fideiussor.
u docto. l. in bonæ fidei. C. de pact.
x l. j. §. de peculio. de constit. pecu.
y d. l. j. de nouat.
z §. præterea. insti. qui. mo. tol. obl.
a l. si pupillus. de uerb. oblig.
b §. si plures. instit. de fideiuss.
c l. fideiussor. obligari. §. fideiussor. in princ. cum uers. seq. ff. de fideiuss. & l. quod enim. eo tit.
d d. l. si pupillus. ad l. falcid. cum fi.

lus etiam perdendo explicare potest[e]. Vnde cōditionē, quæ in facto cōsistit[f] sine tutore uel adimplere, uel impedire potest[g]; & adiectus in cōtractu (adiectio quippe facti est[h]) solutionē recipere[i]. Sic cōtra pupillum indefensum fit in possessionē missio[k], siue tutores habeat, siue non habeat[l]. quia missio illa facti est[m]. Aliud in sentētia, quę qm̄ ius cōtinet, aduersus minorē indefensum lata nulla est[n]. Sic retentio, quoniā facti est, ut plurimū pupillo nocere solet[o]: sed non semper. Traditio enim, ex qua retentio nascitur, aliquādo ius[p], aliquādo nudā tantū apprehēsionē transfert[q] pupillus huius apprehensionis respectu tradēdo sibi præiudicat, cū corporalē perdat possessionem[r], quæ nullos ciuiles effectus, sed retētionis, & recuperationis iura producit[s]. At cōtrà, eo casu, quo traditio iuris continet trāslationē, pupillus tradendo sibi nō præiudicat: ut in naturali possessione patet[t], quā certū est ciuiles usucapiones & fructuū habere effectus[u]. Attamē si is, cui pupillus tradidit, nō de lucro, sed dāno uitādo certaret: ut si mutuā pecuniā dedit, in ea à pupillo reddita ius retinēdi habet[x]: quāuis illā exigere nō potuisset[y]. Diuersum est, si pupillus ex ꝓmissione quā fecerat rē tradidisset: tūc em̄ cùm de lucro eius cui traditio facta est agatur, ille ob ætatē pupilli promissionē nec exigendi, nec retinēdi ius habet[z]: qm̄, ut dixi, pupillus quoad exactionem, nec natura obligatus est, nec etiā quoad retentionē, ubi illa iuris trāslationem cōtinet[a]: nisi tūc cùm de dāno ageretur. Sed dices, Promissioni igitur pupillari, si nec retentionis respectu efficax sit, quomodo fideiussor accedere potest[b]? Respondeo, Fideiussorem ei obligationi, quæ futura aliqua esse potest, accedere posse[c]. qualis est pupillaris illa promissio, quæ in futurum tutore uidelicet autore repetita efficax esse potest[d]. sicut ex eo casu quo ex ea promissionis pupillus factus est locupletior[a]: nam tunc siue cum tutore[b], siue cum alio contraxerit[c], ex causa cōmodati[d], depositi[e], negotiorum gestorum[f], ubi alius gratis gesturus non erat[g], institoria[h],

aliis

e l. possessionē. de acq. poss.
f l. qui hæredi. in princ. de cond. & de.
g l. quod dicitur. ij. de uerb. oblig.
h l. est qui. § q sibi. de uerb. oblig.
i l. stichū § si usumfructū. de solut.
k l. iij §. fi. quib. ex caus. in poss.
l l. v. eod. titu.
m l. iij. §. fin. in fi. de acquir. poss.
n l. contra pupillū. de re iudic.
o d. l. si pupillus. ad l. falc.
p l. traditionibus. C. de pact.
q l. nunquam. ff. de acquir. rer. dom.
r l. possessionem pup. de acq. poss.
s Bart. l. j. num. 10. ff. de acqu. poss.
t l. pupillus. ff. de acquir. rer. do.
u Bart. d. l. j. de acquir. poss.
x l. fin. in princ. de iureiur.
y l. pupillus. ff. de act. & oblig.
z l. interdum. de cond. indeb.
a d. l. pupillus.
b d. l. si pupillus. ff. de uerb. oblig.
c l. quemadmodū. ff. de iudic. cū fi.
d l. hoc iure. §. si quis seruo. ff. de donat.
a d. l. naturaliter §. fin.
b d. l. v. de act. tut.
c d. l. v §. j.
d l. iij. in prin. commod.
a l. j §. an in pupillum. depo.
f l. iij. §. pupillus. de neg. gest.
g l. ij C. neg. gest.
h l. sed etsi quis. §. si cum iij. ll. seq. de instito.

alijs'ue similibus, quatenus tempore quo agitur factus est locupletior[i], tenetur, non tamen naturaliter simul & ciuiliter, ut existimauit Bartolus, sed naturaliter tantùm[k]: quod patet, cùm tunc utili duntaxat actione obligatus sit[l]. Nam directa teneretur, si utroq; iure obligatus esset. Et si dixeris, Naturalem tantùm obligationem utilem illam actionem parere nõ posse[m]: hoc falsum esse multis in casibus suprà docuimus[n]. Aliquando tamẽ utroq; iure pupillus obligatus est[o], uidelicet si ex re actio ueniat[p]: quod intelligendum est, non ex re illius, qui cum pupillo contrahit, tunc enim mutuũ est, uel depositum[a]: sed ex re pupilli propter aliquid, quod in rem ipsius fuerit expensum[b]. Possumus etiã interpretari pupillum ex re obligari, id est, ex maleficio[c]: nã supra diximus, illũ doli capacem esse, si proximus pubertati fuerit[d], adeò ut de dolo in cõtractu commisso teneatur[e], non quidẽ actione ex cõtractu, sed ad exhibendũ, ut res uendicetur[f]: qua exhibita, ubi dolus apparebit, ex dolo suo obnoxius est[g]. Quãdoq; itẽ ualet contractus pupilli, tutoris autoritatẽ nõ habentis, quando uidelicet res, quã pupillus dedit, est consumpta; cõsumptione enim recõciliatur contractus, aut solutio[h], nimirum quòd id operetur consumptio, quod dominij translatio[i]. Cõsumpta autem dicitur res, si non extat[k], aut discerni nõ potest[l]: secus autẽ si alij tantũ tradita fuerit[m]. Hæcq; uera sunt, si bona fide facta fuerit cõsumptio: ut cũ putamus pupillum puberẽ esse[n], alioquin cõsumptio mala fide facta actionẽ ad exhibendũ parit[o], etiã si casu res perdita fuerit[p]: quoniã res eius culpa, qui in mala fide est, perijsse creditur[q].

SVPEREST, ut de tertia ætate, Pubertate uidelicet, dicamus: de qua quoniã multa iam supra diximus, hic tantũ addendũ erit, quòd minoribus uiginti quinq; annis, si læsi fuerint, cõpetit in integrũ restitutio: siue patresfa. fuerint, siue filijfa.[r] siue cõtractũ aliquid fuerit, siue quid actũ[s]: modò cũ illis, aut illorum tutoribus id actũ sit[t], & in minoris utilitatẽ, petatur restitutio[u]. Nec refert, an contrahẽtis calliditate, an sui facilitate minor læsus fuerit[x]. Nõ datur tamẽ hæc restitutio, nisi cum causæ cognitione[y]: & sic aduersario citato[z], & cognita causa, ob quam petitur restitutio. Nam si aliam actionem habeat[a], uel si sit ipso iure tutus[b], uel si deceperit[c], aut deliquerit[d], aut se contractui statutum iurauerit[e], denegatur restitutio. Quæ omnia fusius ex Pandectarum libris integris sunt accipienda.

i l. in pupillo. de solut.
k d. l. pupillus. in fi. de act. tuto.
l l. iij. commod.
m l. iurisgentiũ. §. sed cum nulla. de pact.
n d. l. fideiussor. §. fideiussor.
o l. j. cũ gl. uerb. ciuiliter. ff. de contra. & util. act.
p l. furiosus. i. de act. & oblig.
a toto. instit. quib. mod. re.
b l. antep. §. deniq; condi.
c l. iiij. in princ. de act. & oblig.
d l. pupillus. j.
e d. l. j. §. an in pupillum. depos.
f l. j. in fi. cum l. seq. commod.
g l. si ex causa. §. nunc uidendum. de minor.
h l. non omnis. § si pupillus. si cert. peta.
i l. si filiusfa. si cer. peta.
k § fin. instit. quib. alie. licet.
l l. si alieni. de sol.
m d. § si pupillus. uers. quapropter.
n l. obligari. § pupillus ex omnibus. de act. tut. l. ij. §. si à pupillo pro empto.
o §. nunc admonẽdi. instit. qb. alie.
p l. de eo §. si post. ad exhib.
q l. qp ie. si cer. pet.
r l. iiij. §. sed utrum. de minor.
s l. ait prætor. in princ. de minor.
t l. etiã. C. si tutor uel curat.
u l. cũ mandato. cũ seq. in princ. de minor.
x l. qp si minor. §. j. de minor.
y l. in causæ. j. & ij. in prin. de mino.
z d. l. in causæ. j §. causa.
a d. l. in causæ. ij. per tot.
b tot. titu. in quib. caus. in integr. rest. C.
c titu. si minor se maio. C.
d l. auxiliũ. § in delictis. de minor.
e auth. sacramenta. C. si aduer. uend.

IN LEGEM III. IIII. V. cum multis aliis.

De Voluntario, & Inuoluntario.

VOluntas, à Consensu in eo differt, quòd illa unius sit[a], hic plurium[b], libereq; semper proueniens[c]: cùm Voluntarium duplex sit, Liberum[d], & Coactum[e]. Sicut & ex cõtrario, Inuoluntarium quoq; est duplex, Violentum[f], & Erroneum[g]. De omnibus itaq; dicendum est.

IN PRIMIS igitur scire oportet Voluntarium illud, quod sponte propria proficiscitur, ueram & certam desiderare scientiam[h]. Voluntarium enim est, cuius principium est in agente, singula quæ agit sciente[i]. Exempla proponunt Interpretes[k] in contractibus[l], in delictis[m], in testamentis[n]. Tametsi in delictis (inquiunt) non semper scientia requiratur[o], cùm etiam ignorantes delinquere possimus[p]. Similiter in cõtractibus pupillum aiunt sine scientia acquirere posse[q]. Sed hæc exempla Voluntario, de quo agimus, non satis conuenire arbitror. Licet enim omnes contractus consensum desiderent[r], solo tamen consensu quatuor tantum contractus perficiuntur[s]. Sic delicta, licet uoluntas distinguat[t], non tamẽ uoluntate aut consensu, sed re ipsa perficiuntur[u]. Perpetua igitur est conclusio hæc: Ea quæ sola animi destinatione aguntur, (hoc est enim Voluntarium de quo loquimur) non nisi uera & certa sciẽtia perfici posse[x]. Quoniã In sciẽtia (ut iam ex Aristotelis sententia docuimus) omnem animi destinationem impedit[y]. Non me mouet suprascriptũ de pupillo argumentum: quia sicut lex cum sine tutore

in sui

a l. j. uerb. nostræ uoluntatis. ff. de testamen.
b l. j §. conuentionis. ff. de pact.
c l. nihil consensui. j. eo. princ.
d l. rem legatam ff. de adimend. leg.
e l. si mulier. §. pe. ff. qp met. causa.
f l. ij. ff. de eo quod met. caus.
g d. l. nihil consensui. §. fin.
h l. in totũ omnia. j. eo.
i Arist. ethico. iij. cap. j.
k Doct. d. l. in totum.
l l. in cõmodato. §. sicut. ff. cõmod.
m l. j. C. ad leg. cornel. de sica.
n l. j. l. de statu. ff. de testam.
o l. scientiam. §. pe. ff. ad l. aquil.
p l. j. ff. de legib.
q l. iij. C. de acquir. possess.
r l. j. §. adeò. ff. de pact.
s l. ij. i. de act. & oblig.
t d. l. j. C. ad l. cornel.
u l. iiij. in prin. i. de act. & oblig.
x d. l. in totum.
y l. ad probationem. C. locati.

in sui praeiudicium nihil scire[a], ita in sui utilitatem animum habere fingit[b]: Verè tamen neque scire, neque discernere potest[c], nisi cùm pubertati proximus est[d], ut suprà in capite de Aetatibus declarauimus. Sed hîc instabit aliquis, si neque contractus, neque delicta animi destinatione agantur, quae sunt negotia, quae animo geruntur: Respõdebimus, esse emptionẽ, locationem, societatem, mandatum[e], nuptias[f], testamentum saltem nuncupatiuum[a], donationem[b], haereditatis aditionem[c], iurisdictionis prorogationem[d], & similia. Caeterùm ubi in negotio aliquo huiusmodi certa interuenit scientia, error amplius allegari non potest[d], nisi manifestis argumentis error facti demonstraret[e]. Licet enim uerba illa, Ex certa scientia, in dubio, & omnem tollere dubitationem, & plenam potestatem, potissimum in principe, ostendere uideãdur[f]: ad ea tamen quae principem ignorasse quis doceret, minimè extenduntur[g]. Habet praetereà certa illa scientia consensui iuncta alium effectum, quod nemo scientem & consentientem fraudare uideatur[h]: non enim teneor si tibi scienti rem seruituti obnoxiam pro libera uendiderim[i]. Imò nec uolenti iniuria[k], aut dolus dicitur[l], modò dolosa non sit[m], aut in legis fraudem persuasio[n], nam illa plectitur perinde ac corporalis iniuria, quae, ob id quòd membrorũ suorum nemo dominus sit[o], remitti uoluntate nulla potest[p]. Sed etsi tale delictum sit, quod publicam expostulet ultionem, per priuatorum pactum non remittitur: qualis est raptus[q]. Secus autem si furtum esset, aut conuitium: pacto enim haec remitti possunt[r]. In dubio tamen cùm aliquid simpliciter remittitur, intelligendum est, dum magna absit iniquitas[s]: quod de arbitratore latè Dynus disputauit[t].

POSTREMO sciendum est in hoc Voluntario & uoluntatem & noluntatẽ cõsiderari[u]: utrunque enim Voluntarij appellatione cõtinetur[x]: quẽadmodum & Facti significatio non solùm factum, sed & non factum comprehendit[y]. Voluntas itaque, & Noluntas, licet contraria sint[z], ob idque simul

a l. fin. ff. de iur. & fac. ignor. l. qui iurasse. in princ. ff. de iureiur.
b l. quamuis. §. infans. ff. de acqui. poss. cum si.
c l. pupillus si fori. ff. de acq. haere.
d l. pupillum. in fi.
e Instit. de oblig. quae ex consens.
f l. nuptias. in fin. eod.
a l. j. uerb. uoluntatis. ff. de testa.
b l. nec ignorans. C. de donat.
c l. gerit. ff. de acq. haered.
d l. j. ff. de iudic.
d Arg. auth. sed cũ testator. in princ. C. ad l. falcid.
e l. cùm de indebito. in fi. ff. de probat.
f Glo. mag. in fin. ca. ad haec. de rescript. in fin.
g Decius in fi. d. l. in totum.
h l. nemo fraudare. in fi.
i l. j. §. j. ff. de act. empt.
k l. j. §. usque adeò. ff. de iniur.
l ca. scienti. de reg. iur. in 6.
m l. j. §. persuadere. ff. de ser. corr. l. j. C. de rapt. uirg.
n Baldus. cap. j. de plus petit.
o l. liber homo. j. ff. ad l. aquil.
p Bart. l. eũ creditor. l. qui furem. ff. de furtis.
q l. qui coetu. §. qui uacantem. ff. ad l. Iul. de ui publ.
r l. iurisgentium. §. si paciscar. ff. de pact.
s Argu. l. si pater. cum si. ff. quae in fraud. cred.
t Dy. d. ca. scienti.
u ut hîc. in l. iij.
x Bald. l. quidam nu. lib. in fin. C. de iure delib.
y l. id quod nostrum. & ibi Decius. in fin.
z l. iam dubitari. uersic. huic enim haered. instit.

in codẽ subiecto consistere nequeant[a]: attamẽ quia alterum ab altero electione tantùm tollitur[b], necesse est, ut ante electionem non in utroque, sed in alterutro potestatem habeamus[c]: quod quatuor modis declarari potest. Primo: quòd ille, qui potest uelle, potest & nolle[d]. Vnde traditur, eũ qui actionem dare potest, denegare posse. l. qui uetãte. §. fi. inf. eo, eumque qui condemnare potest, absoluere[e] posse: & econtrà, absoluere non posse, si condemnare nequeat: quod de generali potentia est intelligendum. nam eiusdem personae respectu qui damnari debet, iustè absolui non potest[f]. Saepe tamen quis absoluere potest, qui damnare non posset: ut cùm quis ex personae priuilegio condemnare non potest[g]: ueluti est laicus iudex, qui ab ecclesiastico delicto clericum, quem condemnare non poterat, absoluere potest[h]. Imò quia cõdemnatione fauorabilior est absolutio[i], in materia correctoria plerique tradunt[k] eum cui condemnandi ablata fuerit potestas, nihilominus absoluere posse[l]. Neque obstat rei priuilegium quod ad actorem extẽditur[m]: hoc enim fit, ubi diuersa non est ratio[n]. Rursum ex eo quòd quis uelle, & nolle potest, traditur eum adimere posse, qui instituere, uel legare potest[o]: modò diminuta illius non sit potestas[p]. Eum item repudiare posse, qui acquirere potest[q]: excepto tutore, qui pupilli nomine adire potest, non tamen repudiare[r]: ea ratione, quia non tantùm potest, sed & debet tutor pupillo acquirere[s]. Et haec de primo modo.

Secundò declaratur quod supradixi negatiuè, ut qui uelle nõ possit, nec nolle quoque possit[t]. Quoniam noluntas priuationem importat[u]: priuatio autem praesupponit habitum[x], Nolle igitur nemo posset, qui uolũtatis non habuit habitum[y]. Sicut dicimus, eum rem, nisi largè[z], non amittere, cuius propria nõ fuit[a]: neque eum desijsse habere, qui nunquam habuit[b]: neque dolo fecit, quominus haberet[c]. Sed quia diximus, neminem nolle posse, qui non possit uelle: sciendum est, nos uelle nõ posse neque in alienis[d], potissimum publicis[e]: neque in naturalibus[f], uel his quae

a l. j. cum glo. mag. C. de furt.
b l. sicut C. de act. & oblig.
c d. l. j. cum si.
d ut hîc in l. iij.
e l. iij. ff. de re iud. l. nemo qui condemnare. in fin.
f Glo. d. l. iij. ff. de re iudic.
g l. j. C. ubi senat. uel clariss.
h §. illud palam as rens. ut cler. apud propr.
i l. Arrianus. ff. de act. & oblig.
k Glo. uerb. contra cos. cle. j. de haeretic.
l Iason. d. l. iij.
m l. si C. de fruc. & lit. expen.
n Glo. fi. in l. si. C. de rescind. uen.
o l. iij. §. condum. de adi. leg. l. datum. C. de lega.
p l. fin. ff. de usucapt.
q l. is potest. ff. de acq. haered.
r l. tutor. ff. de bo. poss. à teste.
s l. ob haec. ff. de administr. tuto. cum si.
t l. iij. ff. de acqui. haered.
u l. fideicõmissa. § sic fideicommissum. in princ. de legat. iij.
x l. decem. ff. de uerbor. oblig.
y l. pater seuerinã. ff. de cond. & demõstr. in fi. prin.
z l. si seruum. ff. ad leg. aquil.
a l. non uidetur ee amittere. in fi. eo.
b l. non potest uideri desijsse. j. eo.
c l. j. §. iane qibonis. ff. si q. omi. causa.
d l. nemo alieno j. eo. l. culpa. cũ si.
e l. nec ex praetorio. j. eo.
f l. iura sanguinis j.

quæ aliâs impoſsibilia ſunt[g]; nec etiã in noſtris, niſi purè noſtra eſſent[h]. Vnde hæreditatem ſub conditione relictam nolle habere non poſſumus[i], cùm ante conditionem habere uelle nequeamus[k]. Per pactum tamen[l], uel renuntiationem cum iuramẽto[m], aut coram parte[n], uel iudice factam[o], tali iuri conditionali renuntiare poſſumus.

Tertio modo declaratur, ut is qui nolle, ille quoq; & uelle poſsit[p]: ſed hoc modo potiſsimum, quemadmodum etiam in reliquis, uoluntas & noluntas cum effectu accipi debent[a]. Nam uoluntas uerbo tenus ab electione in hoc differt, quòd hæc poſsibilium ſit, illa impoſsibilium[b].

Quarto declaratur, ut ille, qui nolle non poſsit, neque uelle poſſe dicatur[c]. Neutrum autem tunc poſſe dicimur, quãdo alterutrum elegerimus[d]. Vnde arbitrium ſemel inceptum recuſare non poſſumus[e]: ſic nec à contractu recedere[f], nec ſententiam mutare poſſemus[g], niſi omne tertij damnum abeſſet; ueluti in mandato, quod idcirco reuocari poteſt[h]. Sed etſi uerbum Nolo, aut Volo, extenſiuum ſit, uoluntatem mutare[i], ſaltem ad litis uſque conteſtationem, licebit[k]. Hæcq; ſatis ſint ad Voluntarium liberum.

VOLVNTARIVM coactũ dicitur, quod patris, domini[l], iudicis[m], reipubl.[n] aut teſtatoris iuſſu fieri ſolet[o]. Coactum autem idcirco dicitur[p], quia coactus & uelle[q] & nolle retinet[r], cùm eius quod geritur principium in ipſius poteſtate conſtitutum ſit[s]. Hacq; ratione quæ coactè fiunt contrahendo[t], adeundo[u], autoritatem præſtando[x], delinquendo[y], negligendo[z], ipſo iure ualent: ſed per exceptionem, Quod metus cauſa, reſcinduntur[a]. Sunt tamen aliqua, quæ nec ipſo iure firma aut rata habentur: ut ſi metu dos promittatur[b], matrimonium contrahatur[c], iuramentum extorqueatur[d], coram iudice incompetenti litigetur[e], teſtis quis inuitus in teſtamento detineatur[f]. Et hæc intelligenda ſunt, modò maioris mali interuenerit metus[g]. Vani ſiquidem

g l.impoſsibiliũ.j.
h l. nemo exterus. C. de Iudæis.
i l.is qui hæres. in pri ff. de acq hær.
k l.ſi ita ſcriptũ. §. j. de leg ij.
l l.j. C. de pact.
m ca. quoties cordis.j.q.vij.
n l.tale pactum. in princi ff. de pact.
o l.j. de curato. bo. dand. ſ.
p Arg. d.l. pater ſeuerinã. l. adminiſtratiõe. C. de le.
a Arg. l.j. §. hęc uerba ff. q qiq; iur.
b Ariſto. iij. ethico. ca ij.
c l ſicut. C. de act. & oblig.
d d l.ſicut. l.j §. decretalis ſucc. edi.
e l.iij. §. tametſi. ff. de arbitr.
f l. in cõmodato. §. ſicut. ff. cõmo.
g l. iudex poſteaquã. l. q inbit. de re iu. l. ſ.
h l. mandatum, C. mand.
i l.filium. §.j. ff. ad tertull.
k l.ſi quis ſtipul. ſit ſtich. aut pamph. utrũ. ſ. de uer. ob.
l ut hîc in l.iiij. l.ſi tacitum. ad le. fal.
m l.nõ uidentur. §. qui iuſſu. j.
n l. ſi locus. in fin. quẽad. ſer. amit.
o l. nam quod. § j. ff. ad trebell.
p l.ſi mulier. §.pen. ff. q met. cauſa.
q l. ſi priuatum. ſ. q & à quib.
r l.iij. uerſi. ſi. C. de hæred. inſtit.
s Ariſto. iij. ethic. lib. ca. j.
t l. pe C. de inutil. ſtipul.
u d. l. ſi mulier. §. pen.
x l. nouiſsimè. uerſ. quid enim, quod fal. tut.
y l. nec timorem. §. proinde. ij. quod met. cauſa.
z l.ij. §. fin. ff. ſi quis caut.
a l. uerſ. § ſed qđ prętor. q me. cã.
b d. l ſi mulier. §. ſi dos.
c l.ij. C. de inue. ſti.
d auth. ſacramẽta. ſ. ſi. C. ſi aduerſ. uẽ.
e l.ij. in princ. uerſ.

timoris nulla eſt excuſatio[h]. Debet igitur metus continere ſalutis periculum, uel corporis cruciatum[i], uel bonorum omnium, aut maioris partis amiſsionem[k]: quippe quòd plerique non minus de bonis, quàm de uita ſunt anxij[l]. Addunt principis, uel iudicis iuſſum: non qui humanis eſſet moribus[m], ſed qui crudelitatem exercere ſolitus ſit[n]. Famæ quoque periculum plerique exiſtimant ſalutis timori æquiparari[o], quod uerum eſſe non arbitror, [p]magis in excommunicationis periculo æquiparationẽ admitterem[q], quamuis alij ex eo repugnent[r], quòd ad pœnam introducta non ſit[s]. Quibus reſpondendum eſt, carcerẽ ad pœnam inuentam minimè eſſe[t], & nihilominus iuſtũ facere metum[u]. Si medicus itẽ ęgrotum cõpulerit[x], aut maritus uxorem, uel pater filiũ[y], modò minæ præceſſerint, iuſtus eſt metus[z]. Interueniente autem iuſto illo metu, Voluntariũ coactũ in omni negotio excuſare ſolet[a]: maximè à dolo[b], & culpa[c], necnon etiam à lenioris delicti pœna[d]. Sed & atrocioris delicti pœnã minuit[e], nõ tamẽ tollit[f], niſi ſuprema ſubeſſet neceſsitas[g]. Dicitur autẽ Atrox delictũ non ſolũ cùm publicũ eſt, uel perſonalem cõtinet iniuriam[h], ſed & quando leui delicto eſt contrariũ[i]. Leue uerò appellãt, in quo damnum duntaxat conſideratur[k], uel etiam dolus, modicũ habens præiudiciũ[l]. Nec miretur quis, ſi iſte coactus ab omnibus ſupraſcriptis excuſetur: quoniã ſicut quod per metũ non feci, pro facto habetur[m]: (ueluti ſi proteſtatus ſim me per metum nõ appellaſſe, perinde eſt, acſi appellaſſem[n]: & ſi per metum nouũ opus nõ prohibui, perinde eſt ac ſi prohibuiſſem[o]: Si iudicis metu in iudicio non ſtiti, perinde eſt acſi ſtitiſſem[p]:) Ita quoq; e contrario quod per metũ feci, pro nõ facto habetur[q]. Vnde non ualet teſtimoniũ eius, qui in teſtamenti factione inuitus retentus eſt[r]: ſicut nec tutore inuito retento quicquam ualet quod agitur[s]. Non igitur is qui coactus eſt puniri debet, ſed ipſe coactor[t]: ſiquidem ille damnum dare dicitur, qui dare iubet[u], uel etiam mandat, aut ratum ha-

aut ſi cũ iudici. ff. de iudic.
f l. qui teſtamẽto. in fi ff. de teſta.
g l.v. cum ſeq. ff. q met. cauſa.
h l. uani. j.
i l. interpoſitas. C. de tranſact.
k l. propter litẽ. ff. de excuſ. tuto.
l Bar. l.ſi ob turpẽ. tu. ſ. cõd. ob tur.
m c. nſi mulieres. qui cler. uel uo.
n l.j. ſ. de concuſſ.
o l.iuſta. ſ. de manu. uindic.
p l. nec timorem. in prin. q met. cauſ.
q Gloſſ. ſi. cũ olim. iij. de reſt ſpol.
r Alc. d. l. interpoſitas.
s Abb. erg l. c. cũ dilectꝰ. q met. cauſ.
t l. aut damna. §. ſolent. ſ. de pœnis.
u l qui in carcerẽ. ff q met. cauſa.
x l. medicus. ſ. de uar. & extraord.
y l.j. §. q̃ oneráde. quar. rer. act.
z Glo. l. q ad inuidiã. q met. cauſ.
a l.ſi quis fumo. §. fi. ff. ad leg. aquil.
b l. nõ uidentur. §. qui iuſſu. j.
c l.is damnũ dat. j.
d l. ad ea quæ. j.
e l. ſeruos. C. ad le. Iul de ui publ.
f l. ſerꝰ in oĩbus. ſ. de act. & obl.
g Gl. uerb. agi poterit. in fi. l. ſi. ſ. ſi fa. fur. feciſſ.
h Barto. arg. l. non ſolũ. §. ſi mandato. ſ. de iniur.
i Gl. d. l. ad ea quę.
k l. liber homo. ij. ff. ad le. aquil.
l l.ſi libertus. cum glo. ſ. de furt.
m l. in omnibꝰ cauſis. in fin. j.
n l. cùm quidam. ſ. de appell.
o l.j. § ſi & Ariſt. ſ. q ui aut cla.
p l.ij. §. ſi. ff. ſi quis caut.
q l.iiij. in prin. uerſic. etſi iuſſu. ſ. de aqu. plu.
r l. qui teſtamẽto. in fi. ff. de teſta.
s l.j. §. fin. ff. de aut. tuto.
t ut hîc ĩ l.iiij. arg.
u d. l. is damnũ dat. j. eo.

bet[x]. Sed in Voluntario libero aliud est, nam in eo tam mādans, quàm mandatarius tenetur[y]. Aliquando tamen ex Voluntario coacto, ut puta quando permissum est, nō punitur cogens, sed pro illius facto pręsumitur[z] quòd iustum sit[a]: imò in dolo est qui illud non exequitur[b]. Permittitur autem uoluntarium coactum, ubi publica urget utilitas[c], aut nostra subest obligatio[d], uel munus à nobis susceptum nos ipsos obligat[e]: aut tale negotium est, quod non nisi utilitatē[f] citra factū nostrum[g] nobis aut alijs adferre posset[h]. Quibus casibus exceptis, quoniā homines ex libertate naturali omnia pro uolūtate potissimū in rebus proprijs[i] exequuntur[k], in contractibus[l], quasi contractibus[m], satisdationibus[n], matrimonijs[o], donationibus[p], distractibus[q], ultimis uolūtatibus[r], aditionibus[s], bonorum possessionibus[t], Iudicijs[u], agendo, defendendo[x], appellando[y], Beneficijs[z], in integrum restitutionibus[a], uelleiano[b], fori præscriptione[c], & alijs quibuscūq; negotijs[a], omne Voluntarium coactum reprobatur. Aduersum quod resistere quomodocunq; possumus[b], ut in Inuoluntario uiolento latius dicemus, ante cuius declarationem, quia lex quarta hic de Erroneo inuoluntario tractat, prius de hoc differendum est.

INVOLVNTARIVM erroneum dicitur, quod fit nobis ignorantibus[c], nescientibus[d], errātibus[e], dubitantibus[f]. Nescire autē dicimur, quod scire nō tenemur. Ignorare uerò, quod scire debemus[g]. Vnde Ignorantia culpæ annumeratur[g]: nec dicitur Iustam causam habere, nisi cùm expressum est[h]. Erramus uerò, cùm aliud quā sit, credimus[i]: sed Dubitamus, cùm nescimus quod ex pluribus uerū est[k]. Horum tamen nominum significatio plerūq; confunditur[l], & auxiliū uni concessum alteri permissum intelligit[m]. Proinde sciendum, eum non dici improbum, qui iustam habet ignorātiæ causam[n]. Quinimo à dolo excusat[o].

In integrumq; restitutionem ope-

x l.hoc iure.§.decie cit.j.eo.
y l.non ideo. C.de accusat.
z l.ij. uerb. q non arbitramur. C.de off. ciuil.iud.
a l.iustè poss.det.j. de acq.poss.
b l.non potest dolo.j.eo.
c l.numerū.§.indicendi j.de mune.
d l.fiem. C.de act. & oblig.
e l.ij.C. arbit.tute. cùm si.
f l.soluendo. ff. de neg.gest.
g l.inuito à cōtrario sensu.j.
h l.j.§.denique. j.de aq.plu.
i l. nemo exterus. C.de Iudæis.
k §.& libertas. Instit.de iur. perso.
l nec emere. C.de iure delib.
m l. inuitum. C.de contrah.empt.
n l. si fideiussor.§. si necessaria. qui satisd.cog.
o l.neq; ab inuito. C.de nupt.
p l.hoc iure.§.non potest. j.de don.
q d.l.inuitum.
r tit.ff.& C. si quis aliq.testa.
s d.l.nec emere.
t l.iij.§.inuito. ff. de bon.poss.
u l.inuitus nemo.j. eod.
x l.iij.§.tametsi.de arbitr.ff.
y l.non tantū. j.de appell.
z d.l.inuito.j.
a l. si iudex. ff. de minor.
b l. si mulier quod ex.ff ad uell.
c l.pe.C.de pact.
a l. nemo de domo.j.eo.
b l.prohibitum. C. de iur.fisc.lib.x.
c l.iij.C.de tabula. lib.x.
d l.ij. in princ.ff.qs ord.in bo.poss.
e l.nihil consen'ul. § fin.j eo.
f l.si.§.finauit ne scius. C.de furt.
g Glo.l.de statu.ff. de testa.
g l.imperitia.j.eo.
h l.q i alteri°. j.eo.
i l.qui per errorem.ff.de iurisd.omn.iudi.
k l.fina.C.de condict.indeb.
l l.j § si qs.ff.de iur & fact.
m d.l.de statu.l.si.ueri.cūq. in fi.C.p quas pso.
n l.non potest uideri improbus.j.
o l.qui in ius §.j.j.eod.

ratur[p]. Iusta autem est, in facto alieno[q] (modò non interueniat præscriptio[r]) ignorātiæ causa: adeò ut hæres, modò actor non sit[s], neq; de his quæ in testamento sunt controuertatur[t], iustam prætēdere ignorātiæ causam possit[u]. In facto uerò proprio[x], nisi antiquum esset[y], aut intricatū[z], aut de damno uitando ageretur[a], aut homo esset uarijs implicitus negotijs[a], probabilis non est ignorātiæ causa. Adeò ut si cū alio contrahamus, conditionē eius, cū quo cōtrahimus, (nisi ex celeritate & quadam necessitate contraxerimus[b] aut iusta & multū probabilis ignorantia esset[c].) ignorare non possumus[d]. In iuris uerò ignorantia nulla est iusta causa, nisi cùm de dāno uitando agimus[e]. In delictis item ignorātia non omnino excusat[f], quia ex re, id est ex maleficio ipso puniuntur delicta[g]. Delicti tamē poenam minuit[h], nonnunquam etiam tollit, modò admodum probabilis sit[i]. Similiter post sententiam latam, nisi in appellationis causa[k], ignorantia neminem excusat[l]. Quia causæ semel decisæ, ut aliquis sit litium finis, instaurari non debent[m]. Præterea ignorantia nō excusat, nisi allegetur, & probetur[n]. quoniam mala fides potius quàm illa præsumitur[o], nisi facti error allegetur[p]. Sed hunc facti errorem allegare sufficit[q], iuris uerò error ex personæ & negotij qualitate probandus est[r]. Cæterum aduertendum est, in huiusmodi erroneum uoluntarium incidere, omnes personas. quæ ipsis ignorantibus æquiparatur: quales sunt furiosus[s], prodigus[t], mortuus[u], absens[x], infans[y]. Et quia de furioso & prodigo expressas habemus regulas, de his aliquantò fusius tractandum est.

CVM Furiosus in omnibus & per omnia absentis & quiescentis loco habeatur[a], Regula de illo facta est huiusmodi: Furiosus nullum negotium contrahere potest[a]. Siue in iudicio: Vnde iudex[b], arbiter[c], procurator[d] esse non posset; imò nec pro illo sententia ferri[e], aut contra illum missio in possessionem fieri potest[f]: cùm enim in iudicio consensus requiratur, cùm in illo quasi contrahant litigatores:

p Glo.l.cū filiusfa. § in hac.j.de uerbo oblig.
q l.si in fi. § p suo.
r l.fi.in fi.C.de pręscript.30.ann.
s l.q i alteri°. j.eo.
t l. non est feren. dū.ff.de transact.
u l.j. §.fi. ff.deposi.
x l. cùm falsum.ff. de acq. hæred.
y l peregre. i prin. j.acquir.poss.
z l emptor.§.luci°. ff de pact.
a l. sed etsi me putem. in prin.cum gl.ff.cōdi indeb.
a Bart.l.q. iussit.in fi.j. de rescind.
b l.j. in princ.ff.de exercito.
c l.iij.ff.ad maced.
d l.qui cū alio contrahit.j.eo.
e l.error. ff.de iur. & fact.igno.
f l.j.ff.de legib.
g l.iiij. in prin.j.de act & obli.
h l.abstineat. §.fin j. de poenis.
i Barr.l. quicunq. i fi. C.de ser.fug.
k l.fina.C.de erro. aduocat.
l error. C.de iure & fact.igno.
m l.causas.l.fratris. C.de transact.
n l. si hæres ab eo. §.fina. ad trebell.
o l.quemadmodū in fi. C.de agric. & censi.lib x.
p l.uerius.ff.de .pb.
q l. si adulter si. §. incestum cū glo. j.de adulter.
r Bar. l.nō fatetur. nu.12. j de cōfes.
s l.filiusfa. in fi. ff. de testa.
t l.furiosi.j eo.
u l.bonorum.uers. j.j.rem rat.hab.
x l.ij. § furiosus.ff. iure codicill.
y l.j.§.adipiscimur. j.acq poss.
x l.ij.§.furiosus.ff. iure codicill.
a ut hic, in l.v.
b l.cū prætor. uers. quidā.de iud.
c l sed etsi i seruū. uers j.ff.de arbit.
d l.ij. uersic.j. ff.de procur.
e l.furioso. j.de te iudic.
f l.fulcinius. §.adeo. j.qb.ex caus. in poss.

res[g]: certum eſt furioſum in iudicio adeſſe non poſſe, qui ne tacitè quidem conſentire dicitur[h]. Qua ratione nec extra iudicium negotium gerit, ſiue ex eo obligetur, emendo puta, aut uendendo[i], uel locãdo[k]: aut ſeruitutem conſtituendo[l], ſiue acquirat, ueluti per ſtipulationẽ[m], nullus enim contractus eſt, qui conſenſum non requirat[n], quo prorſus (ut dixi) pupillus caret, & idcirco nec poſſeſsionem acquirere[o], etſi inumbratæ quietis eſſet[p], nec deſinere poſsidere poteſt[q]. Siquidem ſine animo acquiri uel perdi poſſeſsio non poteſt[r]. Similiter quia conſenſu nuptiæ fiunt[s], ſponſalia[t], uel matrimonium contrahere nõ poteſt[u]. Ex ultimis tamẽ uoluntatibus, quamuis teſtamentum[x] uel codicillos facere non poſsit[y], nec ad pias cauſas[z], etiam ſi ſtatuto aliter caueretur[a] quia ſanæ mentis non eſt[b], quod requirit teſtamenti factio[c]: legatum uel fideicommiſſum acquirere poteſt[d], fitq; neceſſarius hæres, perinde atq; infans[e]: excepto feudo, in quo non ſuccedit[f]. Item non poteſt teſtis eſſe[g], nec religionem ingredi[h], nec ſacros ordines ſuſcipere[i], nec iuramento obligari[k]. In delictis quoque furioſus ipſo furore ſatis puniri dicitur[l]: & ideo neque iniuriam facere præſumitur[m], neque lege aquilia[n], cornelia[o], aut de parricidio tenetur[p]. Sciendum eſt tamen, ſupràſcripta omnia quibuſdam caſibus locùm non habere: in primis, quando curator ipſius furioſi negotium gereret[q]. Vnde fit miſsio in poſſeſsionem contra furioſum curatorem habentem[r], & ualet ſententia in perſona curatoris illius, ſiue pro furioſo[a], ſiue contra furioſum lata[b] ſit: ſed in ipſius furioſi perſona iudicium ſuſcipi debet[c], qui niſi adſit, ſententia inter præſentes (quamuis furioſus adeſſet) non dicitur ferri[d], & per conſequens eſt nulla[e]. Secundò furor negotium, quod ante furorem iam perfectum erat, tollere non poteſt[f]: etiam ſi negotij inſtrumentum furioſus inciderit[g]. Et idcirco matrimonium[h], teſtamentum[i], mutuum[k] ante furorem conſummatum, furor ſuperueniens, dum intolerabilis eſſet[l], non

g l. iiij. § idem ſcribit ff. de pecul.
h l. qui ad certum. ff locat.
i l. ij. C. de cõtrah. empt.
k d. l. qui ad certũ.
l l mutuum. de ſeruit. urb.
m §. furioſus. Inſti. de inutil. ſtipul.
n l. j. §. adeò. ff. de pact.
o l. j. §. adipiſcimur. ſ. acq. poſſ.
p l. quod meo. §. j. ſ. acquir. poſſ.
q l. ſi is qui. ſ. de acquir. poſſ.
r l. quemadmodũ. eo. titu.
s l. nuptias. ſ.
t l. furor. ff. de ſpõſalib.
u l. oratione. §. fin. de rit. nupt.
x l. furioſum. C. qui teſta. face.
y l. nec codicillos. C. de codicill.
z Bart. l. j. nume. 16. C. de ſacroſ. eccl.
a Bar. l. quæramus. nu. 6. ff de teſta.
b l. ij. §. ſi non proper. ſi quis cau.
c l. ſenium. C. qui teſta. face.
d l. ſiluuda in fin. ff. de teſta.
e l. ij. ff. de condic. furt.
f tit. an mutus. uel al. imperf. i uſib. feud.
g l. qui teſtamento. §. nec furioſus. ff. teſta.
h ca. ſicut. extra de regular.
i Gl. uerb. diſcretione c. ex eo. de elec. in vj.
k Bar. l. qui habet. §. ſi pupillus. nu. 6. de tutel.
l l. diuus. ff. de off. præſid.
m l. iij. §. j. ſ. de iniur.
n l. v. §. igitur ff. ad le. aquil.
o l. infans. ſup. ad l. cor. de ſica.
p l. pe. §. fi. ſ. ad leg. pomp. de parric.
q l. pignus. l. fin. ff. de cr. fur.
r d. l. fulcinius. §. a deò.
a l. non eo minus. C. procurat.
b d. l. fulcinius. § labeo autẽ ſcribit.
c l. licinius locuſta. §. fin. leg. ij.

impedit: qua ratione nec patria poteſtas per furorem tollitur[m], nec dignitas, uel ſtatus mutatur[n]: quinimo unus, & idem actus, ueluti mãdatum, per furorem, quo ad ea quæ iam facta ſunt, non reuocatur: quo ad facienda reuocatur[o]. Tertiò tempore intermiſsi furoris furioſus poteſt cõtrahere[p], teſtari[q], iudicare[r], arbitrium ſuſcipere, licet gloſſ. contrà dixerit[ϑ], quia tunc temporis ipſo iure in poteſtate curatoris eſſe deſinit[s]. Sed & ex delicto intermiſsionis tempore commiſſo, conſulto tamen principe, puniendus[t]. Sed ſi fortaſſe ante condemnationem rurſum in furorem inciderit: interim, quia pro abſente eſt, condemnari non debet[u]: ſed poſtea intermiſſionis tempore erit puniendus[x], cùm furor poſt delictum ſuperueniens, ſicut perſonæ ſtatum[y], uel præcedens negotium perfectum non tollit[z], ita nec delicti pœnam mutat[a]. In dubio autem, an furoris an intermiſsionis tempore negotium geſtum, uel delictum commiſſum ſit, hac diſtinctione cognoſcitur; quòd ſi ſemel tantùm aliquo tẽporis ſpatio furioſus quis fuerit, una hora puta, uel die non præſumatur quid in eo furore actum fuiſſe[ϑ]. Si pluries furor, pluries intermiſſio contigerit, negotium, niſi ex illius qualitate aliud conijciatur[b], in furore geſtum intelligitur[c]. Sed ſi ſemel cõtinuus furor per aliquot menſes uel annos acciderit, poſtea perpetua redierit ſanitas, ſi ex actus qualitate nulla deprehendi coniectura poſsit[d], incumbit onus probandi ei, qui uel furorem, uel ſanitatem allegat[e]. Probatur autem furor, ſi lapides ceu inſanus proijciat[f]: ſi furoris cauſa in carcere detineatur, aut uinculis[g]: Si per uicum, inſanorum more, ridendo deambulet[h]: ſi cadauer ſuum in mare proijciendum iuſſerit[i], & ſimilibus alijs coniecturis præſumitur furor[k].

Quartò furioſus, ex omnibus cauſis, ex quibus ignorantes, & abſentes ſunt obnoxij, obligatur[l]: ut cùm ex neceſsitate obligantur, quod contingit ex eo, quòd neceſſarij ſunt hæredes[m]: eſt enim neceſſarius heres ipſe furioſus[n]. Obligatur item furioſus,

d l. diem. §. coram. ff. de arbitr.
e l. de uno. ſup. de re iudic.
f d. l. furor. de ſpõſalib.
g l. fina. de iniuſt. rupt.
h d. l. oratione. §. fi. de rit. nupt.
i §. furioſi Inſtitu. quib. uõ eſt permiſſ. fac.
k Doct. l ſi à furioſo ff. ſi cert. pet.
l l. ſi cum dotẽ. §. ſi maritus. ff ſo. ma.
m l. patre furioſo. de his qui ſunt ſui iur.
n l. qui furore. ff. de ſtat. hom.
o l. q ſeruũ. cũ ſeq. ff. de acq. hæred.
p l. ij. C. de cõtrah. empt.
q d. l. furioſum. C. qui teſt. facer.
r l. cùm furioſus. ff. de iudic.
ϑ Paul. Caſtrẽ. d. l. cũ furioſus. in fi.
s l. j. ff. de curat. furioſ.
t l. diuus uerſ. ſi uerò. de offi. pręſid.
u Arg. l. abſentem ſup. de pœnis.
x Doct. d. l. furioſ.
y d. l. qui furere.
z d. l. furor. cũ ſim.
a l. j. uerſ. j ſſ. de pœnis.
ϑ Bart. l. ij nu. 4. de bo. poſſ. fur.
b l. pen. de condit. inſtit. ff.
c Glo. uerb. cõpotem. c. fi. de ſucc. ab inteſt.
d Bart. in tract. de teſte. in §. oppoſita prudentis. & d. l. pen.
e Alex. d. l. furioſũ. C. qui teſta. fac.
f l. ij. uerſ. ſatis. C. de Iudæis.
g d. l. diuus. de offi. præſid.
h l. ob quę uitia. in pri. ff. de ędil. edi.
i d. l. pe. ff. de condit. inſtit.
k c. filij. de hęr. ſ. vj. ca. j. §. ſi uero. de elet ęgr. in vj. l. fi. C de hær. inſtit.
l l. ſi à furioſo. ſ. de act. & obli.
m l. obligamur. §. neceſsitate. ſ. de actio.
n l. ij ff. de condict. furt.

si aliquid in rem illius fuit, impensum[o], uel aliter negotia illius quis gesserit[p]: actionem uerò acquirit, cum accipiens, ab illo mutuum in utilitatem suam: illud conuerterit[q]: consumptio enim translati dominij loco est, uicemꝗ consensus obtinet[p], nisi dolosa esset consumptio, quæ ad exhibendum actionem parit[q]. Quintò, & ultimò, in his negotijs, in quibus lex alicuius consensum desiderat sine quo aliàs ipse actus perfici potest, furiosus ex legis fictione consentire præsumitur: ueluti in dote repetenda per patrem[r], in matrimonio[s], uel iniuria filij[t]. Lex enim in his casibus ad maiorem tantum solennitatem patris consensum requirit, & nō ad substantiam actus: cùm aliàs talis consensus, maximè quando filius emancipatus est, nō desideretur. Scio tamen Doctores hac in re aliud existimasse[u]. Sed iam de Prodigo pauca similiter dicamus.

Regula est: Eius cui bonis interdictum est, nulla est uoluntas[x]. Hæc regula non de hæretico, uel eo qui maiestatem offenderit, (licet istis bonis interdicatur[y]) intelligenda est: sed de prodigo[z]. Dicitur autem Prodigus, is qui nec finem, nec modum expensarum habet[a]: quiꝗ citra necessitatem ultra substantiam suam expendit[b], & quamuis mentis suæ uideatur ex sermone compos, non tamen prodigus esse desinit, si ita bona tractet, ut nisi illi subueniatur in egestatem incidat[c]. Et idcirco datur illi, perinde ac furioso, curator[d], quamuis illum non petierit[e]: imò etiam illo non citato, quoniam eius citatio necessaria non est, qui curatoris dationem impedire nō potest[f]. Illi tamen bonis interdici non posse censeo, nisi causa cognita[g], & ita illo citato[h], & ante interdictionem omnia negotia gerere potest[i], pro quibus nihilominus si læsus fuit restituitur[k], imò ipso iure est tutus, si is, qui cum illo contrahit, sciebat illum protinus pecuniā in malos usus consumpturum[l]. Quia licet iudex debeat illum declarare prodigum, post tamē declarationem lege XII. tab. interdicta illi est administratio[m]. Sed in hoc differt Furiosus à Prodigo, quòd lex XII. tab. dat curatorem furioso, iudices uerò dant prodigo, ad exemplū furiosi[n]: sed propter similitudinem. ipsa quoq; lex dare dicitur[o]: quemadmodum tutela patroni legitima dicitur, perinde acsi per legem esset introducta[p]. Aduertēdum est tamen, Prodigum ex sententia Bartoli in delictis doli capaci æquiparari[q]: hoc est, ex delicto, non quòd in negligentia[r], sed in faciendo consistat, cùm intelligit quod agat, puniendum esse[s]. Interdictio enim, quæ in illius fauorem inducta est, in delictis non debet illi auxilio esse[t], cùm iura deceptis, non decipientibus subueniant[u], ne uitium uitio cumuletur[x]. In acquisitione uerò prodigus pupillo æquiparatur[y], perinde enim atq; pupillus sine alicuius autoritate acquirere potest[z]. Verùm quo ad obligationem furioso adsimilis est[a]. Vnde nec in iudicio esse potest[b], nec testari[c], nec in testamento testis esse[d], nec iuramentum deferre[e], nec etiam suscipere potest[f]: licet, minor[a], & mulier[b] ex iuramento obligentur: sed istis quo ad obligationem prodigus non æquiparatur, sed furioso[c]: adeo ut sicut pro furioso fideiussor intercedere non potest, ita nec pro prodigo[d]. Marcellus tamen refert, eum qui pro pupillo, prodigo, uel furioso fideiusserit, teneri[e]. Cui tametsi multis modis Doctores respōderint, antinomiam nihilominus conciliare nunquam potuerunt[f]. Ego Marcellum intelligo, ubi pupillus prodigus aut furiosus fideiuberet, & pro illis fideiubētibus alius interueniret fideiussor, ut huic secundo fideiussori non subueniatur: nam propter primam fideiussoriam obligationem, quæ nulla erat, uidebatur illi esse subueniendum[g]: sed tunc illi subuenitur, cùm recursum, in eum, pro quo fideiussit, non habet[h]: hic autem recurrit, non in pupillum prodigum uel furiosum, sed in ipsum principalem debitorem[i]: quia licet pro pupillo & alijs fideiusserit, contemplatione tamen illius debitoris fideiussit[k]. Et si quis obijciat, secundam fideiussoriam obligationem non ualuisse, ex eo quòd prima inutilis esset, maximè quando fideiussor

o l. furiosus. §. de act.
p l. iij. § et si furiosi. ff. de neg. gest.
q l. si à furioso. ff. si cert. pet.
p l. si quis pro eo. §. si nummos. ff. de fideiusso.
q l. rogasti. §. fi. ff. si cert. pet.
r l. ij. § uoluntatē. ff. sol. matr.
s l. si furiosi. C. de nupt.
t l. sed si unius. §. si filios. ff. de iniur.
u Decius Pyrr. & Ferra. hic Doct. d. §. uoluntatem.
x l. furiosi. j. eo.
y l. manichæos. C. de hæret. l. fi. uer. fi. sic & diuus. C. ad l. iul. maiest.
z l. in princ. de cur. fur.
a d. l. j. uers. solent.
b §. cum uero ama bilis. auth. ut determ. sit nu. cleric.
c l. his qui. § fin ff. de tut. & cur. dat.
d l. j. de cur. fur.
e Bald. l. qui habebat. in prin. ff. de tutel.
f l. iiij. § illud uideamus. de fid. liber.
g l. obseruare. ff. de cur. fur.
h l. in causæ. § causa cognita. ff. de minor.
i l. is cui bonis. à contrar. sensu. de uerb.
k Gl. uerb interdicta. l. patri in prin. ff. de min.
l l. si quis cùm sciret. ff. pro empt.
m l. j. in princip. de administr. tuto.
n d. l. j.
o §. furiosi. Institu. de curat.
p Institu. de legit. patr. tute.
q Bart. l. si quis in tantā. C. und. ui.
r l. fulcini. §. idē & in prodigo. ff. quib. ex cau. in poss. ea.
s l. his q. §. fi. ff. de tuto. & cur. dat. iuncta l. diuus §. si uerò. de offic. præsid.
t Castrē. d. l. is cui.
u l. ij. uers. ni deceptis. ff. ad uellei.
x Bald. d. l. furiosum. in fin. C. qui testa.
y l. certi cōdictio. § quoniā. in fin. ff. si cert. peta.
z d. l. is cui. i prin.
a d. l. furiosi. j. eo.
b Lex castrēsi uers. sed nec. ff. de castrens. pecul.
c §. nē prodigus. Instit. de testa.
d §. testes autē. Instit. de testa.
e l. tutor. § prodigus. ff de iureiu.
f Bart. l. is cui. ff. de uerb. oblig.
a Auth. sacramēta. C. si aduers. uēd.
b c. cum cōtingat. de iureiur.
c d. l. furiosi. j. eo.
d d. l. is cui bonis. in fi. ff. de uerbo. oblig.
e l. marcellus. ff. de fideiussor.
f Glo. & Bart. d. l. Marcellus.
g l. mulierem. C. ad uell.
h l. si mulier. iij § si ab ea. ff ad uell.
i l. ut fideiussoribus. & ibi Barto. ff. de fideiuss.
k l. si fideiussores. ff. ad uellea.

iussor primus furiosus accessit[l]. Respondebo, ideo ualere, quia non tam prima fideiussoria quàm principalis debitoris[m] cōsideratur obligatio. Rursum si quis dicat, me ad Marcelli responsum diuinare, in quo nō apparet quòd pupillus prodigus, uel furiosus intercesserint. Replicabo, ex illius responsi uerbis (quoniam his, id est pupillo, prodigo, furioso, mandati actio non competit) apertissime colligi illos fideiussisse: siquidem fideiussoribus mādati actio contra eum pro quo soluerunt competit[n]. Sed ideo dicit illis non competere, quia ex illorum fideiussione conueniri non poterant[o]. Secūdus igitur fideiussor, nō quidem mandati actionem aduersus principalem debitorem, quia nihil mandauit, habet[p]: neq; aduersus primos fideiussores, quia obligare se non poterat[q]: sed aduersus illum debitorem negotiorum gestorū habet actionem[r]. Vnde Marcellus dixit, illi fideiussori nō succurri, quia alij primi fideiussores nō habebant mandati actionē: si enim habuissent, aequum non fuisset ut debitor ei primo & secundo fideiussori teneretur[s]: cùm igitur nō teneatur primo fideiussori, sed secundo, per actionem neg. gesto. mirum non est si secundus ille fideiussor teneatur pro pupillo, & alijs fideiubentibus, quamuis nō teneretur, si essent principales debitores[t], quia tunc in illos recursum nō habet. Sed iam ad Inuoluntarium uiolentum ueniamus.

INVOLVNTARIVM uiolentum per uim publicam fit, aut priuatam[u]. Ex ui publica tenētur doli capaces[x], q neq; tuendae salutis[y], neq; uenationis, itineris, aut nauigationis causa[a], neq; hereditario, aut alio titulo[a] arma aut tela alicubi habēt[b], uel qui consiliū seditionis faciēdae causa ineunt[c], aut aliter imperant, quàm illis sit permissum[d], uel cū telis & armis bona rapiunt[e], aut mulierē per uim stuprant[f].

In uim uerò priuatam incidunt, qui sine armis, quamuis homines cōuocauerint[g], cōmittunt[h]. Nec refert in quo casu, siue ut quis uerberetur, modò occisus nō sit[i]: siue ut in ius nō producatur[k], siue aliquē de agro suo deijciat[l],

l Arg. l. cum principalis. j. eo.
m Arg. l. si serui. §. nunc uideamus. ff. de uerb. obli.
n § si quid autē in stit. de fideiuss.
o ut hic. in l. in negotijs. & d. l. furiosi. j. eo. cum si.
p l. si ego. ff. quod ui aut clam.
q d. l. furiosi. cū si.
r l. quiquam. ff. ad uelleia.
s Argu. l. bona fides. j. j.
t d. l. in cui in fin. ff. de uerb. oblig.
u l. hoc iure. j. eod.
x l. iij. uersi. eadē. ff. ad l. Iul. de ui publi.
y l. pe. in fi. ff. ad le. Iul. de ui.
z l. j. eo. titu.
a l. ij. eo. titu.
b d. l. ij.
c l. iij. in prin. eo. ti.
d l. q dolo. in prin. eo.
e d. l. iij. uersi. ead.
f d. l. iij. uersi. praeterea.
g l. ij. ff. ad le. Iul. de ui pri.
h §. itē lex Iulia. ij. Instit. de pub. iud.
i d. l. ij.
k l. iiij. ad le. Iul. de ui pri.
l l. v. eo. titu.
m l. iij. eo.
n l. fin. eo. titu.
o l. ut uim. ff. de iustit. & iur.
p l. j. in fin cū ll. seq. de rust. & iur.
q l. ad dictos. C. de episc. aud.
r §. sed naturalia. Instit. de iure nat.
s l. iij. in prin. uersi. suffic. ff. de ui & ui arm.
t l. j. §. itē diuus Adrianus. ff. ad leg. corn. de sica.

uel bona nullis hominibus cōuocatis auferat[m], aut sine autoritate iudicis res debitoris occupet[n]. Aduersus autem huiusmodi Inuoluntariū uiolentum plura sunt à lege introducta remedia. In primis ipso facto uim, atq; iniuriā propulsare licet[o], idq; iure gentium[p]. Vnde nec à principe, nec per statutū, nisi magna subesset causa[q], huiuscemodi propulsatio tolli potest[r]: quo minus aggressorē uel antequam me percutiat[s], aut etiā consanguineū meū[t], aut alium quēpiam extraneū[u], etiā occidere liceat[x]: etsi furiosus esset qui uim inferret, cùm etiam aduersus brutū permissa sit haec defensio[y], non solum ad corporis, uerum etiā rerum nostrarū tuitionem[z]: pro quibus etiā uiolētum, si se cū armis defendat[a], uel uitae subsit periculū[b], occidere licet[c].

Obseruandum est tamen, in huiusmodi propulsatione moderamen esse adhibendū[d]: quod in tribus consistit, ut si armis uis inferatur, armis (quae tamē necesse non est ut sint eiusdē generis[e]) repellatur: aliâs sunt prohibita[f]. Deinde quod incontinēti, flagrante adhuc maleficio uis propulsetur[g]. Tertiò quòd ad defensionem, non ad ultionem fiat propulsatio[h]: quam defensionem & necessariam esse oportet[i], & etiam iustam[k]. Vnde patri filiū corrigenti uis nulla inferenda est[l], nec maioribus cōsanguineis minores corrigentibus[m], nec domino seruū[n], praelato subditum[o], marito uxorē[p], magistro discipulum[q]: quae omnia cessant ubi modica exceditur correctio[r], ut in iudice uidemus, cui iniuriam facienti[s], uel iurisdictionem excedenti[t], impune resistere licet.

Secundò, si uiolentiae resistere non uelimus, aut non possumus, aduersus illas quinq; species uiolētiae (quas interpretes compulsiuā, turbatiuam, inquietatiuam, expulsiuā, ablatiuam uocant[a]) peruulgata sunt iuris remedia. Actio, seu exceptio, quod metus causa[b]: Interdictum uti possidetis[c]: seu Vtrobi[d]: Interdictū, quod ui aut clā[e], seu nūtiationis edictū[f]: Interdictū unde ui[g], seu ne uis fiat ei[h]: Actio bon. raptorum[i], seu legis condictio[k]. Quae omnia qui persequi uoluerit, ad titu-

u c. dilecto. de sent. excom. in vj.
x Bal. l. j. C. quand. lic. sine iud.
y l. j. §. cū arietes. ff. si quadr. pauper.
z l. iij. § cū igitur. l. cum fundus. ff. de ui & ui ar.
a l. furē. ff. ad l. cor. de sica.
b l. iiij. in fin. ff. ad l. aquil.
c l. colonus. l. qui possessionem. de ui & ui arm.
d l. j. C. unde ui.
e l. iij. uersic. armis deiectum. ff. de ui & ui arm.
f d. l. iij. §. cum igitur & l. j. §. uim ui. eo. tit.
g d. §. cū igitur. & d. l. qui possessionem.
h l. si ictiam. §. illis. ff. ad l. aquil.
i ca. j. § si quis hominem. de pace tenenda.
k Gl. j. l. ut uim. de iust. & iur.
l l. iij. C. de par. po.
m l. j. C. de emēda. propinq.
n l. ij. ff. de his qui sunt sui uel alie.
o c. cum beatus. 45. distinct.
p l. consensu. C. de repud.
q l. sed etsi quaecunque. §. si magister. ff. ad l. aquil.
r Barto. 104. l. v. ff. ad l. cor de sic.
s l. factum à iudice. j. eo.
t l. prohibitum. C. de iur. fisc. lib x. l. fin. ff. de iurisd. omn. iud.
a Barto. l. extat. ff. quod met. causa.
b l. metum. iij. §. sed quod praetor. ff. quod met. causa.
c l. j. in prin. & per tot. ff. uti poss.
d l. unica. ff. utrobi.
e l. j. in prin. & per torum tit. ff. quod ui aut clam.
f l. praetor §. deinde. ff. de no. oper. nunt.
g l. j. in prin. & per tot. tit. ff. de ui & ui arm.
h Tit. ne uis ui fiat ei qui in poss. ff.
i l. j. ff. ui bo. rapt.
k l. si quis in tantam. C. unde ui.

los illos omnes recurrat necesse est. Sed & præter supradicta remedia, est pœna legis Iuliæ de ui publica, quæ quãdoq; est ultimũ supplicium: ut in raptore uirginis[l], in eo q alienas ædes expilauit[m]; sed ut plurimũ est, Aquæ & ignis interdictio[n]: in cuius locũ hodie successit, Deportatio[o]. Pœna uerò legis Iuliæ, de ui priuata, est confiscatio tertiæ partis bonorũ, unà cũ infamia[p], & per cõsequens, omniũ honorum priuatio[q]. Et ob has pœnas pleriq; autumant Vi bo. raptorũ actionẽ in triplum pœnæ nomine cõpetere[r], quãuis raptor sit fure improbior[s]. Vnde grauius puniẽdus erat[t], cùm tamẽ fur manifestus pœnæ nomine in quadruplum teneatur[u], ea ratione, quòd criminaliter non nisi extra ordinẽ plectendus sit[x]: ex eoq; quòd corpore minus punitur, maior pœna pecuniaria illi est imposita[y]. Aliam Ioan. Faber cõminiscitur rationem, grauius idcirco furta puniri, quòd magis quàm rapinæ frequententur[z]: multa enim ob frequẽtiã admittũtur, alioqui nõ recepta[a]. Sed Iason hãc improbat rationẽ, cùm furtũ non manifestum, quamuis frequentius sit, minus puniatur[b]. Vnde alij dixerunt, raptorẽ, cùm semper fur sit, furti teneri[c]: uel in quadruplũ, si cũ rapina deprehẽsus sit[d]: Vel in duplum, si nõ sit deprehensus[e]. Sed uerũ non est, pro rapina semper furti actionem competere[f]: rapina enim semper uim admistam habet[g], quæ uel per raptũ ipsum, uel per damnũ hominibus coactis datũ cõtingit[h]: de quo damno Vlpianus intelligẽdus est, respõdens eum ex rapto non furti teneri, qui ex domo, in qua nemo erat, rapuerit[i]. Licet Alciatus uoluerit talẽ rapinã furtum esse[k]: quod esse non potest, cùm neget Vlpianus pro tali facto furti actionem dari. Et cùm eiusmodi damnum etiam domino inscio fieri potuit[l], minimè placet eiusdem Alciati alia ratio, dicentis. Ideo furtũ grauius puniri, quòd dominus illud, non autem rapinam, ignorare potuit[m]. Magis igitur placet prima ratio, quę Neapolitani est, perperamq; ex eo à Iasone[n] reprehensa, quòd existimabat rapinam aliquam sine uiolẽtia consistere posse: quòd suprà falsum esse docuimus.

l l.unic. in prin. C. de rapt. uirg.
m l. pe. §. ad l. Iul. de ui publ.
n l. qui dolo. in fin. §. ad le. Iul. de ui publ.
o l. iij. §. ad leg. Iul. peculat.
p l. fi. §. ad le. Iul. de ui pri.
q l. j. §. eo. tit. ad le. Iul. de ui pri.
r §. ex maleficijs. Instit. de act.
s Instit. ui bo. rapt. in princ.
t l. sancimus. C. de pœnis.
u §. 5. Insti. de obl. quæ ex delict.
x l. fin. §. de furt.
y Argu. l. eum qui. in prin. iureiur. ff.
z l. aut facta. in fi. §. de pœnis.
a l. iusto. in princ. §. de usucap.
b Ias. d. §. ex maleficijs.
c Instit. ui bo. rapt. in princ. l. ij. § rerũ. § ui bon. rapt.
d l. si uenditur §. si raptor. §. de furt.
e l. j § ui bon. rapt.
f l. ij §. cæterum. §. ui bo. rapt.
g l. iij. §. aliud autẽ. §. de incend. rui.
h l. iiij. §. ericij. hęc differentia. §. ui bo. rapt.
i l. si q ex domo. §. de furt.
k Alciat. l. marcellus. uerb. signi.
l d. l. si quis ex domo.
m Alciat. d. l. marcellus.
n in d. §. ex maleficijs.

IN LEGEM, NON uult hæres esse. cum multis alijs similib.

De Iuris nostri translatione.

TRansferre, Transmittere, Transire, in hoc differunt: quòd iura ad successores nostros, & sine facto nostro regulariter transeunt[a]. Licet aliquando etiam ad extraneos & facto nostro aliquid transire dicatur[b]. Econtrà regulariter, ad quoscunq;, & solo nostro facto quod perfectè nostrũ est transferimus[c]. Transmittimus uerò ad successores tantùm nostros ius, nõ quòd perfectè, sed spe tantùm nostrũ sit: idq; quandoque facto nostro, ut in hæreditate[d]. Aliquando sine facto nostro, ut in legato[e]: quia legatarius statim à morte testatoris legati dominus ipso iure ideo efficitur[f], quòd hæreditatis aditio nõ in illius potestate cõstituta sit, sed hæredis. Vnde hæres ab adita tãtùm hæreditate fit dominus[g]. Cæterùm Translatio est iuris in aliũ collati abdicatio[h]: Et ex omni causa fieri potest[i]. Vnde dominia[k], obligationes[ℓ], hæreditates[l], legata transferri dicuntur[m]. Sed hîc statim non parua oritur difficultas, quomodo intelligendus, sit hoc loco Vlpianus, respõdens eum hæredẽ esse nõ uelle, qui ad aliũ hæreditatẽ transferre uoluit: nam aut iste, qui hęreditatẽ uult transferre illã iam adiuit, & tũc illam postea à se abdicare non potest[n], nec potest desinere esse hæres[o]: aut illam nõ adiuit, & tunc cùm sua non est[p], illam ad aliũ transferre non potest[q]. Vnde dicitur, quòd hæreditas non adita transmitti non posset[r]. Hunc nodum Decius, tametsi de illo non cogitauit, ex sua interpretatione plurimum auget, inquiens, uerbũ, Trãsferre uoluit: pro, Transtulit, esse accipiẽdum, quia uerba nudæ uoluntatis pro facto sæpe accipiuntur[a]: & uice uersa, uerba facti pro uoluntate[b]. Vnde in delictis, non leuibus, sed atrocioribus[c], uoluntas, si nocua esse potuit[d], neq; in animo fuit retenta[e], perindę atq; factum ipsum

a l. omnes populi. cum sim. §. de actio.
b l. ij. §. de nouat.
c l. traditio. §. de acqui. rer. dom. l. id q nostrum. §. eo.
d l. emancipata. C. qui admit.
e l. ij ff quãdo dies leg. ced.
f l. à Titio. §. de furt.
g l. pretia rerum. in prin. ff. ad le. falc.
h l. j. uerb. perpetuò translatus. de off. præf. præt.
i § per traditionẽ. in fi. Insti. de rer. diui.
k l. traditionibus. C. de pact.
ℓ l. j. de nouat. §.
l ut hic.
m Rubri. ff. de adi. & transfer. leg.
n l. sicut. C. de repud. hæred.
o §. restituta. Insti. de fideicõ. hære.
p l. cũ hęres i prin. §. acquir. poss.
q l. id q nostrum. §. eo.
r l. emancipata. C. qui admitt.
a l. fin. cum glo. ff. de rer. di.
b l. ij. in princ. cum gl. uerb. nec cogitur. in fin. ff. solu. matri.
c Argu. l. j. §. hæc uerba. ff. q q̃uis iur.
d l. fundũ. §. fi. cum glo. ff. de euict.
e l. cogitationis. §. de pœnis.

ipſum punitur[f], ſi per delinquentem non ſteterit, quò minus effectum haberet[g], neque illum conatus ſui pœnituerit[h]. Sed ut iam diximus quomodo hic hæreditatem uel aditam abdicare, uel non aditam transferre poteſt? Ferrarius hic legendum, non Transferre uoluit, ſed, Transferri uoluit; præter omnium lectionem arbitratus eſt. Ego uerò puto eum dici Transferre, qui per ceſsionem[a], aut traditionem[b], uel donationem[c] ius aliquod transfert: neque aliud quàm quod habet, ſoltem effectu[d], transferre poteſt[e]. Vnde ille qui non uult hæres eſſe, quia hæreditatem ne effectu quidem habet, illam transferre non poſſet[f]; neque etiam poſſet uelle ut transferatur; cùm nulla ſit noluntas, ubi poteſtas deficit[g]. Dicetur igitur potius uelle transferre[h], quoniam ex eo quòd hæreditatem non uult, tacitam ſe translationis uoluntatem habere ſignificat[i], quam uoluntatem licet habeat, non tamen (ut dixi) poteſtatem habet. Verùm quia ſolo animo acquiritur hæreditas[k], ita quoque ſolo animo & uoluntate perditur[l]; qua perditione alteri ius quoddam acquiritur, uim translationis habens[m]; ueluti ſi institutus hæres hæreditatem omittat, ut eam ſubſtitutus haberet[n]; uel cùm quis hæreditatem, quam uendicare poteſt, non petit, ut illam ſubſtitutus habeat[o]: uel qui hæreditatem repudiat, ut illam legitimus hæres conſequatur[p]. Ex ſupraſcriptis igitur conſtat, translationem eſſe cuiuſcunque alienationis extremum actum[q], qui in effectu conſiſtit[r]. Et quia hic effectus ab alio quàm domino proficiſci non poteſt[s], facta eſt regula, Translationem non niſi à domino fieri poſſe[t]. Imò ne à domino quidem, niſi (ut ſuprà dixi) iuſta ſubſiſteret cauſa[u]. Quapropter multò minus illi transferre poſſent, qui quandam translationis uidentur habere poteſtatem: ueluti procurator, qui præter tenorem mandati, in eo quod meum eſt, alienandi[x], remittendi[y], nouandi[z], tranſigendi[a], iuramenti deferendi, ius non habet[b]. Sic ille cuius cauſa beneficium aliquod

f l. is qui cum telo. C. ad leg. cor. de sica.
g l. si quis non dicam rapere. C. de episco. & cler.
h l. qui falsam. ſ. ad l. cor. de fals.

a l. quod nostrum. ff. de usufruct.
b l. traditionibus. C. de pact.
c l. translatio. de adimend. legat.
d d. l. quod nostrū.
e l. nemo plurís. ſ. eod.
f l. nunquam nuda. ſ. acq. rer. do.
g l. iij. ſ. eod.
h Vt hic.
i Arg. l. sicut ff. de adimend. legat.
k l. gerit. ff. de acq. hæred.
l l. quemadmodū. ſ. de acq. poss.
m l. ij. ff. si qs omissa cau. testa.
n l. fuit quæstionis de acq. hæred. ff.
o l. si quis. ultima. ff. de hæred. insti.
p l. v. §. si pater repudiauerit. ff de iure dot.
q l. quoties. §. sed si id in fin. suprà de nouat.
r l. in omnibus rebus. suprà de act. & oblig.
s l. rem alienam. cum gl. ff. de contrah. emp.
t l. id quod nostrum. ſ. eod.
u l. nunquā nuda. ſ. acqui. rer. do.
x l. cùm mandati. C. mand.
y l. cùm procurator. §. fina. ff. de no. ope. nunt.
z l. iiij. C. de nouat.
a l. transactionis placitum. C. de transact.
b l. aliàs autem. ff. de iureiur.

habeo, putà non numeratæ pecuniæ[c], ſeparationis bonorum[d], bonorum poſſeſsionis contratabulas[e], illud ſi pactum contrarium appoſitum non fuerit[f], aut alio modo ſit extinctum[g], neque mihi auferre poſſet[h], neque in alium transferre, niſi reuocatorium eſſet[i], etiam ſi princeps eſſet[k], hacque ratione creditor debitorem impedire non poteſt, quominus ei ſoluat qui in obligatione nominatus eſt[l]. Sciendum eſt tamen, per in integrum reſtitutionem[m], uel exceptionem[n], quod habemus auferri poſſe: non enim id perfectè eſt noſtrum. Sed & id quod lex ait, ſine facto noſtro noſtrum transferri non poſſe; Factum noſtrum intelligit, ſiue uoluntas noſtra interuenerit: quia illa[m], quemadmodum & non factum, facti appellatione uenit[n]. Vnde per negligentiam noſtram, Vſucapionem putà uel præſcriptionem, res noſtra ad alium transfertur[o]. Iudex item[p], uel princeps[q], ſoluto tamen pretio[r], ex cauſa rem noſtram in alium transferre poſſunt: quod & per caſum, per alluuionem nimirum contingere poteſt[s]. Ceſſantibus autem his caſibus, Noſtrum ſine facto noſtro transferri non poteſt: adeò ut nec nos ipſi plus iuris, quàm habeamus transferre poſsimus[t]. Vnde non ualet donatio, ſi filius rem patris donet[u]; nec ſententia ab incompetente iudice prolata[x]; nec relictum ab eo, qui plus debet, quàm habeat[y]; nec teſtamentum de re iam donata[z]. Id igitur tantùm quod habemus transferimus[a], & cum ſimili cauſa, qua illud habemus[b], ut ſi directò ſimus domini directum dominium: ſi utiles, utile transferamus[c], niſi transferentis, aut eius ad quem transfertur, obſtaret conditio[d]. Aliquando tamen qui dominus non eſt, dominium transfert: ut iudex[e], procurator cum libera adminiſtratione[f]. Imperator[g], prælatus eccleſiæ[h], tutor[i], executor[k], creditor, ſecundum pactum[l], aut poſt geminam interpellationem de redimendo pignore poſt biennium factam pignus uendit[m].

c l. pen. in princ. C. de non nu. pecu.
d l. j. §. quæsitum. ſ. de separat.
e l. si post mortem. § fin. ff. de bon. poss. contra.
f l. cùm maritus. ff. de pact. dot.
g l. si cùm heres. C. loc.
h l. j. §. si seruus. cog. ſ. sup. serno.
i l. translatio. de adimend. legat.
k l. si. C. de lo. pr. de. sisc. lib.
l l. aliud. ſ. de solut.
m l. si in lex circumuentus. ff. de min.
n l. illud peruenit. ff. quod met. caus.

m l. in bonæ fidei. §. j. ſ. acq. rer. do.
n §. si qua uxor. in fi. Instit. de nupt.
o Instit. de usucap. in princ.
p l. fin. §. fin. ff. de pig. act.
q l. Lucius. in prin. ff. euict.
r l. a iuditor. §. si cōstat. cōm. præ.
s l. ergo. § alluuio. ſ. de acq. rer. do.
t l. nemo plus iuris. in fi.
u l. si filius. C. de donat.
x l. iij. C. ad le. fal. de plagia.
y l. si uniuersæ. C. de legat.
z l. si ante. C. de do. pat. ante nup.
a l. lex uectigali fundo. ff. de pig.
b l. alienatio. ff. de contrah. empt.
c l. traditio. ſ. de aqui. rer. do.
d l. ij. §. si tam. ſ. pro empto.
e §. ult. Institu. de off. iudic.
f § uendite. uersic. nihil. Institu. de rer. diu.
g l. j. & ij. C. si pro pter pub. pens.
h Authen. hoc ius porrectum. C. de sacrosanct.
i l. lex quæ. in fi. C. admin. tuto.
k l. pignora. ff. de euict.
l l. iiij. ff. de pigno. actio.
m l. fina. C. de iure domi. in patr.

Ratio omnium casuum est, quia domini factum quodammodo lex interuenisse fingit[n]. Vnde dicitur, non esse nouum, ut quis dominium quod non habet[o], uel possessionem, quam non habet, transferat[p]. Quod intelligendum est, modò illud saltem effectu habeat[q], aut potentia, qualem suprà scriptæ personæ habent: alioquin plus iuris, quàm quis habet, non transfert[r]: quia non debeo esse melioris cõditionis, quàm autor meus[s]. Vnde & emptoris causa eadẽ est, qua autoris[t]: & hæres[u] uel legatarius[x] plus iuris non habent, quàm defunctus habuit, sed eiusdem potestatis sunt[a]: siue enim in ius, siue in dominium alterius succedo, eius iure uti debeo[b]: nec non eius factum præstare teneor[c], ita ut quod illi non nocebat, mihi non noceat[d]: & cõtrà, quod illi obstabat, mihi obstet[e]. Hac ratione dicere solemus, hæredem in pactis[f], stipulationibus[g], uenditionibus[h], ratihabitionibus[i], eam potestatem habere, quam defunctus habebat: sicut & econtrà in fideiussionibus[k], in cõstituto[l], & alijs contractibus[m], ipsius factum (etiam si dolus iussit[n], modò ex delicto defunctus ante litem contestatam mortuus obligatus non esset[o]) præstare tenetur. Non enim ex persona hæredum obligationis conditio immutari solet[p], cùm hæres post hæreditatis aditionem[q], pro parte qua hæres est[r], in his quæ iuris sunt, non facti[s]. defuncti personam repræsentare soleat[t], Idq́ue rursum est, siue in lucro, siue in damno (nisi quatenus ex inuentarij beneficio releuantur[u]) loquamur[x]: secundum naturam enim est, commoda eum habere debere, qui incommoda habet[y]: & uice uersa: nisi aut personæ repugnet conditio[z], aut malè uersantis culpa arguatur[a]: is incommoda habet, qui habet & commoda[b]. Vnde uulgaria sunt illa, sicut commoda ex actu institorum sentimus, ita etiam obligamur[c]: Sicut commoda hæredis scripti hæreditatem omittentis sentit legitimus hæres, ita & legatorum onus[d]. Sicut commoda eius qui me hæredem scripsit sentio, ita & damna[e]. Sicut commoda æstimatæ dotis

n l. in iure ciuili. ff. eod.
o l. nõ est nouum. ff. de acq. rer. do.
p l. interdũ. in prin ff. de acq poss.
q l. quod nostrum. ff. de usufr.
r d. l. nemo plus. ff.
s l. in omnibus. officijs. §. non debeo. ff. eod.
t l. inuitus. § plerunq; ff. eod.
u l. nemo plus cõmodi. ff. eod.
x l. aliud. §. absurdum.
a l. hæredem. ff.
b l. qui in ius. ff.
c l. ex qua persona ff.
d l. inuitus. §. cùm quis. ff.
e l. quod ipsis ff.
f l. si pactum. ff. de probat.
g l. ueteris. C. de cõtrah. & cõsti.
h l. si necessarias. §. de uendendo. ff. de pig. act.
i l. si sine. §. si procuratori. ff. rem rat. hab.
k l. iiij. ff. de fid.
l l. j. C. de constit. pec.
m l. ex deposit. l. ex contractibus. ff. de act. & obl.
n d. l. ex depositi.
o l. unica. C. ex delic. defunct.
p l. ij. §. ex his. ff. de uerb. oblig.
q l. i. j. § si q. hæredis. ff. de statu lib.
r l. cùm à matre. C. de rei uend.
s l. si decesserit. q. sanisd. cog.
t Auth. de iureiur. à mort. præst. in prin.
u l. fina. C. de iure delib.
x l. sicuti. ff. eod.
y l. secundum. ff.
z § fin Instit. de legit. patr. tutel.
a l. si negotia. ff. de nego. gest.
b l. j. C. de peric. & com. rei uend.
c l. j. in princ. ff. de instit.
d l. si non solus. in prin. si q. omiss.
e l. si tertius. §. fin. ff. de aq. plu.

ad maritum pertinent, ita incommoda[f]: cùm utrunque ante matrimonium ad mulierem pertineret[g]. Sicut commodatarius de re commodata, si ablata sit, tenetur, ita & pœnam actione furti consequitur[h]. Sicut hæres portionem cohæredis repudiantis habet, ita illius portionis sustinet onera[i]. Sicut is, qui per contratabulas hæreditatem consequitur, & legata coniunctis personis soluit, ita & ea quæ coniunctæ illæ personæ hæredi dare debebant, petet[k]. Et ut paucis absoluam, quicquid de lucro, uel damno cautum est, de alio, si aliter expressum non sit, tacitè actum intelligitur[l]. Vnde uidemus, legata in institutione facta, tacitè in substitutione repetita[m] censeri, & qui in damno releuatus est, in lucro diminutionem patitur[n]: & portiones lucri indiscretæ, secundum onerum impositiones declarantur[o]: Sic qui se à tutela excusat, legatum sibi relictum perdere debet[p]: Sic legatum alicui relictum, si filiorum negotia administraret, ex parte illius qui mortuus est diminuitur[q]: Sic hæres sicuti ex delicto defuncti (quia illius morte crimen cum pœna extinctum est[r]) nullam pœnam patitur, ita nec lucrum consequi potest[s]: quòd si lucrum aliquod habeat ex delicto, uel quasi delicto[t], quatenus habet[u], uel dolo fecit quominus haberet[x], uel etiam quatenus habuit[y], obligatur: quacunq; actione defunctus obnoxius esset, in factum[ſ], de dolo[z], quod metus causa[a], tributoria[b], de peculio[c], aut alia[d]. Quibusdã tamen casibus insolidum hæres ex defuncti delicto tenetur, Veluti si antequam defunctus mortuus esset, aduersus illum sententia ex publico delicto lata esset[ſ], uel in cæteris lis contestata[e]: aut contumax fuisset, ob cuius contumaciam missio in possessionem fieret, quę uim litis cõtestatæ habet[f], aut delictum cõfessus fuisset[g], cuius tamen confessio si ficta esset, illi tantùm nocet, nõ hæredi. Sed & pro delicto in cõtractu commisso insolidum hæres tenetur[h]: Vnde usuras insolidũ hæres usurarij restituit[i], quia illæ non actione ex delicto descẽdente, sed per cõdictionem indebiti

f l. cùm dotem. C. de iur. dot.
g l. plerunque. § si ante. ff. iure dot.
h l. ij. § sed cùm in secundam. C. de furt.
i l. unica. § pro secundo. in fi. C. de cad. toll.
k l. is qui in potestate. §. fin. de leg. præstan.
l § illud. Instit. de societa.
m l. licet. de leg. j.
n l. eis qui. in prin. ff. de iureiur.
o l. quoties. ff. ad trebell.
p l. nesenniunt. §. fin. ff. de excu. tuto.
q l. tcio. in prin. de annuis leg.
r l. ij. C. si reus uel accusa. mort.
s l. sicuti. ff. eo.
t l. si filiusfa. in fin. cum l. seq. & gl. ff. de iudic.
u l. toties. ff. eod.
x l. dolo. ff. de dolo. l. ij. de ui & ui ar.
y l. isdeamus. ff. q. met. cau.
ſ l. in hæredem in prin. ff. de calum.
z l. in hæredem. ff. de dolo.
a l. qđ diximus. §. fi. ff. q. met. cau.
b l. qđ i hæredibus. §. h. ff. de tribut.
c l. quæsitũ est. §. fi. ff. de pecul.
d l. j. in fin. ff. de ui & ui ar.
ſ l. ex iudiciorum. ff. de accusat.
e l. j. C. ex delict. defunct.
f Arg. l. ij uers. sin autẽ absfuerit. C. de anna. except.
g l. eius qui. uersic. plane ff. de iure fisci.
ſ Spec. tit. de accusat. §. j. uersic. qđ si latro.
h l. ex depositi. l. ex contractibus. ff. de act.
i Innoce. Michael. de usur.

biti repetuntur[k], sic etiam ex condictione furtiua insolidum hæres tenetur[l], necnon etiam ex lege Iulia repetundarum[m], item & pro delicto, ex quo lex ipso iure pœnam imponit[n], ut patet in eo, quod in commissum incidit[o].

k l. si non sortem. in prin. ff. cond. indeb.
l l. si pro fure. §. fi. ff. de condi. furt.
m l. ij. C. ad le. Iul. repetund.
n l. iij. §. quod autẽ. ff. quod quisq; iur.
o l. commissa. §. de publica.

IN LEGEM, IVS NOstrum. Quæ magis particularis est, quàm generalis.

INtestatus (ut dixi in titulo de Gradibus) dicitur, cùm testamentum factum non est[p], Vel si factum sit, aliquo modo effectus suos non habet[q], uel in eo alicuius rei de qua disponere poterat mentionem non fecit, nam ea respecta testator intestatus decedere dicitur[r]. Regula est igitur, Neminem pro parte testatum decedere posse, & pro parte intestatum: ratio est, quoniam testamentum est actus indiuiduus[s]. Sed antequam ulterius progrediamur, diluendæ sunt difficultates: quæ, tametsi de his nullam Doctores mentionem faciant, lectorem remorari possunt. In primis lex ait, Ius nostrum non pati. deinde subiungit, Naturaliter non pati, ut quis partim testatus, partim intestatus decedat. At ista diuersa sunt, Lege non pati: &, Naturaliter non pati[a], Deinde si hoc naturaliter non patiatur, quomodo miles contrarium facere potest ex legis dispositione[b], cùm naturalia à lege mutari non possint[c]. Quinimò si testato & intestato decedere inter se pugnent[d], ne iure quidem ciuili subsistere possunt[e]. Ego puto respondendum esse, uerba illa, Testato, & Intestato, inter se pugnare. Hocque patet ex significatione uerborum, & regulæ nostræ uerba illa, Inter se pugna est, indicant: sed si habeamus respectum non ad uerba inter se, sed ad alia, nimirum ad res, uel ad tempus, aut ad personas, in his lex impedit, non natura, ne quis milite excepto testato & intestato decedat. Naturaliter igitur regula nostra locum habet, quando de eadem re, eodem tempore, & eadem persona loquimur; quo casu nec miles pro parte decedere potest testatus[f]. Si uerò de diuersis rebus, aut temporibus uel personis loquamur, tunc iure ciuili regula locum habet[g]: ut nemo paganus posit neque pro parte rerum[h], neque usque ad certum tempus[i] testari, neque unus hæredum portionem in qua institutus est, pro parte acceptare, & pro parte repudiare[k], aut totam suam portionem acceptare, & cohæredis omissam repudiare[l]. Hacq; ratione plerique contendunt ius accrescendi fuisse introductum[m], quod perpetuum non est: cùm neq; in legatis[n], neq; in contractibus[o], neq; ab intestato[p] locum sibi uendicet: in quibus ius accrescendi locum habet. & ob hæc argumenta aliorum ratio quoq; carpitur, uolentium ius accrescendi introductum fuisse, quod hæres defuncti personam repræsentet[q]. Alij idcirco arbitrantur, ne res eadem diuerso iure censeatur[r], ius accrescendi inuentum fuisse. Sed nec hoc uerum est, cùm hæreditas plerunq; diuerso iure censeatur, ob idq; in ea ius accrescendi quandoq; cesset[s]. Itaq; existimarem ius accrescendi, quia inter coniunctos testamentarios[t] uel legales[u] locum duntaxat habet, repertum fuisse, nimirum quòd unius personæ uice tales coniuncti fungantur[x]. Vnde unus si solus supersit, tantùm debet habere, quantum omnes[y] cùm sint inuicem tacitè substituti[z]. Speciali tamen ratione in hæredibus testamento disiunctis ius accrescendi locum habere in professo est[a], ne partim testator intestatus decedat[b]. Dicuntur autem coniuncti, illi, qui in quocunque actu[c], à lege, uel homine[d] unius loco habentur[e]. Coniunctorum uerò species sunt tres[f] (in repetitione nostra fusius docuimus) Re coniuncti, Verbis coniuncti, Re & uerbis coniuncti. Re coniuncti (qui & Disiuncti uocantur[g]) sunt hi, quibus separatim[h], ab eodem[i], idem[k], simpliciter relinquitur[l]. Sed uerbis coniuncti dicuntur, quibus eadem res[m], æquis pro indiuiso portionibus[n], in eadem[o], & coniuncta[p] oratione relinquitur. Re uerò & uerbis coniuncti sunt, quibus

p l. j. ff. de suis & legit. hæred.
q Rub. & toto tit. ff. de inoff. rup.
r l. intestato. ff. de legit. tuto.
s l. hæredes palã. §. fi. ff. de testa. l. si quis cum testamentum. eo. tit.
a L. ẽ prætor. uers. quidam. cũ seq. ff de iudic.
b §. neq; enim. Instit. de hæredib. instit.
c §. sed naturalia. Instit. de iur. nat.
d Vt hîc.
e l. ubi pugnãtia. j. eod. l. j. C. de furt.

f l. eoqi §. sed & si miles. uers. nam sicut. in argu. ff. ad trebell.
g Vt hîc in prin.
h l. ij. ff. de acquir. hæred.
i l. hæreditas. ff. de hæred. instit.
k l. j. ff. de acquir. hæred.
l l. testamento. C. de impu. & alijs.
m Docto. l. unica. C. quaod. non pot. par.
n l. re coniuncti. de leg. iij.
o l. fundus ille. ff. de contrah. emp.
p l. si ex pluribus. ff. de suis.
q Auth. de iureiu. à mol. præst. in prin.
r Argu. l. cum quis ædes. in princ. ff. de usucap.
s l. sed cum patrono. in prin. ff. de bon. poss.
t d. l. testamento.
u l. senius communis ab extero. ff. acqui. hæred.
x l. planè in princ. de leg. j. el j.
y l. coniunctim. de leg. iij.
z l. cohæredi. § qui discretas. ff. de uulga.
a l. hæredes sine partibus. ff de hæredi. instit.
b Vt hîc.
c l. si pater. j. ff. de uulg. l. mortuo. § fi. de leg. ij.
d Gl. uer. ex socijs. l. j. § idem ait. de usufr. accresc.
e d. l. planè. j. in prin.
f l. triplici. de uerb. signifi.
g § si eadem. uersi. disiunctim. Inst. de legat.
h d. l. re cõiuncti.
i l. pe. ff. de usufr. accresc.
k d. l. re coniuncti. uers. eadem res.
l l. hoc declarandum est. ut dixi. d. l. re coniuncti.
m l. huiusmodi. §. quibus. de leg. j.
n d. l. re coniuncti.
o l. unica. §. hoc ita. C. cad. toll.
p l. sicut. §. j. ff. qui. mod. usufr. amit.

quibus eadem res[q], partibus nullis expreſsis[r], in eadem, & coniuncta oratione relinquitur[s]. Proinde qui diſiuncti ſint ex coniunctorum declaratione ſatis apparet[t]: nam ad ſeparatas res uocantur[u], & nunquam in idem concurrunt[x]. Si igitur portio unius coniuncti deficiat, (quod ex perſona inhabili[y], actu falſo[z], obſcuro[a], uel deducto in caſum à quo incipere non poteſt[b], uel ex conditionis defectu[c], aut ex repudiatione[d], uel temporis lapſu[e] contingere poteſt) talis portio deficiens cæteris accreſcit coniunctis[f]: quia (ut dixi) ſunt unius loco. Si uerò portio diſiuncti deficeret, illa nunquam accreſcit[g] cæteris, niſi in hæreditate loquamur: in qua adhuc ius accreſcendi locum habet[h], ne teſtator partim teſtatus, partim inteſtatus decedat[i]. Quæ tamen ratio, certis adhuc caſibus ius accreſcendi non operatur. In primis miles partim teſtatus decedere poteſt, partim inteſtatus[k], ſiue de parte bonorum loquamur[l], ſiue de parte temporis[m]. Rationem nonnulli aſsignant, quòd miles duarum perſonarum uicem ſuſtineat[n], potiſsimum quando filiusfamiliâs eſt[o]. Sed hanc Decius refutat rationem, tum quia etiam ubi unius uicem ſuſtinet miles, hoc priuilegium habet[a]: tum quia regula de uno loquitur pagano[b]: ergo exceptio in uno milite intelligenda eſt, alioqui regulæ non conueniret[c]. Satius eſt igitur ut dicamus, militem huiuſmodi poteſtatem ſpeciali militum priuilegio habere[d]: qua tamen in dubio non præſumuntur uti, ſed iure communi[e]: ſed & illam perdit, cùm è militia reuerſus eſt[f]. Secundò, Per querelam inofficioſi, pro portione illius, à quo mota eſt, teſtator inteſtatus deceſsiſſe dicitur[g]. Secus autem eſt, ſi prçteritionis ratione teſtamentũ rumperetur: quia tunc in totum uitiatur teſtamentum[h]. Quod intelligendum eſt, in eo gradu tantùm uitiari, in quo præteritus ſit: ſiue ſit inſtitutio[i], ſiue ſubſtitutio[k]. In alijs uerò gradibus, ſi ille præteritus ſit inſtitutus uel exhæredatus, ab his gradibus, ſiue ſit primus[l], ſiue ſecundus[m], ſiue tertius[n],

q d. l. huiuſmodi. §. quibus.
r d. l. re coniuncti. uerſ. quia ſemper.
s d. l. ſicut. §. j.
t Arg. l. j. ff. de his, qui ſunt ſui uel alien.
u l. pe. ff. de uſufr. accreſc.
x l. huiuſmodi. §. quibus de leg. j.
y l. j. C. de hæred. inſtit.
z l. j. ff. de his quæ pro non ſcrip.
a l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tutel.
b l. pro parte. ff. de ſeruit.
c l. unica. §. & cum triplici. C. de cad. toll.
d l. j. §. ſi nemo. ff. ad tertull.
e l. iij. §. fin. cum l. ſequ. ff. de bon. poſſ.
f d. l. unica. §. his ita.
g l. ſi mihi & Titio. ff. de uerb. ob.
h l. hæredes. ſine partibus. ff. de hæred. inſtit.
i Bart. l. re coniuncti. de leg. iij.
k §. neq; enim. Inſti. de hær. inſtit.
l l. ſi miles. ij. ff. de mil. teſta.
m l. miles ita hæredem. eod. tit.
n l. ſi certarum. §. Iulianus. eo. tit.
o l. ij. ff. ad maced.
a d. l. ſi miles.
b Vt hic. uerb. eundem. & d. §. neq; enim.
c Decius. in rub. & l. j. C. de teſta.
d Decius hic.
e l. in teſtamento. j. C. de teſta. mili. in fi.
f Gl. j. §. ſed hactenus. Inſtit. de mil. teſta.
g l. circa. ff. de inoffi. teſta.
h l. pe. ff. de iniuſt. rupt.
i l. iij. §. fin. ff. de lib. & poſthu.
k l. ſi à primo. e. ti.
l d. l. ſi à primo.
m d. l. iij. §. fin.
n l. ſi poſthumus. in princ. uerſ. itaq;. de li. & poſth. ff.

teſtamentum incipere poteſt: nec curatur, an ab alijs gradibus ſiue ſequentibus[o], ſiue præcedentibus[p], præteritus ſit: niſi eſſet poſthumus, qui ſi in inſtitutione præteritur, totum teſtamentum corruit[q]: quia cùm ante natiuitatem ualebat inſtitutio[r], quam tamen per natiuitatem uitiat, multò magis omnes alios gradus, quia inſtitutione infirmiores ſunt[s], uitiare debet[t].

Tertiò, Si ſtatuto cauetur, ut quis pro parte teſtari poſsit, ualet ſtatutũ[u]: qui caſus intelligendus eſt, ſecundum ea, quæ ſuprà dixi, quatenus regula noſtra de iure ciuili procedit. nam illud contrarco iure ciuili tolli poteſt[x]: ſecus autem quatenus de iure naturali locum habet: illud enim, cùm natura ſubſiſtunt contraria, nec à iure ciuili immutari poteſt[y]. Quartò, Si is inſtituatur, qui totum accipere non poteſt, pro parte qua eſt incapax, teſtator inteſtatus decedere dicitur[z], ut in matre ſecundò nubente: nam quamuis à filio inſolidum inſtituatur, in bonis tamen à patre filij prouenientibus non niſi uſumfructum habet[a]. Accurſius tamen, cui adſtipulatur Decius, contendit, iſtum incapacem inſolidum hæredem eſſe[b]: ſed illud, quo reſpecto incapax eſt, ab eo tanquam ab indigno auferri[c].

Quintò, Filiusfamiliâs de caſtrenſibus bonis, uel de donatione, quam à principe accepit, teſtari poteſt[d]: cùm in alijs bonis inteſtatus remaneat[e]. In his enim bonis duarum perſonarum uicem ſuſtinet[f]. Sextò, Hodie per exhæredationem uel præteritionem rupto teſtamento, teſtator quoad inſtitutionem deceſsit inteſtatus, non quoad legata[g]. Licet olim ex præteritione paterna teſtamentum prorſus uitiaretur[h], ſed hodie ſemper legata debentur: niſi quis ignorans ſe filium habere, illum præteriuiſſet[i]: tunc legata reuocantur, niſi ueriſimile ſit teſtatorem ea legata reliquiſſe etiam ſi ſe filium habere ſciuiſſet[k]. Septimò Quoad aliquem articulum poteſt teſtator decedere inteſtatus, ut quoad tutelã[l], quoad unũ gradum uitioſum[m]. Octauò, Is qui ingreditur religionẽ inſolidũ de bonis diſpo

o d. l. ſi poſthum. §. quod uulgo.
p l. ſi filius. ff. de hæred. inſtit.
q d. l. ſi poſthumus in prin.
r l. iij. §. ex his. ff. de iniuſt. rup.
s l. iij. ff. de acqui. hæred.
t Arg. l. de acceſſionibus. uerſ. ui qui. de diuer. & tempo.
u Docto. arg. l. ij. in prin. ff. de mil. ga.
x l. nihil tam naturale. j. eod.
y l. ubi pugnantia. j. §. ſed naturalia. Iuſtit. de iure natur.
z l. j. in princ. cum glo. C. de ſecun. nuptijs.
a l. mater. C. ad ſe. natuſ. ô. tertull.
b Glo. hic.
c Arg. l. cogi. §. hi qui ſolidum. ff. ad ſe. trebell.
d l. cùm multa. C. bonis q. lib.
e Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſt. in princ.
f l. ij. ff. ad ſenat. maced.
g Auth. ex cauſa. C. de lib. præter.
h l. filio. ff. de iniu. rupt.
i Arg. l. ſi unquam. C. de reuoc. do.
k Arg. l. Titius. §. j. ff. de liber. & poſthu.
l l. inteſtato. ff. de legit. tuto.
m d. l. iij. §. fin. ff. de lib. & poſthu.

disponere non posset: sed de parte tantùm[n], modò diui Francisci regulam amplexus non sit: nam ille in nulla re uoluntatem habet[o]: sed nec alius monachus, qui ante ingressum religionis filios non habet[p]: ob fauorem enim filiorum permittitur monacho ut uoluntatem habeat, alioquin nec uelle, nec nolle habet[q], & ideo testari non potest[r], cùm nec rerum dominium habeat[s], nec habere speretur[t]. Prætereà cùm sit in potestate abbatis[u], sublata est illi testandi facultas[x]. Nonò impubes ex dispositione patris arrogatoris, in quarta parte bonorum hæredem habere potest, in reliquis remanet intestatus[y]. Quartã partem intelligo, eius portionis, quã ab intestato ex bonis arrogatoris arrogatus habere debeat[z]: non autem de quarta parte omnium bonorum arrogatoris, ne absurdum sequeretur, arrogatum plus ex bonis arrogatoris habere, quàm filij naturales ubi plures essent[a]. Miles quoq; filio suo de bonis, quæ ab ipso ad filium peruenerunt, & non de alijs, hæredem facere potest[b]. Pater item si eum, qui sibi in solidum succedere non posset, filio impuberi substituat, hic omnia bona filij præter paterna ex substitutione cõsequitur[c]. Nonnullos alios casus Socynus in suis fallentijs ad regulam nostram annotauit[d].

n Auth. si qua mulier. C. sacrosan. eccles.
o Clem. exiui. de uerb. sign.
p c. cùm ad monasterium in fin. de statu monach.
q ca. si religiosus. in princ. de elec. in vj.
r c. quia ingredientibus. de test.
s Authé. ingressi. C. de sacrosanc.
t d. c. cùm ad monasterium.
u c. de præsenti. 16. quæst. 1.
x l. qui potestate. ff. de testa.
y l. j. arrogator. ff. de adopt.
z l. Papin. §. si quis impuberi. ff. de inoffi. testa.
a Gl. uerb. quartã partẽ. §. cùm autẽ impubes. Insti. de adopt.
b l. miles ita hæredem. §. ex hære dato. ff. de milit. testa.
c l. vj. ff. de uulga.
d Fall. 400.

IN LEGEM, IVRA sanguinis, cum similib.

De Naturalibus.

NAturale id dicitur, quod tam hominibus, quàm brutis est cõmune[a]: qualis est maris & fœminæ coniugatio[b] non animorum, quia brutum animo caret[c], sed corporum. Item liberorum procreatio, & educatio[d]. Item cognatio, siue consanguinitas[e]. Violentiæ propulsatio[f]. Licet enim & iniuriam propulsare iurigentium sit, non naturalis[g], quoniam bruta iniuriam facere uel pati non dicuntur[h]. Cæterùm ista naturalia, quoniam immutabilia sunt[i], neque ab homine[k], neque à lege[l] tolli possunt: sicut & ęcontrario, quæ naturalia esse non possunt, neque à lege[m], neq; ab homine induci possunt[n], quippe cum talia sint impossibilia, nulla obligatione comprehendi possunt[o]. Imò adiecta obligationi, illam prorsus uitiant[p], etiam si bonæ fidei esset[q]: cùm animum habere non uideatur, qui huiusmodi quod impossibile est promittat[r]: tametsi in ultimis uoluntatibus, illorum fauore reijciatur quod impossibile adiectum erit[s]. Sed aduersus ista obijciet aliquis, Id quod naturale est, ueluti libertas[t], mutari posse: siquidem seruitus contra naturalem illam libertatem introducta est[u]. Sed respondendum est, Naturale non prorsus tolli posse[x], derogari illi tamen posse[y]. Vnde lex ait, Ius ciuile dici, quod neq; in totum à naturali recedit, neque per omnia ei seruit[z]. Vnde serui non omninò adempta est libertas, in his, in quibus libere aliquid facere possunt[a]: nõ enim Serui dicti sunt ex eo, quòd prorsus libertate careant, sed quia seruantur[b]: nec Seruitus dicitur priuatio libertatis, sed constitutio, qua quis dominio alieno contra naturam subijcitur[c]. Vnde serui iure naturali adhæc hodie ingenuis æquales esse dicuntur[d]. Sic licet usus fructus in his quæ naturaliter consumuntur cõstitui non possit[e], quia non est ususfructus, nisi rei permaneat substantia[f], in illis tamen lex quasi usumfructum constituit[g]. Sic licet iura sanguinis non tollantur[h], effectus tamen illius sanguinis ratione proueniens infirmari potest. Vnde mater prægnans partui quoad filius missionem in possessionem nocet, si iudici uentrem inspicere & custodire iubenti obtemperare noluit[k]. Sic pater, non mater, quia tanta non est illius autoritas[l], ob nimiam pau pertatem filium uendere potest[m], sed citra necessitatem non potest[n], & si illum uendiderit poterit in libertatem uendicare[o], sed de euictione tenebitur, si quis putans eum seruum emerit[p]: quod si sciens esset, cùm talis nec pignori filius dari possit[q], repellendus est[r]. Sic liber homo, licet per pactum se in seruitutem dare non possit[s], obseruata tamen quadam

a l. j. in fi. de iusti. & iure.
b d. l. j. §. hinc descendit.
c l. j. §. ait prætor. ff. si quadr. paup.
d d. l. j. §. hunc liberorum.
e § si. Instit. de leg. agnat. tutel.
f Argu. l. j. § cùm arietes. ff. si quadr. pa. p.
g l. j. in fin. cum ij. seq. ff. de iustit. & iur.
h l. j. in princ. ff. si quadr. paup. fe.
i § sed naturalia. Instit. de iur. nat.
k l. quod nullius. infra eo.
l Vt hic.
m l. ubi repugnantia. § si. j. eo.
n l. ea quæ ad dandum. j. eo.
o l. impossibilium. j. eo.
p l. impossibilis. ff. de uerb. oblig.
q l. non solùm. §. de act. & oblig.
r l. cùm hæres. §. j. in fin. ff. de stat. lib.
s §. impossibilis. Instit. de hæred. instit.
t § & libertas. Inst. de iure perso.
u l. manumissiones. ff. de iustit. & iure
x Vt hîc, uerb. dirimi.
y § si Instit. de leg. agn. tutel
z Ius ciuile est. ff. de iust. & iur.
a Arg. l. iij. in fi. §. de acq. rer. do.
b §. serui. Instit. de iure perso.
c § seruitus. Instit. de iure perso.
d l. quod attinet. j. eod.
e l. j. § j. ff. de usufr. ear. rer. quæ usufr.
f l. j. ff. de usufru.
g §. constituitur. in fi. Insti. de ususr.
h Vt hîc.
i § quod autem. Instit. de cap. di.
k l. j. §. si cui. ff. de uentre inspic.
l l. fi. § quare nõ. C. de bonis q li.
m l. ij. C. de patri. qui filios.
n l. abdicatio. C. de patr. potest.
o l. j. C. de liber. caus.
p l. minor. § pater. ff. de euict.
q l. qui filiũ. C. q res pig.
r l. fin. ff. quæ res pigno.
s l. nec si uolens. C. de lib. caus.

dam legis solennitate non reijcietur pactum[t], neq; amplius se ad libertatem prouocare poterit[u], quod tamen patri illius, si pecuniam restituere uelit, leges permittunt[x]. cùm filius pacto suo, patris ius quod in ipsum filium habebat, deterius facere non potuit[y]. Quemadmodum nec econtrà patris uel matris transactio filium seruum facere potest[z], nec matris calamitas filio nocere debet[a]. Vnde pater seruus esse potest: qui tamen liberum habet filium[b]. Nam qui se fiduciarium clientem (id est uasallum) alicuius esse profitetur, filijs suis minimè obest[c], & si pater iusiurandum præstiterit[d]. Si tamen filij hæreditatem patris adiuerint, ex facto patris tenebuntur[e], sed probato confessionis errore reclamare possunt[f]. Proinde sicut in suprà scriptis casibus naturalibus lex multa addidit, & multa detraxit; ita quoq; & in educatione, quæ, ut dixi, naturalis est. Nam pater filium, modò non sit ex nefario conceptu natus[g], alere[h], quamuis emancipatus esset, cogitur[i]: necnō filij uxorem, illorumq; liberos[k]. Mater item filium triennio minorem lactare tenetur[l], & si diues sit, etiam uulgò quæsitum educare[m]. Auus quoq; maternus ad huiusmodi alimētorum præstationem cogitur[n]. Sed ante matrem & auum prius pater cogendus est[o], cùm etiam mater, ea alimenta, quæ non affectu materno, sed potius per coactionem præstitit, iure repetere non prohibeatur[a]. Ex diuerso quoque filius patrem & matrem, quamuis infideles essent[b], & proscripti, alere compellitur[c]. Imò frater diues fratri, sorori'ue, in paupertate constitutis, alimenta denegare non posset[d]. Proinde non solùm filij, uerùm etiam nepotes, & alij liberi, etiam si impuberes sint[e], aut milites[f], parentes tam paternos quàm maternos alere debent[g]: sed prius hi, qui ex linea masculina descendunt, coguntur; alij uerò, nisi in subsidiū[h]. Cæterùm qui alere detrectat, pro modo facultatum alimēta, & cætera quoque onera[i] (hoc est cibaria, uestitus, habitatio[k], eaq; quæ ad disciplinam pertinent[l], uel ad corporis sanitatem[m], ut medicinæ[n], stramenta, lectum[o])

t §.pe. cū gl. Inst. de iure perso.
u l. j. l. Licinius. ff. qui ad libert. procla.
x l. j. & seq. sup. de lib. caus. l. j. § j. ff. de rei uendi.
y l. filius. C. de pac.
z l. trāsactione matris. C. de trāsact.
a l. & seruorum. ff de stat. hom.
b l. ad probationē. ij. C. de probat.
c Doct. d. l. transactionem
d l. uij. §. pen. ff. de iureiur.
e l. cùm à matre. C. de rei uend.
f l. non fatetur. ff. de confess.
g Auth. ex complexu. C. de incest. nupt.
h l. si qs à liberis. §. sed & si filius. de lib. ag.
i d. l. si quis à liberis. in princ.
k l. si filia. § j. ff. famil. ercis.
l l. nec filius. C. de patr. potest.
m d. l. si quis à liberis §. ergo.
n d. l. si quis. uersic. item diuus.
o l. pe. ff. de liber. agnos.
a d. l. si quis. §. si mater. de lib. agn.
b Glo. 30. dist. cap. si qui filij.
c l. mutus. §. manēte. ff. de iure dot.
d l. eū qui filiū. ff. ubi pupil. educ.
e d. l. si quis. §. si impubes.
f d. l. si quis. §. à milite.
g d. l. si quis. §. utrum. j.
h l. pe. ff de liber. agnosc.
i d. l. si quis. §. non tantùm.
k l. legatis. ff de alimen. lega.
l l. de bonis. § non solùm. ff. de carbo. edict. & d. l. legatis.
m l. cætera. ff. de uerb. sig.
n Bart. d. l. legatis.
o l quos nos § uerbū. ff. de uerb. sig. ubi Alciat.

constituuntur: & si adhuc recusent, pignoribus captis & distractis compelluntur[p], nisi iustam recusandi habeant causam: ut quia filius patrem detulerit[q], uel se exhibere potest[r], nimirum quòd sit opifex, qui operis sufficere sibi possit[s]. Sed quid si pater negaret filium suum esse, uel contrà? iudex summatim de ea re cognoscet, & si constiterit, iubebit ali: sin minus, secus[t]. Interim tamen dum cognoscitur, ille qui dubitat alium alere tenetur[u]. Verùm tamen hæc summaria cognitio ueritati non præiudicabit[x], quominus condemnatus de statu adhuc agere possit[y]: quoniam prius iudiciū ceu præiudiciale condemnatorium non erat: siquidē præiudicialis actio ex sola intentione constat nullam habens condemnationem[z]. Vnde plerunq;, non tamen semper[a], iudex in huiuscemodi causis secundò nec non tertiò sententiam proferre poterat[b], ex quo constat priores sententias non esse nisi quædam exempla, quæ posterius iudicantes sequebant̄, ob idq; præiudiciales dictæ fuerunt actiones. Vnde præiudicium, res est quæ cùm statuta fuerit, adfert iudicaturis exemplum quod sequantur[c]. Sciendum est autē has præiudiciales actiones quandoq; simpliciter proponi, ut cùm quis se liberum, uel libertum, aut filium asserit[d], quo casu qui asserit, probare debet[e]. Aliquando cum alia causa proponuntur[f], ut cùm excipiēdo aliquid petimus[g]. Verbi gratia, si alimenta à liberto petantur, & ipse neget, ulteriusq; asserat se ingenuū esse[h]: & hoc casu asserens se ingenuum probatione non oneratur, sed patronus de iure suo patronatus docere debet[i]. Et ita Vlpianum ab alijs aliter atque aliter intellectum[k] interpretor, dum inquit, In præiudicijs eum probare debere, qui habet intentionem secundum id quod intēdit[l]. Id est, qui habet actionem[m] secundum id quod agit, & quatenus actor est: non autē ille probet, qui habet intentionem, hoc est actionem secundum id quod excipit, qualis est iste libertus, qui excipiendo se alimenta non debere, proponit intentionem seu actionem quòd ingenuus est.

p d. l. si quis. §. si q.
q d. l. si quis. §. idem iudex.
r d. l. si quis. uersic. sed & si.
s d. l. si quis. in fin. princ.
t d. l. si quis. §. si uel parens.
u l. si neget. ff. de liber. agnos.
x d. §. si uel parens.
y d. l. si neget.
z l. pe. ff. de his qui sunt sui uel alie.
2 Theophilus. §. præiudiciales Inst. de act.
a l. iij. C. de liber. causa.
b l. j. in prin. C. de assert. toll. ubi glo. uerb. præcipiebant.
c Quintil. lib. v. cap. ij.
d d. §. præiudiciales.
e l. liberis. in fin. ff. de lib. caus.
f l. fi. ff. si libert. inge. esse. dicatur.
g l. iij. §. quid ergo. ff. de lib. agnos.
h d. l. si quis. §. solent. de lib. agn.
i l. quoties opere. ff. de probat.
k Alciat l. quinque pedum. in fi. C. fi. reg. Zazius in suis intell. super l. qui se debere. ff. condic. ind.
l l. generaliter. ff. de except.
m l. si quis intentione. ff. de iudi. §. si quis agens. Instit. de actio.

est. Iuxta prædicta disputat hic Decius, an lege municipali caueri possit, ne pater filium suũ alere teneatur, uel legitimã relinquere portionem: cum enim utrunque naturali ratione debeatur [a], plerique contendunt, statutũ non ualere. nam si de hac re fieret pactum, quia contra leges est, & bonos mores, in professo est, nullum esse [o], etiam si portionem suã quam à patre acceperat filius cõsumpserit [p]. Sed in statuto alia est potestas, cùm enim & alimentorũ prestandorum [q], & legitimæ portionis relinquendæ necessitas à lege introducta sit [r], licet naturali quadam ratione, quis dubitat, non instinctum illum naturalem, sed necessitatẽ illam contraria lege tolli posse [s]? Vnde uidemus exhæredationes iure ciuili ex causa permitti [t], & plerisque in casibus alimenta denegari [u]: Lex igitur præstationis necessitatem tollere potest, sed non uoluntatem, quę ex instinctu illo naturali prouenit. Et ita cõtrouersas Doctorum sententias concilio, ut non ualeat statutum, si prohibeat, ne alimenta pręstentur, ne à uolente quidẽ: contra ualeat, si prohibeat, ne quis cogi possit. Et ista uera sunt in alimẽtis, quæ iure sanguinis debentur: nam de his, quæ ex contractu debentur, semper pacisci licet [x]: eodem modo & de his, quæ in testamento relicta sunt, si iam præterita sint [y], sed si adhuc debeantur, nõ ualet transactio, nisi prætor autoritatem suam cum causæ cognitione interposuerit [z]: aut in utilitatem alimentorum facta fuerit transactio [a], uel iuramento confirmata [b], aut permittente testatore facta [c].

a l. j. §. ius naturale. ff. de instit. & iure. § cum itaque. Auth. de hæred. & fal.
o l. pacta quæ contra. C. de pact.
p Arg. l. libertus q operarum in fin. ff. de ope. libert.
q d. l. si quis à liberis. in prin.
r §. excipitur. Authen. de trien. & semisse.
s §. sed naturalia. Insti. de iure nat.
t Insti. de exhære. liber. per tot.
u d. Auth. ex complexu. C. de incest. nupt. d. l. si quis. §. idẽ iudex. § sed & si.
x l. cùm hi. in prin. uersic. plane. ff. de transact.
y l. de alimentis. C. de transact.
z d. l. cùm hi. §. si prætor.
a d. l. cùm hi. §. eo.
b c. cùm cõtingat. de iureiur.
c l. j. ff. de reb. eorũ.

IN LEGEM, SEMPER in obscuris. cum multis aliis.

De Interpretatione.

DIffusus est in toto iure interpretationis Tractatus, qui pendet ex uerbis & mente: ex qbus duobus, omnis q̃ à lege, uel ab homine dispositio fieri potest, cõstare dicitur [a]. Vbi mens & uerba conueniunt, apertissimi iuris est dispositionẽ ualere [b]. Vbi manifestè repugnant, neutrum seruare oportet [c], etiam si per errorem uerborum saltem realiũ repugnantia contigisset [d]. Si uerò dubium sit, pugnẽt, necne, mens & uerba: hoc casu leges satis inter se constare non uidentur. Nam Vlpianus ait, In obscuris minimum esse sequendum [e]. Cõtrà Caius, In dubijs benigniora præferenda censet [f]. Paulus uerò, in ambiguitate ualere quod actum est, respõdit [g]. Alibi uerisimilius, aut quod plerunque fieri solet, considerat [h], Iulianus obseruandum credidit, quod rei gerendæ est aptius [i]. Metianus uerò ait, In ambiguis orationibus spectandũ eum esse, qui eas protulit [k]. At Proculus refert eum qui ambiguè loquitur, id loqui quod ex his quæ significantur sensit [l]. Rursum Vlpianus in re dubia uult edicti uerbis seruiendum esse [m]. Ad horum itaque responsorum declarationem, præmittendum est Dubium seu Ambiguum ab Obscuro in hoc differre, quòd Dubiũ sit id, quod in ambas partes agi potest: Obscurũ uerò in quàm plurimas, licet plerunque unũ pro alio accipiatur [n]. Cæterùm in huiusmodi obscuris, siue ambiguis, semper id ualet, quod actum est [o], Inde rubricam habemus, Plus ualere quod agitur, quàm quod simulatè concipitur [p]: tam in stipulationibus [q], uenditionibus [r], legatis [s], quàm in delictis [t], in dote [u], in emancipationibus liberorum [x], in donationibus [y], & in alijs similibus negotijs [z]. Ratio omniũ suprascriptorum est, quoniam id quod actum est ueritatem continet [a]. Veritas autẽ omnibus rebus potior est [b], illique omnia cedũt [c]. Et idcirco in contractibus [d], in exhæredatione liberorum [e], in fideicõmissis [f], in conditionibus [g], in sentẽtia [h], & alijs actibus [i], ueritas potius, quàm scriptura attenditur. Sed si quæras, Quomodo id, quod actum est cognoscatur? Respondebo, His tribus modis, Mente, Verbis [k], & benignitate [l]. Sed mens prior est, & potior, quàm uox dicentis [m], potiusque quàm uerborũ proprietas cõsideratur [n]. Et ideo secundum illã uerba & restringi, & extẽdi solent [o]. Hæc autem mens aut expressa est, ant tacita [p]: Expressa cognoscitur uerbis duntaxat [q], quando certũ est, illa cum

a l. scire leges. ff. de legib. l. labeo. circa fin. ff. de supell. legat.
b Instit. de leg. patro. tutel. uersic. quæ & ipsa.
c l. iij. ff. de rebus dub.
d l. iiij. in princi. de leg. j.
e Vt hic.
f l. semper in dubijs. j. eo.
g l. ubi est. ff. de rebus dub.
h l. in obscuris. j.
i l. quoties idẽ sermo. j.
k l. in ambiguis orationibus. j. eo.
l l. nepos. uerf. proculus. ff. uerb. sig.
m l. j. §. si is qui nauem. uersic. in re igitur dubia. ff. de exercit.
n Alcia. d. l. nepos. uerb. ambiguè.
o d. l. ubi. de rebus dub.
p Rub. plus ualere. C.
q l. semper in stipulationibus. j.
r l. sed celsus. §. in emptis. ff. de contrah. empt.
s §. si quis rem. Insti. de legat.
t l. qui iniuriæ. in prin. ff. de furt.
u l. promittẽdo. in pri. ff. de iur. dot.
x l. j. C. de emanci. liber.
y l. nec ignoras. C. de donat.
z l. ij. & iiij. C. plus ualere.
a l. j. C. plus ualer.
b c. consuetudo. 8. distinct.
c c. ueritate. eadem distinct.
d l. j. C plus ualere.
a l. iij. C. de liber. præter.
f l. cùm uirũ. C. de fideicom.
g l. in conditionibus ff. de condit. & demonst.
h l. in summa. in prin. ff. de re iudi.
i l. cùm ea. C. de transact.
k l. nominis. §. uerbum. ff. uerb. sig.
l l. benignius. ff. de legib.
m l. labeo. in fin. de supell. legat.
o l. iij. in fin. C. de lib. præter.
o l. qui quartam. in prin. leg. j. l. quoties. §. si duo. ff. de hæred. instit.
p l. actus legitimi. l. expressa. j. eo.
q Decius l. nõ ualet. nu. 6. j. eod.

A mente

mente conuenire. Et id tribus modis fieri potest [r]: uel uerbis generalibus [s], uel specialibus [t], uel singularibus [u]. Mens uerò tacita, si de legis mente loquamur, si unica sit, per illius correctionē lex correcta esse intelligitur [x]: si sint plures, quamuis una sublata sit, nihilominus lex adhuc locum habet [y]. Quòd si dubitetur, an una sit, an plures, Alciatus existimat [z] illud arbitrio iudicis æstimari. Iudex autē mentem illam primò, ex qualitate legis, quæ debet esse honesta [a], cognoscit. Vnde talis legis sensus accipiendus est, qui uitio careat [b], hoc est, ne quis iniustè lædatur [c], ne sequatur absurdum [d] ne sit captatoria uolūtas [e]. Secundò quoniam leges, sunt inuicē conciliandæ [f], ea mens à iudice usurpāda est, quæ legē minimè abroget [g], quæ'ue iure cōmuni potiusquā speciali defendi possit [h], quæ item dubitabilior sit [i], quæ fauorabilior [k]. quæ tutior [l], quæ'ue effectū habeat [m]: cùm leges ludibrio esse non debeāt [n]. Si uerò de hominis tacita mente loquamur, illa tribus modis cognoscitur: Primò, quando tacitum in consequentiā expressi uenit [o], quo casu illud tacitum quandoq; tantùm operatur, quantùm expressum [p], quandoq; plus, in actibus legitimis [q], in renuntiatione iuramenti de calumnia [r], in iurisdictionis ecclesiasticæ alienatione [s], in autoritate tutorum [t], in sentētia errore iuris lata [u], in legatis in alterius uoluntatem collatis [x]. Secundò, quando tacitum ex natura actus inest [y], & istud tacitū similiter id operatur, quod expressum [z]. Vnde dici solet, expressionē eorum, quæ tacitè insunt, nihil operari [a]: quoniam etiam si ab homine non essent expressa, à lege nihilominus subintelligerentᵘ [b]. Vnde illud tacitum secundum iuris, non hominis, dispositionē est intelligēdum [c]: potiusq; admonitionē, quid [d], & quando aliquid faciendum sit, importat [e], quàm conditionem [f]: nonnunquam tamen uitiat actum, si contra legis formam expressum sit [g]: nonnunquam mutat actus qualitatem, quando aliter, quàm inest, exprimitur [h]: uel quando inerat tantùm ex uoluntate [a], non autem ex necessitate [b]: quæ omnia fusius à Doctoribus sunt suo loco accipienda [c]. Tertiò, quando tacitum ex præsumptione tantùm nascitur, siue ex ueri similitudine, quæ ex consuetudine [d], ex antecedentibus, & consequētibus [e], ex natura actus [f], ex personarum qualitate cognoscitur [g]. Sed ante omnia, & in primis spectanda est disponentis cōsuetudo, deinde regionis [h]. In qualitate tamen rei intrinseca nulla consuetudo inspicitur [i], nisi exprimatur [k]. Secundò, si non appareat consuetudo neque disponentis neque regionis, considerantur antecedentia & consequentia [l]. Vnde illa quæ in præfationibus dicta sunt, in sequentibus repetita esse intelliguntur [m]. Sed si præcedentia à sequentibus differant, quidam putarunt, ea quæ in medio sunt, potius per præcedentia declarari [n]: quoniam potius à præcedentibus sequentia, quàm à sequentibus præcedētia declarantur [o]. tametsi nonnulli uolebant hoc casu minimū consyderari [p]. Tertiò, si ex antecedentibus aut consequentibus nihil interpretari possimus, natura actus est inspicienda [q]: nam maximè consyderatur id, quod plerūq; fieri solet [r], sed nō ita id quod raro contingit [s], quod frequenter à lege contemnitur [t]. Id autem raro accidere dicitur, quod semel, aut bis accidit [u]: si tamē naturaliter accidat, non & per miraculum, lex illius plerunq; rationem habet [x]. Secundum naturam igitur actus, quod rei gerendæ aptius erit, illud est accipiēdum [y]. Vnde dici solet, Verba ex materia subiecta intelligi oportere [z]. Quartò, si ex natura actus non elucescat obscurū ex personæ conditione declarabitur [a]: in qua dignitas [b], charitas [c], necessitudo [d], artificiū consyderatur [e]. Proinde sciendum est tertium hoc tacitum præsumptum, neq; in cōtractibus [f], pacto [g], hypotheca [h], seruitute [i], nouatione [k], donatione [l], neq; in ultimis uoluntatibus [m], legatis [n], cōditionibus

r Bart.l.j. nume.7. ff. de uulga.
s l.fi. ff quod cum eo qui in alie.
t l.j.§. inter filiū §. ad le.cor de fal.
u l.q. in rerū §.fin. & ibi gl. de lega.
x gl.l.j. de leg.tut.
y §. affinitatis. Instit. de nupt.
z lib.j. de uerb.sig.
a l.iustitia.uersic.j. de iust. & iur.
b l. in ambigua. ff. de legib.
c l.ij.§.merito.§.ne quid in loc. pub.
d l.diuortio.j.princip. ff solu.matr.
e l.pe. ff. ad exhib.
f l.unica. C. de inoff.don.
g l. præcipimus. in fi. C. de tēp.app.
h l. in testamento.j in fin. C. de testa. milit.
i l.Domitius. ff. de testa.
k l. interpretatione.§. de pœnis.
l l.adoptiuus.uers. sed in re dubia. de ritu nupt. ff.
m l.pe. in princi. C. de uerb.sig.
n l. hæc stipulatio. §.fin. ut legat. seu fideicom.
o l.ij. ff. de iurisdi. om.iud.
p l.illud. ff. de acq. hæred.
q l. actus legitimi. infrà.
r l.ij. §. sed quia te remur. C. de iura. calum.
s c.dilecti.extra de foro compe.
t l.j. in princi. ff. de auto.tuto.
u Gl. l. ex diuerso. §.fi. ff. solu.matri.
x l. nonnunquam. ff. de cōdi. & demon.
y l. interdum. §. de uerb. oblig.
z l. cùm quid. ff. si cer.pet.
a l.iij. & ibi Doct. de leg.j.
b l.iij. in fin. C. de fideiusso.
c l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. l. quidam cum filium §. de uerb. oblig.
d l.nuto.§ j. ff. de tutel.
e l.in conditionibus. §.j. ff. de condi. & dem.
f d.l.iij.
g d.l.actus legitimi.in fi.l.iij.§ filius.de lib. & posthum.

h l. si ita legatum. §.illi si uolet. de leg.j.
a l. talis scriptura. de leg.j. uers.§ forte.cum seq.
b l. si arrogator. uers. quia hoc. ff. de adopt.
c Docto. d.l.iij. lega.j.
d d.l. semp in stipulationibus.§.
e l.si seruus plurium. § fi. in fi. de leg.j.
f l.quoties.q. ff. de reb.dub.
g l. si cui annuū. ff. de ann.lega.
h l. hæredes. § sed & si notā. in fin. ff. de testa. d.l. si seruum. § fi.
i l.cùm certum. de tri.tritic. & ol.
k l.si qs uinū. in fi. cūm seq. de triti. uino, oleo.
l d.l.si seruus. §.fi.
m l. Titia §j. §. de uerb.oblig.
n l. si cōmunis seruus ita stipulatus. de stip.seruo.§.
o l.qsqs.cū Bart. & glo.j. de lega.uj.
p Arg.l.apud Iulianum. § Seio. de lega.j. aliàs est l. idem Iulianus.
q l.iiij.uersic.uerū. ff. de usur.
r l.in obscuris.§.
s l.ea quæ raro.§.
t l.iij. uersi.qdā. ff. si pars hæred.
u l.nam ad ea. ff. de legib.
x §.insula. Instit. de rer.diuis.
y l.quoties idē sermo.§.eo.
z l.insulam. de præscr.uerb.
a l.sed & si susceperit. § sed & si p[ro]pona. ff. de iudi.
b d.l. si cui annuū.
c l. si ita fuerit. ff. de reb.dub.
d l.Aurelius § Titius. de libe.leg.
e l.plenū § equitij. ff. de usu & habi.
f l. quicquid. §. de uerb.oblig.
g Glo.l.si tibi §.de pignora. ff. de pactis.
h l.as.l.idsis. C. qui potio.in pig.
i l.nam satis est.§.cæterū.quemad.ser.amitt.cum gl.
k l.fi.C.de nouat.
l l.filiusfam. ff. de don.ag.
m l.conditiones extrinsecus.de cond.& dem.
n Bart.l.emptor.§ ancilla.ff.de rei uend.

nibus [o], necꝫ in diſpenſatione [p], renunciatione [q], ſententia [r], tantùm operari quantum expreſſum. Imò aliquando nihil operatur: nã ſi de illo tacito, ſeu caſu omiſſo diſponens etiã errore obſtante nihil cogitare potuit, quod expreſſè factum eſt, ad illum tacitũ ſeu omiſſum caſum minimè extenditur [s]. Non enim actus hominum ultra id, quod cogitare poſſunt, extenditur [u]. Sed & ſi de illo tacito ſeu omiſſo caſu diſponens cogitauit, cùm de illo non diſponit, expreſſus caſus ad hũc omiſſum trahi non debet [x]. Præſumitur autem cogitaſſe, ſi in odium caſus omiſſi de expreſſo diſpoſuit [y], uel ſi aliquid in caſum expreſſum fieri iuſſit [z], uel ſi de caſu aliquo diſponebat, quem citius euenire non arbitrabatur, quàm omiſſus [a], qui nec ullam diſponentis concernebat utilitatem: alioquin ſecus [b]. Vbi uerò diſponens de caſu tacito ſeu omiſſo cogitare poterat, ſed de illo ideo non diſpoſuit, quia putabat omnino euenturum quod diſponebat [c]: uel de caſu expreſſo tãtùm timebat, non de tacito [d]: uel ſi de tacito maior ratio eſſet, quàm de expreſſo [e], aut eundem effectum haberet: caſus omiſſus [f] à lege caſui expreſſo adæquatur [g]: ut in hærede, & bonorũ poſſeſſore [h]: in hærede, & hærede hæredis [i]: in pupillo, & eius tutore [k]: in ſolutione, & cõpenſatione [l], ſeu acceptilatione [m]: tuncꝙ diſpoſitio caſu expreſſi ad caſum tacitum, ſeu omiſſum, extenditur: ſicut & quando expreſſus caſus adimpleri non poteſt, ſed omiſſus duntaxat [n]. Sed & quando caſus omiſſus non diuerſam ab expreſſo rationem haberet [o], ſed eandem aut maiorem [p], ex uirtute expreſſi ſubintelligi poteſt, propter naturam ſuam [q] puram, aut cõditionalem [r], aut connexitatem [s]: etiã ex antecedente aut conſequente prouenientem [t], aut quia caſus omiſſus mixtus eſt & participat cum expreſſo [u]. Hîc ne aliquid omittamus, quærendum eſt, An diſpoſitio cõditionalis ad caſum omiſſum trahatur? Et non trahi certũ eſt, ſi expreſſo diſſimilis ſit [x], niſi actus ſua natura diuerſas conditiones haberet: nam una expreſſa aliam nõ excludit [y]. Si uerò

o d.l.actus legitimi.j.
p Decius c.ſi quando.de reſcript.
q Gl.uerb.pariter. Clemen.ſæpe. de uerb.ſign.
r l.ij.C.quid.prouoc.nõ eſt nece.
s l.ſi alij. de uſufr. legato.
t l.ſi quis ita. §. ſi quis eõ. ff. de teſta.tutel.
u l.qui iure. ff. de milit.teſta. l.non omnis.ſi cert.pet.
x l.ſi cùm dotẽ. in prin. ff. ſol.matri.
y l.fideicõmiſſa. §. ſi cui ita.de lega. iij.
z l.q hæredi.i prin. de cõd.& demõ.
a l.cõmodiſſimè. ff. de li. & poſth.
b l.fina.C.de inſtitu. ſubſt.& reſt.
c l.ſi extraneus. ff. de cond.cau.dat.
d l.fin.C.de poſth. hæred.inſtit.
e l.qui quartam.in prin.de leg.j.
f l.ſi. § ſi. ff.mand. l.mulier. in prin. ad trebel.
g l.ſi. C.de inſtitor.
h l. in conditionibus. §. patronus. de cond.& dem.
i l. paterfamil. de uulg.
k l.ſi fundus. de cõdi.& demon.
l l.ſi peculiũ. §.j.l. ſtatu liberi.§.j.ff. de ſtatu lib.
m l.Iulianus. de cõdi.& demon.
n l.ex facto.§.ſi qs. rj.ff.ad trebel.
o l.mariti.§ prçter ea.l. uim paſſam. §. preſcriptiõe.ff. ad l.Iul.de adult.
p l.ſi ita.de iniuſt. rupt.
q §.illud.Inſti.pro ſocio.
r l.iam hoc iure.ff. de uulg.
s l.Luci°.§.Paulus. ff.de admin.tut.
t l.binas.de ſeruit. urb.præd.
u l.ſi ita. ff.de libe. & poſth.
x d.l.ſi cũ dotẽ. in pri.d.l.cõmodiſſimè.l.fideicommiſſum.de cõdi. & demõ.l.nec ei. §j.ff.de adopt.
y l.iiij. ff.de uulga.

caſus omiſſus expreſſo eſſet ſimilis, cõditio expreſſa, ſi neceſſaria eſſet, ad ſimilẽ extenditur [z]. Eſt autem neceſſaria, quando ſine illa actus aut non ualet, aut effectum habere non poteſt [a], Sed ſi uoluntaria fuerit conditio, id eſt, ſine qua actus ſuum habere poteſt effectum [b], tunc expreſſa cõditio ad tacitam non extenditur [c]: niſi culpa illius, in cuius fauorem appoſita erat conditio, in caſu expreſſo adimpleri non potuit [d], aut ſi nõ poteſt eo modo adimpleri quo diſponẽs uoluit [a]. Sed & ſi non ſolum uoluntatis adimplendæ cauſa, ſed ut aliquis proueniat effectus, conditio appoſita ſit: ſufficiet illã per id, quod æquipollet, adimplere [b]. Vnde ſi te hæredem inſtitui, ſi me inſtitueris: habebis hæreditatem, & ſi me ſolùm ſubſtituiſti [c]. Cõditio item quæ propriè & impropriè accipi poteſt, per interpretationem legis ad caſum omiſſum extenditur: ueluti in ea cõditione, Si inteſtatus decedas: nam etiam in pupillo uera eſt [d], quia ita lex interpretatur [e]. Et hæc de Mente ſufficiant, Nunc de Verbis, ex quibus actus cognoſcitur, eſt dicendum.

SI de mente uerbis contraria non appareat, ab ipſorũ uerborum ſignificatione non eſt recedendum [f]: quæ eſt duplex, Propria, & Impropria [g]. Propria ab autoritate, definitione, & etymologia cognoſcitur [h]. Sed autoritas prius quàm definitio, uel etymologia attenditur [i], modò peritorum ſit: ſecus ſi imperitorum [k]. Hæc tamen autoritas contrario peritorum uſu tolli poteſt [l], penes quem (inquit Horatius) arbitrium eſt & uis & norma loquendi. qui uſus & frequenter contigiſſe [m], & per longum tempus probandus eſt [n]: niſi ex lege aliqua appareat talis uſus, tunc alia non requiritur probatio [o]. Poſt autoritatẽ, ſiue autorum uſum, ſecundo ex Definitione uerborum proprietas cognoſcitur: cùm Definitio ex genere: & proprio conſtet [p], de qua ſuprà aliqua diximus. Tertio igitur ex Etymologia accipienda eſt proprietas uerborum, de qua re Alciatus conſulendus eſt [q]. Verba itaꝗ in hac propria ſignificatione regulariter ſunt

z l.Gallus.§.& qd ſi tantum. de lib. & poſthu.
a Bart. ibidem. nu. 2.uerſicu.contra hoc.
b Bart.ibidem. nu. 2.circa fin.
c d.l.qui hæredi.in prin.l.mquitus.de cõdi.& demon.
d l.Iulianus ait. de condi.& demon.
a l.legatũ. de uſu, fru.legat.
b l ſi. in prin.uerſi. nam & maritis. in ſi. C. de epiſc. & cler.
c l.mulier.§ fin. ff. de condi.inſtit.
d l.fin.uerſi.ſi uerò maritus. qui pet. tuto.
e l.j. in prin.uerſic. planè. ff. de ſuis & legit.
f l. non aliter. in prin.de leg.iij.
g l.j in princi.ff.de ſuis & legit.
h Bart.l.omnes populi. nunc 59.de iuſt.& iur.
i l.ſi chorus.§.j.de leg.iij.
k l.ſi dictum. in ſi. prin.ff.de euict.
l l.Mallurius. ff. de uerb.ſig.
m l.quod ſi nolit. §.quia aſſidua.de ædil.edic.ff.
n Bart. l.Labeo. de ſupell.legat.
o d.l.j.in princi ff. de ſuis & legit.
p Bart.l.j. ff. de teſtam.
q Alciat.l.tabernæ. de uerb.ſig.

accipienda[r]. Et si sint uerba hominis, illa secundum iuris dispositionem intelliguntur[s]: nisi aliter hominem sensisse constaret, ut in duobus casibus Alciatus docet[t]. Nam ex hominis mente, non solum à uerbis legis, sed etiam à uerbis ipsiusmet hominis recedere solemus[u]. Si uerò sint uerba legis, illa nunquam considerantur, si legis mens repugnet[x]. Sed & si non repugnet, sed cesset, tunc quoque & uerba cessare[y] certum est: nisi de lucro captando quis certaret[z], aut uerba adeò generalia essent, ut sine cauillatione restrictionem non paterentur[a]: aut si ad rigorem iuris conseruandū prolata essent, & si cesset ratio, nihilo minus à forma recedere non possumus[b].

Praeterea ex persona[c], re[d], qualitate[e], quantitate[f], loco[g], tempore[h], bono[i], iusta excusatione[k], à legalium uerborum proprietate recedere solemus. quod fusissimè tractat Alciatus libro de uerborum significa. primo.

Impropria uerò uerborum significatio cognoscitur, ubi rem non suo nomine appellamus: ut uendere, pro locare[l]: uel cùm aliquo adiuncto appellamus, ut frater patruelis[m]: uel cùm ex larga quadam significatione uerba quidpiam significant[n]. Verùm in hac impropria significatione regula est, Verba secundum improprietatem non esse accipienda[o], nisi aut ex mente contraria[p], aut ex subiecta materia[q], aliud colligatur. Sed & ne dispositio reddatur nulla[r], aut illusoria[s], uel ne ex ea absurdum aliquod subsequatur[t], impropriè uerba accipere solemus: quae latius Alciatus libro secundo de uerborum significatione prosequitur.

SVPEREST ut de Benignitate dicamus, quam in dubijs & obscuris[u] post mentem & uerba[y] sequi tutius est: In omni actu, putà in libertate relicta[z], in liberatione facienda[a], in iureiurando à pupillo praestito[b], in adiudicandis poenis[c], in re communi ablata[d], in damnatione hominis qui nocens uel innocens esse potest[e]. In probationibus cōtrarijs recipiendis[f], in cancellato testamento[g]. In diuersis sententijs à paribus numero iudicibus probatis[h], in testibus non dispari numero tam pro libertate, quàm contra libertatem testimonium dicentibus[i], in querela inofficiosi testamenti[k], in corrigendis subditis[l], in cessione bonorum facienda[m], in bonis ex ignota causa mulieri quaesitis[n], in domino cōmunem seruum uerberante[o], in legū interpretatione[p], in agnoscendo filio à patre, qui cū uxore semper moratus est[q]. Sciendum est tamē, appellatione Benignitatis uenire id, quod minimum est[r]. Vnde dici solet, In obscuris minimum esse sequendū[s] siue obscurum circa quantitatem debitam[d], siue circa numerum quantitatis, aut tempus debiti persoluendi[e]; siue circa speciem debitam[f], siue circa qualitatem, ad quam refertur debitum, consistat[g]. Nec refert, an ultimis uoluntatibus[h], an in contractibus[i], delictis[k], sententijs à diuersis iudicibus[l] uel arbitris prolatis[m], libertate sub diuersis conditionibus relicta[n], suspecti tutoris accusatione[o], fideiussoria obligatione generaliter[p] aut alternatiuè cōcepta[q], ademptione legati[r], assertione de filij peculio facta[s], & similibus. Praeterea appellatione Benignitatis illud comprehenditur, quod minorem habet iniquitatem[t]. Vnde uulgare est illud, Ex duobus malis minus esse eligēdum[u]. Aequitas igitur Benignitati adeò affinis est ut dici soleat aequitatis benignitas[x]. Sed ex hac aequitate, prima limitatio eorum quae de benignitate diximus ut illa post mentem & uerba consyderetur, est colligēda. Nam aequitas in omnibus, & maximè in iure adeò spectatur[y], ut ex aequitate leges interpretari soleant[a], propter aequitatē à uerbis testatoris[a], ab eo quod usitatum est[b], à forma contractus[c], à iuris regula[d], aut solennitate[e], & si nihil facilè mutandum est ex solennibus[f]. Ex quibus constat aequitatem hanc & menti & uerbis praeferendam esse: quod intelligendum est in casu du-

r l.ij. §. qui in perpetuū. com gl. ff. ff. si ager uectig.
s l. qui si. ff. de uerbo. obli. §. quarto. §. inter. ff. locati.
t Alciatus lib. j. de uerb sign.
u d. l. non aliter.
x l. pe. ff. ad exhib.
a l. ditte. § quibus. de iure patro.
z l. proiectt. §. qui & à quibus. ma.
a l. j. §. item nunciatio. ff. gl. de no. oper. nunc.
b Arg. l. si fundus in prin. ff. de reb. cor.
c l. ij. C. de sentent. ex breuicul.
d l. decurio fortasse de decur. lib. x.
e Bart. l. si non fortes. §. libertus. de cond. indeb.
f l. iij. in fi. de epis. and. C.
g l. iij. de eo quod certo loco reicti pta test. mil.
h l. si diutino. ff. de poenis.
i l. nec diuos. C. de precib. impe.
k l. ij. ff. de iure & fact. igno.
l Bar. l. cod. ferro. §. qui maximos. ff. de publica.
m Bar. l. quaesitum. §. Lucius. de leg. iij.
n l. ij. cum glo. ij. ff. de offic. procōs.
o d. l. non aliter. de leg. iij.
p l. si tibi. ff. si cert. pet.
q l. si uno. uersic. j. ff. loca.
r l. si quando. in pri. de leg. j.
s e. si ciuitas. de sen ten. excom. in vj.
t l. nam absurdum. ff. de bo. libert.
u l. semper in dubijs. l. ea quae. §. in re dubia. in fi. eo.
x Vt sic.
y l. cùm in testamē to. ff de reb. dub.
z l. si ita fuerit. to ff. de reb. dub.
a l. Arrianus. ff. de act. & obl.
b l. si. §. si autem li quide. ff. iureiur.
c d. l. pe. ff. de poen.
d l. mercator. ff. p soc.
e l. absentem. ff. de poenis.

f l. si chirographū ff. de proba.
g l. pe. in prin. uers. sed in re dubia. de his quae in testa. del.
h l. inter pares. ff. de re iud.
i l. intestatum. ff. de manu.
k l. si pars. in prin. ff. de inoff. test.
l ca. disciplina. 45. distinct.
m d. l. si uersi. si ne. ed. C q bo. cede.
n l. quintus. ff. de do. inter uir. & uxo.
o l. item apud labeonē. §. si communem. ff. de iniu.
p l. benignius. ff. de legib.
q l. si l. si uerò non ea mea fresdum. de his qui sunt sui.
r l. si uersi. si uerò. C. de ei. bon. cum si.
s Vt hic.
d l. numinis. de lega. iij.
e l. si ita relictum. § si de leg. ij.
f l. idem Iulianus. § scio. de leg. j.
g l. quo concubina. §. de leg. ij.
h d. l. nemo. eū si.
i l. si ita stipulatus fuero x. ff. de uerbo. oblig.
k l. si praeses. l. pen. ff. de poenis.
l l. inter pares. in fi. ff. de re iud.
m l. diū proferre §. si plures. ff. de arbitr.
n l. sub diuersis. in prin. ff. de condi. & demonst.
o l. iij. in prin. ff. de suspec. tuto.
p l. si fideiussor. ij. ff. mand.
q l. inter cos. in pri. ff. de fideiusso.
r l. si ita est aleripum. in fin. ff. de leg. j.
s l. si quid. io fi. ff. de aedil. edict.
t l. quoties nihil. ff. eo.
u l. si procurator. ff. de dolo mali exc.
x l. nulla. ff. de legib.

y l. in omnibus quidem. ff. eo. z l. si socius pro filia. ff. pro socio.
a l. qui filium. §. fin. ff. ad trebel.
b l. imperatores. in fin. lup. de appell.
c l. si me & Titium io fi. si cer pet.
d Auth. ut sine prohib. matr. in princ. cum glo.
e l. diuus. ff. de in integ. restitu. f l. & si nihil. ff. eo.

bio:

bio; alioqui si mens certa esset, aut uerba, nulla consyderatur æquitas [g].

Secundò regula supradicta de Benignitate limitatur, quando propter benigniorem interpretationem actus redderetur nullus: fieri enim debet interpretatio, ut actus ualeat potius quàm pereat [h]. Vnde Minimũ, quando nullam habet utilitatem, neque in contractibus [i], neque in ultimis uoluntatibus [k], non sequimur, sed Mediocre. Tertiò regula Benignitatis locum non habet, quãdo res adeò obscura est, ut intelligi non possit [l]: tunc enim actus non ex iuris, sed probationis defectu nullus est [m], nec cõsyderatur quod extrinsecus intelligi potest, maximè in eo quod incõsulto testatore in testamento ita deletũ est, ut intelligi nõ, nisi extrinsecus, possit [n]. Ea tamen quæ nõ sunt obscura, sed quæ superabundant, scripturas uitiare nõ solent [o]. Et maximè illa, quæ dubitationis tollendæ causa inserta sunt [p]: siue in contractibus [q], siue in ultimis uoluntatibus [r], siue in donationibus [s], siue in quasi cõtractibus [t], inserta sint. Quoniã quod utile est, non debet per inutile uitiari [u]. Si tamen contra actus formam sunt apposita, uitiãt actum [x], aut illum suspectum reddunt, quando id quod abundans est esset insolitũ [y], Factum quoque extraneum, in aliquo actu interpositum, illum uitiat, siue sit contractus [z], siue ultima uoluntas [a]. Quartò, & ultimò, Benignitatis regula non habet locum, in aliquo actu specialem rationem habente: ut in dote pro qua in dubio est respondendum [b], & similiter pro libertate [c], quæ cùm sit inæstimabilis [d], omnibus rebus fauorabilior est [e]. Sic in legato alimẽtorum non attenditur quod minimum est [f], neq; in legato artificij [g], neq; secundũ Bartolum in legato piæ causæ relicto [h], cui tamẽ repugnat hîc Decius [i], quia secundũ loci cõsuetudinẽ, q̃ ante benignitatẽ (ut suprà dictũ est) cõsideratur [k], in legato pię causę relicto cõsideratĩ minimũ [l]. Secũdũ naturã igitĩ actus faciẽda est interpretatio. Vnde dicitur, In cõtractibus plenã, in testamentis pleniorẽ, in beneficijs plenissimã interpretationẽ faciẽdã esse [m].

Vnde impossibilis cõditio testamentum nõ uitiat [n], sed contractũ [o]. Ex testamento quãuis stricti iuris sit usuræ debentur [p], nõ ex cõtractu stricto, nisi per stipulationem sint promissæ [q]. Ex testamẽto ad id quod deterius factum est agitur [r], pro quo in cõtractu stricto de dolo duntaxat agitur [s]: quæ actio minor est, cùm biẽnalis sit [t]. Sic dominiũ ex testamẽto sine traditione trãsfertur [u], non ex contractu [x]. Angustia temporis cõtractum [y], non ultimã uoluntatẽ, uitiat [z]. Legatarius præterita tributa nõ soluit [a], sed in emptore uel donatario secus est [b]. Legatum in alterius optione collatũ, & si ille nõ optet ualet [c], non contractus [d]. Ex testamento debita paratam habent executionem, non ex contractu [e]. Valet legatũ in hæredis uoluntatem collatum [f], nõ contractus in cõtrahentis arbitriũ relatus [g]: licet in tertij uoluntatẽ cõferri possit [h]. Vino legato debẽtur amphoræ & cadi [i], nõ uino uẽdito [k]. Valet legatũ frumenti sine certa quãtitate relictũ [l], sed non cõtractus [m]: quod speciale est in alimentorũ legato, nã alia legata ex incertitudine uitiantur [n]. Itẽ contra stipulationem [o], uenditorẽ, locatorẽ [p], obscura uerba interpretantur: sed in testamẽto benignior fit interpretatio [q]. in iudicio quoq; ille interpretatur, qui ambiguè locutus est [r]: unde regula iuris facta est, Sententiã eius maximè spectandam esse, qui illam protulit [s]: sic leges à principe [t]: priuilegia à summo Pontifice interpretantur [u]. Obscura tamen iudicialis probatio interpretari nõ solet: quia nisi necessariè concludat, est nulla [x]. In contractibus tamen ea interpretatio facienda non est, quæ promissori admodum onerosa esset [y], sed potius nullus declarari actus debet [z]. Aliquando tamen ubi est eadem ratio, de legato ad contractum argumentari possumus [a], ex eo maximè, quòd legata etiam strictè interpretentur [b]. Quod intelligendũ est hæredis instituti respectu quẽ testator minus quàm fieri possit grauasse præsumitur [c]. Respectu uerò cõ-

g l. prospexit. ī. qui & à quib.
h l. quoties. ij. ff. de reb. dub.
i l. si quis argentũ. § similiq; modo. C. de donat.
k Gl. j. l. legato generaliter. de le. j.
l l. quo tutela. §. quæ in testamento. j.
m l. duo sunt Titij. ff. de testa. tutel.
n l. j uersic. legi. ff. de his quæ in testa. del.
o l. nõ solent. j. eo.
p l. quæ dubitationis. j. eo.
q l. quæ extrinsecus ī. de uerb. ob.
r l. testamẽtum. C. de testa.
s l. sancimus. § j. in fi. C. de dona.
t l. si pupilli. § j. ff. de neg. gest.
u l. j § sed si mihi. ī de uerb. obl.
x l. fideiussor obligari. § qui certo. ī. de fideiusso.
y l. si quis sub conditione. cũ glo. j. ff. de cond. instit.
z l. cõtinuus. ī prin cip ff. de uerbor. oblig.
a l. hæredes palam. §. fi. ff de testa.
b l. in ambiguis, p. j. eo.
c l. quoties dubia. l. in obscura. j. eo.
d l libertas. l. non est singulis. §. fi. infra.
e l. libertas. j. eo.
f l. is cui annua. ff. de aliment.
g l. Stichus. de lega. iij.
h Barto. l. Titio. §. Seia. de aur. & argent.
i Argu. c. ex parte. de censib.
k l. nummis. de lega. iij.
l Decius hîc, in l. semper in obscuris. num. 3.
m c. cum dilecti. de dona. l. in testamẽtis. j.
n §. impossibilis. Insti. de her. instit.
o §. si impossibilis. Insti. de inutil. stip.
p l. iij. C. in qb. cau. in integ. restit.
q l. iij. C. de usur.

r l. huiusmodi. §. ædes. de leg. j.
s l. & eleganter. §. non solum. uersi. ult ff. de dolo.
t l. fi. C. de dol.
u l. j. C. com. de legat. l. cùm hæredem in princip. ī. acqu. poss.
x l. pe. C. de rei uendi. l. traditionis. C. de pact.
y §. loca. Instit. de uerb. oblig.
z l. si mihi & tibi. §. j. de leg. j.
a l. apud Iulianum. § hęredes. de le j.
b l. imperatores. in pri. ī. de publica.
c l. fina. §. sed & si quis. C. commu. de legat.
d l. fi. C. de cõtrah. empt.
e l. fina. C. de edic. diui Adr. § illud quoq;. Authẽ. de hæred. & falcid. l. minor uigintiquinq; anno. cui fideic. ff. de min.
f l. fideicommissa. §. quanquam. de leg. iij.
g l. in uẽdentis. C. de contrah. emp.
h §. emptio. Instit. de cõtrah. empt.
i l. iij. §. si uinum. de tritic. uino.
k l. j. §. licet. ff. de peric. & com. rei uend.
l l. quidam. de tritic. uino.
m l. triticum. ī. de uerb. obli.
o l. cùm post §. gener. ff. de iur. dot.
o l. cùm quæritur. ff. de reb. dub.
p l. ueteribus. ff. de pact.
q l. cùm in testamẽto. ff. de rebus dubijs.
r l. si quis intẽtione. ff. de iudic.
s l. ī ambiguis orationibus. in fi.
t l. fi. C. de legib.
u cũ uenissent. de iudic.
x l. fin. C. unde legit. c. in præsentia. de probat.
y l. iij. §. si quis insulam. ff. de eo quod cer. loc.

z l. quod in rerum. §. j. de leg. j.   a l. quæ de legato de leg. j.
b Decius, l. in testamentis. j. argumento. l. nummis. leg. iij.
c l. unum ex familia. § si rem. de leg. iij.

tractu, multis exemplis nunc ostendimus, latiorem esse legati, quàm cõtractus interpretationem. Beneficij uerò interpretatio (ut iam dixi) istis adhuc latior est[a], nisi ob tertij præiudicium restringeretur[b]; ratione cuius beneficium etiam minori concessum[c] coarctaretur, nisi clausulam illam Tertij præiudicio, aut damno, non obstante, princeps adijceret[d]. Beneficiũ item si publicæ utilitati derogaret, cùm certũ sit illã priuatæ præferri[e], latissimè interpretandũ non est[f]: sicut nec eo casu, quo non motu proprio, sed ad alterius postulationẽ conceditur[g]: quod ita in dubio cõcessum præsumit[h]. Beneficiũ itẽ si contra ius cõmune esset, & plura induceret specialia, ad unum restringi debet[i], potius enim priuilegium est, cùm sit contra ius cõmune, quasi lex priuata[k], & ideo semper restringit[l] sicut dispensatio[m], nisi uerba adeò generalia essent, ut restrictionẽ nõ paterentur[n]. In beneficijs item ecclesiasticis, ob nimiã ambitionem strictissimè interpretatio fieri debet[o].

a l. fin. de constitu. princip.
b l. cùm filiusfa. ff. de milit. testa.
c l. impuberi. ff. de adm. tuto.
d l. ij. §. merito. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco pub.
e Authen. res quæ. uersi. ea enim. C. de fideicom.
f l. si aliquãdo. C. de oper. publ.
g d. l. si aliquando.
h l. j. C. de petitio. bo. subl. lib. x.
i l. si quando. in prin. C. de inoff. testa.
k d. l. si quando. in prin.
l c. cùm dilecta. de rescript.
m c. j. & ij. de filijs presby.
n c. olim.
o c. quium. de probat. in vj.

IN LEGEM, NON VIdetur cœpisse. cum multis alijs.

Quid dicatur esse Nostrum.

QVatuor modis dicimur rem habere. Primò, quando dominiũ habemus[a]. Non dicimur autem dominiũ habere, nisi quãdo res facta est nostra[b]. Vnde cùm Dare, dominij translationem importet[c], facta est regula, Eum non uideri dare, qui rem non facit accipientis[d]. Hæc autem res, in qua dominium habemus, tunc perfectè dicitur nostra, quando à nobis auferri non potest[e]. Hinc regula iuris est, Nostrum sine facto nostro ad alium non transferri[f]. Et hanc rem, quam alij restituere non cogimur, cepisse nos dicimur[g]. Verbum enim Capere cum acquisitionis effectu accipitur[h], siue nobis, siue alijs acquiramus[i]. Quod uerò alij restituere cogimur, cepisse non dicimur[k]. Sic qui tantum erogat, quantum accepit, cepisse non dicitur[l]. Qui restituere debet, quod ex testamẽto accepit, qa nihil cepit, querela agere potest[m]. Qui quod pro se capere non potest, ut alij restituat potest[n]. Legata rupto testamẽto cõiunctis personis nõ debẽtur, si grauentur alijs restituere[o]. Qui se à tutela excusat, legatũ, quod pro se habere debet, perdit: non quod alteri restituere grauatus est[p]. Legatarius qui dolo fecit, ne testamentũ mutaretur, legatum quod alij restituere debet non perdit[q]. Valet donatio uxoris facta marito, grauato illam filio restituere[r].

a l. habere. ff. tit. præced.
b §. singulorum. in princi. Institu. de rer. di.
c §. hic itaque. Institu. de act.
d l. non uidentur data. ff. eo.
e l. omnes. §. j. ff. eo.
f l. id quod nostrum. ff. eod.
g l. nõ uidetur quis quam. ff.
h l. aliud est. ff. titu. præced.
i l. cepisse. ff. titu. præced.
k d. l. non uidetur quisquam.
l l. ciuitatibus. in fi. de leg. j.
m l. si pure. §. fin. ff. de inoff. test.
n l. cogi. §. hi quos soliditũ. ff. ad Treb.
o l. iij. §. utẽ si quis. cùm seq. de leg. præst.
p l. legatarius. de excu. tut.
q l. j. §. si dominus. ff. si quis alij. test. prohib.
r l. Sulpitius. de dona. inter ui. & ux.

Ex quibus omnibus facilè cõijcere est, aliã iuris esse dispositionẽ eorum quę restituere debemus, aliã eorũ quę apud nos sunt permansura. Id enim quod restituere debemus, in bonis nostris non est[s]. Nec ille uidetur possessionem adeptus, qui ita nactus est, ut illam retinere non possit[t]. Hoc itaque primo modo res ex una tantùm causa nostra fieri potest[u], quia rei perfectæ nihil addi potest[x], res autẽ per dominium perfectæ nostra esse dicitur[y]. Vnde illud & ex una tãtùm causa acquiri potest[z], & apud duos insolidum esse non potest[a], licet pro indiuisa parte totius rei plures dominium habere possint[b]. Ex his facta est alia regula, Quòd res quæ mea est, amplius mea fieri non potest[c]: siue stipulatio[d], siue legatum[e], siue emptio[f], siue usucapio interueniat[g]. siquidem rei meæ neque addere neq; detrahere quicquam ullus potest[h]. Sic pignus in re mea mihi constituere nõ possum[i], adeò ut constitutum, antequã res mea esset, postea quàm mea est, extinguatur[k]. Sic si rem meam apud me deposuisti, depositi actione non teneor[l], etiam si apud me ignorantem deposueris[m]. Sic si rem meam precario accepi, non sum obligatus[n], nisi à creditore, cui eam pignori dedi, aut ab alio qui illius possessionem aliqua ex causa haberet precario accepissem[o]. Sic si rem meam conduxi, etiam tanquam alienam[p], nulla est conductio[q]. Sic in re mea neq; usumfructum[r], neq; aliam seruitutem habere possum[s]. Sic rem meam stipulari non possum[t], rei tamen meæ pretium possum stipulari[u], aliud enim est res, aliud rei pretium[x]. Sic si rem meam siue sciens, siue ignorans emi, aut alij tradendam iussi[y], nulla

s l. quod de bonis. §. ex donationibus. ff. ad leg. falc.
t l. non uidetur. ff. de acqui. poss.
u l. non ut ex pluribus. ff. eo.
x Argum. l. ij. C. de uindi. libert.
y l. j. §. qui perpetuũ. si ager uectig.
z l. iij. §. ex pluribus. in fi. ff. de acqui. poss.
a l. si ut certo. §. si. ff. commod.
b d. §. fin.
c d. §. sic itaq.
d l. nemo rẽ suam. ff. de uerb. obl.
e §. sed si rẽ legatarij. Instit. de lega.
f l. suę rei. ff. de contrah. empt.
g l. iiij. §. lana. ff. de usucap.
h d. l. ij. C. de uindic. libert.
i l. neq; pignus. ff. eod.
k l. si rem. ij. ff. de pigno. act.
l d. l. neq; pignus.
m l. bona fides. §. si tamen. ff. deposi.
n d. l. neque.
o l. certe. §. fin. cũ l. seq. ff. de precar.
p l. qui rẽ. C. locat.
q d. l. neque.
r l. ut frui. in prin. si usufr. pet.
s l. in re communi. de ser. rust.
t d. l. nemo rẽ suã.
u d. l. nemo.
x l. qua uas. §. fin. ff. de furt. l. si alij. §. rerũ. ff. de usufru.
y l. & si consensu. §. si. ff. de cõtrah. empt.

nulla est emptio: non tamen repetam quod dedi, si sciens emerim[a]. possum tamē rem meam sub cōditione, si desinat mea esse, emere[b]: itē rei meæ possessionē quā alius habet[c], aut partē meā cum alijs partibus emere non prohibeor[d], alteri itē mādare possum, ut rē meam emat[e]. Tribus tamē casibus dominiū, quod iam habeo, adhuc quærere possum. Primò, quādo illud iure tāsū speciali haberē: nā possum curare, ut illud iure communi sit mihi quæsitū[f]. Deinde, quādo de prima dominij causa dubitatur, ex secunda quærere possum[g]. Tertiò, quādo perfectè meū nō est: nā qui utile tantū habet dominiū, ut bonorū possessor[h], directū adhuc acquirere potest[h], nō autem utile dominiū bis quærere possem[i], sicuti nec directū[k]: nisi aliqua ex causa à me auferri posset: nā ex alia quærere possum[l], cum perfectè meum nō sit, quod mihi auferri potest[m]. Secundò illud dicitur esse nostrū, pro quo actionē, petitionē, uel ꝓsecutionē habemus[n]. Et ꝑ consequens, quod à te euinci potest, in bonis suis nō est[o], sed in bonis euincētis[ſ]: cū is rē habere uideat, qui ad illius recuperationem actionem habet[p]. Similiter id dicitur esse nostrum, pro quo exceptionē habemus[q]. Istud itaq; pro quo actionē, uel exceptionē habemus, cepisse quoq; nos dicimur[r]. Ideoq; ille qui exceptione summoueri potest, cepisse nō dicitur[s]; etsi ex stipulatu actionē habeat[t], qa paria sunt, actionē nō habere, & per exceptionē infirmari[u]. Vnde dicit eum desinere esse debitorē, qui iustā habet exceptionem[x]: sicut definit creditor esse, qui perpetua exceptione summoueri potest[y]: illeq; male[z], & perperā agere dicitur[a]: quod intelligēdum est, si opponatur exceptio. Siquidem si dilatoria sit, ante litē[b]: si peremptoria, ante sententiā[c]: si priuilegiaria, ante exequutionē opponi debet[d]. Hic tamē creditor, qui exceptione repelli potest, præscriptionem sicut agēdo interrumpit[e], ita ad poenā, in quā quis petendo incidit, obnoxius est[f]. Proinde hoc secundo modo nō ita ut primo res ex una tantùm causa nostra esse potest, sed ex pluribus[g]. Quoniā quod nobis debitū est, nō perfectè dicitur nostrū[h]. Vnde iuris regula est, Minus esse actionē habere quàm rem[i]. Non enim præsumitur esse possessor, qui actionem habet[k]: nec uoluit Bartolus, poenam in quā quis ex statuto incidit, qui aliquo casu rem suā uenderet, illū persoluere, qui tali casu actionē quam habet uenderet[l]. Tertiò in bonis nostris sunt, quæ à nobis posside̅tur, uel superficiaria sunt[m]. Sed hoc tertio modo quēad modū & secundo, ex pluribus causis[n] modò contrariæ non sint[o], hoc est, ex pluribus titulis[p] possidere possumus: tam naturaliter, quàm ciuiliter[q], adeò ut etiam post usucapionē ex una causa ꝑfectam, ex alia adhuc causa possidere possimus[r]. Vnde lex ait, Eū qui usuceperit, & pro emptore, & pro suo possidere[s]. Intelligitur autem usuceperit: id est, usucapionē perfecerit[t]: licet Bartolus exponat, id est, usucapi inceperit. Aduertendū tamen, quòd cùm per usucapionem dominia acquirantur[u], & dominia non nisi ex una causa quæri possint[x], ex illa causa qua post usucapionem possidemus, aliam usucapionem minimè acquirere posse[y].

Quartò & ultimò, rem habere dicimur, in qua nec dominium, nec possessionem habemus, sed illam tantum detinemus[z]: ut quando ex aliqua causa in possessionem missi sumus[a], uel si rem ex deposito, commodato, aut locato habemus[b]. Et hoc quarto modo ex pluribus causis rem habere possumus[c]. Verùm res ex isto modo non dicitur esse in bonis, sed ex bonis[d]. Sed obijciet aliquis, nos triplicem rerum differentiam facere: aliquarum, quæ sint in bonis: aliarum, quæ sunt extra bona, ut aliena, & nostra conditionalia[e]: aliarum, quæ neque in bonis sint, neq; extrà: & tamen Iustinianus duas tantùm credidit differentias, inquiens Aliarū esse, quæ in patrimonio sunt: aliarū, quæ extra[f]. Theophilus interpretatur Iustinianū loq de rebus, quæ in dominio nostro sunt, uel extra[g]: nā omnes res sunt in dominio nostro, uel extra, sed nō omnes sunt in bonis, uel extra: cùm latior sit bonorum quàm dominij significatio[h]. Rursus obijcies, rem aliquam esse quæ neq; in bonis,

a l. sine re. ff. de contrah. empt.
b l. extitimo ff. eo. contrah. empt.
c l. si in emptionē. §. rei suæ. ff. eo.
d l. quod si uno. §. fi. ff. de in diem. adiec.
e l. si tibi mandauero. §. si hi quorum. ff. mand.
e Bart. l. idemq; in fin. ff qui pot. in pig.
f ca. post electionem. de concess. præbend.
g §. quos autem. instit. de bo pos.
h l. si quis mihi. §. sed quid. ff. de acquir. hæred.
i Argu. l. cum qui. §. 10 publiciana. ff. de publicia.
k d. §. sic itaq;.
l l. in bello § si qs seruū. ī de capt.
m d. l. omnes § j. ī. eod.
n l. bonorum. ī. §. fi. ā. tit. præced.
o l. quod euincitur. ī. eo.
ſ l. metū. mag. §. licet ff quod met. caus.
p l. qui actionem. ī. eod.
q l. qui in bonis. ī. acquir. rer do.
r l. si quis obligatione ī. eod.
s ut hic.
t d. l. si quis in fin. ī. eo.
u l. nihil interest. ī. eod.
x l. marcellus. ī eo.
y l. creditor. ī. titu. præced.
z l. unic. in fi. quād. dies usufr. lega.
a l. iij. §. si quis. iij. de eo ꝙ cert lo.
b l. pen. & fin. C. de except.
a l. præscriptionē. C. de except.
d l. j. C. de ior. & fact. ignor. l. tamen. si ad maced. ff.
e l. si notissimi. in princ. C. de præscri. 30.
f l. amplius non petitum. ī. rem rat. hab.
g l. non ut ex pluribus. ī. eo.

h l. minor. 25. an. cui fideicom. in fi. prin. de minor. glo. uerb. debetur. uers. & ita large. Instit. de act. in prin.
i l. minus est. ī. eo.
k l. sciendum. §. diuersa. §. pe. ff. qui satisd. cog.
l Bart. l. Gallus. §. uidēdum. de lib. & posthu.
m d. l. bonorum. ī. §. in bonis. titu. præced.
n l. non ut ex pluribus. ī. l. iij. §. ex plurib. ī. acquir. poss.
o l. si ancillam. in fi. prin. ī. ꝓ suo.
p l. j. 10 princ. ī. pro dote.
q l. si quis ante. ī. de acquir. poss.
r l. j. §. fi. ī. ꝓ suo.
s d. §. ex pluribus.
t Argu. l. j. §. hæc autē uerba. quod quisq; iur.
u l. traditionibus. C. de pact.
x d. l. non ut ex plurib.
y l. sequitur. §. lana. ī. de usucap.
z l. stipulatio ista. §. habere. ī. de uerb. oblig.
a l. iij. §. fi. ī. de acq. poss.
b l. officium. §. fi. ff. de rei uend.
c l. si sacculum. §. si ex permissu. ff. depos.
d l. ij. §. in hac. ī. ui bo. rapt.
e l. substitutio. ī. de acq. rer. do.
f Instit. de rer. diuisio princ.
g Theoph. ibid.
h d. l. bonorum.

nis sit, neque ex bonis, neque extra bona[i]: Sed receptius traditum est, hoc esse: uerum in seruitutibus, quæ cùm in qualitate, non in substãtia consistant[k], quemadmodum qualitas sine substantia esse non potest[a], ita neque seruitus, sine prædio[b], & ita neque in bonis, neque extra iudicatur esse[c]. Sed hæc communis sententia apud me dubia est; cùm enim seruitutum nomine actionem habeamus[d], non possunt illæ non esse in bonis nostris[e], cùm largè uerbum bonorum, accipimus: secus autẽ si uerbum, In bonis, pro dominio, prout frequenter usurpatur[f], accipiamus. Et sic intelligemus seruitutem non esse in bonis[g], id est in dominio[h]; neque extra bona, hoc est extra eam bonorũ usurpationem, qua bona dicuntur, in quibus actionem habemus[i]. Aut si exponas, Extra bona; id est, extra dominiũ: contra Iustinianum[k] dices, aliqua esse, quæ non sunt in dominio, neque extra. Sed respondere poteris, hanc speciem mixtam esse, quæ sub simplicibus comprehendi potuit[l].

i l. j. ff. de usufru. legat.
k l. pen. ff. de euict.
a l. j. de usufr. Bart. l. mæuius. de leg. ij.
b l. si aliena. §. hoc iure. ff. de usucap.
c Arg. l. eum qui. ff. de usucap.
d l. ij. ff. si seruit. uend.
e l. rem in bonis. ff. de acq. rer. do.
f §. fin. & ibi latius Theoph. institu. ui bon. rat.
g d. l. j. de usufr. legato.
h l. j. de usufr. ea. rer. quæ usu.
i d. l. bonorum. §. fi. ut præced.
k Instit. de rer. diuis. in princ.
l l. ij. in princ. cum glo. ij. ff. de uerb. oblig.

IN LEGEM, IN OMNIbus obligationibus, quæ particularis est.

MAgnũ est in iure tẽporis prędicamẽtũ, de quo in Arte nostra perfectè tractabimus. Sed quia in hoc titulo pauca de illo dicta sunt, leges ut sunt, simpliciter declarabimus. In primis hîc dicitur, In omnibus obligationibus in quibus dies non apponitur, præsenti die debetur[a]: præsentique die peti potest[b], exactio tamen differtur, donec tãtũ spatiũ præterierit, quo traditio fieri potest. Id uerò spatiũ tribus modis cognoscitur: Primò, ex natura actus: sic mutuum licet purè factũ sit, ne sit inutile[d], præsenti die repeti non posset[e]. Sic nec cõmodatũ, ante finitũ usum in quẽ res erat cõmodata[f]. cõtraria est precarij natura, quod statim repeti potest[g]. Sic non possumus agere, ut statim res nostra liberetur, quã pro alio purè oppignerauimus[h]. Sic promissio dotis facta puellæ, intelligitur cùm nubilis erit ætatis[i]. Quemadmodum merces magistro promissa, uel pẽsio pro domo, eo die præstanda est, quo solutio fieri consueuit[k]. Sic legata pura, licet præsenti die debeantur[l], intelligitur tamẽ post aditam hæreditatem[m]; ante uerò licet peti non possint, purè relicta nihilominus sunt debita[n]. Quod secus est in hæreditate purè relicta, quæ ante aditionem neque peti potest[o], neque debetur[p]. Secundò cognoscitur spatium, ex natura rei uel loci; ut cùm quis id quod in utero est, aut fructus futuros, aut domũ ædificari stipulatur[q]. Sed in fructibus nascituris expectatur tempus quo nascuntur[r], neque plus peti potest, quàm natũ erit[s], etiam si plus promissum sit: repetitur enim quod supra pro eo quod nascetur datum erit[t]. In domus uerò ædificatione, secundum rationem diligentis ædificatoris tempus conceditur[u]. Similiter ratione loci expectatur tempus, quo diligens paterfa. ibi peruenire posset, quo soluere promisit[x]: adeò ut si Romę existens promitteret se hodie Carthagine daturum, uitiaretur stipulatio[y]. In iudicijs uerò pro singulis diebus uiginti milliaria concedi solent[z]. In ultimis uerò uoluntatibus idem tempus, prout in contractu, consideratur[a]: hoc excepto, quòd angustia temporis, quæ stricti iuris, non bonæfidei contractum uitiat[b], ultimã uoluntatem, siue legatum sit[c], siue donatio, aut fideicommissum[d], aut institutio, non uitiat[e]: quia impossibilia in ultimis uoluntatibus adiecta, pro superfluis habentur[f], etiam si sub poena adiecta essent[g]. Poena enim ceu accessoria principalis dispositionis naturã imitatur[h]. Loci autẽ tẽpus nõ solũ in principali, uerũ etiã in fideiussoria obligatione cõsideratur[i], etsi duo sint loci, expectandũ est donec ad utrũque perueniri possit[k]. Tertiò cognoscitur spatium ex benigna interpretatione[l], quæ aliquando ex tacita disponentis mente fit[m], aliquando & frequentius ex miseratione: nã, quo ad debiti executionem, aliquod tempus miserationis gratia concedi semper solet[n]: non enim creditor cum sacro uenire paratus cogitur[o]: sed hoc tempus iudicis arbitrio relinquitur[p], exceptis quibusdam casibus, in quibus lex expressit tempus: ut in constituto, quod ante dec.

a ut hîc.
b l. cedere. ff. lite præced.
c §. fi. instit. de inutil. stip.
d Arg. l. qui sic. ff. de solut.
e Barto. l. si poena. ff. de uerb. oblig.
f l. in commodato. §. sicut. ff. commod.
g l. quæsitum. §. cum quoque. ff. de precar.
h l. Lucius. ff. mãd.
i l. qui filiam. ubi pupil. educ.
k l. Porc. §. omnis ha sti. de uerb. obli. l. nec semel. §. si in habitationem. quand. dies lega. ced.
l l. j. in princ. ff. de cond. & de.
m l. omnia. in prin. de leg. ij.
n l. à Titio. ff. de fure.
o l. legitimam. ff. de pet. hæred.
p l. si nemo. ff. de testa. tutel.
q l. interdum. ff. de uerb. oblig.
r l. inter stipulanté. §. sacrã. uers. si stipulatus. ff. de uerbor. obli. l. nihil. peti. ff. eo.
s l. cum certus. de tritic. ut.
t l. si debitor §. necessitate ff. de cõtrah. empt.
u l. continuus. §. item q insulam. ff. de uerb.
x d. l. continuus. §. cum ita.
y §. loca. instit. de uerb. oblig.
z l. j. si quis caut.
a l. j. de cond. & demonstr.
b l. insulam. §. j. ff. locati.
c l. si mihi & tibi. §. j. de leg. j.
d l. non tantum. C. de legat.
e l. j de cond. instit.
f §. impossibilis. instit. de hæred. instit.
g l. multa. in prin. l. in testamento. j. de cond. & de.
h l. fetus & augerius. ad l. falcid.
i l. si testamento. §. fin. ff. de fideiuss.
k Gl. uer. petat uer. & generaliter. l. iij. in prin. de eo. quod cert. loc.
l Glo. j. in fi. §. omnis. Institu. de uerb oblig.
m l. epistola. §. fin. ff. ad trebell.
n l. si cũ milite. §. fi. ff. de compensat.
o l. quod dicimus. ff. de solut.
p l. j in fin. ff. de iure delib.

te decem dies exigere prohibet[q]: in dote, ante annum[r]: in re iudicata, ante quatuor menses[s]: Verumtamen si quis hodie soluere promitteret, illud miserationis tempus non habet[t]: nam inter has promissiones, Promitto decem: & , Promitto decem præsentia, licet utraque pura sit, plurimum interest[u]. Illi item, qui de re restituenda adueniente tempore satisdationem præstare recusat, hoc miserationis denegatur tempus[x]. Sciendum est autem hoc miserationis tempus, ab alijs temporibus quæ in dispositionibus inseruntur, differre. primò quòd illud à iudice coarctari uel prorogari potest[y]: secus est in alijs dilationibus[z]. Deinde tempus illud neque actionis exercitium[a], neque præscriptionis uel usucapionis initiũ impedit[b]: secus est in alijs[c]. Tertiò, qui ante tempus miserationis petit, in nullam incidit poenam[a]: in alijs duplicantur induciæ[b]. Quartò, dies miserationis compensationem non impedit[c], secus est in alia dilatione[d].

IN LEGEM, IMAGINARIA. quæ paticularis est.

QVatuor hæc uerba, In fraudem factum, Simulatum, Fictum, & Imaginarium, inter se differunt[e].

IN FRAVDEM factũ dicitur, quod uerè, sed in alterius fraudẽ agitur[f]: & tunc ualet actus, sed rescinditur[g]. Hæc autem fraus non præsumitur[h], præterquam in debitore, qui cõsanguineo suo donaret[i], aut non ignorans creditores suos alienaret, & non soluendo efficeretur[k]. Sed etsi quis clam[l], aut uiliori pretio[m], aut per interpositam personam alienaret[n]: & alienans, & accipiens, in fraude esse præsumuntur. sicut & cùm uterque rem alienatam alterius esse sciret[o], aut cùm creditores emptori denuntiarunt, ne emeret[p], aut cùm post alienationem is qui alienauerat iterum possidet[q].

SIMVLATVM dicitur, cùm tacitè aliud agitur, aliud expressum simulatur[r]. Et tunc actus non ualet, si id tacitè uolebãt cõtrahentes[s]. Sed si mutuum cõtrahere uolentes scribant depositũ[t], aut unũ contraxisse asserunt, cùm alius contraxerit[u], aut aliquid licitum se facere simulãt, cùm illicitum faciunt[x], illud quod uerè actum est, si ualere potest, cõsideratur[y]. plus enim ualet quod agitur, quã quod simulatè concipitur[z]: si ualere non potest, ualet quod simulatè est actum[a]. Sed quid si unũ tantùm contractũ inire uelint, uerùm hoc tacitè agant, ut modico tempore duret: hoc casu ualet quod simulatè agitur[b]. Quid si non omnes cõtrahentes, sed alter tantũ simulet? Tunc potius dolũ, quàm simulationem esse certũ est[c]. Et nisi lex actui præcisè resistat[d], in potestate eius qui deceptus est, erit, ualeat necne contractus[e].

FICTVM illud dicitur, quod cũ ueritate pugnat[f]. Sic fictio postliminij fingit, captũ nunquã fuisse captũ[g]. Lex Cornelia fingit mortuum apud hostes, antequam ab hostibus caperetur, mortuũ esse[h]. Lex fingit mortuũ plerunque ut uiuat[i]. Lex fingit mulierem stipulationẽ de dote sibi reddẽda interposuisse, quã nunquã fecit[k]. Verba solẽnia frequenter finguntur intercessisse quæ nunquã interuenerũt[l]. Et hæc fictio à lege tantũ introducitur[m], neque aduersus illam probatio admitti potest, cũ sæpe pro ueritate habeatur[n]. Aliud in iuris præsumptione, quæ cõtrariã admittit probationem[o]. Sciendum est tamen, legem in eo casu nihil fingere posse, quo ueritas locũ habere nõ posset[p]. ars enim (ut dicunt) limitatur naturam[q]. Sed ubi ueritas & fictio locũ habere possunt, regula est, ueritatem fictioni præferri[r]. Quod uerum est trib[us] concurrẽtibus. Primò, quòd candẽ rem respiciant, siquidẽ in diuersis rebus altera alterã nõ impedit[s]. Sic hæreditas quarundam rerũ respectu defunctum fictione legis repræsentat, quarundam ueritas consideratur[t]. Sic filij uox in quibusdã fingitur uox patris, in alijs ueritas attenditur[u]. Sic in postliminio quædam ipso iure quæsita finguntur, quædam nõ nisi uerè acquiruntur[x]. Secundò, quòd idẽ tempus respiciant, quoniã in diuersis sese compatiuntur[y]. Vnde heres post aditam hereditatem defunctum fingitur repræsentare, antè ueritas obseruatur[z]. Sic legatũ filio relictũ, si sit in potestate fingitur patri quæsitũ esse: si sit sui iuris,

q l. promissor. §. j. ff. de cõsti. pecu.
r l. j. § exactio. C. de rei uxo. act.
s l. fin. C. de usur. rei iudic.
t l. liber homo. §. j. ff. de uerb. obli.
u l. talis scriptura. in prin. uersi. q si iorm. leg. j.
x l. si debitori. ff. de iudic.
y l. ij. ff. de re iudi.
z d. l. luci[us]. ff. mãd.
a l. si constante. §. quoties. ff. solu. matri.
b l. in rebus. in fin. C. de iure dot.
c l. cum notissimi. §. illud. C. de præscr. 30.
a Alex. l. intra ff. de rec iud.
b § hodie. Instit. de except. 7.
c d. l. si cum militi. §. fin. ff. de compensat.
d l. quod in diem. in prin. ff. de compensat.
e Alci. parerg. lib. iij. ca. ij.
f l. fraus. ff. de legib.
g Rubr. ff. quæ in fraud. cred.
h §. in fraudẽ. uers. pe qua aliusse. Instit. quib. ex cau. mai.
i l. data. C. de donat.
k l. si quis cũ ff. quæ in fraud. cred.
l Argu. l. fin. ff. de rit. nupt.
m l. p diuersas uer. ita tamẽ. C. mãd.
n Bart. arg. l. pupillus § sed etsi per. de act. tuto.
o l. si siue. C. ad uelleia.
p l. ait prætor. §. si quis particeps. ff. de his quæ in fraud. cred.
q l. si. ut. §. superuacuum. ff. quib. mod. pig.
r l. j. § dolum. ff. de dol.
s l. simulatè. de ritu nup.
t l. si ex pretio. C. si cert. p. t.
u l. ij & iiij. C. plus ualer. quod.
x l. iij. C. eo. cum glos.
y l. Lucius ij. ff. de pos.
z Rub. C. plus ual.
a d. l. Lucius.
b Argu. l. iiij. § si ab ignoto, de manumiss.
c l. j. §. j. ff. de act. empt.
d Glo. l. à diuo. de ritu nupt.
e l. & eleganter. in princ. ff. de dol.
f Bald. rub. de præsumpt. in antiq.
g §. si ab hostibus. Instit. de adopt.
h l. j. §. lex falcidia. ff. ad l. falc.
i §. sed si in bello. instit. de excus. tuto.
k l. unic. in princ. C. de rei uxo. ac.
l l. antep. ff. de manu. uindic.
m Barto. l. si is qui pro emptore. ff. de usuca. nu. 23.
n l. filio quem pater. ff. de lib. & posth.
o l. siue possidetis. C. de probat.
p l. qui ad certum. ff. locat.
q l. adoptio enim. ff. de adopt.
r d. l. filio.
s l. antiqui. in prin uers. ubi autẽ. & uers. quartã partem. si pars hær.
t l. hæreditas. in multis. ff. acquir. rer. do.
u §. et uerò. Instit. de inutil. stip.
x l. denique cum seq. ex quib. caus. maior.
y l. retro. ff. de rapt.
z Aut. de iureiur. à mor. præstit. in princ.

ris, uerè filio queritur[a]. Tertiò, quòd fictio & ueritas cõtrarios nõ habeant effectus, alioqui fictio ueritati præfertur[b]. Vnde usucapio, quæ est ficta dominij acquisitio, uerum dominiũ tollit[c]. Restitutio fingit nõ factum, præualetq; ei quod uerè factum fuit[d]. Sic fictio quòd quis in utero non sit, præfertur ueritati, quod sit[e]. Sic ratihabitio cõtra ueritatẽ fingitur à principio interuenisse[f]. Et hæres postquã adiuit fingitur à morte testatoris adiuisse[g].

Quartò, IMAGINARIVM dicitur, quod ad imaginem & similitudinem introductum est[h]. Sed hoc perpetuum non uidetur, quoniam substitutio, quæ ad pupillaris substitutionis exẽplum introducta est[i], imaginaria non dicitur: neq; etiam parentum tutela, ad similitudinem aliarum introducta[k]. Vnde Imaginarium hîc pro simulato acceperunt interpretes[l]. Sed hoc Alciatus reprobauit[m], inquiens, simulatam uenditionẽ dici posse etiã accedente pretio[n]. Fatendum est tamen, nullum imaginarium sine simulato, uti inter speciem, sine genere esse posse[a]. Fateri quoq; oportet, Imaginarium dici & si pretium accedat[b]. Nec obstat lex nostra, quæ ait, Imaginariã uenditionem non esse, pretio accedente[c]: quoniam cùm emptionis substantia ex pretio consistat, illud etiã si tantum cõuentũ sit, nõ numeratũ[e], aut illius loco res alia fuerit soluta[f], efficit ut uẽditoris respectu, quia hoc pretiũ consequitur, imaginarius dici contractus non possit[g]. Etiam si pretiũ esset remissum[h], modò à principio actum fuerit, ut illud solueretur: sed si oppositum esset ea intẽtione, ut donaretur, neq; uẽditio est[i], neq; locatio[k], neq; societas[l], sed donatio[m]. Sed etsi minus pretiũ, quã res ualeat, accesserit: adhuc uẽditionẽ esse cõstat[n]: nisi uno nũmo facta fuisset[ø], tunc enim si maioris sit pretij, quã unus nummus, nulla est[o]: pręterquã in matrimonij[p], libertatis[q], aut emãcipationis casu[r]. Sed obijcies, quoniam correlatiuorũ eadem est iuris dispositio[s], si uenditio imaginaria nõ sit, pretio accedente[t], quî fit quòd emptio etiã pretio accedẽte imaginaria dicatur[u]? Respondeo, Illud Imaginarium esse, quod ad Imaginẽ quidẽ, & similitudinem[x] (ut suprà diximus) sed nõ perpetuam, uerũ temporariam similitudinem introductũ est[y]. Quæ quidẽ temporaria similitudo in uenditore, quia pretium habet, considerari non potest, nisi simulatio interueniat. At in emptore aliud est, qui potuit ab alio ut emeret pretiũ recipere[z]. Itaq; ubi imaginarius celebratẽ actus, ipso iure nullus est[a]: quia ueritate non intercedente fides facti simulatur[b].

a l. quę legata. j. eo.
b l. lege cornelia. ff. de testa.
c Instit. de usucap. in princ.
d §. rursus. eis seq. instit. de act.
e l. qui in utero. ff. de stat. hom.
f l. semper qui non prohibet. j. eo.
g l. hæres quandocunq. ff. de acq. hæred.
h Instit. de testa. in prin. uer. accessit.
i §. qua ratione. Instit. de pupill.
k Instit. de legit. per tutel.
l l. & qui sub imagine. C. de distr. pig.
m Alci. parerg. iij. cap. ij.
n d. l. ij. C. plus ualer. quod ag.
a l. contractus. ĩ. de act. & oblig.
b d. l. iiij. §. si ab ignoto. ĩ. de manumiss.
c Vt hic.
d l. pacta cõuenta. ff. de contrahen. empt.
e l. ij. uers. fin. ff. de contrah. empt.
f l. pretij. C. rescin. uend.
g Argu. l. iij. C. de rei uend.
h l. si sponsus. §. circa. de don. inter uir. ff.
i l. cùm in uenditione. ff. de contrah. empt.
k l. sicut emptio. ff. locati.
l l. v. in fin. ff. pro socio.
m l. empt. C. de contrah. empt.
n l. si quis donationis. ff. de cõtrah. empt.
ø l. iiij. & vj. C. de rescind. uend.
o l. si quis conduxerit. ff loca.
p l. si ususfructus. ff. de iur. dot.
q l. cũ affirmes. C. de liber. causa.
r §. fin. cũ gl. uerb. imaginaria. inst. quib. mod. ius pa tr. potest.
s l. fin. C. de indic. uid. toll.
t ut hic.
u d. l. iiij. §. si ab ignoto.
x Instit. de testa. in prin. uer. accessit.
y Auth. quomodo oport. episc. in prin. uers. neque enim.
z d. l. ij. C. plus ualer. d. l. & qui sub imagine.
a l. nuda. ff de contrah. empt.
b l. contractus. ĩ. de act. & oblig.

LEX CVM TEMPVS.

particularis.

TEmpus in dubio fauore soluentis creditur esse adiectũ[c]: siue in contractibus[d], in ultimis uoluntatibus[e], siue in iudicijs[f]: nec refert, an à lege, an ab homine tempus fuerit adiectũ[g], an ex ipsius actus natura insit[h]. Aduertendum est tamẽ, Tẽpus quatuor modis adijci posse. Primò, si ita dictũ fuerit: Hodie præstabo: illo eodẽ die exactio fieri potest[i], maioremq; effectũ habet illa diei expressio, quã pura obligatio[k]: cũ sine interpellatione debitorẽ in mora constituat[l], quod minimè facit pura obligatio[m]. Hoc igitur primo modo, nõ in fauorem soluẽtis, sed demonstrationis gratia tempus dicitur appositum[n]. Secundò, si ita tempus sit expressum, Dabo hoc mense, uel anno decimo: tunc antequam omne tempus elapsum fuerit, nihil est petendum[o]: adeò ut nec ante ultimi diei lapsum peti possit[p]. Si tamen hoc tempus fauere accipientis adiectum esset, principium ultimi mensis uel anni consideratur[q], sicut & quando tempus finiendæ obligationis causa est adiectum[r]. Tertiò si promisero in annos singulos, uel quotannis, aut quolibet anno: in principio anni facienda est solutio[s], nisi ob necessitatem aliquam fieret solutio, tunc necessitatis tempore soluitur[t]. Sed etsi certæ rei fructus præstandi essent, tempus quo fructus colliguntur considerare oportet[u], etiam respectu quantitatis, quæ cum fructibus adijceretur: puta, Promitto X. amphoras uini illius fundi, et X. aureos annuos[x]. Quartò, si in diẽ incertũ aliquid promisero, ante illum solui

c §. omnis. in fi. Instit. de uerb. obl.
d l. eum qui calendis. §. fi. ĩ. de uerb. oblig.
e ut hic.
f l. intra. ĩ. de re iud.
g § exacti. l. unic. C. de rei uxor. act.
h l. continuus. §. cũ ita. in fin. ĩ. de uerb. oblig.
i l. liber homo j. §. j. ĩ. de uerb. obli.
k l. talis scriptura. uers. quod si fortè. de leg. j.
l l. magnam. C. de contrah. & commit. stip.
m l. si ex legati. ĩ. de uerb. oblig.
n d. l. liber homo. §. j.
o l. qui hoc anno. ĩ. de uerb. oblig.
p d. §. omnis. in fi.
q l. si ita fuerit libertas relicta. ĩ. de manu. testa.
r l. eum qui ita §. § ita stipulatur. ĩ. de uerb. oblig.
s l. nec semel. ff. quãdo dies leg. l. j. C. quãdo dies lega.
t d. l. nec semel. §. si in habitationem.
u l. firmio. §. pater. ff. quando dies leg. ced.
x Bart. argu. l. si legatarius. §. j. de leg. iij.

solui non potest[y]. Quia cōditionis loco habetur[z], antequam certum est creditorem ut quid recipiat cogendū nō esse, ne deficiente conditione restituere debeat[a]. Nunquam enim ante tempus admittitur solutio, si ex ea tertiò fieret preiudicium[b]: multò minus igitur si creditori damnosa esset[c]: ueluti si deberētur fructus qui tempore deteriores fiunt: nam ante tempus illos: nisi per rescriptum[d] recipere non compellitur[e]. Sciendum est tamē, eum qui soluere debet, cùm tempori pro se introducto renuntiare possit[f], si ante illud soluere uelit, nō prohibetur[g]. Vnde hæres hæreditatē, quam post mortem suam restituere est grauatus, ante mortem restituere potest[h] nec qui ante tempus restituit, in fraudem creditorum restituisse dicitur[i]. Hacq; ratione hæredes post mariti mortem, si dotem in rebus mobilibus consistentem reddere statim uoluerint, intra annū, quem ad illam restituendam habent[k], uxorem defuncti alere non cogūtur[l]. Sed quid è contrario, an creditor ante tempus in sui fauorem adiectum petere potest? Et posse Romanus censuit[m], cùm creditoris & debitoris eadem debeat esse cōditio[n]. Sed si utriusque gratia tempus esset adiectum: illud, & non aliud attēditur[a]. Sicut nec eo casu, quo lex expressè prohibet, ne ante aliquod tempus fiat solutio[b]. Sed cùm de tempore ad locum ratiocinari liceat[c], an sicut tempus, ita & locus in fauorem soluentis adiectum censeatur? Et in dubio putarem, magis creditoris gratia adiectum[d]. In alternatiuis enim locorum electio est actoris non rei[e], licet utriusq; loci mentionem in libello facere debeat[f]. Debitor tamen ante petitionem potest eligere locum, in quo magis soluere uelit[g].

y l. stipulatio. § inter, certam. ff. de uerb. oblig.
z l. dies incertus. ff. de cond. & de.
a Bart. l. item libe ratur. § qui paratus. in fi. ff. quib. mod. pig.
b l. ux orē. § sciant. de leg. iij.
c l. qui Romæ. in prin. ff. uerb. obli.
d Arg. l. quoties. C. de precib. imper.
e Bal. l. plures apochas. C. de fide instru.
f l. fin. § fin. C. de temp. appell.
g l. qđ io diē. ff. de solut. l. quod qs. ff. de act. & obli.
h l. post mortē. C. de fideicom.
i l. patrem. cū seq. ff. quæ in fr. cred.
k d. l. unic. § exactio. C. de rei uxor.
l Arg. l. si cōstante. § quoties. ff. sol. matr. Baldus aut. & qui iurat. C. de bo. aut. iud. poss.
m Arg. l. si cū dies. § si arbiter. in fi. de arbitr.
n l. fin. C. de fruct. & lit. expens.
a Decius. hic. in fi.
b l. j. C. si dos con stant.
c l. ornum. ff. si cer. petat.
d d. l. qui romæ. in princ.
e l. ij. in prin. uers. quare. ff. de eo quod cert. loc.
f l. ij. § fin. eod tit. quod cert.
g d. l. ij. in princ. uers. & generaliter.

IN LEGEM QVAE legata. cum seq.

Regula est, In cōtractibus id tempus, quo contrahimus, spectari[h]: in legatis, tempus quo legatum debetur[i]. Quidam dicunt rationem esse, quia contractus ex facto contrahentium nascitur[k], unde illius facti consideratur tempus[l]: legatum uerò legatario etiam sine facto illius, nimirum ignoranti & absenti[m], fieri potest. Vnde tempus quo illud debetur tanquā præcipuum sit attendi solet[n]. Sed hæc ratio ex eo reprehenditur, quòd in donatione causa mortis perinde ac in cōtractu factum requiratur[o], & tamen in ea tempus quo debita est obseruatur[p]. Veruntamen hæc reprehensio parum me mouet: quoniam falsum est, donationem factum nostrum & operam ita requirere prout contractus[q]. Vnde uidemus illam legato potius æquiparari, non contractui[r]. Non obstat: quòd donatio non nisi præsenti fieri possit[s]: quia in hoc à legato: sicut & in quibusdam alijs[t], fateor differre, propter ipsius uerbi Donationis significatum: nimirum quia Donatio ab ipsa executione nomen accipit, id est, à rei datione[u]. Alias attamen refert Iason rationes[x], quæ potius sunt istorum diuersorum temporum, quæ considerantur, effectus: ut statim dicemus. Aliam hîc post Baldum Pyrrhus recitat, quòd in contractib. quia ex consensu substantiam habent[y], tempus illius consensus consideratur: sed legata perfectè non debentur, nisi post acceptationem. Sed hæc ratio legato respecto est falsa, cùm non attendetur tempus illud perfectæ acquisitionis, sed tempus quo legatum debetur[z]. Aliud, quod hic adfert Ferrarius, horum temporum diuersorum effectus respicit. Nam ex eo, quòd in contractibus tempus contractus spectatur, contractus cōditionalis ad hæredes transmittitur[a]: quoniam conditio postquam extitit ob id retrotrahitur[b], quòd in contractibus tēpus contractus consideretur. Legatum uerò conditionale non transmittitur[c], quoniam conditio, ex eo quòd tempus relicti legati non consideratur, retrotrahi non solet[d]. Hacq; ratione legatum filio sub conditione relictum, ipsi filio acquiritur, si conditionis tempore sui sit iuris[e], cùm enim existente cōditione cōditionale legatū debeatur[f], illud tēpus, nō aliud (ut iam dixi) spectat: legatū uerò purū, quia illud statim ab adita hæreditate debetur[g]: illud patri in cuius est potestate, acquirit: ut hic. Idem

h l. seq. l. non omne. § j. ff. eod.
i l. si legat. in fin. ff. de pignor.
k l. cōsilio. § fi. uer. facti. magis quā iuris. ff. de cur. fur.
l Gl. fi. l. si uxorē. C. de cōd. inser.
m l. cùm pater. § surdo. de leg. ij.
n l. si alienum. § fi. uers. nā ins. ff. de hæred. inst. c.
o l. inter. in princ. uers. ui mortis. de do. causa mort.
p l. sed interim. § j. uers. & ait cōsequens. ff. de donat. inter uir.
q l. liber homo. § sed & hæreditatem. acq. rer. do.
r Instit. de donat. in prin. uers. nam cū prudentibus.
s d. l. inter.
t Gl uerb. ferè. Instit. de donat. in princ.
u Bart. l. iurisgentium. in prin. nu. ij. de pact.
x Ias. l. si filius fam. ff. de uerb. oblig.
y l. j. § adeò. ff. de pact.
z l. receptum est. in fi. ff. communia præd.
a § ex conditionali. Instit. de uerb. oblig.
b l. potior. in fin. princ. ff. qui potio. in pig. hab.
c l. unic. § sin autē aliquid sub cod. C. cad. toll.
d l. si mater. § eandem. uers. at si ff. ex cap. rei iud.
e l. j. § fin uers. si ei qui. ff. ut legat. seu fid.
f l. v. in prin. uers. sed si ff. quand. dies legat.
g l. omnia quæ. in prin. de leg. ij.

Idem est de legato in diem debito[h]. At contra in stipulatione conditionali: siquidem filius qui sub conditione est stipulatus, etiam si existēte cōditionis tēpore sui sit iuris, patri acquirit[i]: quia cōtractus tēpus cōsideratur: quo quoniā in patris potestate erat, idcirco illi acquirit. Cæterum aliquādo in cōtractibus uel legatis supra dicta nō obseruantur tempora. Siquidem quo ad obligationis acquisitionē, tempus contractus consideratur[k]: sed quoad ipsius obligationis ualorem, si ex stipulantis persona substantia desit, stipulatio statim nulla est[l]: adeoq; cōtractus tēpus consideratur, ut ne cōditione quidē existente ualeat[m]. Idem est si rei promissæ respectu substantia deficeret, ut cùm res est sacra[n]: sed si tantū rei qualitas obstaret defectus qualitatis nō adeò nocet[o]: tunc enim non tempus contractus, sed tempus quo res debetur, considerandum est. Veluti si rem meā sub conditione stipulet, nam ualet stipulatio, si conditionis tempore desierit esse mea[p]. Alioquin inutilis esset si tempus contractus, quo res dicitur esse mea, consideretur[q]. Rursum si non de cōditione casuali, uel mixta loquamur, sed de ea, quæ in nostra potestate sit, tunc non cōtractus, sed conditionis tempus attenditur[r]. Quoniā si fictionem, quæ ex æquitate introducitur[s], in ea conditione quæ in potestate nostra est, ut retrotrahatur admittamus: non quod æquum est, sed iniquum lex fingeret[t]. Præterea si tempore, quo conditio extat, res ipsa non extaret[a], aut persona uera[b], uel ficta[c], conditio non retrotrahitur: sed contractus redditur nullus[d], tametsi in obligatione iam nata, neq; rei[e], neq; personæ defectus, uitiet contractum[f]. Adde, quòd respectu acquisitionis dominij conditio non retrotrahitur[g]: quoniam cùm illud ned in contractu puro sine traditione nō trāsferatur[h], multò minus conditionis euentu fingi potest illa dominij translatio, cùm ibi lex nihil fingat, ubi ueritas locum non habet[i]. Item si sine fraude & dolo obligationis tempus differatur, illud, non tempus contractus spectatur[k]: ueluti si filius institueretur, cùm emancipatus esset[l], uel cùm filius accipit fideiussorem pro pecunia quam Titio crediturus est[m]. Sed in casu dubio, filius in patris fraudem obligationem differre præsumitur[n].

h l. 7. uers. si uerò.
i l. si filiusfa. j.
k Gl. l. non omne. §. fin. j. eo.
l l. j. §. j. ff. de stip. seruo.
m l. usufructus. in fi. ff. de stip. ser.
n l. inter stip. §. sacram. ff. de uerb. oblig.
o l. in uenditionibus. cum l. seq. ff. de contr. empt.
p l. si rem meam. ff. de uerb. oblig.
q l. nemo rem sui. ff. de uerb. obl.
r l. quidam cum filium. §. fin. eo tit. de uerb.
s l. denique. l. nec utilem. ex quib. caus. maio.
t l. pen. ff. quæ res pig.
a l. quoties. in prin. ff. de nouat.
b d. l. quoties. uers. fin.
c l. si à te. ut lega. seu fid.
d l. postquā hæres. in princ. ut leg. seu fid.
e l. stichū aut pamphilum. in princ. ff. de solu.
f l. hactenus. in prin. ff. de constit. pecu.
g Bartl. si is qui pro emptore. nume. 47. ff. de usucap.
h l. traditionibus. C. de pact.
i l. qui ad certum. ff. locati.
k l. fin. ff. de stipul. seruo.
l l. quidā cū filiū. ff. de hære. instit.
m l. si debitori. j. §. j. ff. de fideiuss.
n Argu. l. summa cum ratione. in prin. ff. de pecu.

IN LEGEM, NON DEbet cui. cum multis aliis.

De Toto, & Partibus.

PLus, & Minus quatuor modis considerantur: Genere, Mediocritate[o], Qualitate, & Quantitate[p]. Cùm quantitate differunt, tunc semper in pluri inest minus: hoc est, si depositio in maiore quantitate non ualet, in minore effectum consequitur[q]: putà si mihi stipulanti uiginti, decem promittas, considerantur decem in cōtractu[r], petitione[s], iudicis[t] aut arbitri sententia[u], legatorum datione[x], uel ademptione[y], oneris præstatione[z], mandato[a]: itē & in legum dispositione: cùm enim lex in totum, uel pro parte aliquid recipi uetat, qui uel minimum recipit, pœnæ reus est[b]. Licet in dubio Partis appellatio de dimidia intelligatur[c]. Præterea appellatione Quantitatis, intelligo non solum partes numerales in quātitate: puta, quòd in uiginti insunt decem: sed etiā partes numerales in specie: puta, promittis Stichū: promitto Stichum & Pamphilum[d]; item, & partes quotas, ueluti, tertia, quarta, dimidia. Vnde quarta in dimidia inesse dicitur[e]. Ecōtrà uerò, in minore quantitate maiorem inesse non posse certum est. Hæcq; ratio est, cur is qui decem mutuauit, pacisci non potest ut undecim reddantur[f]; nisi aut per stipulationem[g], aut iuramento accedēte promissa essent[h]. At contrà, ex conclusione nostra, quia maiori quantitati minor inest, qui decem mutuat, pacisci potest ut nouem reddantur[i]: etiam si de specierum numero agatur, ut si x. cados olei mutuem, paciscarq; nouem reddi[k]: huiusmodi enim pactum in omnibus contractibus[l], siue incontinenti, siue ex interuallo sit adiectū[m], actionem in eo quod plus est ipso iure tolli[n]: aut saltem per exceptionem, quoties pactum tale post perfectum contractum appositum esset[o]. Verum tamen

o l. fin. ff. de fund. instru.
p Glo. mag. §. præterea. Institut. de inutil. stipu.
q l. in eo, quod plus. j. eo.
r l. j. §. si stipulanti. ff. de uerb. oblig.
s l. si quis cū totū. in prin. de excep. rei iud.
t l. inter pares. §. j. ff. de re iudic.
u l. diem proferre. §. si plures. de arbit.
x l. qui quartam. in prin. de leg. 4.
y l. iij. §. si qs plus. de adim. leg.
z l. iij. §. si plusquā. ff. stat. hom.
a l. rogatus. ff. mād.
b c. auaritiæ. de elect. in fi. in vj.
c l. nomen filiarū. §. portionis. de uerb. signi.
d l. j. §. sed etsi mul ti. de uerb. obl.
e d. l. qui quartam.
f l. rogasti. §. tibi. in fi. ff. si cer. pet.
g Gl. l. cū alera. in fi. C. de non nu. pecu.
h ca. debitores. ex. de iureiur.
i d. §. si tibi. in prin.
k Arg. l. firmio. §. fin. l. nec semel. §. si in dubitationem. ff. quemad. dies leg. ced.
l l. iurisg. §. adeò. ff de pact.
m l. pacta conuenta. in fi. ff. de contrah. empt.
n d. §. si tibi.
o l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact.

tamen in nõnullis casibus, maior quãtitas minorem non continet. ut si contrahẽs protestaretur se in maiore summa de minore non intelligere[p], aut si talis minor summa praeiudicium ipsi contrahenti adferre posset[q]. Idem si separatim de maiore, separatim de minore summa dispositum esset[r]: semper enim dispositio expressa tacitam tollit[s]. Vnde si alternatiuè minor aut maior quantitas sit expressa, minor nunquam in maiore continetur[t], licet minor debeatur[u]. Ex eo, quod in alternatiuis electoris est electio[x]. Idem est in indiuiduis, qualis est sententia[y]: quae si in maiore quãtitate ab uno lata non ualeat, neq; in minore ualere potest[z]. Idem est ubi lex in maiore quantitate dispositionẽ reprobat, ut si fideiussor in maiore quãtitate fideiusserit, nec in minore quam debitor promisit, ualet fideiussio[a]. Forma enim à lege introducta actũ reddit indiuiduum[b]. Decius tamen uult, eiusmodi fideiussorẽ in minore summa esse obligatum[c]: cuius opinio iure uerior uidetur[d]. Extra iudicium item qui se decẽ habere negat, non infert se nec quinq; habere[e]. Contrà in iudicijs, qui se decem non petiturum promisit, nec quinq; petere potest[f]. Testes item si de uarijs summis deponant, quia illorum testimonium concludere debet[g], in minore summa nõ praesumuntur consentire[h], sed potius diuersae summae praesumsitur[i]. Quòd si de una illos deposuisse constaret, de testibus ad instrumenta ratiocinamur[k]: quae si super eodem actu sit confecta, si alterum plus contineat alterum minus in minori conuenire interpretantur[l].

SECVNDO, plus & minus differunt qualitate: ut si purè, uel in diem stipulanti, responderes sub conditione. Minus enim est sub cõditione respondere[m], tuncq; in pluri non inest minus, sed actus nullus redditur[n].

TERTIO, plus & minus mediocritate differunt[o]: sic usufructus minoris appellatione continetur, cùm sit dominij pars[p], sicut paries dicitur pars domus[q]. Sic itẽ usufructus fundi pars censetur[r]. Intelligendum est autem, usumfructum partem dominij esse, cùm causalis est: hoc est dominij causam habet[a]: nam usufructus, qui seruitus est, quemq; Formalem Doctores uocant[o], à dominio adeò separatus est[c], ut nec cum illo esse possit, cùm res domini ipsi dominio seruire non possit[d]. Vnde qui fundum stipulatus est, si usumfructum accepto faciat, nihil agit. Quoniam (inquit lex) neq; totũ, neq; partẽ eius quod stipulatus est accepto fecit[e]. Veruntamen istius usufructus formalis emolumẽtum, portionis instar obtinet[f]: illoq; emolumento respecto, in multis usufructus dicitur pars dominij[g]. Proinde hoc secũdo casu regula est, In toto partem contineri[h]. Vt si à toto fundo absolutus sim, & à qualibet eius parte dicar absolui[i]. Sed hoc casu, si separatim pars, & totum stipulẽtur, stipulatio totius nouat partis stipulationẽ, quae prior facta erat[k]: nisi secunda stipulatio damnum adferret stipulanti, si prima nouaretur[l]: aut nisi secunda illa stipulatio poenalis esset[m], uel ad maiorem tantùm cautelam adiecta[n]. Si uerò stipulatio totius prius fiat, deinde pars stipuletur, nulla est secunda stipulatio[o]: tum quia bis idẽ stipulari uidetur[p]: tum quia secũda minus plena est[q]. Verùm si non separatim, sed semel tantùm de toto, & parte contraheretur, ut si stipularer domum, tu uerò parietem promitteres, tunc actus si in toto non ualet, neque in parte ualere potest[r]: cùm quia de toto ad partem arguere solemus[s], tum quia pars à toto separata alterius qualitatis est, quàm erat, cũ toto esset annexa[t]. Vnde ex diuersa qualitate uitiari actus solet[u].

QVARTO, & ultimò plus, & minus genere differunt[x]: quando plus in una re, minus in alia prorsus diuersa cõsistit[y], & hoc modo genus & species inter se differre dicuntur[z]. Itaque cui licet hoc plus, licet ei & minus[a]. Et idcirco qui testari potest, is & donare non prohibetur[b]: minus enim donare est, quàm testari, cùm filius patre consentiente donet, non autem testetur[c]. Publici siquidem iuris est, testamenti factio[d]. Sic quem occidere, eum & uerberare, & contumelijs

B afficere

p Gl. uerb. nõ erit. l.j. §. si stipulanti. ff. de uerb. obli.
q l. si decẽ. in prin. ff. locat.
r Lex facto. §. item quaero. ff. de uulg.
s l. cũ ex filio. §. filio ff. de uulg.
t l. si ita stipulatus fuero. x. uersi. uel ff. de uerb. oblig.
u l. inter eos. §. i prin. ff. de fideiuss.
x l. plerunq;. in fin. ff. de iure dot.
y l. in hoc iudicio. ff. fam. ercisc.
z Bart. l. fi. ff. de iurisd. omn. iud.
a l. graece. §. illud. uerbo, omnimodo. ff. de fideius.
b l. cũ hi. §. sed etsi nõ de omnibus. ff. de transact.
c l. hactenus §. fin. ff. de constit. pec.
d d. l. rogatus. ff. mand.
e Bar. d. l. j. §. si stipulandi de uerb. oblig.
f l. si unus. § si cũ mihi decem. ff. de pact.
g l. non hoc. C. unde legit.
h Alex. d. §. si stipulanti.
i l. quinquaginta. ff. de probat. alias incipit quingẽta.
k l. in exercendis. C. de fid. instr.
l l. Sempronio Proculo. ff. de leg. ij.
m l. si te solũ. §. sed si te. ff. de haered. instit.
n l. j. §. siquis simpliciter. ff. de uerbo. oblig.
o d. l. fina. de fund. instr.
p l. iij. ff. de usufru.
q l. eum qui aedes. ff. de usucap.
r l. si alij. de usu & usufr. leg.

a Glo. in uerb. partes. l. & per iusiurandum ff. de acceptil.
b Alciatus, l. rectè. tit. praeced.
c d. l. rectè.
d l. usufrut. si usufru. pet.
e d. l. & per iusiurandum. § illud.
f l. cum filius §. dominus. de leg. ij.
g d. l. iiij. de usufru.
h l. in toto & pars. ff. eo.
i l. siquis cũ totũ. ff. de excep. rei iudic.
k d. l. qui usumfructũ in prin. & fi.
l l. si diuortio. ff. de uerb. obl. in uerbo, alia autem.
m Bart. l. ita stipulatus. num. 34. de uerb. oblig.
n Bart. l. iiij. §. si ex cõuentione. ff. de re iud.
o d. l. qui usumfructũ. uersi. sed qui.
p l. qui bis idem. ff. de uerb. oblig.
q l. si te solũ. uers. j. ff. de haered. insti.
r l. inter stipulantem. §. si stipulante ff. de uerb. obl.
s l. quae de tota. ff. de rei uend.
t l. rectè mixtura. uersic. labeo. ff. de usucap.
u l. j. §. si quis simpliciter. cum gl. mag. in princ. ff. de uerb. oblig.
x d. l. fina. de fund. instru.
y l. si à reo. §. si reo. ff. de fideius.
z Bart. l. qui usumfructum. num. 3. ff. de uerb. oblig.
a ut hic.
b l. filiusfa. in fin. ff. de donat.
c l. tam is. §. j ff. de do. causa mor.
d l. iij. ff. de testa.

afficere possum [e], uel exhæredare [f]. Sic qui contractum totum, & partem contractus mutare potest [g]. Sic qui donat, & uendit [h]: qui uendit, oppignerat [i], aut alienationi consentire potest [k]. Ex diuerso, cui quod minus est non conceditur, neque quod maius habet [l]. Vnde minoribus honoribus prohibitus, maiores non petit [m]: & urbe abstinet, cui urbis pomeria sunt denegata [n]. Sic cùm res ecclesiastica alienari non possit, multò minus ipsa ecclesia alienabitur [o]. Sic qui donum recipere non potest, multò minus emere poterit [p]. Cæterùm quibusdam casibus is, cui plus licet, nō potest minus: in primis, quando ex alterius tantùm hominis concessione in pluri facultatem habet, ut in iurisdictionibus concessis pluribus. Nam latrunculatori hominem interficere licet, qui tamen de pecuniaria causa cognoscere non potest [q]. Sic præses, quamuis gladij potestatem habeat [r], non tamen deportare posset [s]: nisi in insulam in territorio suo consistentem [t]. Sic ille, cui Prætor rem pupilli uendere permisit, pignerare non potest [u]. Creditor tamen qui pignoris donandi potestatem concessit, & uendendi concessisse intelligitur [x]: quia ex prima cōcessione omne ius, quod in pignore habuit, remiserat [y]. Sic in mandato nō potest minus fieri quàm mandatum sit [z], nisi minus mandanti maiorem aut æqualem utilitatem adferret, quàm id plus quod mandauerat [a]. Secundò is, cui minus ex aliqua speciali causa est prohibitum, plus potest, non minus. Sic mulier donare, uendere'ue potest, non tamen pro alio intercedere [b]. Sic curiali prædia sua uendere licet, & non donare [c]. Tertiò si plus utilitatem aliquam, minus nullam haberet, licebit plus, nō minus [d]. Vnde uēditori post moram, uinum uenditum non pro parte, sed in totum effundere licet, ut uasa uacua habeat [e]. Quartò in indiuiduis, qui totum potest, non potest partem [f]: sic totam adire hęreditatem, uel repudiare hæres potest, non ex parte [g]: totum negotium, non pro parte, ratum habere dominus debet, aut prorsus illud reprobare [h]. Sciendum

e l. nec in ea. uersi. sed qui. ff. de adul.
f l. in suis. in fin. de lib. & posth.
g l. iurisgētium. §. adeo. ff. de pact.
h l. cui ius est. ff. eo.
i Gl. l. ij. C. de patr. qui fil. distr.
k l. est quis posit. ff. eo.
l l. iiij. ff. de senat.
m l. relegatorū. §. potest. ff. de iterd. & relegat.
n l. v. ff. de seruis export and.
o Auth multomagis. C. sacrosanc. eccl.
p l. unic. C. de contra iudicum.
q l. solemus. §. latrūculator. de iudic.
r l. illicitas. §. qui uniuersas. officio præsid.
s l. ij. §. j. ff. de pœn.
t l. relegatorū. uersic. j. ff. de interd. & relegat.
u l. si pupillorū. §. si prętor. ff. de rebus eor.
x l. sicut. §. sed si permiserit. uersi. in contrarium. ff. quib. mod. pig.
y l. uolūtate. ff. qb. mod. pig.
z c. ei cui § fina. de præbend. in vj.
a l. diligenter. uers. fin. ff. mand.
b l. iiij. ff. ad uelleia. §. fin.
c l. fin. C. de præd. decur. lib. x.
d Arg. gl. l. legato generaliter. de leg. j.
e l. j. §. licet. ff. de peric. & com. rei.
f l. si quæritur. de administ. tuto.
g l. j. & ij. ff. de acquir. hæred.
h l. in causæ. ff. de procurat.

est porrò in hac pluris et minoris usurpatione regulam nos habere, Semper in generalibus specialia inesse [i]. Est & alia regula, Generi per speciem derogare [a]. In legibus [b], statutis [c], pœnis [d], contractibus [e], rescriptis [f], restitutione in integrum [g], præsumptionibus [h], substitutionibus [i], legatis [k]. Qui omnes casus & particulares habent limitationes, quas suo loco uidere licet: sed inter alias illæ sunt præcipuæ, in hypotheca [l], in cōcessione præbendarum [m], in mandato fiscali [n], in mandato iurisdictionis [o], in fama [p]: quæ omnia, si generalia sint, illis per specialia non derogatur: quod & in priuilegijs idem est dicendum [a], tum quia priuilegium ius singulare continet, & ea propter speciei loco habetur [b]: tum quia princeps iuri alteri iam perfectè quæsito derogare non præsumitur [c]. Curator item generalis qui litem suscepit, ab eius persecutione specialis curatoris prætextu excusare se non potest [d]. Sed hæc omnia per transennā nos indicasse lector intelligat.

IN LEGEM, CONtractus.

De Dolo, Culpa, & Casu.

PRiusquam declaremus, qualiter dolus, culpa, & casus improuisus, in contractu ueniant: explicabo quid dolus sit, quid culpa, quid casus.

DOLVS, itaque omnis malitia est, in alterius præiudicium adhibita [e]: & duplex est, uerus, & pręsumptus [f]. Verus dolus est, quoties ex facti probatione manifesta arguitur malitia [g]: ut si fallendi causa te obscurè loquutum fuisse, uel insidiosè te obscurè dissimulasse [h], aut metum alicui intulisse probem [i]. Præsumptus uerò dolus dicitur, quando ex facti probatione malitiæ dūtaxat præsumptio arguitur [k]: ut si alienum restituere nolim [l], cùm illud restituere poteram [m], aut dolo fecerim quò minus potuissem [n]: Sed leges quia hunc dolū finxere [o], frequentius dicunt, nos talem dolum uideri cōmisisse [p], non autē uerè commisisse. Et ideo mulier, & minor ab huiusmodi præsumpto dolo excusantur [q],

potestque

i l. semper in generalibus. ff. eo.
a l. in toto iure generi. ff. eo.
b l. nō est nouum. cum ij. seq. ff. de legib.
c Bart. l. omnes populi. nume. 22. de iust. & iur.
d l. sancimus. §. de pœnis.
e l. dolo. ff. de uerb. oblig.
f ca. j. extra de rescript.
g l. sed etsi per prætorē. §. hęc claus. ff. ex quib. caus. maio.
h Bar. l. cū de indebito. ff. de proba.
i l. cohęredi. § qui partē. ff. de uulg.
k l. uxorē. § felicissimo. de lega. iij.
l l. si generaliter. C. qui potior. in pig.
m Barto. l. si domino. de leg. j.
n l. quoniā Angerio. de obur. lic. deb. lib. x. C.
o l. j. de offic. præf. urb. l. fi. de iurisd. omn. iud. C.
p Bal. l. ea quidem. pen. col. C de accusat.
a c. ueniens. de prescript.
b l. ius singulare. ff. de legib.
c c. super eo. de offic. deleg.
d l. pen. C. qui dare tuto.
e l. j. §. dolum. ff. de dol.
f Glo. l. j. in fi. l. dolo. ff. de dol. exce.
g l. dolū. C. de dolo.
h l. ea quæ. in fin. ff. de cōtrah. empt.
i l. si cū exceptione. § eum qui. ff. q. met. causa.
k l. dolus. cum gl. ff. manda.
l l. si qs mancipijs. in fi. ff. de institor.
m l. si procuratorē. §. dolo. ff. mand.
n l. qui restituere. ff. de rei uend.
o Glo. fi. d. l. dolus.
p l. dolo. ff. ad l. falcid. l. si procuratorē. § dolo. d. l. si quis mācipijs.
q l. ubi cū glo. ij. ff. de edend.

poteſtq; talis dolus alijs præſumptionibus purgari[r], nõ uerus[s]. nec ex hoc præſumpto dolo quis criminaliter damnatur[t], licet ſecus ſit in uero[u], ex quo non ſolum obnoxius eſt qui illum commiſit[x], ſed & ipſo iure uitiatur contractus, ſi bonæfidei ſit[y]: uel per exceptionem reſcinditur, ſi ſit ſtricti iuris[z].

CVLPA multis modis dicitur. Primò culpa eſt, immiſcere ſe rei ad ſe nõ pertinenti[a]: niſi de negotiorum geſtore loquamur, qui ex eo quod geſſit actionem habet[b]. Quia cùm hominem affici beneficio hominis interſit[c], quod geſſit quodammodo ad ſe pertinere dicitur[d]: cùm uerbum Pertinere latiſsimã habeat ſignificationem[e].

Secundò culpa dicitur illud, quod per imperitiam factũ eſt[f]. Vnde mulio[g], obſtetrix[h], medicus[i], conductor[k], iudex[l], aſſeſſor[m], tutor[n], ex ſua imperitia obnoxij fiũt. Diuerſum eſt in agrimẽſore[o], depoſitario[p], ſocio[q], quia ſibi imputare debent qui illos elegerunt[r].

Tertiò culpa eſt, ſi quid per infirmitatem factum ſit[s]: ut cùm quis equi impetum retinere non potuit[t]. Quartò, ſi quid me ſciente fiat, quod ne fieret prohibere poteram[u]. Quintò culpa eſt, cùm quod diligenter prouideri potuerat, non eſt prouiſum[x]: ut cùm medicus uulnerati curationem dereliquit[y], cùm tutor ob negligentiam à tutela remouetur. Species autem culpæ ſecundum Bartolum ſunt quinq;: Latiſsima, quam eandem cum uero dolo eſſe credit[a]: Latior, quam fraudem, ſiue dolum præſumptum appellat[b]: Latam dicit Accurſius eſſe, non intelligere quod omnes intelligunt[c]. Non obſtant tria Bartoli argumenta, opponentis pupillum, & dementem in lata culpa non eſſe, etſi non intelligant quod omnes ſciunt[d]. Accurſius enim de ea loquitur ignorantia, quæ ex ignorantia non ex alia cauſa proueniat[e]. Secundo argumento quo ait modicum ex lata teneri culpa[f], & tamen nõ omnes medicos ſeſe profiteri poſſe. Reſpondendum eſt, nec hanc ignorantiam ex negligentia prouenire[g]. Lex enim, cùm negligẽti aliquid imputat, de eo eſt intelligenda, qui ſi uoluiſſet, negligẽtiã tollere poterat[h]. Minus obſtat quod tertio oppoſuit, culpam latam non ſolum negligendo committi, ſed & faciendo quod non oportuit[i]: nam certũ eſt, non factum, etiam facti appellatione uenire[k]. Verum enim uero Zazius ſupraſcriptas tres culpæ ſpecies refert ſpecies non eſſe[l], cùm plus & minus mediocritate ſolùm differant[m]. Vnde traditur, id quod optimum eſt, utique & bonum eſſe[n]. Sic & latiorem culpam utiq; & latam dici exiſtimat, cum comparatiuum plerũq; ornatus gratia poſitiuo uſurpetur[o]. Sic leuem, & leuiſsimam culpam, licet ſeparatæ reperiantur[p], non tamen ſpecie differre putat, cùm utraque culpæ nomine ueniat[q]. Vult igitur Zazius, duas tãtum eſſe culpas, latam, & leuem, nam hæ ſunt oppoſitæ, cùm altera negligentiã habeat maximè reprehenſibilem, nulla diligentia temperatam: altera diligentiam habeat, ita ut ſæpe negligentia, ſi quæ occurrat, excuſetur. Latam uerò culpam in duo genera Ignauiæ ſcilicet & Verſutiæ diſtinguit: Culpam ignauiæ appellans, quæ ſupremã referat negligẽtiam, uitio naturæ, uel praua educatione contractã, ut nimia ſecuritas[a], nimia deſidia[b], ignorare quod omnes ciues ſciunt[c], delictũ facti proprij[d], aut alieni errore[e] aut tædio uitæ committere[f]. Culpam uerò uerſutiæ uocat, cùm malo animo aliena negligimus[g], uel diſsimulamus[h], in rebus noſtris prouidi. Sed ego Zazij opinionem, cùm illa intellectualis potius quam iuridica uideatur, ſequi minimè poſſum: nec apparet, quid à dolo culpa illa uerſutiæ differat: ſiquidẽ cùm in negligendo cõſiſtit, dolus præſumptus eſt[i]: cùm in diſsimulando, dolus uerus ſit[k]. Adde uerũ nõ eſſe, ignauiæ culpam (quã uocat) non eandem cum lata culpa eſſe: ſiquidẽ lata culpa depoſitarium obligat[l], non autem culpa ignauiæ[m]. Ipſe igitur aliter dicendum exiſtimarem. nam cùm culpa nihil aliud ſit, quàm negligentia, atq; deſidia[a]: negligentia autem cùm diligentiæ contraria ſit[b], cognitis diligentiæ ſpeciebus, ſimul intelligemus & culparum genera[c]. Itaque cùm triplex ſit

r l. v §. proinde ff. cõmoda. cũ glo.
s Arg. l. j. §. planè. de tute. & ra. diſt.
t l. abſentẽ. uerſi. j. ʒ. de pœnis.
u l. ſi. C. de probat.
x l. j. in princi. ff. de dolo.
y l. & eleganter. in prin. ff. de dolo.
z l. pe. C. de inutil. ſtipul.
a l. culpa eſt. ʒ eod.
b l. ij. ff. de neg. geſ.
c l. ſeruus ea lege. ff. de ſer. export.
d Arg. l. coõ tanti. ʒ. de appell.
e l. uerbũ illud pertinere. tit. præced.
f l. imperitia. ʒ. eo.
g l. idẽ iuris. §. mulionẽ. ff. ad l. aql.
h l. itẽ ſi obſtetrix. ff. ad l. aquil.
i l. illicitã. § ſicuti. ff. de offi. præſid.
k l. ſi quis fundũ. §. Celſus. l. itẽ quæritur §. ſi gẽma. lo.
l l. fina. ʒ. de uar. & extraord. cog.
m l. ij. ꝙ quiſq; iur.
n l. tutor quoq;. §. fina. ff. de ſuſpec. tuto.
o l. j. § hæc actio. ff. ſi mẽſ. falſ. mod. dix.
p §. præterea. Inſti. quib. mod. re.
q §. ſi. Inſti. pro ſoc.
r l. cũ mandato. in fi. ff. de minor.
s d. l. idem iuris. §. idem dicetur.
t § impetu. in fine. Inſti. ad l. aquil.
u l. culpa caret. l. nullũ crimẽ. ʒ eo.
x l. ſi putator. ff. ad l. aquil.
y §. præterea. Inſti. de leg. aquil.
z l. inter quoq;. §. fina. ff. de ſuſpec. tuto.
a Arg. l. ſi ex cauſa. §. ſi mulier. cũ gl. ff. de minor.
b l. quod nerua. ff. depoſ.
c l. late. ʒ. ti. præced.
d l. diuus de offic. præſid. l. illud. ff. de iure iur.
e l. cedere. § fina ʒ. tit. præced.
f l. illicitas. § ſi. de offic. præſid.
g Arg. l. nolle. ff. de acq. hære. cum ſi.

h Arg. l. pater ſeuerina. in prin. ff. de cond. & dem.
i l. ſi ſeruũ. ſ princ. ʒ. de uerb. oblig.
k Deci[o]. l. id quod noſtrum. ʒ. eo.
l lij. Zazius. ĩ ſuis intell.
m l. fina. ff. de fund. inſtru.
n l. ubi. in prin. ʒ. de uerb. oblig.
o l. benignius. ff. de legib. l. ſi lõgius. in prin. ff. de iud.
p l. mulier. §. ſed enim. ff. ad treb. l. in lege. ij. ff. ad l. aquil.
q Argu. l. noſtræ. hic.
a l. nec ſupina. in ſi. ff. de iure & fact. igno.
b l. plurimũ. in fin. eo. titu.
c l. regula. §. ſed ſi facti. eo titu. l. late. uerb. ſigni.
d l. j. i ſi. ʒ. de abig.
e l. ij. §. ſi publicanus ʒ. ui bo. rapt.
f §. l. ſi. ſi quis autẽ. ʒ. de bon. eor. qui ante.
g l. ſi fideiuſſor. in princ. ff. manda.
h l. j. §. ſed etſi id egit. de act. empt.
i d. l. ſi fideiuſſor. & l. dolus. ff. manda.
k l. ea quæ. in ſi. ff. de contrah. emp.
l l. j. C. depoſ.
m § præterea & ib. Inſtit. quib. mod. re.
a §. præterea. uerſi. culpæ. Inſtit. qb. mod. re.
b §. fin. uerſi. culpa. Inſtit. de ſociet.
c l. j. de his q ſunt ſui uel alie. iur.

Diligentia: Exactissima [d], Exacta [e], & Moratoria [f]: triplexq; Negligentia Simplex [g], Magna [h], & Nimia [i]: quæ Nimia aliâs lata negligentia [k], alias dissoluta dicitur [l]. Similiter triplicem esse culpam dicemus [m], leuissima [n], Leuis [o], & Lata [p]: hæcq; Lata nũc Magna culpa dicitur [q], nunc Latior [r], comparatiuũ enim, ut supra diximus, frequenter pro positiuo usurpatur [s]: uel latiorem culpam à lata differre infra docebimus. Proinde Exactissimã diligentiam eam uocamus, quam quis supra communẽ hominum naturã pręstat [t]: illeq; Diligẽtissimus nuncupatur [u], & qui hanc non pręstat Negligens dicitur [x], sed in leuissima tantũ culpa est [y]. Ex quo sequitur, Leuissimã culpã dici simplicem negligentiã, in quam diligentissimus nõ incideret [z]. Secunda, hoc est, Exacta diligẽtia dicitur, cùm secundum cõmunem hominum naturam aliquid fieret [a]: quiq; hãc præstat, Diligens paterfa. appellatur [b]: qui nõ præstat, & in magna est negligentia [c]: & in leui culpa [d]. Vnde consequẽs est, Leuem culpã esse magnam negligentiam, quam diligens paterfa. non commisisset [e]. Tertia est diligentia, quam idcirco Moratoriam appellauimus, quòd ab homine delicato [f] infra communem hominũ naturam præstari soleat [g]: quam qui non præstat, & negligentissimus est [h], & in lata constituitur culpa [i]. Lata igitur culpa nimia est negligentia [k], in quã nec delicatus incidisset. Vnde dicitur lata culpa esse, nõ intelligere, quod omnes intelligunt [l]. Est & quarta diligentia, quæ uniuscuiusq; est propria, & cęteris aut maior, aut minor, aut æqualis esse potest [m]. Et hanc in societate [a], uel in re cõmuni [b] præstare sufficit: quoniam in his propter nostram partem gerendi causam habemus [c], ob id maximè, quòd res cõmunis nostra esse dicatur [d]. In cæteris uerò contractibus aut exacta diligentia, aut exactissima secundum actus naturam præstanda est [e]: & ideo hic separãtur à communione & societate. Proinde qui hanc propriam diligentiam in rebus alienis non præstat, dicitur esse in latiore culpa [f], quam lata culpa maiorem ex eo dicere possumus, quòd ea quæ in proprijs culpantur, in alienis coërceri debeant [g]. Et si obijcias, Latam culpam & latiorem eandem esse, cùm utraq; dolo comparetur [h]. Respondebo, latam tantũ esse culpam, quæ dolum repræsentet [i], doliq; proxima esse dicatur [k]. Latior uerò culpa fraus est [l]. Vnde non tantum dolo comparatur, sed dolus esse dicitur [m]. Contrà, lata culpa non fraus, sed prope fraudẽ accedere dicitur [n]. Sciendum est postremò, leges quæ dicunt culpam & diligentiam præstari [o]: nomine Culpæ id intelligere uoluisse, quod secundam hanc propriam diligentiam non præstatur: nomine uerò Diligentiæ, cõprehendunt exactam, uel exactissimam diligentiam. Ideo autem leges sic interpretor, quòd ille propriè sit in culpa, qui id non præstat, quod secundum suum modum poterat [p]. Vnde tradi solet, iureconsultum, si ius ignoret in quo uersatur, in lata esse culpa [q]. In alijs uerò personis, quia ius non sciunt [r], iuris ignorantia, lata culpa dici non potest: cùm lata culpa in eo consistat, quod omnes sciunt [s]. Et si dixeris, Omnes iura scire oportere [t]. Respondebo, id uerum esse in his, qui officij ratione scientes esse debent, aut in his, qui peritorum copiam habere facile possunt [u]. Fateor tamen illum qui ius diuinum, uel naturale ignorat [x], aut eius negotij quod gerere debet solennitatem nescit [y], uel ea quæ quia illicita sunt prohibentur ignorat [z], in latam incidere culpam.

Cæterùm quod suprà dixi, Latam culpam dolo æquiparari, quibusdam casibus non procedit: nam in delictis poenam corporalem habentibus lata culpa pro dolo non accipitur [a], licet punienda sit [b], sed tamen leuiore poena, quam maiorẽ delicto esse nõ oportet [c]. Vnde lex ait, tutorem ob dolum remotũ famosum esse, ob culpam nõ æque [d]. Non infert tamen, ob culpam remotum nulla infamia notari. Addunt præterea Doctores, Iuramẽtum in litem, quòd ob dolum solum, non latam culpã deferatur [e]. Sed Zazius Doctores carpit, ex eo quòd in deposito iuretur in litem [f]. Ergo (inquit) ob latam culpam ex deposito prouen

d §.fin.uersi.culpa. Instit.de socie.
e §.fin.Instit.quib. mod.re.
f l.tutor qui repertorium §.j.in fi. ff.de adm.tuto.
g Alciat.l.magna. in prin.tit.præce.
h d.l.magna.
i l.cedere §.fin.tit. præced.
k d.l.tutor qui.§. comperit.
l l.si fideiussor. in princ.ff.mandat.
m Glo.§.l.v.§ nũc uidendũ ff.commod.
n l.in lege.ij.ff. ad le.aquil.
o l.tutori uersi.j.C. de neg.gest.
p d.l.cedere.§.fin.
q l.magna.
r l.quod Nerua.ff. depo.
s d.l.si longius. in princ.ff de iudi. cum glo.j.
t l.cõtinuus.§.cum ita. & § seq.ĩ de uerb.oblig.
u l.in rebus.ff.commod.
x l.si seruus §.si fornicarius. ff.ad le. aquil.
y d.l.in lege.ij. eo. titu.
z §.at is qui uẽdit. Insti.qb.mod.re.
a d.l.continuus.§. cum ita cum seq.
b l.si cum uẽderet. §.fi.cum l.seq.ff. de pig.act.
c l.uuj.§.qui nihil. ff de suspect.tut.
d l.quicquid.C.arbitr.tutel.
e Glo.l.si merces. §.qui columnã. ff.locat.
f d.l.continuus.§. cũ ita.uersi.neque tam delicate. l.si seruos.in fi.ff.de pig.act.
g d.l.quod Nerua. uersi.nam etsi.
h l.regula.§.sed facti.ff.de iur.& facti.
i d.l.late.tit.præce.
k d.l.cedere.§.fin. tit.præc.
l d.l.late.d.l.cedere.§.fin.
m Gl.uerb.ad eum modũ.d.l.quod Nerua.
a §.fi.Insti.de socie.
b l.hæredes.§.non tantũ.ff fa.ercis.

c d.§.non tantum.
d l.papillus.§.fina. tit.præced.
e ut hic.uersi.in his quidem.
f d.l.quod Nerua.
g l.si cõstante.§.si maritus.in fin.ff. sol.matr.
h l.j.uersic.lata.§.si seru.soll.
i d.uersi.lata & l.j. §.non autem.ĩ.si quis test.
k l.mulier quę §. sed enim.ff.ad Trebell.
l d.l.quod Nerua. uersi.pen.& fina.
m d.l.quod Nerua. in prin.
n l.impuberibus.§. j.ff.de suspc.tuto.
o l.v.§.cõmodatũ. ff.cõmod. & hic in uerbis, culpã, & diligentiam.
p Arg.l.culpa caret.ĩ.eod. & l.q. Nerua.
q l.ij.§.Seruius.ff. de orig.iur.
r §.sed cum uos, in proœ.ff.
s d.l.cedere.§.fina.
t l.leges sacratissimæ.C.de legib.
u l.in bonorum.ff. de bon.poss.
x Arg.l.ij.C. de in ius uocand.
y Arg.l.sicut.in fi. C.præscri.30.
z Argu.l.extat.ff. quod met.caus.
a l.in lege.j.ĩ.ad le. corn.de sica.
b l.pe.ĩ.de incend. rui.
c l.sancimus.C.de poenis.
d §.suspectus.Insti. de suspec.tuto.
e l.in actionib^9.cũ gl.uerb.nõ etiã. ff.de in litẽ iur.
f d.l.in actionibus.

prouenientem. Verùm hæc cõſequentia bona non eſt, cùm etiam poſſemus inferre ob leuem culpam ex commodato prouenientem iurari in litem, quod tamẽ eſt falſum. Ego nihilominus communem non ſequerer ſententiam[a]. Tertio quo ad infamiam irrogandam culpa lata dolo non æquiparatur[a], ſi infamia ſit ex ſententia præueniens[b]: ſecus ſi ex facto[c], quia famoſum factũ lex magis abhorret, quam conſilium[d]. Nõ obſtat quòd Zazius contradicit, inquiens: Sententiam depoſiti infamare[e], ſiue ob dolum, ſiue culpam lata ſit: cùm ob latam culpam depoſiti ſententia proferatur[f], quemadmodum & ſententia furti quæ infamat[g], & tamen ex lata quoque culpa proferri poteſt[h]. Sed reſpondendum eſt, Latam culpam infamare, ſed non perinde ac dolum[i]. Quartò aduerſus dolum non petitur reſtitutio in integrum, aduerſus culpã ſecus[k]. Quintò malafides non perinde inducitur ex culpa ac ex dolo[l].

HIS COGNITIS, uidendum eſt, quomodo in quocunq; actu dolus & culpa præſtetur. Et in primis, in Depoſito dolus tantum præſtatur[m]: quoniam contractus eſt qui concedentis tantum gratia fieri ſolet[n]. Lata quoq; culpa in Depoſito uenit[o], lex enim quæ ait, dolum tantùm uenire ſimiles caſus ob dictionem, Tantum, non excludit[p]: at lata culpa (ut ſupra dixi) in pleriſq; dolo ſimilis eſt. Præterea in Depoſito propriam ſuam diligentiam depoſitarius adhibere debet[q], ita tamen quòd ſi in periculo ſit, res ſuas potius ſaluas facere debeat, ſi omnes non poſsit[r]. Rurſum qui pro Depoſito cuſtodiendo pecuniam accepit, leuem culpam præſtat[s]: uel leuiſsimam, ſi ſua gratia accepit depoſitum[t]: imò & caſum fortuitum, ſi uel in reddendo depoſito moram contraxit[u]: uel per loca periculoſa depoſitũ portauit[x], uel ſe ad caſum fortuitum obſtrinxit[y], uel pecuniam depoſitam ea lege accepit ut tantundem redderet[z]. Et ideo ſi depoſui apud te pecuniam, ut eam mutuam haberes: cùm prædium emeris, pecunia ante emptionẽ tuo periculo perit[a], etiam ſi ſine tua culpa perit[b]: & ita de caſu fortuito teneris[c]. Hoc enim depoſitum cùm gratia mutui fiat, naturam mutui aſſumit[d], quæ in debitorem ſemper periculum transfert[e]. Quia cùm mutuum in genere conſiſtat[f], genus perire non poteſt[g]: & ideo generis debitor etiam ante emptionem, & per conſequens etiam antequam dominus ſit, periculum præſtat: licet aliud ſit in debitore ſpeciei[h]. Et ſi obijcias, cùm ante emptionem pecuniæ dominium nõ ſit translatum, ante emptionem talis pecunia magis depoſiti quã mutui naturam ſequitur[i]. Reſpondebo: Illud uerum eſſe, quando aliquis ſua cauſa principaliter, non gratia accipientis deponeret, & in conſequentiam mutuò daret. Rurſum ſi obijceres: Commodatum, in quo leuiſsima tantùm præſtatur culpa, non caſus, quamuis gratia accipientis fiat[k]. Replicabo: Commodatarium ſpeciei, nõ generis debitorem eſſe. Sed quid ſi ſe depoſito quis obtulerit? Leuiſsimam culpam præſtare debere reſponſum eſt[l]: quoniam eius gratia qui rogauit celebratus uidetur contractus[a], maximè ſi is qui ſe obtulit ex depoſito commodum aliquod conſequeretur: alioqui ex ſola oblatione non magis tenetur, quàm cùm pecuniam pro depoſiti cuſtodia accepit[b]: quo caſu de leui tantùm culpa obligari diximus[c]. Aduerte item in contraria depoſiti actione leuiſsimam culpam uenire[d], quod mirum non eſt, cùm illa aduerſus deponentem competat[e], cuius gratia tantum celebratus erat contractus.

SECVNDO, Precarium dolum tantũ[f], & culpam latam recipit[g]. Nec mireris, quòd Cõmodatum, cui Precarium ſimile eſt[h], leuiſsimã recipiat culpam[i]: quoniam cùm Precarium ad concedentis uoluntatem liberè reuocari poſsit[k], ſibi imputare debet qui illud non reuocat[l]. Commodatum uerò antequàm finiatur, uſus ad quem factum eſt, non reuocatur[m]. Sed obſtat Depoſitum, quod licet liberè reuocari poſsit[n], tamen leuiſsimam culpam recipiat: ſi, ut precarium, in gratiam accipientis fiat[o]. Ego puta-

a l.ij.C.de in litem iurand.
a §.ſuſpectus.Inſti. de ſuſpec.tuto.
b Glo.l.fi.C.de ſuſpec.tuto.
c l.liberorũ. §.notal.v. ff.de his q not.infa.
d l.palam. §.pe. de rit.nupt.
e l.j. §. qui pro ſocio. ff.de his qui not.infa.
f d.l.j.C.depoſ.
g l. non poterit. ſ. de furt.
h l.ſi is qui rem. ſ. de furt.
i d.§.ſuſpectus.
k Barto. d.l. quod Nerua.num.23.
l l. ſed etſi lege.§. ſcire.ff.pet.hær.
m ut hîc. & l.j.§.ſi. ff.depoſ.
n l.ſi ut certo.§.nũc uidendũ.ff.commod.
o l.j.C.depoſ.
p Gl. l.ob æs.C.de præd.mino.
q l.quod Nerua,ff. depoſ.
r d.l. ſi ut certo.§. quod uero ſenectute.
s l.j. §.ſi ueſtimenta.ff.depoſ.
t l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi cert.pet.
u l.ſi in Aſia.§.ſin. ff.depoſ.
x l.in rebus.uerſ.quod autem.ff.cõmod.
y ut hîc. & l.j. §.ſi conuenit. ff.depoſ.
z l.die ſpõſaliorũ. §.j.ff.depoſ.
a d.l. ſi qs nec cauſam.

b l.rogaſti.in prin. ff.ſi cert.peta.
c l.ſi rem tibi. ff.de præſcrip.uerb.
d Arg.l.ſi caſu. §.ſi iniuriarũ. ſi quis caut.
e l.incendium. C. ſi cert.pet.
f l.ij. §.j. ff.ſi certũ peta.
g l.in ratione.§.incerte.ff.ad l.falc.
h l.pignus.C.de pigno.act.
i l.j. §.ſi pecunia ſ. ff.depoſi.
k l.ſi ut certo.§.uſque adeo. commoda.
l l.j. §.ſæpe. ff.depoſ.
a l. gratuitam. §.ſi margaritas. ff. de præſcr.uerb.
b c.ij.extra. de depoſ.
c Deci.hîc in prin. uerſi.& quod dictum eſt.
d l.ſi ſeruus §.idq; euidentius. ſ. de furt.
e l.v. in prin.ff.depoſ.
f ut hîc.
g l.quæſitũ. §.eum quoq;.in fin.ſ.de preca.
h l.j.in fi.ſ.de preca.
i l.in reb⁹.in princ. ff.commod.
k d.l.j.de precar.
l d.l. quæſitum. §. cum quoq;.
m l.in cõmodato. §.ſicut.ff.cõmod.
n l.j. §.ſi ſic depoſuero.ff.depoſ.
o d.l.ſi qs nec cauſam ſi cert.peta.

rem respondendum esse, Depositum in gratiam accipientis factũ non liberè reuocari posse [p], quia de eo, ut de cæteris bonæfidei contractibus, iudicatur [q]. Rursus obstat Mandatum, quod licet reuocari posit [r], omnem tamen recipit culpam [s]. Arbitrarer dicendum, In mandato speciale esse, ex eo quod contractus id recipiat quod conuentũ fuerit [t]; at qui recipit mandatum, tacitè promittit, se omnem diligentiam adhibiturum [u], & per consequens omnem præstaturũ culpam respecta negotij natura: quod si nullam diligentiam requirat, dolũ tantum, & latam recipit culpam [x]: si exactam desideret diligentiam, leuem recipiet culpam [y]; uel leuissimam, cùm exactissimam requirit diligentiam [z]: qualis in mandante, cuius gratia susceptum est mandatum [a]. Cæterùm in Precario post moram (quam hic à lite contesta ta intelligimus [b]) leuissima culpa præstanda est [c], cũ ab omni moroso, quamuis bonæ fidei possessor fuerit, præstetur [d]. Item in Commodato, si gratia utriusq; factum sit, leuis tantùm præstabitur culpa [e]: uel lata, si in gratiam solius cõmodantis [f]: imo solus dolus, si pactum esset, de illo tantùm præstando [g], aut si de contraria commodati actione loquamur [h]. Casum uerò fortuitum commodatarius non præstat [i], nisi ad illum se obstrinxerit [k], aut commodatum æstimatum receperit [l]. Aestimatio enim, cùm uera uenditio sit [m], in accipientem periculum transfert [n]. Sed etsi culpa casum præcesserit, commodatarius de casu tenetur [o]. Culpa autem est, si commodatum saluum facere potuit rem suam præferens [p], aut si custodiam diligentem, ad quam tenebatur, non adhibuit [q]: aut si non idoneum hominem ad commodatum referendum elegerit [q]. Casum item præstat, qui commodato aliter quàm sibi fuerit concessum, usus est [r]: tunc enim & furti tenetur [s].

TERTIO, Emptio, quia utriusq; gratia fit, leuem recipit culpam [t]: nisi alia fuerit contractus conuentio [u]. Sed contrà uẽditor talem custodiam præstare debet, qualem commodatarius [x], Idq; Paulus respondit, qui tamen in casu quo loquitur intelligendus est, nimirum de custodia quæ maior sit quàm propria custodia: sed illa custodia maior quàm propria in commodato debet esse exactissima, in uendito sufficit quod sit exacta [y].

p l. si quis. uers. cum non sub hoc. C. depo. & l. j. §. est autem uerb. uel cõditio. ff. depo.
q l. si sacculum. §. fi. ff. depos.
r §. rectè. Institu. manda.
s l. à procuratore. C. mand.
t ut hic, uersic. sed hoc ita.
u l. diligenter. in princ. ff. mand.
x l. si procuratorẽ. §. fin. ff. mand.
y ut hic.
z d. l. procuratore.
a l. si seruus. §. qđ uero. ꝭ. de furt.
b l. iiij. §. post litẽ. ff. si. reg.
c d. l. quæsitũ. §. & post generaliter.
d l. si homo. ff. de rei uend.
e l. in rebus. §. hoc ita. commod.
f l. si ut certo. §. interdum. cõmod.
g d. §. interdum.
h d. l. in rebus. §. itẽ qui sciens.
i d. l. in reb. in prin.
k l. j. C. commod.
l l. v. §. commodatum. commod.
m l. plerũq;. uer. inde queri. ur. dot.
n l. j. in fi. ff. de æstimat. act.
o d. l. v. §. quod uero §. nunc.
p d. l. v. §. proinde.
q d. l. v §. nunc uidendũ. uers. custodiam.
q l. eum qui. § si. cũ l. seq. commod.
r d. l. interdũ. uers. q; autẽ. d. § nunc uidendum. uers. sed interdum.
s d. l. v. §. idem denique.
t ut hic, & d. §. nũc uidendum. uers. sed ubi.
u l. quod sæpe. §. si res. ff. de cõtrah. empt.
x l. iij. ff de peri. & comm. rei uend.

QVARTO pignus, non iudiciale, uel prætorium, quod tantùm latam recipit culpam [z], sed conuentionale (nisi ex conuentione [a], uel mora aliud dicendum sit [b]) leuem recipere solet culpam [c]: cùm utriusque gratia sit concessum [d]. Sed contrà Vlpianus ait, In pignoratitia actione dolus. & culpa uenit, ut in commodato [e]. Respondet Accursius, Dolum, & culpam in utroque uenire, sed maiorem culpam commodatum recipit [f]. Sic enim & hic dicitur in mandato, commodato, uendito, pignore, locato, uenire culpam [g]: & tamen certum est, istos contractus non eandem recipere culpam [h]. Culpæ enim nomine, & leuis, & leuissima, & alia culpa uenit [i], nec incongruum est, aliter in uno contractu, aliter in alio culpam intelligi [a].

QVINTO, Locatio, quia utriusque sit gratia, leuem recipit culpam [b]: uel leuissimam, si res esset, quæ facillimè frangi posset [c]: uel casum, si actum sit, ut præstaretur [d]. Similiter in dote, quoniã quãdiu est dos, cõmune est uiri & mulieris patrimonium [e], & sic utriusque sit gratia, leuis culpa præstatur [f]: imò etiam leuissima, si maritus in suis rebus diligentissimus esset [g]. Verum dolus tantùm præstabitur, si mulier in dote recipienda moram commiserit [h]: aut si maritus exceperit, ne in plus cõueniretur quàm facere posset [i]. Sed si dotẽ æstimatã receperit, etiã de periculo tenetur [k], nisi ante nuptias dos æstimata pereat [l]. Similiter negotiorũ gestor de leui tantũ culpa tenet [m], nec obstat, quod cõtractum, qui alterius tantũ utilitatẽ respiciat, exercuerit: & ita de dolo dũtaxat teneri uidetur [n], ut patet eo casu, quo, ne bona mea distraherentur, negotia mea gesit [o]. Sed in alijs casib⁹ idcirco de leui tenetur, quòd sponte se obtulerit: Oblatione enim culpa augeri solet [p], sed non usq; ad leuissimam hoc casu,

y Glo. j. in fi. d. l. iij.
z l. prætor ait. §. est præterea. ꝭ. de bo. aut. iud. pos.
a l. quæ fortuitis. in fi. C. de pig. act.
b Glo. l. pignus in bonis. C. pig. act.
c ut hic. & § si In stit. quib. mod. re.
d d. §. nunc uidendum.
e l. si cum uenderet. §. si. ff. de pig. act.
f Gl. fi. in fi. d. §. fi.
g ut hic. uers. dolũ & culpam.
h d. l. v §. nunc uidendum. ff. commod.
i l. ubi autẽ. in princi. ꝭ. de uerb. obli.
a Glo. uerb. mandatu. l. j. de offi. procon. ul.
b d. l v. §. nunc uidendum.
c l. si merces. § qui columnã. ff. loc.
d Glo. l. in iudicio. C loca.
e l. sciendũ. § si fundum. ff. qui satisd.
f l. etiam. § j. ff. sol. matri.
g Gl. j. in fi. l in rebus. C. de iur. do.
h l. si mora. ff. sol. matri.
i d. l. etiam. § j.
k l. si rem. cum seq. ff. de iure dot.
l l. plerunq;. § inde quæri. ff. iur. dot.
m l. tutori. C. de neg. gest.
n d. §. nunc uidendum.
o l. iij. §. interdum. ff. de neg. gest.
p l. j. §. sæpe. ff. depos.

casu, ut facilius homines ad gerenda absentium negotia, quæ aliâs perirẽt, accedant[q]. Attamen de casu tenetur gestor, qui pupilli negotia gessit[r], aut animo deprædandi gessit[s], uel noua negotia explicauit[t], uel casum specialiter in se recepit[u], uel casum culpa præcessit[x], aut ipse in mora[y] fuit: quæ omnia diligenter annotauit Accursius[z]. Cæterùm licet nego. gestor in pupilli negotijs casum præstet, tutor tamen, quamuis ob leuissimam remoueri possit culpam[a], de leui tantùm tenetur culpa[b]. Illi enim, quia necessitate tutelam suscepit[c], magis succurritur[d]: adeò ut quandoque ex lata tantùm culpa fiat obnoxius. Vt cùm debitores non soluendo facti sunt[e], uel cùm in emendi pupillo rebus negligentes fuerunt[f]. sed & hæredes tutorum ex lata duntaxat obligantur culpa[g]. Curator item, licet curam inuitus non suscipiat[h], tutori tamen æquiparatur[i].

SED quid in contractibus innominatis præstandum est? Respondet Bartolus, illos secundum cõtractuum nominatorum naturam quibus assimilantur, iudicari[g]: & sic dolum tantùm, si gratia dantis fiant, recipiunt: si gratia accipientis, leuissimam culpam[h]. Sed illius gratia, qui contractum fieri rogauit, celebratus contractus dicitur[i], sed periculum rei semper eius est, qui ipsam rem accipere debet[k]. Et si obijcias, imò uideri rem periculo eius esse, qui illam dat[l]: Respondebis: Rem esse periculo accipientis, ne ad id quod sua interest agat: dantis uerò periculo esse, ne repetere possit quod dedit[m].

Quid in ultimis uoluntatibus? Respondet Bartolus hæredem si modicam utilitatem ex testamento consequatur, legatarius magnam, dolum tantum & latam culpam præstare[n]: uel leuissimam, si magnum percipiet cõmodum, legatarius paruum[o], quòd si uterque magnam uel æqualem percipiat commoditatem, leuis culpa præstabitur[p], ita enim in contractibus distinguitur[q], quibus æquiparatur ultima uoluntas[r].

SED quid in Magistratibus, & Assessoribus? Videntur ex leuissima teneri[s]. Imò ex leui[t], cùm tutoribus æquiparentur[u]. Sed Baldus existimat[x], eum ex leuissima teneri, si ad illius postulationem creatus fuerit magistratus[y], ut in arbitro patet, qui magistratui similis est[z]. Alioqui si magistratum suscipere rogatus fuit, de imperitia tantùm[a], hoc est de lata culpa, tenetur[b]: etiam si pecuniam accipiant[c]. Agrimensor tamen[d], & Proxeneta[e], ratione officij non nisi de dolo, & lata culpa obstringuntur: quia cùm in mea esset potestate illorum ministerio non uti, sunt in leuiori culpa[f].

SVPEREST ut de casu pauca dicamus, qui dicitur, id quod nullo hominis consilio præuideri potest[g]: siue facto hominis, ut incursus latronum[h]: siue natura, ut mors, contingat. Et ideò in hoc regula est, Neminem ex casu teneri[k]: nisi speciali pacto quis fortuitum casum promitteret[l], quo casu de omni fortuito casu tenetur[m]. Sed quid si periculum duntaxat promitteretur? nam illud & citra casum contingere potest[n], sed non casus sine periculo: sicque casus species est, periculum uerò genus[o]. In hac quæstione Bartolus ita distinguere solet[p]. Eũ qui periculũ promisit, si ad illud iam teneretur, casum fortuitum, etiam hominis facto contingentem[q], præstare[r]: ne superuacanea sit promissio[s]. Qua ratione is, qui eius rei, pro qua ex leuissima culpa tenebatur, periculum promisit, ad casum tenebitur[t]. Sed si de leui tantùm teneretur, susceptio periculi non nisi leuissimam comprehenderet culpam[u]. Casum item præstare Bartolus cẽset eum, qui eius rei, quam non possidet, periculum suscipit[x]: quia in ea re nullam culpam committere posse præsumitur[y].

POSTREMO sciendum est, nos de casu improuiso teneri, cùm ille aliquali nostrą culpa contingat[a]: quale est incendium, quod inhabitantiũ culpa euenisse præsumitur[b]: sed quia leuissima tantùm præsumitur esse culpa[c], inferunt Doctores, in casibus, in qbus leuissima uenit culpa, ut in commodato[d], lege aquilia[e]. incẽdiũ modò

q L.iij.§.j.ff. de act. & oblig.
r l. si pupilli. in prin. ff. de nego. gest. cum gl.
s d. l. si pupilli. §. sed & si quis.
t l. si negotia. ff. eod.
u l. negotiũ. C. eo.
x l. sine. ff. eo.
y l. cum res. in fin. de leg. j.
z Glo. d. l. si negotia.
a Gloss. §. suspectus. Instit. de suspec. tutor.
b l. quicquid. C. arb. tutel.
c l. tutori. C. neg. gest.
d l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cog.
e l. ij. C. arbit. tutel.
f l. tutor qui repertorium. §. compete. ff. de admini. tuto.
g l. j. C. de hæred. tuto.
h l. qui habet. §. si pupillus. ff. de tutel.
i l. properandũ. §. si. C. de iud.
g l. naturalis. §. sed si facio. in fin. ff. de præscri. uerb.
h l. eum qui. §. j. ff. commod.
i l. si gratuitã. §. si. ff. de præs. uerb.
k d. l. naturalis. §. j. uersic. sed si scyphum.
l l. fin. uers. & ideò. ff. de cond. ca. da.
m Gl. uerb. periculo. d. uersic. sed si scyphum.
n l. mulier. §. si enim. ff. ad trebe.
o l. cùm res. §. culpam. leg. j.
p l. legatus. §. cùm quid. leg. j.
q d. §. nunc uidendum.
r l. quæ delegato. de leg. j.

s Gl. l. non similiter. ff. de magistr. conue.
t d. l. tutori. C. nego. gest.
u l. præfectus cohortis. de rit. nuptia.
x Bald. l. quæ fortuitis C. pig. act.
y Arg. l. j. §. sæpe. ff. depo.
z Arg. l. pen. in fin. C. de pact.
a l. ij. quod quisque iur.
b l. si quis fundum § Celsus. ff. loca.
c l. j. §. sed & si mercedẽ. ff. si mens. fal. mod.
d l. j. §. j. ff. si mensor fal. mod.
e l. ij. ĩ. de proxenet.
f Arg. l. quæsitum. § & illud. ĩ. de preca.
g l. ij. § si eo. ĩ. de admi. re. ad ci.
h l. in reb[9]. in prin. ff. commod.
k l. à procuratore. C. mand.
l l. antepen. C. de neg. gest.
m d. l. à procuratore.
n l. periculum. ff. si cert. pet.
o l. litis. §. j. ff. de neg. gest.
p Bar. d. l. v §. nunc uidendum.
q l. qui officium. §. si. ff. de contrah. empt.
r l. pericul. ff. de tout. ic. fœno.
s Arg. l. si quando. in prin. leg. j.
t l. & Aristoni. cũ gl. ff. mand.
u l. opus. ff. locati.
x l. si in uenditione in princ. ff de peric. & cõmod. rei uendi.
y Barto. l. sed & si quis. §. quęsitum. si quis caut.
a l. j. cum glo. fi. C. ad le. cor. de fica.
b l. uj. uers. & quia plerunque. offic. præfect. uig.
c Gl. fi. §. præterea. Instit. qui. mo. re.
d l. v. §. proinde. ff. commod.
e l. si seruus. §. si fornicarius. ff. ad leg. aquil.

fortuitum non sit[f], esse præstandum. Contrà uerò uenditorem, quia de leui tantùm tenetur culpa[g], ex incendio non obligari[h], si diligentem adhibuerit custodiam[i]. Idem est in Colono[k], nisi se ad casum obstrinxit[l]. Sed si obijcias: Hæredem, qui licet de lata tantùm teneatur culpa[m], tamen ex incendio culpa sua contingente obnoxium esse[n]. Respondebo: Hæredem, cùm nullam, uel modicam ex testamento utilitatem consequitur, tunc latam tantùm præstare culpam[o], aliâs ex leuissima obligatur[p]. Rursum si dixeris, Promissorem leuem duntaxat præstare diligentiam[q], & tamen ex incendio teneri[r]. Sed replicandum, est, hoc uerum esse, quādo pars operis indiuidui erat facta, & deinde exusta est: quoniam partis prestatio in nullo obligationem diminuit[s]; sed si totum opus perfectum fuisset, ex incendio promissor non teneretur[t], qua tamen in re diutius cogitandum esse censeo.

f l. in rebus. in prin ff. commod.
g §. cùm autem. Instit. de empt.
h l. pe. C. de peric. & cō. rei uend.
i l. si uendita. ff. de peric. & cō.
k l. ex cōducto. uersi. fi. ff. loca.
l l. qui insulam. §. fi. ff. locat.
m l. mulier. j. §. sed & enim. ff. ad trebell.
n l. si modo nulla. de leg. j.
o l. si seruus legatus. §. cùm quid tibi. leg. j.
p l. cùm res. § culpa leg. j.
q l. continuus §. itē qui insulam. ff. de uerb. oblig.
r l. & ideo hæsitatur. ff. de uerb. ob.
s l. si is q quadringēta §. quædam. ff. ad le. falcid.
t l. si ex legati. ff. de uerb. oblig.

IN LEGEM, QVATENUS.

De eo, quod interest.

AD perfectam eius quod interest cognitionem, præmittendū est, Neminem regulariter præcisè cogi (maximè in faciendi obligationibus[u]) ad id præstandū, quod promisit: tanquam illud ad quandā seruitutis pertineat speciem[x], quam lex horret, libertatem amplectens[y]. Et idcirco in illius promissi locum, eius cui promissum factum fuerat, quod interest introductum habemus[z]. Sed & alia ratione, ob promissoris nimirum moram, ad id quod interest agere solemus[a]; cùm æquū sit, unum quenque ex sua mora teneri[b]. His ita præmissis, à definitione eius quod interest, est incipiendum. Itaque id quod interest duobus modis accipitur: largè, & strictè[c]. Largè dicitur, id omne quod in futurum utilitatem, uel damnum afferre potest[d]: siue de utilitate publica loquamur[f], (Vnde dicitur Reipu. interesse, mulieres dotatas esse[g], cloacas purgari[h], sine periculo per itinera commeari[i]; delicta puniri[k], & similia) siue de utilitate priuata intelligamus[l]; ut cùm dicitur, unumquenque stipulari quod sua interest[m], tutoris interesse, ne pupilli negotium malè geratur[n], Iudicum interesse de causis ad se pertinentibus cognoscere[o]: Parentis interest, filium seruitutem non subire[p]: dominorum interest, ne illis auxilium contra seruorum sæuitiam auferatur[q]. In hac generali significatione, nostra interesse dicitur, etiam in ea re, quam ex iniusta causa habemus, ob futurum damnum quod eius rei causa habere in futurum possumus[r]. Vnde Bartoli definitio iure reijcitur, qui existimauit, generale interesse iustam esse alicuius utilitatem[s]. Nec me mouet, quod Decius, & Curtius, Iustam, pro mera usurpant[t]; quasi sine uera utilitate hoc interesse consistere nequeat: cùm eius, quod non extet, nulla est qualitas[u]; quoniam in hoc generali interesse neq; iustam uel iniustam, neq; ueram utilitatem consyderemus, saltem præsentem, sed tantùm id utile uel inutile quod in futurum contingere potest[x]. Sed & quæ utilitas uel iusta, uel uera consyderari potest in eo malæ fidei possessore, cuius tamen interesse dicitur, ne res illi surripiatur[y]. Ex hoc tamen interesse, ex iniusta causa, & inhonesta proueniente, non datur actio[z]. Præterea sciendum est, hoc generale interesse, siue publicè utile sit[a], siue priuatim[b], nunc æstimari non posse, & per consequens nec peti[c]: nunc æstimabile esse[d], quod aliquando non petitur, ut meum quod retinere mea interest[e], & tamen illud non peto[f]; aliquando petitur[g]. In hac significatione larga uerbum interest, continet & fructus[h], & rei æstimationem[i]; hocq; casu idem quod uerba illa, Quanti res est: quæ ueram æstimationem rei significant[k], id quod interest importat[l]. Secundo modo specialiter id quod interest accipitur, separaturq; à uera rei æstimatione[a]; sicq; ab illis uerbis, Quanti ea res est[b]; uel, Quanti eam rem esse apparet, differt[c], tametsi lex id quod specialiter intersit, & quanti res est, pro eodem interdū usurpet[d]. Vnde illorum uerbo

u l. si quis ab alio. §. fi. ff. de re iud.
x l. Titio centum. §. ij. ff. de condi. & demonstr.
y l. j. & ij. ff. de lib. ho. exhib.
z Barto. l. stipulat. nō diuid. nu. 13. ff. de uerb. oblig.
a l. iij §. fina. ff. de act. empt.
b l. in cōdemnatione. §. unicuiq; j.
c Bart. l. unica. C. de sentent. quæ pro eo quod.
d l. pe. ff. ad exhib.
f l. ita uulneratus. uersic. multa. ff. ad le. aquil.
g l. j. ff. sol. matri.
h l. v § si qs riuos. ff. de nou. op.
i l. j. §. j. ff. de his q deiec.
k l. si operis. C. de pœnis.
l l. iiij. in prin. ff. si reg. uend.
m l. stipulatio ista. §. alteri. ff. uerb.
n l. properandum. § si. de iudic. C.
o l. ij. C. de sportu.
p l. j. ff. de lib. caus.
q l. ij. ff. de his qui sunt sui uel alie.
r l. itaque fullo. ff. de furt.
s Bar. d. l. unica. C. de sentent. quæ pro eo.
t Glo. Instit. de libertin. in prin.
u l. iiij. §. j. ff. de act. empt.
x d. l. pen. ff. ad exhiben.
y d. l. itaq; fullo.
z l. qui re sibi. §. fi. ff. de furt.
a Gl. uerb. & reip. l. j ff. sol. matr.
b l. non est singulis. §. fi. j.
c Argu. l. vj. ff. de dolo.
d l. si quis ab alio. in princ. ff. de re iud.
e l. 6. ff. de legib.
f l. si rem meam. ff. de uerb. oblig.
g l. si uerò. § fin. ff. de his qui deie.
h l. iiij. § j. ff. si seruit. uend.
i l. nummis. ff. de in litem iur.
k l. hæc uerba. tit. præced.
l l. qui restituere. uer. l. pen. ff. de rei uend. l. fin. ff. de prætor. stipul.
a l. j. § consyderandum. ff. de tutel. & rat. distr.
b l. hæc uerba quāti est. præced.
c l. inter hæc uerba. tit. præced.
d d. l. fin. de præto. stip. d. l. qui restituere.

uerborum Rei æstimationis, Veræ quantitatis, Quanti res est Veritatis, Quantitatis, Interesse, discrimen est obseruandum. Nam Aestimatio rei, dicitur rei pretium, quod non ex affectu, nec utilitate singulorum, sed communiter fungitur[e]. Vera quantitas, Quanti res est, & Veritas, idem significant[f]; æstimationem uidelicet eius negotij, quo de agitur, siue sit res[g], siue interesse[h], siue poena[i]. Quantitas uerò omnem, etiam eius quod interest, æstimationem excedit[k], id nimirum continens, quod ab actore æstimatur[l], uel quantum in litem iurat[m]; tametsi aliquando etiam pro uera rei quantitate usurpetur[n], uel pro quantitate poenę[o]. Interesse uerò aliquando rei pretium excedit[p], aliquando æquale est, aliquando minus, interdum etiam nihil[q]. Vnde ad ueram quantitatem referri solet[r], & semper poenæ ipsi contrarium esse dicitur[s], tametsi interesse eius respectu, qui illud præstat, poena dicatur[t]. Definitur itaque hoc specialiter sumptum Interesse multis modis. Primò, ut sit singulare rei pretium[u]. Hæc definitio ab Alciato defenditur[x], non ut intelligatur de simplici rei æstimatione, à qua interesse maximè differt[y]: sed de æstimatione rei simul iuncta cum æstimatione damni & lucri; quoniam rei appellatione omnes accessiones ueniunt[z]. Sed hæc Alciati defensio non multum prodest: licet enim æstimatio damni cum rei æstimatione iungatur aliquando[a], sæpius tamen separantur[b]. Secundò definitur Interesse, ut sit damnum emergens, & lucrum cessans, ex eo quod fieri cessatur[c], diminuta est hæc definitio, cùm sit Interesse ex eo quod dari cessetur[d], & ex eo quòd aliquid fiat[e]. Nisi responderis, appellatione facti largè & dationem[f], & non factum comprehendi[g]. Tertiò definit Bartolus Interesse, ut sit æstimatio alicuius utilitatis non habitæ, propter alicuius factum iniustum, uel cessationem iniustam[h]. Hæc definitio propriè non continet damnum, quod non est utilitas sed patrimonij diminutio[i]: nisi dicas, utilitatem non habitam largè damnum continere[k]. Præterea hæc utilitas non habita potest esse rei æstimatio[l]. Adde, quòd cùm diuersa sit res, quæ æstimatur, ab ipsa æstimatione[m], ipsum Interesse, quod semper æstimari solet[n], est ab ipsa æstimatione diuersum. Nec Decij cauillatio quicquam facit, dicentis, Interesse non esse æstimationem interesse, sed æstimationem damni: cum ipsum interesse non sit damni æstimatio, sed ipsummet damnum, uel lucrum[o], quod postea æstimatur[p]. Quartò Catianus definit, ut sit damnum, uel lucri amissio[q], quæ ex re uel eius ratione ad aliquem propter alterius factum pertinent[r]. Vnde infert, rei pretium & communem æstimationem sub eo quod interest non contineri: quia non ex re neque extra rem, sed in re ipsa sunt[s]. Sed nec hæc definitio placet, quia æstimatio eius quod interest, etiam ad eam summam refertur, quæ est in ipsa re[t]. Verius est igitur quod definiemus sic, Interesse est id, quod tua culpa[u] in præsenti[x] mihi[y] abest, uel quod lucrari potui[z]. Et hoc cùm æstimatur, aliquãdo maius est, quàm ipsum rei pretium, si pluris intersit[a]: hoc est si plus mihi absit plusq lucrari potuerim. Aliquando æstimatur ita, ut nihil aliud sit, quàm ipsum rei pretium[b]: quoniam lex ait, Etiam si nihil amplius intersit, quàm sit ipsa rei æstimatio[c]. Aliquando æstimatur, ut prorsus ab ipso rei pretio separetur[d]. Aliquando minus æstimatur, aut etiam nihil, si minus, aut nihil abest[e]. Vt non immeritò sentiamus Decium rectius hîc existimasse, dum inquit, Rei pretium, seu potius (ut arbitror) res ipsa & interesse, se habent tanquam excedentia & excessa[f].

POST definitionem eius quod interest, subiungenda est illius Diuisio duplex: Prima est, quòd triplex sit interesse, Singulare, Commune, & Conuentum[g]: Hanc diuisionem reprobant plerique, quòd imò sit Singulare tantum[h], cũ lex illud ad singulos quosq;, non in id quod cõmuniter omniũ intersit referat[i]: Sed respondendum

e l. pretia rerum. in prin. ad le. falci.
f l. ij. §. fi. ff. qui satisd. cog.
g d. l. inter hæc uerba.
h d. l. qui restituere.
i l. j. in fin. ff. si quis ius dic. non obtemp.
k l. iij. §. in eum. ff. de di. infec. d. l. ij. § fin. ff. qui satisd. cog.
l l. pen. § j. ff. ne quis eum qui in ius.
m l. si tutor. ff. de in litem iur.
n l. ficat. C. de act. empt.
o l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uer. oblig.
p l. j de act. empt. in prin. ff.
q l. si quis ab alio. in princ. de re iudic. ff.
r Glo. d. l. ij. §. fin. q satisd. cog.
s d. l. j. in fi. si quis ius dic.
t l. pen. §. j. iuncta l. fi. ff. ne quis eũ qui in ius.
u Gl. j. & uerb. possibile. d. l. unica. C. de senten. q pro eo qd interest.
x Alcia. in tract. de eo quod interest. ca. iij.
y l. hæc uerba quanti. tit. præced.
z l. rei appellatione tit. præced.
a l. qui tabulas. in prin. ff. de furt.
b l. in furti. in prin. ff. de furt. l. j. §. considerand. ita. ff. de tutel. & rat. distr.
c Gl. d. uerb. possibile.
d l. naturalis. § j. ff. præsc. uerb.
e l. Interdicto. ff. de ui & ui ar.
f l. iij. §. dare. ff. de usufr.
g l. qui non facit. ff eo.
h Barto. d. l. unica. de senten.
i l. iij. ff. de dam. infect.
k l. peculius. de di. infec. l. v. in princ. usuf. quemad. ca.
l d. §. considerandum.
m l. si ita fideiussorem accepero. ff. de fideiuss.
n d. l. si quis ab alio. in princ. cum si. contulibus.
o l. si cõmissa. rem rat. hab.
p l. unica C. ubi cõ ue. qui cer. loco. cum similibus.
q l. si cõmissa. rem rat. hab.
r Catia. in tracta. de eo quod interest.
s l. j. C. de ædil. act.
t d. l. quæ tabulas, in princ.
u l. iij. § fi. l. si sterilis. §. cum per uenditorẽ. cum si. ff. de act. empt. l. ij. ff de in litẽ iur.
x l. si quis ab alio. in prin. ff. re iud.
y l. si is cui in fi. ff. de furt.
z d. l. si cõmissa.
a l. j. in princ. ff. de act. empt.
b l. pe. ff. quibus ex caus. in poss. ea.
c l. si uenditoro. §. cùm autem. ff. de furt.
d §. cùm autẽ. uers. alioqui. d. §. considerandũ. cũ si.
e d. l. si quis ab alio. in prin.
f Decius. d. l. unica. de senten. nu. 18. in ij. lect. & in j.
g Glo. j. d. l. unica. C. de senten. quæ pro eo.
h d. l. pretia rerum.
i Vt hîc, uerb. cuiusq;.

dum est, posse cuiusque interesse, nulla habita ratione ad affectionem, sed ad id quod pecuniariter interest[k], quod ab affectione est separatum[l]. Addunt secūdò, Excedens, & Excessum, diuersa esse[m]. Vnde cùm interesse cōmunē æstimationē excedat[n], cōmunis æstimatio non potest esse interesse[o]. Responde: Illud interesse, quod excedit esse singulare: Communis æstimatio esse commune. Tertiò obstat, quòd ea quæ in plus & minus differunt, nō faciunt diuersas species[a]: & ideo accessio uel diminutio, quæ circa hoc interesse contingit, illud in diuersas species constituere non potest[b]. Sed imò dicendum est, Plus & minus, si ex diuersa proueniant causa, species diuersas facere[c]. Et potissimum iure ciuili, quo non ita strictè species uel genus usurpatur[d]. Quartò, Lex de interesse cōmuni loquens, illud ait rei pretium excedere[e]. Responde, Legē de interesse simpliciter loq., quod potest excedere ptium: cùm uidelicet affectionis ratione pluris intersit. Ex cōmuni igitur sententia interesse aliud est singulare[f], aliud Cōmune[g], aliud Conuentum[h]. Singulare interesse uocāt, ratione affectionis[i], quæ colligiē ex rei natura[k], psonæ qualitate[l], uel potius ex eo quod res maiorū fuerit[m], uel quòd sit confinis fundus[n], uel propter locum in quo educatus sit, aut cœli opportunitatē[o], aut aliā uoluptatem[p]. Cōmune uerò interesse appellant, non quod omnibus accidit, sed quod similiter omnes perpessi fuissent, si in eam facti necessitatē incidissent[q]. Verùm tamē hoc cōmune interesse nusquā in iure legitur, sed tantū cōmune rei ptium[r]: propterea quod res ita communiter æstimatur. At interesse, cùm sine persona esse non possit[s], & secundum personæ qualitatem illud æstimetur[t], nūquam commune dici potest: cùm personæ qualitas sit diuersa, alia plebeij, alia nobilis, alia diuitis, alia pauperis[u]. Hoc manifestè docet Vlpianus, inquiens: Si ad plures ius sepulchri pertineat, utrum omnibus damus actionem, an ei qui occupauit? Et Labeo omnibus dandam dicit, rectè: quia in id quod interest uniuscuiusque agitur. Vlpianus

k l. liberum. de relig. & sump. fun. in fin.
l l.j. §. & alias uideamus. ff. si quis in fr. patro.
m Argu. l.ij. de stipul. seruo. ff.
n d.l. unica. de senten. C.
o d.l.j.§. consyderandum. de tutel. & rat. ff cum si.
a l. fin. ff. de fund. instruct.
b l. etiam. C. de iure. dot.
c l.j. ff. de seru. rustic. prædio.
d l.iij. § fin. ff. de acquir. poss.
e l.j. in princ. iuncto. uers. sequen. ff. de act. empe.
f d.l.j §. & alias.
g l. si seruum. in prin. uers. quanti omnibus ualeret ad le. aquil. ff.
h l. procurator ad exhibendum. §. si quis. ff. rem rat. hab.
i l. uideamus. uers. si tum. ff. de in lit. iuran.
k l. Titius. de act. empt. ff.
l l. si nauis. §. fi. ff de rei uendic.
m l. si in emptione. ff. de minor.
n l. si cui fundus. de leg. ij.
o d.l.j.§. & alias.
p l. cōperit. in prin. ff. quod ui aut clam.
q d. l. si seruum. & l. pretia rerum. ad leg. falcid.
r d.l. si seruum. d. l. pretia.
s Vt hic.
t d. l. si qs ab alio.
u l. si ita stip. fu. te fisti. §.j. ff. de uerb. l. si quis stipula. fuerit stichum §. si. eod. tit.

des Vlpianū non dixisse, quod communiter interest: sed quod uniuscuiusque: & tamen omnes pro eadem causa, pro eodem facto, nimirum ratione sepulcri uiolati, in quod ius agebant, actione de sepulcro uiolato experiebantur[x]. Idem Vlpianus alio loco nostram maximè cōfirmat opinionem[y].

Cōuentum autem interesse uocāt, cùm certa summa, causa eius quod interest, promittitur[z], ne stipulans in difficilem eius quod interest probationem incidat[a]. Ego item Interesse conuentum nūquam legi, nisi illud quod simpliciter sine summæ expressione promittitur[b]. Vbi uerò certa quantitas nomine eius quod interest additur, illa pœna appellatur[c]: quæ semper locum habet & si nihil intersit[d]: ergo interesse appellari non potest. Nec me mouet, quod Catianus ait, socium qui pœnam stipulatur, pro socio non agere: secus si interesse stipulatus sit[e]. nam planè falsum est, quòd utrunque peti possit[f], nisi quatenus unum aliud excedit[g]. Ad huius itaque articuli declarationem, sciendum est, in omni obligatione uel de re, de pœna, uel de eo quod interest, agi[h]. Rei appellatione omnes accessiones, fructus, fœtus, & similia, continentur[i]. Et hæc res semper communi pretio æstimatur[k]: quoniam illa ex rebus communibus, diligentia uidelicet, & negligentia[l], augetur & minuitur[m]. Pœna uerò, cùm in quantitate consistat, nullā recipit æstimationem[n]. At Interesse, quia & in lucro, & in damno, & in existimatione[o], multisque alijs rebus consistit[p], æstimationem recipere non potest communem: & idcirco non ex rebus cōmunibus, sed secundum uniuscuiusque particularem & utilitatem & affectionē æstimatur[q]. Ex quo consequens est, duplex tantū esse interesse, Vtilitatis, & Affectionis[r], nulla enim res aliter æstimari potest, quàm uel ex utilitate, uel ex affectione, uel ex cōmuni ualore[s]. Hoc quod Affectionis est, ex quibus rebus proueniat, suprà dixi: est enim illud, quod singulare uocant. Vtilitatis uerò interesse appellatur aliâs pecuniarium[t], quia ex lucro, quod uerè amissum est.

x l. iij. §. si ad plures. de sepulcro.
y l. antepe. §. fin. ff. de no. ope. non.
z d. l. procurator. ad exhib. § si qs.
a l. fi. ff. de prætor. stipul.
b l. stipulatio ista habere. in princ. ff. de uerb. oblig.
c l. duo societatē. ff. pro socio.
d l. stip. ista. § alteri. ff. de uerb.
e l. si quis à socio, cum l. seq. ff. pro soc.
f l. nuda. C. de contrah. & cōmitt. stip. cum simi.
g l. prædia. ff. de act. emp. cum si.
h l.j. l. prædia. ff. de act. emp. l si quis ab alio. §. fin. ff. de re iud.
i l. rei appellat. ff. tit. preced.
k d.l. pretia. ad le. falci. d.l. si serui. ad le. aquil.
l l. quod nerua. ff. deposit.
m l. uij §. diui. ff. de iure fisc.
n l. nummis. ff de in litem iur.
o l. iij. §. qui de sepul. ris. ff. de sepul uiol.
p l. qui tabulas in princ. ff. de furt. cum si. l. in interdicto. ff. de ui & ui arm.
q l.j.§. & alias. ff. si quid in fr. patro. l. iiij § in casu. de dam. infec. ff.
r d §. & alias. d.§. in cum. l. iiij in princ. fin. reg. l si in emptione. ff. de minor.
s d.l. pretia. ad le. falc. l. qui seruū. ad leg. aquil.
t l. liberum. in fin. cum si. ff. de religio. l. si liber homo. ff. ad exhib.

est, uel ex damno, quod re uera passi sumus prouenit[u]; & ideò in ueritate esse dicitur[x], cùm illud quod est singulare, uerum rei pretium plerunque excedat[y].

SECVNDA diuisio eius quod interest, est; quod aliud est Ex re, aliud Extra rem[z]: quæ uerba inter se differunt[a]. Interesse circa rē dicūt, quod in rei ualore cōtingit[b], aut in fructuum, partus'ue æstimatione[c]. Extra rem uerò dicitur, quod ob rē aliquā uenit[d]: ut si familia, ex eo quod triticum debitū non soluisti, perijt: illorum mors Interesse extra rem dicit[e]. Illud autem Interesse, quod circa rem est, uel naturaliter contingit[f], uel extrinsecus, per aliquem casum[g], uel aduersarij facto[h].

Post eius quod interest diuisionē, placet tertiò disputare, quomodo Interesse duplum excedere non debeat. Et lex ait, In certis casibus Interesse non excedere duplum[i], quoniam in illis facilius simplum apparere potest[k]: quod contrahentes non uidentur uoluisse magna summa excedere[l]; & si uoluerint, sibi imputare debent: qui, cùm simplum certū erat, apertius legem non dixerunt[m]. Sed in casibus incertis, cùm haud facilè simplum reperias, nihil imputari potest[n]: & ideò in illis interesse non est duplum, sed quanti re uera apparet[o]. In hac tertia quæstione duo sunt discutienda. Primum, quod sit illud Simplum, cuius duplum interesse excedere non potest. Secundum, qui sint casus Certi & Incerti. Circa primum tradunt Interpretes, Interesse conuentum aliam taxationem, quam id quod conuentum fuit, non habere[a]: Conuentiones enim sunt seruandæ[b]: & contractus ex conuentione legem accipiunt[c], etiam si supra duplum sit conuentum[d]: nec refert, siue certa quantitas ratione eius quod interest promissa sit, siue non[e]. Interesse commune uolunt iuxta id quod uerè contigit taxari[f], nisi præter rei naturā illud cōmune interesse accidisset; tunc duplum non excedit[g]. At singulare interesse Placētinus uoluit non excedere duplum pretij conuenti[h]: sed à Bartolo reprehēdit. quippe plurimos esse casus, in quibus nihil

u d. l. unica. uersi. in alijs. C. de sent. quæ ex eo quod interest.
x l. ij. §. fi. ff. qui satisd. cog. cum gl.
y l. libertus. ff. de bon. liber.
z Glo. magn. circa med. d. l. unica. C. de senten.
a l. unica. C. si seruus extero. l. eo. in fi. de pecul.
b l. si sterilis. §. cū per uenditorem. ff. de act. empt.
c Litem ueniunt. §. item non solùm. cum §. fructus ff. de peti. hæred.
d l. qui proprium. §. procurator. ff. de procurator.
e d. §. cùm per uenditorem.
f l. fluminum. §. uitium. ff. de dam. infect.
g l. j. C. locati.
h l. qui domum. ff. locati.
i d. l. unica. C. de senten. uersi. sancimus.
k Glos. uerb. damnum. d. l. unica.
l Arg. l. Titius. uer. fi. de act. empt.
m l. ueteribus. ff. de pact.
n Alciat. de eo qđ interest. cap. v. in fin.
o d. l. unica. uersic. in alijs.

a l. fi. §. de prætor. stip. l. stip. ista. §. alteri. ff. de uerb.
b l. iurisgen. §. prætor ait. de pact.
c Vt in lege præcedenti.
d l. si dictum. l. si plus. de euict.
e l. insulam. §. j. ff. locat.
f l. Iulian⁹. in prin. ff. de act. empt.
g l. Titius. in uers. fi. cū l. seq. ff. eo. de act. emp.
h Glos. d. l. unica. uerbo. dupli. in princ.

quod intersit in cōuentionem deducitur[i]. Vnde alij id quod communiter interesset duplari crediderūt[k]. Bartolus post Accursiū tradit, si reperiatur interesse cōmune, illud duplatur, nec tunc cōuentū attenditur: sed si tantùm cōuentum reperiatur, illud erit duplādū[l]. Cōtra æstimationē rei cōuentam potius duplandā censet Alciatus[m], cū illa cōmunē tollat[n]. Ego uerò ab istorum omnium opinionib⁹ recedo crediderimq; pretium conuentum duplari cùm res ipsa duplari non potest[o]. Quod si possit, semp pro eo quod interest cōmunis rei æstimatio duplicatur, cùm res ipsa quātiplurimi sit æstimetur, talisq; æstimatio, non autē conuenta[p] pro interesse præstetur[q]. Adde iactum retis, quem pro decem emi, si non præstetur, nō decē duplicari, quæ sunt pretium cōuentum: sed omne id ipsum, quod est extractum[r]. Et hæc nostra distinctio uera est, in interesse (non dico cōmune, uel conuentum, cùm neutrū horum suprà defendimus Interesse dici) siue sit pecuniariū, siue singulare: cum lex nostra indistinctè loquatur. Verum quod in certis casibus interesse duplum excedat, plurimæ leges probare uidentur. In primis lex ait, quādoq; pro eo quod interest in infinitum iurari in litē posse[s]. Respondet Bartolus, Iurari quidem in infinitum, sed iudex taxat; ita quòd duplum non excedatur[t]. Sed hanc Bartoli sententiam nō probat Alciatus[u], cùm & sæpe sine ulla taxatione in infinitum iuretur[x]. Et idcirco post Albericum & Fulgosium putauit idem, interesse si per iuramentum probetur, quia rei iudicatæ autoritatē habeat[y], duplum excedere posse. Catianus uerò aliter censet[z], existimans interesse, cùm de dolo agitur, duplum excedere posse[a]; & ita respondet Iuliano, tradenti interesse in omni grege de mortuo ob morbosam ouem à sciente traditam consistere[b]. Cuius Iuliani responsum ab alijs aliter interpretatur[c]. Addit præterea Catianus, Non solùm ob moram, quæ dolum cōtineat[d], sed & ob simplicem moram, siue interpellationem interesse duplum excedere posse[e]. Vnde Pōponius nomine

eius

i Alciat. de eo qđ interest. cap. v.
k Glos. d. uerb. dupli.
l Barto. hîc. nu. 6.
m Alciat. de eo qđ interest. ca. v.
n l. fin. C. de pact. conuent.
o l. Titius. §. fi. cum l. sequ. ff. de act. empt. l. cùm fundus uti optimus. in fi. ff. de euict.
p l. quidam. cum duobus sequ. ff. de euict.
q l. ij. §. fina. ff. de act. emp.
r l. si iactum. ff. de act. empt.
s l. uideamus. §. iurare. ff. de in litem iur.
t Barto. d. l. unica. nu. 10.
u Alci. de eo quod interest. cap. vj. in fin.
x l. qui restituere. uersicul. j. de rei uend. ff.
y l. ij. ff. de iureiurand.
z In tractatu de eo qđ interest. c. ij.
a l. ij. ff. de cōdic. furt.
b l. Iulian⁹. in prin. ff. de act. empt.
c Gl. d. l. unica. de senten. in uerb. dupli.
d l. si traditio. C. de act. empt.
e l. ij. §. fi. cum gl. ff. de eo quod cert. loc.

eius quod interest, æstimationẽ quanti plurimi res fuit præstandã respondit[f]. quem tamen Accursius, & Bartolus loqui intelligunt, de interesse communi: quod totum, & si quadruplum excederet, simplum est[g]. Sed cum id quod interest moram semper sequatur[h], sequeretur ex Catiani sententia, interesse semper duplũ excedere posse: cui tres leges obstare non parum uidentur. In primis Iustinianus, qui uoluit in certis casibus interesse non excedere duplum[i]. Respondet Catianus, Iustinianum loqui in casibus certis usurarum naturam habentibus, quas ultra duplum sortis causa stipulari prohibemur[k]. Quæ solutio quàm sit ariolatrix, & generalem regulam in particularem casum coarctans, nemo non uidet. Secundò Catianus confutatur Pauli responso, quo dicitur, Hæredem legatum uendentem in duplum teneri[l]. Respondebat talem hæredem in bona fide esse, ex eo quòd legatarius legatum ad se pertinere noluerat[m], sed cum ille hæres à legatarij petitione adhuc liberatus non erat[n], non potuit dolo carere, uendens rem quam sciebat tertium petere posse[o]. Vnde alij Pauli responsum per legem sequentem declarari putant, ut hæres, si sciens uẽdat, omnimodo ad id quod interest teneatur, si ignorans, ad duplum[p]. Sed ad aliam rem Alciatus reprobat istorum sententiam, uereq; responsum interpretatur, ut ibi duplum præstetur[q]. Ex quo sententia Catiani manet confusa, aduersum quam obstat tertiò Neratius, inquiens, Ob rẽ euictam amplius duplo non esse præstandum[r]. Respondet Bartolus, Neratium nõ loqui de actione ex empto ad id quod interest, sed de stipulatione duplæ, quæ propter euictionẽ refertur ad duplum[s]. Cuius solutionem & si uerã demus, restat dubitatio. Cur potius stipulatio euictionis[a] & pretij usuræ[b] ad duplũ restringantur, quàm interesse quod ad illorum similitudinem Iustinianus ad duplũ coarctasse uidetur[c]. Ex quibus omnibus magna suboritur in hac nostra quæstione difficultas, quæ & alijs quoq; legibus augetur, nam si frumentũ debitum non

f l. iij. § fin. ff. de act. empt.
g Barto. d. l. unica. nu. 7. de sen. C.
h l. j. in prin. de act. emp. l. si quis ab alio. § fi. ff. de re iud. cum si.
i d. l. unica. uersic. j. C. de sentent.
k l. pen. C. de usur.
l l. Titius. in fi. cũ l. sequ. ff. de act. empt.
m d. l. Titius. in princ.
n d. l. Titius. i prin.
o d. l. Iulianus. in princ. ff. de act. empt.
p l. idemq; & Iulianum. uersicul. omnimodo. ff. de act. empt.
q l. Alci. ca. 5. de eo quod interest.
r l. cùm fundus uti optimus. ff. de euictio.
s Bart. d. l. unica. de senten. nu. 8.
a l. ij. ff. de euict.
b l. pen. C. de usur.
c d. l. unica. C. de sentent.

tradas, illius æstimatio & si quadruplum excedat præstanda est[d]: imò etiã omne id, quod lucrari potui[e], quodq; mihi abest[f], tametsi aliæ leges illud præstare nõ oportere uelint, quod extra rem contingit[g]. Ego itaq; omissis aliorum sententijs, arbitror sic censendum esse: ut de hoc duplo nihil curandum sit, quando interesse communem rei nõ excedit æstimationẽ: quoniam tunc id præstatur, quod reuera interest[h], & si minus intersit, quàm sit rei æstimatio, illa non petitur[i], sed tãtùm quatenus interest[k]: si tantùm sit, quãta est rei æstimatio, illa tanquã interesse petitur[l]. Sed si interesse æstimatione ipsa maius sit, illa integra petitur[m]: nõ quatenus conuẽta fuit, sed quanti pluris est tempore contractus, uel sententiæ[n]: & præter illam, interesse quod suprà est petitur[o]: modò tamen illud æstimationis non excedat duplum[p], nisi duobus in casibus: Primus in iuramento in litem, in quo duplũ exceditur[q], quia in eo non id solùm quod interest, sed quod actor æstimat continetur[r]. Vnde uidemus iuramentũ in litẽ ei quod interest, tanquã species diuersa opponi[s]: tametsi negãdum non sit, iuramentũ in litẽ quandoq; id tantum quod interest cõtinere[t]. Et sic iuramentũ in litem genus est, interesse species ad illud. Secundus est casus in actione arbitraria, in qua interesse duplum excedit[u]. ea speciali (ut arbitror) ratione, qđ in illa arbitraria utriusq; litigatoris interesse cõsiderat[x], quod in cæteris casibus non est, cùm respectu illius qui pretiũ petit, nullũ cõsyderetur circa rem interesse[y], sed tantũ pretij usura[z]. Vel rectius sentiemus, si dixerim[a], In hac actione arbitraria iurari in litẽ[a]. Et idcirco hic secundus casus sub primo comprehendi potest. Et hæc nostra sententia in pecuniario interesse circa rem contingente intelligenda est. Aliter in interesse singulari, hoc est affectionis, & de eo quod extrinsecus interest dicendũ est. Nam affectionis, siue singulare interesse, tantum abest ut duplũ excedat, cùm ob illud lex ait, rerũ pretia, non æstimari[b], sed cõmuniter fungi[c] nec damnum in interesse affectionis cõsiderari posse,

d l. si sterilis. §. cũ per uenditorem. ff. de act. empt.
e l. inde Neratius. § si cum l. seq. ad leg. aquil.
f l. si commissa. ff. rem rat. hab.
g d. §. si per uenditorem.
h l. si factum. uers. fi. ff. de act. empt.
i l. in interdicto. ff. de iti. & ui. ar
k l. quia dicitur. ff. de euict.
rari, ſed quanti plurimi res fuit æſtimationem faciendam, ſecundum actoris in litem iuramentum: nõ eſt enim uerisimile quòd iuret, ſua minus interfuiſſe, quàm quanti res unquã plurimi fuit. Non obſtat Vlpiani reſponſum, quo dicitur, In bonę fidei iudicijs iurari in litem, & rei iudicandæ tempus obſeruabitur[l]: nam in codice Norimbergenſi legitur non, Et rei iudicandæ: ſed, Vt rei iudicandæ tempus obſeruetur. Itaque Iureconſulti ſenſus eſt, In bonæ fidei iudicijs iuratur in litem ut obſeruetur rei iudicandæ tempus, quanti res ſit: hoc eſt, ut iudex obſeruet tempus ſententiæ, & in id reum condemnet, quanti actor illo tempore ſua intereſſe iurauit: ſiquidẽ illud intereſſe ſecundum iuramentũ in litem æſtimabitur[m]. Nec mireris, ſi exponã uerba, Quanti res ſit: pro, Quanti interſit; ſuprà enim oſtendimus, uerba illa, Quanti res eſt: eius negotij æſtimationẽ quo de ageretur ſignificare: ſiue res ipſa eſſet[n], ſiue intereſſe[o], ſiue pœna[p]. En planè uides Iuriſconſulti ſenſum hactenus incognitum. Sciendum eſt tamen, iudicem ab hoc iuramento in litẽ recedere poſſe[q], ſi poſtea appareat, quòd intereſſe deſijt[r]. Et idcirco in actione ad exhibendũ quamuis iuretur in litem[s], duo tamen tẽpora, ut intereſſe peti poſsit, & litis cõteſtatæ, & ſentẽtiæ conſiderantur[t]: quia in ſtricti iuris iudicijs maximè litis conteſtatæ tempus ſpectatur[u]. Et ideò ſi illo tempore litis nihil interfuiſſet exhiberi, ſententia proferri non potuiſſet, quæ debet proferri in eo ſuper quo lis conteſtatur[x]. Si uerò illo quidem litis tempore exhiberi intereſſet, ſi quoq; & ſententiæ tempore non interſit, iudex reum abſoluere debet[y]: quia iuramentum in litem quod in ſententia præſtatur, iudex ſi uelit, ſequi non poteſt[z]. Aliud tamen eſt in exhibitione, quæ officio iudicis facienda eſſet: nam tunc præcepti iudicis ſolum tempus conſideratur[a], cùm iudicis contemptus ad rei æſtimationem maiorem faciendam cõſideretur[b]. Sed & fortaſſe hic aliquis obijceret, in bonæ fidei actionibus in litem iurari[c], & tamen in emptione, quæ bonæ fidei eſt[d], duo tempora conſiderantur[e]. Ego reſpõdeo: in his bonę fidei actionibus iurari in litem, in quibus de re reſtituenda agitur[f], ſimul & de fide rupta[g]. Et in emptionibus, ſocietatibus, mandato, cùm non petamus rei reſtitutionem, non iuratur in litem, ſed agitur ad id quod intereſt[h]: quod, ut ſuprà dixi, à iuramento in litem plurimum differt[i]. Firma igitur & uera eſt noſtra ſententia, tempus ibi nullum conſiderari, ubi iuramentum in litem defertur. Vbi uerò iuramentum illud non defertur, habenda eſt ratio ad taturam uniuſcuiuſq; contractus. In primis in ſtricti iuris iudicijs, quia potiſſimum à litis conteſtatione pendent[k], attenditur litis conteſtatæ tempus[l]. Sed contrà in cautione de iudicio ſiſtendo, quamuis ſtricta ſit, æſtimatio non ad tempus cõteſtationis, ſed quo ſiſtendum fuit refertur[m]. Quod comminiſcitur Accurſius ſpeciale eſſe in iudicialibus cautionibus parum facit: cùm & in alijs non ſemper litis conteſtatæ ſpectetur tempus[n]. Dico igitur plurimum referre, an de alicuius rei petitæ, an de eius quod intereſt, æſtimatione agatur: nam illo caſu attenditur litis conteſtatio[o]: quia rei ęſtimatio officio iudicis tãtùm debetur[p]: quod quidem officium (ut iam ſatis dictum eſt) in ſtrictis actionibus à conteſtatione initium habet. Vbi uerò de æſtimatione eius quod intereſt agitur, ad obligationis eius quod intereſt tempus, ſiue ex contractu naſcatur[q], ſiue ex maleficio[r], referenda eſt æſtimatio: quia id quod intereſt non officio iudicis, ſed iure obligationis petitur[s]. Secundò in contractibus bonæ fidei aliud tempus ſpectatur: nam contra uenditorem moroſum æſtimatio uel ad tempus contractus, uel ad tempus ſentẽtiæ eſt reducenda[t]: quia cùm pretium habeat, (alioqui morator non eſſet[u]) pretij percepti ratio facit, ut ęſtimatio ad contractus tempus referat[x], ut tantum habeat emptor, quantum numerauit[y]. Conſideratur item tempus ſententiæ: quia hodie ſaltem dandum eſt, quod iam olim contractus tempore dari debuit[z]. In mandato autem non tempus mandati uel ſententiæ

l d. l. iij. §. in hac. ff. commod.
m l. pen. ff. de in lit. iur.
n l. inter hæc uerba ſ. tit. præced.
o l. qui reſtituere. de rei uend. cum ſim.
p l. j. in fi. ff. ſi quis ius dic. non obtemp.
q l. in actionibus. uerſ. item. de in lit. iur.
r l. ſudeamus. in fi. uerſ. & magis. de in lit. iur.
s d. l. in actionib⁹. in princ.
t l. ſigni. in fin. ff. ad exhib.
u d. l. ædiles. § item ſciendum.
x l. ut fundus. commun. diuid.
y l. ſi liber homo. ad exhib.
z d. l. in actionibus. uerſ. item.
a l. ubi. §. is autem. ff. de eden.
b l. j. ff. de in lit. iur.
c d. l. in actionib⁹. in princ.

d § actionum. Inſtit. de action.
e d. l. iij. §. ſi per uenditorem. de act. empt.
f d. l. iij. §. in hac. commod.
g l. ei apud quem. in prin. ff. depoſ.
h l. j. in prin. de act. empt. l. ſi procuratorem. § mandati. ff. mandat. cum ſim.
i l. non à iudice. ff. de iud.
k d. l. item ſciendũ.
l d. l. hominẽ. uerſ. fin. ff. mand. cum ſim.
m l. qui autem. §. fi. ſi quis caut.
o l. iuſtiſsimè. §. fi. de ædil. edict.
o l. fi. de cond. tritic. cum ſim.
p l. centeſi. uerſ. neq; enim. ff. de eo quod cert. loc.
q d. l. iuſtiſsimè. §. fi. d. l. qui autem. § fin.
r l. j. §. rectiſsimè. ſ. de ui. & ui ar.
s l. ſi quid ab alio. § fin. de re iudic. cum ſim.
t l. iij. § ſi per uenditorem. de act. empt.
o l. Iulianus. §. offerri. de act. emp.
x l. curabit. C. de act. empt.
y l. Iulianus. §. ex uendito. & l. Titius. uerſ. cum emptor. ff. de actio. empt.
z l. ſi ſterilis. § cùm per uenditorẽ. in fi. de act. empt.

tentiæ, quamuis ſit bonæ fidei contractus, ſed ſolutionis ideo obſeruatur[a], quòd omnia, quæ fideiuſſor ſoluit, mandati actione recuperare debeat, etiam ſi quid ultra ſoluerit[b]. Hac ratione in euictione tempus uẽditionis ſpectatur[c]: quia euictionis natura, non interpoſita dupli ſtipulatione, ſimplũ eius, quod traditum fuit, reſtituere ſolet[d]. Nec refert, quòd lex ait, tempus augmenti ſpectari[e]: illud enim non ex obligatione euictionis petitur[f], ſed actione ex empto[g]. Sed in fideiuſſoria obligatione quod tempus ſpectatur? Aphricanus ait, In obligatione rei qui in diem mercem promiſit, & fideiuſſorem dedit, fideiuſſionis tempus eſſe ſpectandum[h], quod mirum omnibus interpretibus uiſum eſt: tum quia fideiuſſio ſtricti iuris eſt, & ideò litis cõteſtatæ tempus ſpectandũ erat[i]: tum qa erat in obligatione ſolutionis dies adiectus: & per conſequens etiam fideiuſſoria obligatio non niſi in diem eſſe potuit[k]: unde ad diem illum reducenda erat æſtimatio[l]. Accurſius reſpondet, æſtimationem reduci ad tempus quo creditor ſatis acceperit, ſcilicet ſoluendũ[m]. Sed hæc ſolutio ſignificationi uerbi, Satis acceperit, repugnat[n]. Alij dicũt, Aphricanum loqui de fideiuſſore, qui poſt rei morã acceptus fuerat, quo caſu rei mora fideiuſſori nõ nocet. Sed hæc ſolutio manifeſtè pugnat cũ Aphricano, qui ait, antequam dies obligationis ueniret fideiuſſorẽ fuiſſe acceptũ[o]. Decius tertio ait, quòd cùm Aphricanus de mercis obligatione loquatur, cuius loco æſtimatio promitti poteſt[p], fideiuſſor ſe ad æſtimationẽ obligauerat: quo caſu attenditur tempus contractus[q]. Sed diuinat Decius. Vnde Curtius dicebat, Aphricanũ loqui de fideiuſſore, qui ſic ad diẽ obligabat, cũ reus eſſet purè obligatus, quod fieri poteſt[r]. Vnde uidebatur quòd fideiuſſor nõ eſſet obligatus, niſi ad æſtimationem illius diei[s]: Sed Aphricanus contrà reſpondit, ex eo quod rei mora fideiuſſori nocere ſoleat[t], tametſi propter diẽ fideiuſſor ſtatim cõueniri nõ poſſit, ſed tantũ elapſo die[u]. Verũ huic ſolutioni nõ ſolùm eo loco repugnat Aphricanus de promiſſore in diẽ loquẽs[x], ſed & alio loco, dum ait reſpectu obligationis augendæ rei moram fideiuſſori nunquã nocere[y]. Aliter igitur nodum diſſoluit Alciatus, inquiens, Aphricanũ de mercibus loqui, quarũ loco æſtimatio officio iudicis perſolui poteſt[z], cuius ęſtimationis reſpectu fideiuſſor nihil promiſiſſe uidetur. Sed nec ego Alciatum ſequor: nam ſi Aphricanus de æſtimatione nõ per fideiuſſorẽ, ſed reũ præſtanda loqueretur, illa, cũ reus in diẽ erat obligatus, nõ ad fideiuſſionis ſed illius diei tempus referretur[a]. Rurſum, ſi loquatur, Aphricanus, de æſtimatione per fideiuſſorem pręſtanda, cùm ille eſſet in diẽ obligatus, propter principalem obligationẽ, quæ in diẽ erat[b], ad illum diẽ, nõ ad fideiuſſionis tẽpus reducenda erat æſtimatio[c]: ita ut quãcũq; reſpexerimus perſonã, Aphricanus intelligi nequeat, niſi interpretetur neceſſariò de æſtimatione quæ à fideiuſſore peteretur: non ob illius morã (tunc enim ad diem in quẽ, ut dixi, erat obligatus reducẽda eſſet æſtimatio[d]) ſed ob principalis debitoris morã, quæ licet fideiuſſori noceat ipſius obligationis reſpectu[e], nunquã tamẽ fideiuſſoris obligationẽ auget[f]: non enim pro æſtimatione, ſed pro re fidẽ ſuam obligauit[g]. Ad quod tempus in ſtrictis actionibus, in emptione, mandato, fideiuſſione, reducatur æſtimatio, hactenus dictum ſit: quæ omnia intelligẽda ſunt, modò aliter cõuentũ nõ fuerit. Cõtractus enim, cùm ex cõuentione legem accipiant[h], ſi de æſtimatione celebratus ſit, ſolius contractus tẽpus ſpectatur[i]. Hacq; ratione quãdo in diẽ differtur ſolutio, ſolus ille dies in ęſtimatione ſpectatur[k]: alioquin rei eſſet captio[l], cũ omne id quod intereſt ad illum diem referre uoluimus[m], quod intereſſe iudicio accepto æſtimari ſolet[n]. Hac quoque ratione æſtimationis nulla eſt cõſyderatio, ſiue creditor rem ſimpliciter abſq; ulla iuris ſui proteſtatione receperit[a], cùm enim iudicis tantũ officio regulariter æſtimatio debeatur[b], ſimplici ſolutione remiſſa creditur[c]. Sed ſi proteſtaretur actor rẽ accipiẽdo, ſe ius ęſtimationis remittere nolle, nulla remiſſio intelligit

a d.l. hominem. ff. mand.
b l. ſi is qui negotia. §. in fin. ff. mand.
c l. bonitatis. ff. de euict.
d l. ſi in uenditione. de euict.
e l. ſed ſi quid. eo. titu.
f l. ex mille. §. j. eo. titu.
g l. euicta re. in prin. eo. titu.
h l. cùm quis. ff. de act.
i d.l. uinum. d.l. ſi. de cõd. trit. cum ſim.
k l. græcè. §. item accepto. ff. de fideiuſſ.
l d.l. uinum. d.l. ſi. de cond. trit.
m Gl. d.l. cùm quis.
n l. v. §. ſatis acceptio. ff. de uerbo. oblig.
o d.l. cùm quis.
p l. ſi ita. ff. de fideiuſſ.
q l. fundum cornelianum. in fi. ff. de nouat.
r §. at ex diuerſo. inſtit. de fideiuſ.
s l. quoties in diẽ. de uerb. oblig.
t l. mora. ff. de uer. oblig.
u l. ſedere. tit. præced.
x d.l. cùm quis.
y l. centum. uerſ. j. de eo quod cert. loc.
z Alciat. d.l. uindicatia. ca. v. de eo quod intereſt.
a d.l. fin. de cond. tritica. cum ſi.
b d.l. græcè § item accepto.
c d.l. fin. de cond. tritic. cum ſi.
d d.l. uinũ. cum ſi.
e d.l. mora. ff. de uerb. oblig.
f d.l. centum. uerſ. nec oportet.
g l. ſi in pignore. ff. de fideiuſſ.
h l. contractus. ff.
i d.l. fundum cornelianum. in fi.
k d.l. fin. de cond. tritica. d.l. uinũ.
l l. quoties in diẽ. ff. de uerb. oblig.
m l. ſi fundum. ff. de uerb. oblig.
n l. ſi calendis. ff. de re iud.
a l. fin in fi. ff. de eo quod cert. loc.
b l. centũ. uerſ. neque enim. de eo. quod cert. loc.
c l. iiij. C. depoſit.

telligitur[d]; modò debitor expresſè, aut ſaltem tacitè illi proteſtationi acquieſcat[e]. alioqui ſi contradiceret, quia rei ſolutione tollitur omnis obligatio[f] etiam acceſsionum reſpectu, quales ſunt fructus, Vſuræ, æſtimatio[g]: nec proteſtatio quicquã nocebit[h]. Proinde ſciendum eſt, omnia quæ ſupra diximus, de ea æſtimatione accipienda eſſe, quæ prouenit extrinſecus ex loci uel temporis mutatione; utputa quòd pluris hodie uinum uendatur quã heri, quòd pluris æſtimetur Romæ quã Epheſi, quãuis in utroq; uel tempore, uel loco eadem ſit uini bonitas[i]. Alia uerò habetur ratio eiuſdem æſtimationis, quæ ex eo maior uel minor apparet, quòd res in bonitate ſua deterior uel fructuoſior facta ſit. nam ſi de re loquamur quæ in genere ſuo functionẽ recipiat, ut uinũ, oleum, frumentũ[k]: eius æſtimatio ad tempus cõtractus reducitur[l]. quia quæ in genere conſiſtunt deteriora fieri non poſſe finguntur[m]. Si de alia re loquamur, ut de equo, fundo, & ſimilibus: eius æſtimatio, ſi mora debitoris interuenerit: ad tẽpus moræ refertur[n], quod aliquãdo ab interpellatione extraiudiciali[o] aliquando à lite tantùm conteſtata incipit[p]. Et ita Paulum intelligo[q]. Hoc autem moræ tempus idcirco ſpectatur, quia poſt moram de rei interitu debitor tenetur[r]: ſed quia non tenet, niſi ad detrimentũ, tempus illud moræ tantum conſideratur[s]. Si uerò nulla debitoris interuenerit mora, ipſe neq; rei interitum[t], neque aliud detrimentum præſtat[u]: niſi aduerſus illum bona fide litigantem, (quo caſu per litis conteſtationẽ in mora non conſtituitur[x]) iudicium eſſet cœptum: tũc, niſi res apud actorem interitura perinde erat, atq; apud eum interijt[y], ad ipſius rei pretium tenetur[z]: quod quale ſit, ſi res non ſit prorſus perempta, ſed tantũ deterior facta, cõdemnationis tempus cõſiderabitur: uel mortis, ſi prorſus ſit perempta: & ita Seruium interpretor[a], quẽ in principio legis (ut etiã Catianus fatetur) ex illis uerbis quæ ſubiungit. Si uerò deſierit eſſe in rebus humanis; ueriſimile eſt loqui de re deteriore facta[b]: & hoc quidem ante moram, cùm poſtea Vlpianus ſubiungat, In utroque autem, (id eſt, ſiue cùm res tãtum deterior facta eſt, ſiue cùm prorſus perijt) ſi poſt morã deterior res facta ſit, moræ tẽpus cõſideratur[c]. Sed aduerſus Seruij opinionẽ à nobis ita declaratã; Paulus reſpõdiſſe uidetur, inquiẽs: Fundo ſine culpa debitoris meliore, uel deteriore facto, æſtimationẽ petitionis tempore eſſe faciendam[d]. Putauit Catianus, Paulum loqui de debitore, qui in mora nõ eſſet[e]. Quia ſi in mora eſſet moræ tempus (inquit) attenderetur reprobata Seruij ſententia[f]. Sed ſi uerba Codicis Norimbergẽſis obſeruaſſet, longè aliter exiſtimaſſet. Sunt hæc, Deniq; meliore, uel deteriore facto ſine culpa debitoris, poſtea fundo petito, præſens æſtimatio fundo petito rectè conſyderetur[g]. Vulgaris tertio uerbum, Petito, in poſteriore loco habet non in priore: quam ob cauſam interpretes hallucinantur. Verus igitur Pauli ſenſus eſt, Fundo petito, & ſic lite conteſtata[h], & per conſequens debitore in mora conſtituto[i]: ſi ſine illius culpa poſtea deterior fiat fundus (quod contingere poſſe dubium nõ eſt, licet fuerit in mora[k]) litis conteſtatæ ſpectare tempus, ante quam tamen neceſſe eſt, debitorem in mora non fuiſſe, quod accidere poteſt[l]: quia ſi in mora fuiſſet, moræ tempus (ut dixi) obſeruaretur[m]. Quòd autem ante conteſtationem in mora non fuerit, ex eo patet, quia iuſtam litigandi cauſam habebat. Quia cùm fundum ex una ſtipulatione, & fundi æſtimationem ex altera debebat, utrunq; ſoluere non debet[n]. Vnde cùm actor ex prima ſtipulatione fundum petebat, neq; tamen ſecunda ſtipulatio, quæ de æſtimatione erat, per fundi petitionem iure tollebatur[o]: iuſtam reus litigandi cauſam habebat, ne bis idem ſolueret[p]. Et hæc quo ad æſtimationẽ ſufficiãt: in reliquis nãq; actibus, ſi illorũ natura diligenter conſyderetur, facile conſiderabimus ad quod tempus reducẽda ſit æſtimatio.

SVPEREST, ut aliũ eius quod intereſt diſcutiamus articulum, uidelicet, An id quod intereſt ſit in obligatione, an in præſtatione. Et ſi in obligatione

d l. ſi debitor. §. quib. mod. pig.
e Arg. l. ſi filiusfa. prin. ff. ad macedo.
f Inſtit. quib. mod. toll. obli. in prin.
g d. l. iiij. C. depoſit.
h Gl. ij. l. alimenta. C. de nego. geſt.
i l. ideò. ff. de eo quod cert. loc.
k Inſti. quib. mod. re contrah. obli. in prin.
l l. cùm quid. ff. ſi cert. pet.
m l. incendium. C. ſi cert. peta. l. in ratione. § incertæ. ad l. falcid.
n d. l. pen. in fin. ff. de condic. tritic.
o l. ſi ex legat. §. de uerb. oblig.
p Barto. l. iij. § in hac. nu. 7. ff. com mod.
q l. fundum Cornelianũ. uerſ. deniq. ꝟ. de nouat.
r l. nemo. §. ſi. ꝟ. de uerb. oblig.
s l. filio. §. ſi poſt. ff. ſol. matri.
t l. cùm res. §. ſi. ff. de leg. j.
u l. penul. ff. de rei uendic.
x l. qui ſine dolo. j. eod.
y l. ſi plures. §. fin. ff. depoſ.
z l. item ſi uerberatum. §. fin. ff. de rei uendic.
a d. l. pe. in prin. ff. de cond. tritica.
b Arg. l. in ratione. §. ſi ſeruus teſtamento. ff. ad l. falcid.
c d. l. pen. uerſic. in utroque.
d d. l. fundum Cornelianum. uerſic. deniq. ff. de nouatio.
e Catian. de eo qđ intereſt. 2. v.
f d. l. pen. in fin. de cond. tritica.
g uerſ. denique.
h l. amplius nõ peti rem rat. hab.
i l. pupillus. uerſic. ſi. j. de uerb. obli.
k l. ſi cum exceptione. § quod ſi homo. ff. quod met. cauſa.
l d. l. qui ſine dolo. j. eo.
m d. l. pen. in fin. de cond. & tritic.
n l. locum. §. inde quæritur. ꝟ. de tab. exhib.
o d. l. fundum Cornelian. uerſ. itaq.
p l. bona fides. j. eo.

gatione ſit, qua actione petatur. Accurſius credidit, id quod intereſt, non eſſe in obligatione[q], ſed iudicis officio in condemnationem deduci[r]: quia lex ait, Pecuniā, hoc eſt, intereſſe quod in pecunia conſiſtit[s], non deberi[t]. & maximè quando res ante debitoris moram interijt[u], imò interempta poſt moram, illa adhuc in conſtitutum deduci poteſt, & ſic in obligatione manet: nō autem id quod intereſt[x]; quia illud cū in ſtipulationē deductum non ſit, obligationis cauſa peti nō poteſt[y], quemadmodū nec uſuræ[z]. Bartolus, quem Doctores communiter ſequuntur, omnia ſuprà dicta intelligit in obligationibus dandi: in quibus omnimodo dare oportet[a], nec in illis ſuccedit obligatio in id quod intereſt, quibuſdam exceptis caſibus[b]. In obligationibus uerò faciendi ſuccedit obligatio in id quod intereſt[c]; quoniam lex ait, ſi non fuerit factum, pecuniā (hoc eſt, id quod intereſt) dari oportere[d]. Quod uerbum, Oportere, ad iudicis officium non pertinet[e]. Vnde lex ait, Pro intereſſe nō officium iudicis eſſe implorādum, ſed incerti actione agi[f]. Quoniam illud intereſſe etiam in obligatione uenire dicitur[g], & in obligatione contineri[h], necnon poſt rei interitum illius cōdictionem durare[i]. Rationem autem, cur potius in faciendi, quàm dandi obligationibus ſuccedat obligatio in id quod intereſt, aliam atq; aliam Doctores tradunt. Primò, quòd dandi obligatio uno momento explicatur, at non faciendi[a]: quia facta temporis tractum habent[b], ad quæ ſi quis præciſè cogeretur, libertate, quā maximè leges tuētur[c], priuatus eſſet. Sed hæc generalis non eſt ratio, Tradere enim, & Ratū habere, facti ſunt, & uno momento explicari poſſunt[d]. Alij dicunt, dationes ex temporis uel perſonæ diuerſitate effectum non mutare, quod in factis ſecus eſt[e]. In quibus idcirco, quia à præteritis futura diuerſa ſunt, mirum nō eſt, ſi pro præteritis agatur in id quod intereſt[f]. Sed nec ratio hæc eſt perpetua, cùm tradere, & reſtituere, & ſimilia facta ex temporis diuerſitate non mutent effectū. Tertiò igitur alij dixerunt, (idq; receptius admittitur) Stipulationes non committi, niſi quatenus noſtra intereſt[f], noſtra autem non ſemper intereſt Fieri, ſed Dari ſecus. Sed hoc non admodum firmū apparet, cùm plerunq; & facta expediri interſit[h], & contrà multa habere poſſimus quæ nobis minimè ſunt utilia[i]. Quartò alij dicunt, Legem incertum, quatenus fieri potuit, uoluiſſe[k]: unde ratione facti, quod & incertum[l], id quod intereſt in pecunia numerata cōſtituere uoluit[m]. Quod in datione introducere opus non fuit, cùm illa dominij translationem contineat[n], quod apparet quid, quale, & quantum ſit[o]. Verùm cùm nec omnes dādi obligationes ſint certæ, pro quibus tamen nō agitur ad id quod intereſt[p], generaliter uera nō eſt hæc ratio. Quapropter Alciatus ait[q], Facta à Dationibus parum differre: cùm in dandi obligationibus tribus tantùm caſibus obligatus præciſè dare cogatur, Si promiſit certā ſpeciem[r]: Si reſtituere ob ſuum dolū teneatur[s]. Si ſit uēditor qui rei dandæ poteſtatē habeat[t]. Quibus caſibus exceptis, nulla eſt obligatio, qua præciſè debitor ad aliquid dandum, uel faciendum compellatur: ne auferatur naturalis libertas[u]. Solutionis enim uerbum, quę Obligationis effectus eſt[x], neminem præciſè cogit[y]. Porrò hæc dubia Alciati uidetur ſententia: ſiquidem ſi inter Dationes & Facta, differentia non eſſet, lex in faciēdi obligationibus ſuccedere id quod intereſt nominatim non expreſsiſſet[z]. Præterea lex ait, In ſtipulatione, Rem tradi, non cōtineri proprietatem, ſed ſolùm tradendi factum[a], aut intereſſe, ſi factum non eſt præſtetur[b]. At in ſtipulatione Dandi, omnimodo proprietas, & dominium continetur[c]. Et hoc ipſum eſt quod quærimus, Cur in obligatione tradendi certam ſpeciem ueniat intereſſe, nō in obligatione dandi: Antequam ſententiam noſtram referamus, reliqua, quæ communia ſunt, perſequar. Nam affirmat Doctores, eius quod intereſt obligationē, in faciendi obligationibus, facti obligationē minimè nouare[d]: utrunq; igitur in obligatione eſſe fatentur, & factum, & intereſſe: quia lex

q Glo. ſi. C. ſi quis ab alio. §. fin. ĩ. de re iud.
r Gl. uer. ĩ omnib. d. l. unica. C. de ſentent. l. ante p. §. ſiue autē. ĩ. de no. oper. nunt.
s d. l. ſi qs ab alio. in fin.
t l. ſi ſeruū §. fin. ĩ. de uerb. oblig.
u l. eum qui ita. §. ſi. ĩ. de uerb. obl.
x l. promiſſor homines. cum gl. ff. de conſtit. pecu.
y l. quicquid aſtringēdæ. ĩ. de uerb. oblig.
z l. quia tantundē. ff. de neg. geſt. l. qui per colluſionem. §. fin. ff. de act. empt.
a l. ubi autē. §. ſi. ĩ. de uerb. oblig.
b Bart. l. ſtipu. non diuid. nu. 12. ĩ. de uerb. oblig.
c l. ſi quis ab alio. §. ſi. ĩ. de re iud.
d d. l. ſtip. non di. uerſ. celſus.
e l. uerbum oportere. tit. præced.
f l. fin. ff. ſi quis in ius uocat.
g l. ſi pœnā. in ſi. l. ſi quis ſtipular. §. ſi. de uer. obl. ĩ.
h l. quoties quis. in princ. ĩ. de uerb. oblig.
i l. in re furtiua. in princ. de cond. furt.

a Bart. d. l. ſtip. nō di. nu. 13.
b l. j. ff. de operis. liberto.
c l. j. & ij. ĩ. de lib. hom. exhib.
d d. l. ſtip. non di. in princ.
e l. ſi non ſortē. §. libertus. uerſ. ni plerunque. ff. de cond. indeb.
f l. ſi ſeruum. § fin. ĩ. de uerb. oblig.

g l. ſtip iſta. § alteri. ĩ. de uerb. obl.
h l. operæ. j. ff. de oper. libert.
i l. ei fundo. ff. de ſeruitut.
k l. j. ĩ. de uſucap.
l l. ubi autem. §. q id quod. ĩ. de uerbor. oblig.
m d. l. ſi quis ab alio. § fin.
n §. ſic itaq;. Inſtit. de act.
o d. l. ubi autem. §. fin.
p d. l. ubi. in princ.
q d. l. ubi. §. fin.
r d. l. ubi. §. fin. l. ſi ſeruū. in fin. uerb. oblig.
s l. qui reſtituere. ff. de rei. uend.
t Gl. §. pretium. in ſtit. de empt.
u d. l. j. & ij. ĩ. de lib. hom. exhib.
x Inſtit. de obli. in princ.
y l. ſolutionis. ĩ. de ſolut.
z d. l. ſi quis ab alio. §. fin.
a l. ſi rem tradi. ĩ. de uerbo. oblig.
b l. ſi fundum. certa die. ĩ. de uerb. ob.
c d. l. ubi. §. fin.
d Bart. d. ſtip. non di. nu. 35.

lex ait, factum dare oportere[e]: similiter ait, Id quod interest peti[f]. Bona fides tamen non patitur, ut utrunque actor habeat[g]. Vnde Bartolus censet utrunq;, non copulatiuè, sed sub alternatione in obligationem uenire[h]. Et si dixeris, duo obstare aduersus hanc sententiam: primũ, quòd in alternatiuis reus quandocũq; uoluerit, sententiam mutare potest[i], cùm tamen non posse post litem lex asserat[k]. Respondet Bartolus, hanc alternationem non solùm rerũ, sed & actionum esse: quo casu actor, non reus, eligendi potestatem habet[l]. Alterum quod obstat est, quòd cùm actor in alternatione alterutrum petere poßit[m], in hac alternatione facti, & eius quod interest, (quia nõ eadem actione petuntur, sed diuersis) cogetur unam eligere[n]: Respondet idem Bartolus, quòd licet alteram eligat, iudex tamen ad alterutrum condemnare poterit[o]. Sed hoc Baro damnauit[p], cùm in sentẽtia pro re petita cõdemnatio in æstimationẽ fieri nõ debeat[q]. Et idcirco ipse existimauit, factum esse in obligatione expressa[r], & tantùm usq; ad moram impurgabilẽ[s], antequã id quod interest, quia sub conditione, si factũ non erit, debetur[t], nõ est in obligatione[u]: post moram uerò solum est in obligatione, & non factum[x]. tum quia amplius illud ex temporis mutatione idẽ præstari non potest[y]: tum quia moratoris odio hæc fieri solet interpretatio[z]. Itaque cùm & factũ & interesse in obligatione esse contendant, quærũt, num ad alterutrũ præcisè debitor cogitur. Ad interesse dubiũ non est posse post moram ineluibilem[a]. Ad factum uerò regulariter præcisè nõ compellitur[b], quibusdã exceptis casibus. Quia cùm illud ex Baronis sentẽtia post litẽ amplius nõ debeatur, iudicis sentẽtia de illo ferri non potest[c], nõ enim ex iudicij susceptione, sed ex cõdemnationis exequutione cogũtur[d]. Proinde arbitratur idem Baro[e], in dãdi obligationibus uenire id quod interest[f]: ut datio sit in expressa obligatione, & interesse sub cõditione tacita, si datũ nõ fuerit[g]. Vbi enim res, quę dari debuit perẽpta est, illa amplius non debetur,

e §.sic itaq: uers. appellamus. Instit. de act.
f d.l.si. ff. si quis in ius uoc. cum si.
g l.bona fides. j. eo.
h Bar.d.nu.35.
i l. eum qui certarum. §.fin. ff. uerb. oblig.
k l. si insulam. ff. de uerb. oblig.
l l.iij. in si. princ. ff. de eo quod cer. loc.
m l.ubi. §. qui illud. ff. de uerb. oblig.
n l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribut. act.
o l. in stipulationibus. in si. ff. de uerbo. obl. d. l. si quis ab alio. §. fi.
p Baro. lib. iij. ca. ij. in tract. de diuid. & indi.
q l. si. C. fideicom. lib. tut.
r d.l. si qs ab alio. §. fin.
s d.l. si insulam.
t d.l. stipul. non diuersi. celsus.
u l. cedere. ff. tit. præced.
x d.l. si pœnam. d.l. si insulam.
y d.l. si nõ sortem. §. libertus.
z l. locũ §. condemnatio. ff. tab. exhi.
a d.l. si insulam.
b d. l. si qs ab alio. §. fin.
c l. si mantẽ. §. j. ff. de rei uend.
d Rubri. de executio. rei iudic. C.
e Baro. c. vj. lib. iij. de diuid. & indi.
f l. liber. ij. §. fin. ff. de uerb. obli. l. naturalis. §. j. præscrip. uerb.
g Arg. l. interdum. ff. de uerb. oblig.

sed æstimatio[h]. Et quamuis lex dicat, rẽ etiã peremptã deberi[i], pro ipsa rei æstimatione illud est accipiendũ[k], cũ rei appellatione ueniat ipsa æstimatio[l]. Et hæc sunt, quæ ab alijs dicũtur, quæ ex hoc tãtùm reprobare sufficit, quòd nullo iure probẽtur. Siquidem leges semper dicũt, In faciendi obligationibus interesse & uenire[a], & cõtineri[b]: etsi nihil intersit, in stipulationẽ nihil uenire[c], faciendi etenim stipulatio quãtitatis, id est, eius quod interest[d] stipulatio dicitur[e]: quæ in omnibus faciendi obligationibus in pecunia numerata cõsistit[f]. In obligatione igitur faciẽdi solũ interesse est in obligatione, nõ autem factũ ipsum, quãuis hoc solum promissum sit[g]. Nõ enim semper id, quod promittimus, in obligatione est, sed sola illius promißi æstimatio[h]. Quòd autem factũ in obligatione non sit, ostendo; nam pone me factũ purè promisisse, non'ne præsenti die debebitur[i]? At dices, ex natura facti, & secundũ diligentis ædificatoris rationẽ accipere dilationẽ[k]. Sed respõdebo; Et si dilationem recipiat, obligationis tamen diẽ cesisse[l]. Vnde sequeretur in puris faciẽdi obligationibus diem statim cedere, cùm tamẽ lex ait, nõ statim, sed à mora tantũ cedere[m]; ut si mihi debeas operas, nõ ante dies earũ cedat, quã indictæ fuerint, nec sint pręstitæ[n]. Si ergo ante morã dies obligationis faciendi nõ cesit, ante morã nihil debetur[o]. Post morã quoq; nec factũ, cũ illius præstatio debitorẽ non liberet[p], in obligatione esse potest[q]. Nunquã igitur factũ in obligatione fuit: quoniã in faciẽdi obligationibus semper inest cõditio hæc, Si nõ fuerit factum, pecuniã, hoc est interesse dare oportet[r]. sicq; interesse sub cõditione dicitur esse promissum, si factum non fiat[s]: quod factũ idcirco in ipsum interesse trãslatũ est[t], ita ut nõ amplius in obligatione sit, sed in præstatione tantũ[u]. Si tamẽ incõtinẽti, hoc est ante litẽ cõtestatã[x], promissor factũ præstiterit, illud uidetur in obligatione fuisse. Contrà, post morã iam factã præstitũ, in obligatione nũquã fuisse lex interpretatẽ[y]. Falsum est ergo quod hactenus existimarunt omnes, In libello

h l. promissor stichũ. in prin. de cõsti. pecu.
i l. si seruum. §. effectum. ff. de uerbo. oblig.
k l. mulieris. §. res abesse. cum seq. tit. præced.
l l. si finita. §. & quod ait prætor. ff. de dam. infect.
a d.l. si pœnam. in fi. ff. de uerb. obli.
b l. quoties quis. in prin. uerb. oblig.
c l. si quis stipulatus. §. fina. l. si ita stipul. fuero. §. j. ff. de uerb. obli.
d l. ij. §. fi. ff. qui satisd. cog.
e §. fi. Insti. de uerbo. oblig.
f l. si quis ab alio. §. fi. de re iudi.
g l. si ita quis. ff. de euictio.
h l. promissor hominis. ff. de constit. pecu.
i l. in omnib' obligationibus. ff. eo.
k l. cõtinuus. §. itẽ. ff. de uerb. oblig.
l l. cedere. uers. ubi in diem. ff. tit. præced.
m l. stipu. non diuiduntur. in fi. ff. de uerb. oblig.
n l. interdũ. §. item. ff. de uerb. oblig.
o d.l. cedere. l. prin.
p l. si insulam. ff. de uerb. oblig.
q Instit. quib. mod. toll. obl. in princ.
r d.l. stipul. non di. uers. Celsus.
s l. cum sine præfinitione. ff. quand. dies legat. cedat.
t l. si penũ. ff. quã. dies leg. ced.
u l. j. ff. de penu. legat.
x l. si insulam.
y l. j. §. item si ita. ad leg. falcid.

factum simpliciter peti posse, uel sub conditione: ita, Peto factū adimpleri: etsi non fiat, peto quod interest [z]. Minusque uerum est quod Accursius uoluit, Actorem in facti, uel eius quod interest petitione, electionē habere [a]. Suprà enim satis docui, factum peti nō posse, sed illud in sola praestatione esse [b], nihilominus non negabo stipulatorē ad facti prestationē debitorem interpellare posse [c]. Proinde sententiā nostram non euertit, formula illa, qua dicitur, Facere oportere [d]. Ex quo uidebatur, cùm uerbū Oportet, necessitatis significationē habeat [e], ad faciendum debitorē compelli posse, etiā (ut Baro putauit) post moram [f]: quia post illam lex nō denegat actori aditū, sed tantū reo potestatē faciendi [g]: ait enim lex, Si non fiat, quod promissum est [h], Si nō restituatur [i]: quae uerba reo tantum potestatem auferunt. Sed si actor ad factū agere uellet, potest (inquit Baro,) quoniam certum est, tradendi obligationē facti esse [k], & tamē actor uel ad id quod interest, si res nō tradatur, agere potest [l]; uel si uult, precisè ad tradendum cōpellere potest: ex eo quòd lex ait, Venditorē praestare rem oportere [m]. Sed his omnibus ego respōdeo (praeter id quod certū sit uenditorem ad rem tradendā compelli nō posse [n]) uerbum, Oportere, nihil aliud significare, quā quòd obligationis necessitatem demōstret [o]: quod manifestè Paulus docet, inquiens: Verbum, oportere facere, demonstrare pecuniam quae debetur [p]. Ex quo uides, factū (ut iam dixi) in pecuniā transferri. Sed rursus aduersus sententiā nostrā quis obijcere posset, quod Iureconsultus ait, Ex eo tradendi, obligationem nō augeri, quòd tardius agatur, quamuis aestimatio crescat [q]. Ex quo uidetur dicendū, aestimationē, in obligationē non esse. Verùm ex Haloandri codice delendum est uerbum illud, Aestimatio: ut sit sensus, Ex eo obligationē nō augeri, quod tardius agatur, quamuis crescat. Inter Augeri enim, & Crescere, haec differentia est; quòd illud ad id quod extrinsecus contingit refertur [r], hoc ad ipsius rei aestimationē [s]. Alijs (ut opinor) argumentis sententia nostra oppugnari non potest, ut in faciendi obligationibus solùm interesse sub cōditione, si factum nō adimpleatur, ueniat. Sed quando dicatur factū nō fuisse praestitum, controuersia est. Et post litem certum est factum amplius praestari non posse [t]. Sed in id omne cōueniri reum quod actoris interest [u]. At quando agi possit, leges pugnare uidentur, cùm alia dicat, omne tēpus expectandū esse, quo factū fieri potuit [x]: alia uelit, non omne id tēpus expectari, sed morā debitoris tātùm [y]. Ego sic cēsendum esse arbitror, ut debitor extra iudiciū ad factū praestandū interpellari possit [z], ob quā interpellationē, quia in mora cōstituitur [a], agi posse [b]: sed ita, ut id tātùm aestimetur, quantū in illo interuallo effici potuit [c]. Si uerò nulla interueniat interpellatio, quia stipulatio facti habet tacitū diē donec fieri possit [d], ante illum diem agi non potest [e]: sicut nec ante diē, si ab homine expressus esset, ageretur: etiā si tantū residui tēporis sit, quo fieri nō possit [f]. Hoc enim tēpus quod inest, expresso tēpori aequiparatur [g]. Hoc autē toto tempore lapso adhuc liberabitur reus, si nihil actoris intersit [h]: aut ante litem contestatā factum praestet [i], aut etiam facere incipiat [k], uel sola praeparamenta facti faciat [l], aut uerbis se facturum offerat [m]. Haec enim oblatio omnē moram purgat [n]. Si uerò toto tempore lapso nihil horū reus faciat, ob idque aliquid actoris intersit [o]: in id omne, quod intererit, fiet cōdemnatio [p]: etiam pro tēpore futuro, si illo respecto nostra intersit [q]: & maximè quando stipulationis uerba futurum tempus respicerent [r]. Imò si factum sit quod iterari possit, toties in id quod interest agetur, quoties facti promissio non praestabitur [s]. Sed si factum nō iteretur, semel tantū cōmittitur stipulatio [t]. Postquā uidimus, solū Interesse in obligatione faciēdi esse, & quo tempore peti possit, & quatenus: superest ut dicamus, cur loco facti promissi lex huiusmodi interesse cōstituerit? & suprà quinque rationes Doctorū retulimus, sed magis placet, ut dicamus, facta regulariter eiusmodi esse, ut per alium explicari possint,

z Glo. l. j. in princ. de act. empt.
a Glo. uerb. in alijs. d. l. unica. C. de sentent.
b d. l. j. de pen. leg.
c d. l. si poenam.
d §. sic itaq. uersic. appellamus. inst. de act.
e l. cū hi. §. arbitratu. ff. de transac.
f Baro. c. vj. lib. iij. de diuid.
g d. l. si insulam.
h d. l. si qs ab alio. §. fin.
i l. iij. §. j. ff. cōmo.
k d. l. stip. non di. in princ.
l l. j. in princi. ff. de act. empt.
m l. ex empto. in princip. ff. de act. empt.
n l. si factum. uerb. noluerit. de act. empt. ff.
o l. quod te. ff. si certum peta.
p l. si stipulatus fuerim illud. §. j. ff. de uerb. oblig.
q l. si sterilis. §. cū per uenditorē. ff. act. emp.
r l. cestum. uers. nec oportebit. ff. de eo quod cer. loc.
s l. j. ff. de in lit. iur.

t d. l. si insulam.
u l. si fundū certa. ff. de uerb. oblig.
x l. si ita stipulatus essem. ff. de uerb. oblig.
y d. l. stipu. non di. uers. fin.
z d. l. si poenam. §. quando dies leg. ced.
a l. si ex legati. de uerb. oblig.
b d. l. stipul. non di. uersi. fin.
c l. continuus. §. ite qui. ff. de uerbor. oblig.
d l. interdum. ff. de uerb. oblig.
e d. l. si ita stipulatus essem.
f l. insulā intra biennium. ff. de uerb. oblig.
g l. si mihi. §. j. de leg. j.
h l. si ita quis promiserit. §. Seia. si. ff. de uerb. oblig. l. j. in fi. ff. si quis in ius uoca.
i d. l. continuus. §. item qui.
k d. l. si insulā. uerb. facientē. uerb. edifices.
l l. j. §. cepisse. ff. de pollicita. l. pecuniam. §. j. de cōd. ob causam.
m Docto. d. l. si insulam.
n l. si seruum. §. sequitur. ff. de uerb. oblig.
o d. §. Seia. in fi. l. si cum dies. §. si. cū l. seq. de arbit.
p l. ij. §. fin. ff. qui sa. tisd. cog.
q l. si in lege. §. pe. ff. locat.
r l. nouissima. ff. iudica. solu.
s l. si sic stipulatus. ff. de uerb. oblig.
t l. iam tamen. §. j. ff. iudica. solui.

possint [u], maximè si sit eiusdem peritiae [x]. Et ideo eius facti loco pecuniã, per quã ab alio factũ consequi possumus [y], lex sufficere uoluit [z]. Sed contrà affirmabit aliquis, Accursium sequens, imò facta cohaerere personae [a]: nec, quia inter artifices longa est differentia, fideiussor factum à reo promissum explicare potest [b]. Respõdeo, plurimum referre, pro facto promisso an pecunia offeratur, an simile factum [c]. Quoniam ex pecunia à quolibet artifice etiã prudentiore factum cõsequi possumus. Non negauerim etiã, nonnulla facta ita personae cohaerere [d], ut per alium explicari non possint [e]: ut sunt ea, quae magis animo, quàm manibus fiunt: quorum loco idcirco pecuniam offerre nõ sufficit [f]. Hac ratione leges compellunt uiolentum stipulatorem accepto ferre [g], debitorem creditori conditionali cauere [h], Procuratorem iudicii suscipere [i], actiones cedere [k]: in Tutorẽ administrare [l], interrogatum certum respondere [m], obligatum exhibere [n], dominum grauatum libertatem praestare [o]. Quis enim non uidet, hos, & similes alios actus ita personae inhaerere, ut per alium expediri nequeant? Et tamen lex adhuc in his casibus, eius quod interest obligationem subrogat, quando manifestè de eo quod interest constaret [p]. Sed & ob publicam utilitatem, dubium non est, nos ad aliquid faciẽdum cogi posse [q]. Publica nempe utilitas priuatae anteponitur [r]. Vnde qa Reip. interest, ut testamenta, eo modo quo testator expresè disposuerit [s], suum habeant exitum [t]. Respondit Vlpianus, eum qui à testatore opus reipublicę facere iussus est, minimè liberari si pecuniã ut fiat opus offerre paratus esset [u]: tametsi non semper huiusmodi testatoris uoluntati obtemperãdum sit, si uel quid turpe contineat [x], uel quoddam seruitutis perpetuũ genus imponat [y]. Simili ratione Accursius existimauit, eum qui se librum scripturum scholastico promisisset, praecisè cõpelli posse [z]: quòd studia fauorem publicum respiciant [a]. Rursus si specialiter actũ fuerit, ut ipse promissor factum perficiat: eum praecisè cõpelli posse non

u l. unica. §. ne autem. C. cad. toll.
x l. nemo. sup. de duob. reis.
y l. de pollicitationibus. in fin. ff. de pollicit.
z l. stichum. §. fin. ff. de statu lib.
a l. si statu libera. §. si quis non dare. de statu liber.
b l. inter artifices. ff. de solut.
c d. l. stichum. § fi.
d d. l. si statu libera.
e d. l. unica. § fin uero talis. C. de caduc. tollend.
f l. Imperatores. ff. de pollicit.
g l. si cũ exceptione. §. sed etsi qs. in fin. ff. qđ met. causa.
h l. Paulus. ff. rẽ rat. hab.
i l. sed & hae. §. praeter. ff. de procur.
k l. possessio. in fi. ff. de acq. poss.
l l. j. in princi. ff. de administ. tut.
m l. certũ. ff. de confess.
n l. eum pro quo. ff. de in ius uoc.
o l. qui romae §. flauius. ff. de uerbo. oblig.
p l. si qs ex argentariis. § ex hoc edicto. ff. de edend.
q l. numerũ. §. indicãdi. ff. de muner. & ho.
r Authen. res qs. C. com. de leg. ae.
s l. qui haeredi. in prin. de condi. & demon. ff.
t l. uel negare. ff. quemad. testa.
u l. fideicommissa. § fin. de leg. iij.
x l. quidã. ff. de condi. institu.
y l. Titio. § ij. ff. de cond. & dem.
z Glo. l. antep. §. fine. ff. de no. oper. nunt.
a Lex omnibus. C. de decurio. lib. x.

dubito [b]: cùm contractus ex conuentione legẽ accipiant [c]. Quod idem esse dicendum uidetur, si testator specialiter aliquem quid facere uoluit [d]: illius siquidẽ uoluntas fauore quodam publico (ut dixi) nominatim est obseruãda [e]. Deinde si magna illius qui facere promisit argueretur perfidia, nisi factum adimpleret, tunc ad illud praecisè cogitur: ut cùm se facturum iurauit [f]. ob hancq́; causam in restituendi obligationibus, (illae enim, & in faciẽdo consistunt [g]) quia magna non restituẽtis arguitur perfidia [h], praecisè debitor restituere cõpellitur [i]. Sed non parua est inter Doctores altercatio, an actor omissa restitutione in id quod interest agere possit: &, an illud etiam re perempta solùm, uel etiam extante peti possit: & utrum res ipsa, quamuis perempta, peti possit. Bartolus post Dinũ arbitratur, in id quod interest, quandiu res extet non agi [a]. Idq́; (inquit) mirum uidetur, cur post moram in id quod interest nõ agatur [b], quemadmodum in aliis faciendi obligationibus [c]. Ait Bartolus idcirco, quòd semper nostra intersit rem restitui [d]. Aliter Baro, quòd rei restitutio ex tempore non mutetur: quẽadmodum alia facta [e]. Et ideo uel illa, uel etiam interesse, secundum Baronem peti potest. Sed cũ rei traditio ex tẽpore non mutetur, miratur idẽ Baro, cur in tradendi obligationibus statim post moram in id quod interest agatur [f]? Et respondet, In tradendi obligationibus de indemnitate agi: in restituendi uerò de perfidia [g]. Rursum dubitat, Cur in dandi obligatione actor nõ nisi ad dationem, si res extet, agere possit [h]: in restituendi ad alterutrum [i]? Et ait, Restituendi obligationem, non dandi, arbitrariã esse [k], propter mixtã, & facti, & dationis naturã, quã habet [l]. Sed qđ si res nõ extet? Aliqui distinguũt inter dationẽ & restitutionẽ, ut in obligatione dandi res etiã quae non extat petatur [m], sed in aestimationẽ fiat condemnatio [n]: in restituendi uerò obligatione ad aestimationẽ tantùm agatur [o]. Baro uerò uoluit, ut nunquã res quae non extat petatur [p]: Fatuus enim iudex est, (inquit) qui re petita in aesti-

D 2 mation

b d. l. inter artificeṡ.
c l. j. §. si conuenerit. ff. depos.
d d. l. fideicommissa. § fin.
e l. qui haeredi. in prin ff. de condi. & dem.
f Gl. uerb. necesse. l. si pecuniam. ff. condi. causa dat. cap. ad nostrã j. de iureiur. c. cum contingat.
g l. eum praetor. sit. praeced.
h l. ei apud. in prin. ff. depos.
i l. qui restituere. in princ. ff. de rei uend.
a d. l. qui restituere.
b l. in re furtiua. ff. de condict. furti.
c d. l. si qs ab alio. §. fin. ex iudica.
d Arg. l. si quis. C. depos.
e Baro, lib. iij. c. iiij. de diuid. & indi. Bart. l. stipul. non di. nu. 33.
f d. l. si iactum. l. j. in prin. act. empt.
g l. ei apud quem. ff. depos. in prin.
h d. l. ubi autem. §. fi. ff. de uerb. obli.
i l. antepen. § fin autẽ ff. no. oper.
k d. l. qui restituere. in fi. l. arbitrio. de dolo.
l Bart. l. stipu. non diuid. nu. 34.
m l. si seruũ. § fin. ff. de uerb. oblig.
n Gl. uerb. aestimationẽ. l. in re furtiua. de condict. furt.
o d. l. in re furtiua. l. in summa. uers. pe. ff. de condict. indeb.
p d. l. in re furtiua. l. si filio. j. ff. don. causa mort. l. si usufructus. ff. de usufr. legat.

uerò debitor non dolo fecit, sed in culpa est, quoniã restituere posset, simpliciter in id quod interest damnatur[e]: quod lex alibi litis æstimationē appellat[f]: litis quippe æstimatio id omne quod interest cōtinet[g]. Et quia similis est emptioni[h], facit ut res efficiatur illius, qui huiusmodi æstimationē præstitit[i], cuiq; cauere debet actor se rem præstaturum, si illam quãdoq; nactus fuerit[k], seq; nihil facturum quominus rem habeat qui hãc litis persoluit æstimationem[l]: adeò ut illi uel actiones suas cedere actor cogatur[m]. Cæterùm & in stipulatione dandi huiusmodi litis præstatur æstimatio, si res sit, quæ in genere suo functionē recipiat[n]: quoniam illa cùm semper extare dicatur[o], grauius puniēdus est debitor, qui rei prę̃standæ facultatē habet, quã si non haberet[p]. At si stipulatio dandi fit in equo, fundo, & alia simili re, quæ in genere suo functionē nō recipiat, nusquam regulariter legitur pro ea re uel litis æstimationē, uel id quod interest reū præstare oportere; sed ipsam rē, si extet, præcisè dare debere[q]; si non extet, debitor si morator nō fuerit liberatur[r]: si fuit in mora perinde tenetur, ac si res extaret[s]: quoniam res peremta petitur[t], ut illius præstetur æstimatio[u], quæ plurimum à litis æstimatione differt. Id enim quod ante morã dari oportuit, post morã peremptū, illud quoq; dare oportet[x]. Sed fortassis quæres, Cur in hac dãdi stipulatione huiuscemodi litis æstimatio sine interesse nō præstetur? Respōdebo: Interesse cessare, ubi res præcisè dari debet[y]. Quòd si rursum quęras, Cur prę̃cisè dari debeat? Replicabo: Dationē, quia dominij translationem cōtinet[z], nōnisi ab uno[a], nimirū à domino explicari posse, qui unus insolidum esse potest[b]. Quapropter si mihi fundum dare promittas, te dare oportere lex obligat: quia tu solus, si dominus sis, dare potes[c]: si non sis, ab alio qui dominus est, si nō uelit uendere, uel immodico pretio uendat, dationem consequi non possum[d]. Cur ergo lex in hac dandi obligatione interesse induceret, cùm per illud dationem consequi nō possis? Verumtamen quibusdam casibus, in dandi obligatione, in id quod interest agitur.

- e d.l. qui restituere uert. pen.
- f l. si culpa. ff. de rei uendica.
- g l. j. §. ex duc. ĩ. de ui & ui ar.
- h l. iij. ĩ. p empto.
- i l. si ut certo. §. j. ff. commoda.
- k l. si is. in princ. ff. commod.
- l l. hæc si res. ff. de rei uendic.
- m l. in depositi. ĩ. re iud.
- n l. si. ff. de cōdict. tritic.
- o l. in ratione. §. incerte. ff. ad leg. falcid.
- p l. iij. §. hæres. ff. commoda.
- q d.l. ubi. §. fi. ĩ. de uerb.
- r l. si ex legati. eo. titu.
- s l. nemo. j. §. fina. eo. titu.
- t d.l. si seruũ. § effectus eo. tit.
- u l. promissor homi nis. ff. de constit. pecu. d.l. si quod ex pamphila d.l. si seruus. §. bonæ. uersi. j.
- x l. pen. uersi. ages. ff. de condi. causa dat.
- y l. j. in prin. de act. emp. & ĩ. dixi.
- z §. sic itaq;. Insti. de actio.
- a l. si hæres. ĩ. prin. de leg. j.
- b l. si ut certo. §. si. ff. commod.
- c l. ex empto. in prin. uers. quęres. ff. de act. empt.
- d l. non dubiũ §. fi. de leg. iij.

In primis si dedi tibi uestem, ut dares scyphū: nisi dederis, in id quod interest agam[e]. Quia in contractibus innominatis is pœnitere pōt, qui ex parte sua cōtractum adimpleuit[f]. Nimirū quòd eius respectu, qui ex parte sua nō adimpleuit, imperfectus censeatur cōtractus[g]: cùm is igitur qui dedit pœnitere, & quod dedit repetere possit, in alio grauatur ne aduersarium ád dandū præcisè cogat[h]: quamuis (si interpretibus credamus) huic innominato cōtractui subiecta fuerit stipulatio[i], quoniã illa naturã contractus cui subiecta est accipit[k]: sed de hoc statim. Addit & aliã rationem Alciatus, hunc contractum innominatum re contrahi[l], ita ut antequàm res utrinq; data sit, contractus do ut des nō dicatur[m], neq; sit obligatio ad dandum, sed ad faciendū nimirum ad contractum perficiendum[n], quod facti est[o]. Aduertendum est tamen, quod si is qui dedit, datum repetere uellet, ad illud dandum siue reddendum aduersarium præcisè compelli[p]: absurdum nanq; esset, eum qui contractū nō adimpleuit, melioris cōditionis esse, quàm eum qui adimpleuit[q]: & alterius rē præstando interesse retinere posse[r]. Proinde in his contractibus innominatis longè aliter Baro existimauit[s], ut in actoris potestate sit præcisè reū ad dationē cōpellere, uel si uelit in id quod interest agere[t]. Cuius opinio uera uidetur, si pactum aliquod ante quamcunq; rei dationē[u] factum fuerat: tunc enim tale pactum, quia nudum non est, perinde atq; contractus nominatus actionem producit[x]. Ex quo uides falsum esse quod suprà ex interpretum sentētia retulimus, stipulationē innominati contractus naturã sequi; illa siquidē semper, quibuscunq; subijciatur cōtractibus, actionē producit[y]. Sed in faciēdi obligationibus, nō nisi in id quod interest cōpetere pōt[z]: quoniã in faciēdi obligationibus in id quod interest duntaxat (ut sæpe iam dictū est) agitur[a]. Secundò si utri uelim stipuler, mihi aut Titio dari, respectu Titij in id quod interest agam[b]: quoniã nisi quatenus

- e l. naturalis. §. j ff. de præscr. uerb.
- f l. si pecuniam. in prin. ff. cōd. causa dat.
- g l. ex placito. C. de rer. permuta.
- h Argu. l. eum qui in princ. ff. de iureiur.
- i l. cū mota. C. de transact.
- k l. si eũ. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio.
- l d. l. naturalis. in princ.
- m d. l. ex placito.
- n Alciatus. l. ubi §. fi. ĩ. de uerb. obli.
- o l. si pœnam ĩ. de uerb. oblig.
- p l. j. in fi. ff. de rer. permu. l. pe. uersi. agens. ff. de cōdi. ob causam.
- q l. nō to. uu. ff de noxal. actio.
- r l. si. d. l. stipul. nō dub.
- s lib. iij. ca. 4. in fi.
- t l. cū precibus, in fi. l. fin. C. de rer. permut.
- u l. cū precib. uerb. ut uel fides placiti. d. l. fin. uerb. ad impleudum eius placitum.
- x l. legem. C. de pact.
- y d. l. ex placito. C. de rer. permu.
- z d. l. cum mota. & ibi Alciat. C. de trãsac. in uerb. ad quod interest.
- a d. l. si qs ab alio. §. si. ĩ. de re iud.
- b l. liber. ij. §. fin. ĩ. de uerb. oblig.

nostra interest, alteri stipulari nō possumus[c]. Econtrà, si quod Titius debet te daturum stipuler, quamuis certū sit quid Titius debeat, tamē incertū promittis[d], & in id tantùm quod interest agā[e], Quia impossibile est quod des id, quod Titius iam dare debebat, uel facere; cū duo domini insolidum esse eiusdē rei nō possint[f]. Et idcirco propter hāc impossibilitatē, in id quod interest agitur[g]: & Verbū Daturū, impropriè accipitur pro satisfacturum[h], Vnde tradunt Doctores, in omnibus casibus in quibus uerbū, Dari, impropriè accipitur, pro tradi, debitorē praecisè dare nō debere[a]: sicut nec cū promissor facto tātū dare potest, tradēdo enim liberatur[b]. Vt cū quis dare librū ex cōmodati causa promisit, nā dominiū, cū illud nō habeat[c], nō transfert[d], sed incerta est ad id qd' interest illius promissio[e]. Praeterea si qs se pecuniā crediturū promittat, quāuis dominij trāslationē cōtineat haec promissio[f], promissor tamē ad interesse tātū cogi potest[g]. Quidā dixerūt rationē fuisse, quòd haec dominij trāslatio perpetua nō esset; sed hoc nihil impedit, quominus certa dicatur[h] ꝓmissio, & idcirco uerius est, qd' alij adferūt, hūc q ꝓmittit se creditum facturū promittere, cū nō credat, sed se crediturū promittat[i], & idcirco quasi facti sit promissio, in interesse dūtaxat agitur[k]. Hac ratione legatarius, qui de legato sibi dādo cautionē petit, incertū stipulari dicitur[l]: & maximè ob doli clausulā, quā haec stipulatio & reliquae praetoriae continēt[m]: quoniā doli clausula ad incertos refertur casus[n]. Sed qd in ꝓmissione seruitutis; Petr', & Cynus, nōnullique alij dicūt, seruitutis tā personalis[o] quā realis[p] promissorē dare debere, & per cōsequēs praecisè cōpelli ad dationē[q]. Nā cū seruitus sit ius[r], ad hoc ius trāsferēdū tenetur ꝓmissor[s]. Bartolus uerò, quē receptius Doctores sequūtur, & dationē simul & patiētiā in obligatione seruitutis esse cēset[t]. Ius enim siue datio est respectu seruitutis constituēdae, factū uerò respecta patiētia[u], cuius patiētiae respectu lex ait, usufructus stipulationē esse incertā[x], ob idque in id qd' interest ratione patiētiae non praestitae agi posse Alexāder uoluit[y],

c §. alteri. Instit. de inutil. stip.
d l. ubi §. qui uero à Titio. ff. de uerbo. oblig.
e l. si ita stipulatus fuero te sisti. § j. ff. de uerb. oblig.
f l. si ut certo. §. si. ff. commodat.
g l. si ita quis. ff. de eu. Sto.
h l. iij. §. dare. ff. de usufruct.
a l. iiij. ff. de usur. l. si rē tradi. ff. uerb. oblig.
b l. inquiss. ff. de cō di. & dem.
c l. rei cōmodatae. ff. commoda.
d l. nemo plus iuris. ff. eo.
e Gl. l. non uidetur data. ff. eo.
f l. ij. § appellata. ff. si cert. peta.
g l. si poenam. ff. de uerb. oblig.
h l. trib'. ff. de usufru. ea. rer q usu. l. à Titio. ff. de uerbo oblig.
i Glo. l. in bonae fidei. ff. de eo qd' cert. loc.
k l. si quis stipulatus sit stichū. §. fi. ff. de uerb. oblig.
l l. j. in princi ff ut leg. no. ca.
m l. iudicatum. j ff. iudic. solui.
n l. stipulationes cōmodissim. ff. de uerb. oblig.
o l. si usufructus j. ff de usufr. leg.
p l. fi. uersi. tantū. ff. cō. praedio.
q l. si un' ex socijs. ser. rustic.
r l. j. ff. de condic. tritica.
s Arg. l. ex empto. in prin. ff. de act. empt.
t Bart. auth. de nō alie. §. si qs autē.
u Gl. uerb. uō. l. ij. §. j ff. de uerb. ob.
x l. ubi § fin. ff. de uerb. oblig.
y l. g usumfructū. § fin. ff. de usufr. Alex. d. l. ij. §. j. ff. de uerb.

ad qd' (ut dixi) nō ageretur, si factū seruitutis obligatio nō cōtineret[z]. Non obstāt leges, q̄ dicūt, huiusmodi patiētiā officio iudicis non ex obligationis iure p̄stari[a]: quoniā (inquit Bartolus) ille locū habēt in seruitute iam constituta, q̄ solet uēdicari[b]: & in illius uēdicatione hmōi patiētia, itē fructus, & alia accessoria iudicis officio praestantur[c]. Nō obstat rursum, qd' seruus domino acquirit seruitutē[d], nō tamē factū[e]: ex quo uidetur factū in seruitute nō cōtineri. Nā respōdet idē Bartol', factū ꝑsonale domino nō acquiri, sed illud seruitus nō est[f]: secus est in facto quod ꝑsonae nō cohaeret[g]. Sed ego miror, qd' Doctores nō animaduertāt, in hoc articulo se decipi. Nā in seruitutibus alia est traditio, quā in caeteris rebus[h]. Vnde lex ait, dationē siue traditionē seruitutis patiētiam esse[i]. Quid igitur disputāt Doctores, an seruitus cōtineat dationē uel factū, cùm datio ipsa, siue ius, nihil aliud sit, quā factū siue patiētia[k]. Dicēdū est igitur, Seruitutem, simul atque pacto aut testamēto cōstituta est, deberi[l], nec aliter cēsetur praestita, nisi datio, id est patiētia interuenerit[m]: etsi nō p̄stetur, seruitutis ius sibi esse actor ex testamento uel stipulatu actione intendit[n]: ex qua actione iudex sua sentētia seruitutē nō quidē cōstituit, sed declarat debitā esse[o]: post quā declarationē seruitus praecisè praestāda est[p], quoniā actus est q per quēcūque explicari nō potest[q]. Quòd si sua culpa posse p̄stare desierit, in aestimationē cōdēnabitur reus[r]: aestimatio autē nō totius seruitutis, sed eaten', quatenus pecuniariter intererit, praestāda est[s]. Postquam uerò semel seruitus est tradita, actione in rē illius causa aduersus cōstituētē[t], & quēcūque aliū seruitutē impediētē[u], agitur. ex qua actione, & id quod interest, & fructus[x], & cautio de nō amplius impediēdo, officio iudicis praestātur[y], etsi p̄stare recusat, neque seruitutē p̄stet, quāti in litē actor iurabit, dānabitur[z], Aduersus illū etiā qui impedit, uti possid. interdictū datur[a]: quo utilius est agere, ꝓpter solā possessionē quā tūc actorē ꝓbare sufficit[b]: cùm si in rē ageret, ius seruitutis probare teneatur[c]. Restat ad huius articuli quaestionē perficiendā, postquā uidim

z d. l. ubi. §. fi. d. l. si quis ab alio. §. fi.
a l. j. in fin. ser. rusti. praed.
b l. ij. si ser. uend.
c l. pen § fi. si usufru. peta.
d l. si cōmunis. j. ff. de stip. seruo.
e §. sed cum factū. Instit. de stip. seruo.
f l. stipulatio ista. §. hi qui. uers. cū uero. ff. de uerb. obl.
g l. quod dicitur ff. de uerb. oblig.
h l. quoties. j. § fi. ff. de seruitu. l. seruitus. uersi. j. ff. acq. rer. dom.
i l. iiij §. dare. ff. de usufru.
k d §. dare. l. quoties. ij. ff de ser.
l §. fi. Instit. de seruit.
m l. iiij §. si iter. de act. empt. cū sim.
n l. si prius. ff. de no. ope. nunc.
o l. sicuti. §. sed si quaeratur. uers. qa per sententiam. si ser. uend.
p Argu. l. qui restituere. de rei uēd. d. l. sicuti. §. distare. l. etsi forte. §. etiā. si ser. uend.
q §. ideo. Instit. de ser. rust. praed.
r l. si usufructus. ff. de usufr. legat.
s l. iiij. §. si fundus. si ser. uendic.
t §. nostra. Insti. de legat.
u l. si qs diuturno. § j si ser. uend.
x l. iiij. §. in confessoria. si ser. uend.
y l. legi. si ser. uend.
z l. haiū. in fi. si ser. uend.
a c. querelam. extra de elect.
b § retinē. Insti. de interdic.
c l. si in aedib. C. de seruitutib.

uidimus qualiter interesse in obligatione ueniat, ut uideamus qua actione petatur. Cōmunis est sententia, illud certi cōdictione peti[d], quoniã illa datur pro omni eo quod est certũ[e]. Certum autem illud dicitur, quod natura certum est[f], etiam si cōtrahentibus sit incertum[g]. Et ideo interesse, licet nobis incertum[h] sit, iudicis tamen declaratione & taxatione certũ redditur[i]. Addunt legem aquiliam, pro qua certi condictio competit[k], & tamen manifestum est illam in id quod interest competere[l]. Iason uerò, Decius, Alciatus uoluerunt, incerti actione id quod interest peti debere[m]: quæ actio ob id incerta esse nõ desinit, quod iudex hoc interesse taxet[n]. Falsum enim est quod cõmuniter traditur, omne id quod natura certũ esset, certum à lege appellari[o]. Nec perpetuum est in lege aquilia, nisi cùm certum petitur, certi cõdictione agi[a]. quinimo cùm sit obligatio ex maleficio, hoc est ex facto proueniens[b], illa prorsus incerta dicitur[c]. Sed quatenus ex ea certũ petitur, certi condictione: quatenus incertum, actione incerti agitur[d]. Verùm tamen ego nec hanc, sequor sententiam, cùm pro eo quod intersit lex dicat uel ex stipulatu, uel præscriptis uerbis agi[e]. Distinguendum igitur puto, ut si loquamur incerti actio competat: nam omnis stipulatio aut certa est aut incerta[f], & ideo parit duas actiones, certi condictionem si certa sit; actionem ex stipulatu, si sit incerta[g], quæ ob id aliâs appellatur actio incerti ex stipulatu[h], alâs incerta actio[i], & hæc in id quod interest datur[k]. Si loquamur in emptione, si res non tradatur, actione ex empto consequimur ipsum interesse[l]: idq́ ex natura illius actionis est[m]. Si loquamur in contractu innominato, præscriptis uerbis actio in id quod interest datur[n]. Sic in lege aquilia, actione legis aquiliæ[o]: in sepulcro uiolato, actione sepulcri uiolati[p]; in iniuria, actione iniuriarum[q]; in condictionibus, nunc condictione furtiua[r], nunc cõdictione incerti[s], id quod interest petimus. Ex quibus cõijcere licet, pro eo quod interest nullam specialem introductam esse actionem: sed actione ex negotio, quod agit̃ proueniente, illud petendũ esse[t]. An autem illa incerti cõdictio, actio sit, non dubito[u], ita ut quemadmodũ certi cõdictio generalis sit pro omni certo, & cũ alia speciali actione concurrat[x]: ita quoq; & incerti condictio generalis est pro omni incerto, cum alia speciali concurrens[y]. Sed quod aliq cõtendunt, actionẽ incerti esse[z], ego nõ probo. Quẽadmodũ enim nulla est actio: quæ speciali nomine certa actio appelletur: ita neq; ulla est, quæ incerta actio dici possit: nisi cum de ex stipulatu actione loquimur[a], illa nanque ex eo quod pro incertis stipulationib[9] introducta est, incerti actio ex stipulatu[b], aliquando simpliciter actio incerti dicitur[c].

TANDEM ad ultimã eius quod interest quæstionem deueniendũ est, quæ tractat, Qualiter id quod nostra interfuerit probari possumus. Et Bartolus sensit[d], interesse quod Cõuentũ appellarunt, per testes, uel instrumẽta probari[e]: interesse quod Cõmune uocãt, per testes[f]. In interesse uerò singulari distinguit, ut illud in bonæ fidei iudicijs & arbitrarijs actionibus aduersus dolosum sufficiat probare per iuramentũ in litẽ[g], uel p simplex iuramẽtum in alijs actionibus[h]. Cõtra eũ uerò, qui in dolo non fuerit (nisi iudicis cõtempserit autoritatẽ, tunc adhuc iuratur in litẽ[i]) testibus aut instrumẽtis probatio est facienda[k]. Ego uerò, cùm suprà aptè docuimus, duas tantũ interesse species esse Affectionis, & Vtilitatis, aliter cẽseo. Nam interesse affectionis in casibus in quibus suprà diximus illius habendã esse rationẽ, sæpissimè p iuramentũ probari potest[l]: quoniã quę in animo cõsistunt ut plurimũ iureiurando probantur[m]. Sed & alijs cõiecturis iure receptis probabitur affectio, si doceat rem fuisse maiorum[n], uel confinem esse fundum[o], aut similem aliquam affectionis demonstret rationem[p]: quæ coniecturæ nihil aliud ostẽdunt, quàm quod agẽtis interest: quatenus autem intersit, quomodo pbetur, statim dicemus. Interesse uerò utilitatis, si de certo casu agatur, & quæramus quatenus intersit, nulla probatione est opus: quia cùm

d Gl. j. l. si. ff. si q. in ius uoc. nõ ie.
e l. certi cõdictio. in prin. ff. si cert. pet.
f l. ubi §. illud. ff. de uerb. oblig.
g l. cum ad præsens. cum seq. ff. si cert. petat.
h l. si pœnã. in fi. l. liber. ij §. fin. ff. de uerb.
i d. l. unica. uers. in alij. C. de senten. quæ pro eo qd interest.
k d. l. certi condictio. in prin. uers. competit.
l l. ait lex. in fin. ff. ad leg. aquil.
m d. l. fin. ff. si quis in ius uoca.
n l. ij. in fine. C. de inutil. stipul.
o l. ubi §. qui uerò à Titio ff. de uerbo. oblig.
a Arg. l. quia actionum. in fin. ff. de præsc. uerb.
b l. actionũ genera. §. ex facto. l. obligamur. uers. pen. ff. de act. & oblig.
c d. l. ubi. § qui id quod.
d d. l. ubi. § qui fortem.
e l. cùm mota. C. de transact.
f l. stipulationum quædam. ff. de uerb. oblig.
g Instit. de uerbo. obl. in prin.
h l. iij. ff. de usur.
i l. iij. C. de inutil. stipul.
k l. liber. ij §. fin. ff. uerb. oblig.
l l. Iulianus. in pri. ff. de empt.
m l. si in uenditione. ff. de euict.
n l. naturalis. § j. ff. de præsc. uerb. d. l. cùm mota cum simi.
o l. proinde. uerb. in hoc iudic. uan. ad le. aquil.
p l. iij §. si ad plurim. ff. de sepulc. uiol.
q l. iniuriarum æstimatio. ff. de iniur.
r l. iij. ff. de condic. furt.
s l. qui fine. ff de condict. sine cã.
t l. si quis ex legatarijs. §. ex hoc edicto. ff. d edẽd. l. si liber. ff. ad exhib. l. liberum. ff. de relig. & sumpti fu. cum infin. similib.
u l. quod si nulla. leg. j. l. & adeò. §. ueteres. de condict. furt.
x l. certi cõdictio. in princip. & ibi doct. si cert. pet.
y l. si bonorum. ser. urba.
z Glo. fi. l. seit & si me potem. ff. con dic. inde b.
a l. tribus. ff. de usufr. ea. rerũ quæ usu.
b l. iij. ff. de usur.
c l. iij. in fin. C. de inutil. stipul. d. l. tribus.
d Bar. d. l. unica C. de senten. quæ pro eo quod interest. in ult. qst.
e l. fin. I. de prætio. stipul.
f l. si seruum. ad leg. aquil. ff.
g l. in actionibus. ff. de in litem iurand.
h l. semper. §. in hoc interdicto. ff. quod ui aut clam. l. si quis do. C. unde ui.
i l. pen. § j. ff. de eo quod certo loco. d. l. quæ restituere.
k d. l. unica. uers. in alijs. cum glo. C. de senten. quæ pro eo quod.
l l. uidemus. ff de in litem iur. uers. si tamen.
m Glo. uerb. dicit uers. sed tandem. d. l. prima. §. sed istæ. Instit. de act.
n l. si in emptione. ff. de minor.
o l. si con fundus. de leg. j.
p l. j. § & alias. si qd in fraud. patr. l. competit. uers. sed si ff. quod ui aut clam.

duplum à lege coarctatum sit[q], nullã aliam probationem[r]. Sed si contenderetur, an aliquid interesset nec'ne, regulariter an intersit probandum est: quoniã ex hac exceptione, ut & Catianus sentit, Tua non interest; actio[s], & multa tollitur[t], iudiciumq́ expirat[ß], nisi aut de damno resarciẽdo agatur[u], aut facto aduersarij interesse desijt[x], aut nisi illius dolus ei qđ interest caussam dederit[y]. semper enim dolus, & si interesse desijt, puniẽdus est[z]: quemadmodũ etiã & cõtumacia[a]. Sed & si aliqua poena sit, siue legis[b], siue hominis, illa & si nihil intersit, peti potest[c]. Si uerò nos loquamur in casib' incertis non solùm an intersit, (ut nunc dixi) sed & quatenus interest probare oportet[d], nã quatenus cuiusq; interest, in facto, nõ in iure cõsistit[e]: hoc est, illud à ꝓbatione pẽdet[f]; quia quæ facti sunt nõ præsumũtur[g], sed à probatione pẽdere solent[h]. Proinde hoc interesse an, & quatenus sit, probare oportere per testes uel instrumenta Doctores arbitrati sunt[i]: nec ullus unquam fuit, qui huic sententiæ repugnaret. At cùm hoc, consyderata cuiusq; persona, & qualitate, aliter atq; aliter æstimari soleat[k]: Vix est ut per testes illud plenè probari possit[l]: alioqui si per testes perinde ꝓbaretur atq; alia res, cur lex diceret, eius quod interest difficilem esse probationẽ[m]? Vnde lex iudicem admonet, ut subtilitate sua disquirat, quatenus cuiusq; intersit[n]. Ex qua difficultate probationis, & iudicis subtilitate, coniectare possumus, interesse per testes simpliciter non probari: sed illud referendũ esse ad iudicis æstimationẽ[o]; ubi enim respicienda est personę cõditio, ut in interesse[p], maximè iudicis uersatur[q] officium. Verius est igitur, ut dicamus, In omnib' actionib', In qbus iuratur in litẽ, solũ illud iusiurãdũ ꝓbationis etiã plenæ loco esse[a]. Iuratur autẽ in litẽ in omnibus restituẽdi obligationibus[b]: itẽ in omnib' arbitrarijs actionibus[c]: quia in illis iniquissimũ est, rẽ alienã nolle restituere[d]. In istis uerò satis clementer iudex cũ reo egit, cui rei restituẽdę, ut poenã euitaret, potestatem concessit[e]. In alijs uerò casibus, in qbus nõ iuratur in litem, si actor ꝓbare non potest, ob aduersarij delictũ quid sua intersit, illius iureiurãdo cũ moderata iudicis taxatione adhuc creditur[f]. Sed si aduersarij absit delictũ, & in rei tantũ æstimatione id quod interest consistat, quale fuit cõmune rei pretiũ illo tempore, ad quod secundũ naturã actus, ut suprà declarauimus, referẽda sit æstimatio probare oportet[h]. Colligitur autẽ huiusmodi æstimatio ex rei non pictura aut alia uoluptate[i], sed ex qualitate, & redituũ quãtitate[k], aut quãdoq; ex iudicis arbitrio[l], uel etiam ex duorum peritorũ æstimatorũ relatione[m]. Sed & loci facienda est mẽtio[n], cùm uaria sint ꝑ singulas ciuitates, & regiones, rerũ maximè earũ, quæ in genere suo functionẽ recipiũt, ꝓcia[o]: adeò ut etiã lex innuat, rerum uenaliũ forũ esse nominandũ[p]. Si uerò non de rei æstimatione agatur, sed quãti nostra interest rem nõ fuisse traditã, uel exhibitã, uel uitiosè traditã, aut quid aliud simile: cùm ista ex personarum cõditione & qualitate diuersas æstimationes recipiãt[q], postquã actor probauit ꝑ testes, aut alias probationes sua interesse[r], quãti intersit iudicem arbitrari oportet[s]: delato nõnunquã actori iureiurãdo, ut intra quãtitatem, quã iudex statuerit, iuret[t], quã præstito iã iureiurãdo postea mutare nõ licet[u]. Hoc autẽ interesse quanti sit, iudex ꝑ subtilitatẽ suam cõsyderata & rei negotij ue[x], & ꝑsonarũ qualitate[y], requirere debet[z]. Et quoniã quãdoq; illud interesse ad exiguã deducit summã, lex cõstituit, ut loco ei' qđ intersit poena subiũgatur[ß].

q d. l. unica. uer. sancimus. C. de senten. quæ ꝓ eo.
r l. j. in fi. ff. de dote præleg.
s l. fi. C. rei uend.
t l. iij. §. fi. ubi Iason. si qs in ius uoca.
ß l. si cõstante. §. fi. ff. solu. matr.
u l. pe. ff. ad l. aqui. l. si calendis. §. de re iud.
x l. si post acceptũ iudiciũ. ff. de rei uend.
y l. doli. §. fin. ff. de ser. corrupt.
z l. j. §. si rem depositam. ff. deposi.
a l. qui autem. §. illud si quis caut.
b l. inter omnem. in prin. §. de furt.
c §. alteri. Instit. de inutil. stipul.
d d. l. unica. uers. in alijs. C. de senten.
e Vt hic.
f l. fin. §. de præto. stipu.
g l. asseueratio. C. de non nu. pecu.
h l. idẽ. de stat. ho. l. triticum. §. de uerb. oblig. l. duo sunt Titij. ff. de testa. tutel.
i Gl. uerb. per subtilitatẽ. d. l. unica. C. de sentent.
k d. l. si qs ab alio. in prin. de re iud. l. si qs stipulatus sit stichũ. §. fi. l. si ita stipulatus fuero in tusci. §. j. §. de uerb. oblig.
l Argu. l. non oẽs. §. à barbaris. cum fi. §. de re milit.
m d. l. fi. §. de prætor. stipul.
n d. l. unica. uersic. in alijs. C. de senten. §. ꝓ eo quod.
o Argu. l. mora. in prin. ff. de usur.
p d. l. si quis ab alio. cum si.
q l. iij. §. ideò. ff. de testib.
a l. semp. §. in hoc. in fin. §. quod ui aut clam.
b l. q restituere. ff. de rei uendic.
c l. arbitrio. ff. de dolo.
d l. si. uers. nos non concedentes. C. unde ui.
e l. si cũ exceptione. §. satis. ff. qđ met. cau.

f l. si quando. C. unde ui.
g l. si seruum. ad l. aquil.
h l. pretia. §. fin. ad leg. falcid. l. unã. cum simili. ff. si cer. petat.
i Lex dãni. in pri. §. de dam. infec.
k l. si quos. C. de rescind. uend.
l l. fi. in fi. C. de iure do. imper.
m l. hac edictali. §. his illud. C. de secund. nup.
n d. l. pretia. §. fin.
o l. & ideò. ff. de eo q̃ cer. loco.
p l. septem. de eroga. milit. anno. lib. x. C.
q d. l. si quis ab alio. cum si.
r Gl. uerb. subtilitatem. d. l. unica. C. de sentent.
s l. si traditio. C. de act. empt.
t d. l. si quando.
u Auth. post iusiurãdu. C. de iudi.
x d. l. ex damno. in princ.
y d. l. si quis ab alio. cum si.
z d. l. unica. uers. in alijs. C. de senté.
ß d. l. fin. §. de præto. stip.

IN LEGEM, PLVS cautionis.

De Cautionibus.

TRiplex est Cautio: Repromissio cùm nuda stipulatione adhibito quãdoq; iureiurãdo[a] nos sub hypoteca rerũ nostrarũ[b] obligamus[c]. Et de hac repromissione, uerbũ Cautio quoniã perpaucæ sunt ꝑtoriæ stipulationes, q̃ nudã habeant repromissionẽ[d], ab homine[e], uel à lege non prætoria[f], sed ciuili simpliciter ab homine uel à lege prolatum, intelligitur[g]: nisi

promit

a §. sed hodie. Instit. de satisd.
b l. filio. §. fi. ut leg. seu fid. no. ca.
c l. satisdationis. & ibi Alciatus, in præced.
d l. j. §. stipulationum. de præto. stip.
e l. iij. C. de uerb. signifi.
f l. j. § iubet. de coll. bon.
g l. uij. ff. de caut. in prin.

promittens inops esset[h], aut lex causa cognita[i], uel rectè caueri iuberet[k], nã sufficiens cautio[l], cõpetens[m], idonea[n], plena[o], fideiussoriã cautionẽ requirit: sicut & eo casu, quo nuda cautio promissa, illusoria sine fideiussorib⁹ esset[p].

SECVNDA cautio Satisdatio dicitur, quę fit fideiussoribus datis[q]: pro quibus tamen, si creditor uelit, repromissionem præstare sufficit[r]. Et ab hac satisdatione releuantur, uel diuites[s], uel etiam personæ idoneæ[t]. cùm enim ad pleniorem securitatem præstetur satisdatio[u], superfluè ab eo petitur qui sat securus est[x]. Nemo tamen diues præsumitur, qui rem alienam defendit[y], etiam si locupletissimus esset, uel consularis[z]. Nec refert, si mandatum haberet[a], aut consanguinea esset persona[b]. Et idcirco rei alienæ defensor satisdare semper debet[c], exceptis quibusdam casibus: Primò, cùm tutor est, qui rem pupilli defendit[d]: ne officiũ, quod necessariò subijt, illi sit damnosum[e]. Aliud est in patre, qui filium defendens, quia inuitus pater non fit, satisdare debet[f]: nisi tanquam legitimus administrator filium defendat[g]. Secundò, si quis non totius causæ defensionem suscipiat, sed causam absentiæ allegaret, sine satisdatione admittitur in criminali causa[h]. Tertiò, omnis admittitur, qui ex actis causæ reum defendere uellet[i]. Quartò, procurator non satisdat, si pro illo dominus satisdederit[k].

TERTIA cautio Satisfactio appellatur, quæ fit pignoribus datis, aut cùm alio modo satisfit creditori[l]: & ideò talis satisfactio uice solutionis esse dicitur[m]. modò id creditor uelit[n]: eo enim inuito aliud pro alio solui nõ potest[o]. Sed qui satisfacere tantùm promisit, pignoribus uel fideiussoribus datis, aut quocunq; alio modo satisfacere potest[p]. Is item, qui se satisdaturum pollicitus est, cùm loco unius fideiussoris aliũ æquè idoneũ præstare possit[q], pignus quoq; fideiussoris loco tradere non prohibetur[r]. quia cũ plus præstat[s], utiq; & tantundem tradere dicitur[t]: maximè in cautione, quam, si plenior sit, recipere semper cogimur[u]: tametsi in rei solutione secus sit[x]. Sed contrà Paulus ait, neque pignoribus neq; pecuniæ depositione in uicem satisdationis aliquem fungi[y]. Paulum interpretãtur Doctores, ut reus fungi non cogatur, potest tamen si uelit[z]. Vel dicas actorem inuito reo fungi non posse. Sed quid in eo, qui se soluturum, aut satisfacturum promisit? Hoc casu tradunt omnes: creditores, si satisfactionem accipere noluerit, posse[a]: sin minus debitorem soluere coget, ne sit in debitoris arbitrio, an debeat[b]. Satisfactio enim in creditoris fauorem adiecta præsumitur[c], nisi nouandi animo facta fuerit[d]; quod hodie non creditur nisi cùm expressum hoc fuerit[e]. Sed si quis obijciat, eum qui soluere aut satisfacere promisit, alternatiue esse obligatum, & ideò alterutrum quod noluerit pręstare posse[f]. Respondent Doctores, id uerum esse, ubi utrunq; est in obligatione, satisfactio autem in solutione tantùm est. Sciendum est tamen, horum uerborum Cautionis[h], Satisdationis, Satisfactionis significationem in iure sæpissimè confundi[i]. sicut & uerba Expromittere, & Fideiubere confunduntur[k]: cùm propriè Fideiussor is sit, qui pro obligato fideiubet; Expromissor, qui pro non obligato[l]. Volunt attamen interpretes, si horum uerborum in statutis fiat aliqua mentio, proprietatem solam[m] consyderari. Proinde quod hîc dicitur. Plus cautionis esse in rem, quàm in personã exponendum est, maiorẽ cautionem esse in satisfactione, quàm in repromissione, uel satisdatione, quæ ambæ personales sunt. Sic actiones in rem personalibus sunt potentiores: cùm personales contra solum obligatum[n], eumq; qui singularis successor non sit, cõpetãt[o]: Reales uerò aduersus omnẽ possessorem[p], quamuis successorem singularem dantur[q]. Sic etiam realia pacta fortiora sunt personalibus[r], quod & in priuilegijs similiter traditur[s].

LEX, QVI POTEST inuitis.

INuitus duobus modis dicitur, uel qui contradicit, uel qui non consensit[t]. Hic tamen qui non consentit, ali

h l. pen. ff. de petit. hæred.
i l. in omnibus. ff. de iudi. iunct. l. si creditores. C. de pri. cred.
k d. § iubet.
l Gl. ca. quoniam. § in alijs. ut lit. non contest.
m l. si debitori. cũ glo. ff. de iudic.
n l. si mandato Titij § fi. ff. mand.
o Gl. d. § fin.
p l. habere. § cautum. tit. praeced.
q l. j. ff. qui satisdar. cog.
r d. l. satisdationis.
s l. de creationib⁹. C. de epis. audiẽ.
t Aut. cui relictũ. C. ind. uid. toll.
u d. l. j. qui satisda. cog.
x l. hæc stipulatio. § diuus. ut lex seu fid. mo.
y l. qui rem alienam. j. eo.
z l. minor. § fin. cũ duabus seq. ff. de procurat.
a l. si ad defendendum. C. iud. sol.
b l. & ideò § si filiusfam. ff. rerum amot.
c l. in eo qđ plus § j. j. eod.
d l. fin. § defensionẽ. C. de adm. tut.
e l. uidelicet. ff ex quib. cau. maior.
f l. filius. cũ gl. fi. in fi. qui satisd. cog.
g Gl. uerb. moneat. l. fin. § ubi C de bon. quæ lib.
h Gl. d. l. in eo § j.
i Doct. l. exigẽdi. C de procur.
k § si uerò aliquis. I. infra. de satisd.
l l. si rem alienã. § oĩs ff de p͡ig. act.
m l. satisfactio. ĩ de solut.
n l. iiij. § ait prætor. ĩ. de re iud.
o l. ij § j. in fi. ff. si cert. pet.
p l. pmissor stichi. § fi. ff. de consti. pecu.
q l. labeo. ij. § fin. ff. de arbitr.
r l. j § iubet. de coll. bon.
s Vt hîc.
t l. cùm furti. ff. de in lit. iur.
u l. qui autem. § j. ff. de constit. pec.

x l. fin. ff. de usu & hab.
y l. prætore. ult. ĩ. de præto. stip.
z Glo. fi. in prin. d. l. prætoris.
a l. pen. ff. quibus mod. pig.
b Arg. l. iij. in prin. de eo qđ cer. loc.
c Arg. l. quæsit. in princ. ff. de pign. act.
d l. iiij. § si ex conuentione. ĩ. de re iud.
e l. fi. C. de nouat.
f l. plerunq;. in fi. ff. de iur. dot.
g Arg. l. causam. § puella. ĩ. de manumiss.
h d. l. habere. § cautum. tit. præced.
i l. item. § j. ff. quib. mod. pig.
k l. v. § satisfaceptio. cum gl. uer. expromissorem. ĩ. de uerb.
l l. & eleganter. § seruus. de dol. l. aliquando. ad uel leia.
m l. prospexit. cum fi. ĩ. qui & à quib. ma.
n § j. Instit. de act.
o l. j. § si hæres. ff. ad trebell.
p § fi. Instit. de oblig. quæ ex delic.
q l. si fundus. § in uendicatione. ff. de pigno.
r l. & hæredi. § fin. l. idem. § j. ff. de pact.
s § sed quod principi. uersi. planè. Institut. de iure nat.
t l. iiij. ff. de serui. urba. l. filiusfam. § inuitus. ff. de procurat.

tit, aliquando contradicere non dicitur[u], maximè si præsens sit & taceat[x], deq; ipsius commodo agatur[y]. Absens uerò multis modis dicitur[a]: nam in stipulatione Absentes sunt, qui se inuicem non exaudiunt[b]: in iudicijs, qui non sunt citati, aut non adsunt citati, uel propter difficultatem non citati[c]. In legum dispositione, qui longè absunt[d], uel in rebus humanis non sunt[e], uel extra urbis continentia sunt[f]: cùm Præsens dicatur, qui in hortis est, uel in foro, aut in urbe, seu in continentibus ædificijs[g]. In usucapione item Absentes dicuntur, qui in eadem prouincia seu territorio non sunt, in quo, si domicilium habeant, Præsentes dicuntur[h]. His ita præmissis, Regula est, Me id te ignorante, uel absente, facere posse, quod te inuito possum[i]: quia superfluè eius scientia requiritur, quo inuicto actus explicari potest[k]. Et ideò regula nostra non solùm in alienatione, de qua loquitur, locum habet: sed & in quocunque alio negotio[l], sic iudex ignorans dari potest[m], cùm & inuitus constituatur[n]. Idem est in tutore[o]: Sic filius, sicut patre inuito bonorum possessionem agnoscere potest[p], ita quoque & illo ignorante[q]. Sic creditor, cùm inuito debitore pignoris uendendi potestatem habeat[r], multò magis & illo ignorante habet[s]: quod intelligendum est, modò pactum de uendendo prius præcessisset: nam illud durare semper præsumitur[t]; sed si nullum pactum præcessisset, creditor inscio debitore uendere prohibetur[u].

CAETERVM nonnullis casibus regula nostra non procedit. Nam sententia iudicis licet in inuitum[x], in absentem tamen non profertur[y]. Et duo ex tribus iudicibus datis, tertio inuito, sed non absente, iudicare possunt[z]: quamuis absens præsentibus animi sui motum commisisset[a]. Similiter qui coram Titio aliquid facere iussus est, inuito, sed præsente, non absente, negotium explicare potest[b]. Vnde is qui cum consilio alicuius facere tenetur, nisi ex

- u l.ij §. fin. ff. solu. matr.
- x l. qui tacet. ī. eo.
- y l. qui patitur. ff. mand.
- a Alcia. l. mulieris. in fin. & l. absentem. tit. præced.
- b l. j. in princ. ī. de uerb. oblig.
- c l. aut qui. ī. quod ui aut clam.
- d l. iiij §. abesse. ī. de dam. infect.
- e l. mulieris in fin. tit. præced.
- f l. collegarum. in fi. tit. præced.
- g l. præsens. cum seq. ff. procura.
- h l. fi. C. præscrip. long. temp.
- i Vt hîc.
- k L. essemus. in pri. uersi. siue scientem. & ibi Bald. C. de litigio.
- l l. iiij. §. illud. ī. de fide ibert.
- m l. cùm furiosus. ff. de iudic.
- n l. munerum. §. iudicādi. de mune.
- o l. illud. cū seq. ff. de tut. & cu. dat.
- p l. fi. §. fin. autē patre. C. bon. q. lib.
- q l. j. C. q. admitt.
- r l. j. & ij. C. deb. uend. pig.
- s Glo. hîc.
- t l. j §. prodest. in fi. ī. quor. leg.
- u l. fi. uers. fin. autē. §. C. de iure dot. impetr.
- x l. inter stipulantem § si stichū. ī. de uerb. obli.
- y l. de uno quoq;. ī. de re iud.
- z l. duo ex tribus. ī. de re iud.
- a Glo. l. sicut. ff. de arbit.
- b l. eorum. tit. præced.

coniectura aliqua aliud dicēdum sit[c], satis est si consilium accipiat, licet non sequatur[d], cùm & illud quandoque negligere possit[e]. Sic emphyteota nunquam ignorante domino, sed eo quandoque contradicente emphyteusim alienare potest[f]. Sic maior pars consilij minore inuita[g], sed non absente, statuere solet[h]. Sic restitutio in integrum aduersario inuito, non absente, conceditur[i]. Et nuptiæ quandoque patre repugnante, sed ignorante nunquā contrahi possunt[k]. Qui omnes casus specialem, & à regula nostra differentem habent rationem: quoniam regula eo tantùm casu procedere uidetur, quo absentis & ignorantis sciētia, factum eius qui aliquid facit, infirmum iure facere non posset.

- c l. impuberibus. ī. in fi prin. iu. t. tut.
- d ca. cum olim. de arbitr.
- e l. quidam. § Papinianus. ff. de adm. tuto.
- f l. fin. in princi. & uersic. fin. autem duorum. C. iure emphy.
- g l. quod maior. ī. ad municip.
- h l. iij ff. quod cuiusq; uni. no.
- i l. etiam. §. fin. ff. de minor.
- k l. uiduæ. C. de nup.

IN LEGEM, NEC
Ex prætorio.

IVs publicum, priuatorum quamuis magistratuum[l], pactis mutari non potest[m]: siue sit prætorium, siue ciuile[n], siue naturale[o]. Publicum autem ius consyderatur quatuor modis. Primò, cùm publicam respicit utilitatem[p]: unde sacra aut publica stipulari[q], uel emere non possumus[r]. Secundò, cùm de coërtione delictorum agitur[s]. Sed contra pactum ualet de non persequenda accusatione[t], in hoc modo secundo duæ traduntur regulæ: quòd in criminibus sanguinis pœnam ingerentibus pactum approbetur[u], cum quocunque modo sanguinem suum defendere liceat[x]: excepto adulterio, de quo ideo pacisci non licet[y], ut castitatis fauor, & maritalis fides illibata maneat[z]. De crimine uerò, quod sanguinis pœnam non continet, pacisci minimè licet[a]: nisi crimen esset priuatum[b], ante tamen litem cœptam omnis accusatio remitti potest[c], nec remittens in turpillianum incidit[d]: quia ante litem accusasse non dicitur[e], nec inuitus accusare cogitur[f], quæ omnita suo loco fusius explicantur. Tertiò, Quod fit cōtra bonos mores, iure publico aduersari dicitur[g]: nā stipulatio,

- l l. ij. §. ius reip. ī. adm. rer.
- m l. neque pignus. in fi. ī. eo.
- n Vt hîc.
- o l. ius agnationis. ff. de pact.
- p l. si is § si paciscar. uersic. labeo. ff. de pact.
- q l. inter stipulantem § sacram ī. de uerb.
- r l. iij. & iiij. C. quæ res uēd. non pos.
- s l. ita uulneratus. ad fin. ff. ad leg. aquil.
- t L. accusationem. C. de his qui accus. non.
- u l. transigere. C. de pact.
- x l. 4. ī. de bon. eo. qui ante sent.
- y d. l. transigere.
- z Auth. de Lenonibus. in prin.
- a d. l. transigere. l. iij in fi. ī. de præuaric.
- b l. interdum. §. qui tutelā. ī. de fur.
- c l. iij. § si is cu[?]. ī. de sepul. uiol.
- d l. quæsitum. ī. ad turpill.
- e l. amplius non petere ī. rem rat. hab.
- f l. unica. C. ut ne. inuit.
- g l. iustitia. § iuris. de iustit. & iur.

pulatio[h], mandatum[i], societas[k], uenditio[l], fideiusſio[m], contra bonos mores facta, nullius ſunt momenti, ut ſi de ſucceſsione uiuentis paciſceretur[n], uel de tollenda teſtandi[o], aut nubendi libera facultate[p]. Idem cùm paciſcitur ob plagium factum uel faciendum[q], uel ut coniuges ſupra quàm facere poſsint obligentur[r], uel ut dolus futurus, ſiue delictum remittatur[s]. Simili ratione aleatorum pactiones[t], paternorum alimentorum renuntiationes[u] reprobantur: adeò ut nec iuramento confirmari poſsint[x]. Quartò aduerſatur iuri publico, qui formam alicuius actus à lege introductam non ſeruat[y]. ut qui uult iuramentum in litem remittere[z], uel contra formam edicti poſtulandi poteſtatem concedere[a], uel iudicij inſtantiam prorogare[b], aut uxorem ſibi interdictam ducere[c], aut teſtamenti[d] uel alterius contractus formam non ſeruare[e]; ut ſi quis paciſceretur, ne rem depoſitam[f], uel precario conceſſam, cùm uolet, repetat[g]; aut ne in contractibus innominatis pœnitentiæ locus[h] ſit, uel ut ex pacto transferatur dominium[i]. Sic non ualet pactum de relictis in teſtamento, ſi uiſum non fuerit teſtamentum[k]; imò illo uiſo lex alimentorum transſactionem generaliter reprobat[l]. Sic maritus dotis cauſa fideiuſſorem dare non poteſt[m], ſicut nec uxori ſuæ aliquid donare[n]. Imò omnis donatio, quatenus quingentos aureos excedit, inſinuatione nulla interueniente, nulla eſt[o]. Sic non ualet pactio, ne quis bonis cedere poſsit[p], ne res unquam diuidatur[q], ne pignus uendi poſsit[r], ne minor in integrum reſtituatur[s], uel ut mulier Velleiano non utatur[t], aut ut maritus fundum dotalem alienare poſsit[t]. Sic mulier pro alio intercedere non poteſt[u], nec prodigus uel pupillus ſine autoritate ſe obligare[x], nec filius mutuum accipere[y]. Sic & pactum legis commiſſoriæ reprobatur[z], & promiſsio de uſuris perſoluendis[a], & emptio ex officio quod quis adminiſtrat[b], & contractus dolo uel metu initus[c]. Et hoc quarto modo lex noſtra intelligenda eſt, quæ de actionum modo non tollendo loquitur, quamuis obligationum cauſæ pactione immutari poſsint. Sunt autem obligationum cauſæ, diei, loci, conditionis, modi, acceſsionis adiectio[d]: ſuper quibus pacta appoſita contractum informare dicuntur, actionemq́ue producunt, ſi incontinenti ſint appoſita[e]: & tunc ipſo iure immutant obligationis cauſam[f]. Si uerò ex interuallo adijciantur, quia tantùm exceptionem pariunt[g], per exceptionem tantùm immutare obligationis cauſam dicuntur[h]. Vnde lex ait, huiuſmodi pacta ex interuallo adiecta, ſi detrahant contractui, ineſſe in ipſo contractu[i], quoniam cùm ſemper exceptionem pariant[k], ſi petatur quod detractum eſt, pacti exceptione actor repelletur. Contrà uerò, huiuſmodi pacta ex interuallo adiecta, ſi contractui aliquid addant, contractui non dicuntur ineſſe[l]: quia quod additum eſt peti non poteſt, cùm pactum ex interuallo factum non pariat actionem[m]. Sunt & alia pacta quæ reformant contractum[n], alia quæ transformant[o], ut Doctores latius explicant[p].

h l. generaliter. ſ. de uerb. oblig.
i l. ſi remunerandi. §. rei turpis. ff. mand.
k l. ne prætermittẽdũ. ff pro ſocio.
l l. qđ ſæpe § uenenũ. ff de cõtr. ẽp.
m l. ſi à reo. §. fin. ſ. de fideiuſſ.
n l. fi. C. de pact.
o l. ſtipulatio hoc modo concepta. ſ. de uerb.
p l. Titia. in princ. ſ. de uerb. oblig.
q l. ſi plagij. ſ. de uerb. oblig.
r l. alia. §. eleganter. ff. ſol. matr.
s l. ſi unus. § pacta. § illud ff. d pact.
t l. alearum. C. de religioſ.
u l. abdicatio. C. de patr. pot.
x c. nõ eſt obligatorium. de regu. iur. in vi.
y l. nemo. de leg. j.
z l. ij. §. ſed quia uerentur. C. iur. ca.
a l. j. in prin. l. quos prohibet. ff. de poſtu.
b l. pperãdũ. ĩ princi. cum gl. C. iudic.
c l. j. C. de interd. matr.
d d. l. nemo poteſt.
e l. obligamur. uer. uerbis. ſ. de act.
f l. j. §. pe. ff depoſ.
g l. cùm precario. ſ. de preca.
h l. ſi pecuniam. in prin. cõd. l. ob cau.
i l. non ſtatim. ff. de pecul.
k l. de his ff. d trãſ.
l l. cũ hi. ff. d trãſ.
m l. j. & ſeq. C. ne fideiuſſ. dot.
n l. j. de don. inter uir. ff.
o l. ſancimus C. de donat.
p Barto. d. l. alia. §. eleganter.
q l. in hoc. §. ſi conueniat. ff. cõi di.
r l. iiij. ff. de pign act.
s Glo. l. ſi intra C. de in integ. reſt.
t l. generaliter. C. ad uelleia.
t Inſtit. quib. alie. licet uel non.
u l. ij. ff. ad uell.
x l. is cui bonis. ſ. de uerb.
y l. j. ff. ad maced.
z l. fi. C. de pac. pig.
a ca. debitores. de iureiur.
b l. non licet. ff. de contrah. empt.
c l. pe. C. de inutil. ſtipul.
d l. obligationum ferè. in prin. ſ. de act. & oblig.
e l. iuriſgẽt. §. quinimo. ff. de pact.
f Vt hîc.
g l. in bonæ fidei C. de pact.
h Vt hîc.
i l. pacta conuẽta. in princ. ff. contrah. emp.
k d. l. iuriſgent. §. ſed cùm nulla.
l d. l. pact. conuenta.
m d. §. quinimo.
n d. l. iuriſgent. §. adeò. uerſic. nam ſi poteſt.
o l. Titius. ff. de præſcr. uerb.
p Docto. l. lecta. ſi cert. pet. & d. l. in bonæ fidei.

IN LEGEM, DIVVS. cum ſimilibus.

De Beneficio quatenus quiſque facere poſsit.

SVnt quædam perſonæ, quæ in id tantùm quod facere poſſunt condemnantur[a], etiam ſi pacti ſint ut in ſolidum tenerẽtur[b], uel ut pluſquam facere poſſent ſoluerent[c]: nec refert, an in ſolidum petitio, aut etiam condemnatio facta fuerit[e]. Inprimis hæc concluſio locum habet in donante[f], ſiue per ſtipulationem[g], ſiue dotis nomine obligato[h]. Et ratio eſt, ne ex liberalitate ſua inopiæ ſuſtineat periculum[i]. Qua ratione infertur, ſecus eſſe in eo, qui ex alterius donatione conueniretur[k], Vel in eo, qui ex donatione ob cauſam obligatus eſt[l]; non enim talis donatio ex liberalitate prouenit[m], ſed potius quædã permutatio dicitᷓ[n]. Sed obijcies, Promiſſionem ex cauſa dotis, donationem ob cauſam

a l. ſunt qui. ſ. de re iud.
b l. & alia. §. eleganter. ff ſol. matri.
c l. iij. ff. de conſtit. pecu.
d l. penul. ff. quod cum eo.
e l. Neſennius. § fi. ſ. de re iud.
f Vt hîc.
g l. qui id quod ex cauſa. ſ. de don.
h l. ſi extraneus. ff. de iure dot.
i l. ne liberalitate. ſ. de re iud.
k Arg. l. & ſi fideiuſſor. §. fin. cum ſeq. ſ. de re iud.
l l. ſed hoc ita accipiendũ. in princ. ſ. de re iud.
m l. j. ſ. de donat.
n l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. hæred.

causam esse[o], & tamen ex ea neminem conueniri plusquam possit: Respondent aliqui, Marito ad dotem[p] agenti insolidum nihil obijci posse, cùm donationẽ ob causam petat, si dos apud illum remãsura esset[q]: secus si ad uxoris ageret commodum[r]. Alij dicunt, licet dos marito respectu sit ob causam donatio[s], promittẽtis tamen respectu est merè liberalitas: & ideo non tenetur ultra quàm possit[t], nisi ob aliquã remuneratoriam causam dotem promisisset[u]. Sed si maior sit donatio quã causa ob quam facta fuit, in eo pluri ultra quàm possim non agitur[x]. Secundò maritus nisi quatenus facere potest non tenetur[y], siue ex dote siue ex alio contractu ab uxore conueniatur[z]: siue semel, siue secundò dotis nomine promisit[a]: etiam si à fisco propter dotis publicationem conueniretur[b]. Similiter mulier, cùm in correlatiuis idem sit iudicium[c], ex dote quam promisit nõ ultra quàm facere potest tenetur[d]. Maritus tamen si conueniatur rerum amotarum actione, hoc beneficium, quia ex suo delicto conueniatur, non habet[e]. Et ideo si in fraudem mulieris in dote uel rebus ꝓprijs dolum cõmisit, insolidum obligat[f]: sicut & eo casu quo negotia mulieris gessit, & post gestionem culpam in rebus suis, nec de uxoris fraude cogitans, cõmisit. nam negotiorum gestorum actione insolidum conueniri potest[a], sicut & quãdo post matrimonium solutum contraxit[b], aut quando mulier pauperrima est. In pari etenim causa mulier præfertur[c], ob id maximè, ꝙ de damno uitando certat[d]. Addebant aliqui idem esse quando dos apud maritum esset[e], quasi non haberet hoc priuilegium, nisi cùm res in pondere numero uel mensura consistat[f]: sed hoc Bartolus & Alexander reprobant[g]. Reprobantur item illi, qui nolebant maritum, si longiorem dotis restitutionẽ haberet quam lex cõcedat, hoc beneficio uti[h], nã cùm huic beneficio nec per pactum expressum renuntiari posit[i], multò minus per tacitum.

Tertiò, miles nõ ultra quàm facere potest cõdẽnatur[k]. etiam si gregarius esset[l], uel ueteranus[m], modò ex ignominiosa causa missus nõ fuerit[n]. Idem est in doctore, & clerico[o]: quia militare dicuntur[p]. eademꝙ priuilegia habent, ignorantia iuris excepta[q], quæ militibus conceduntur[r]. Miles tamen qui non in castris, sed domi, aut uagando contraxit, hoc priuilegium non habet: quemadmodũ nec tunc militari iure testari posset[s]. Sic etiam miles qui eques auratus dicitur, non habet hoc beneficium[u], nec doctor qui non profitetur, aut aduocatus qui nullum præstat patrocinium[x].

Quartò, socius socium ultra quàm facere possit conuenire non potest[y], quamuis scholasticus esset, qui eiusdẽ cohabitationis causa conscholastico societatis causa aliquid deberet[z]. Et huius casus ratio est, quòd hęc societas ius quoddam fraternitatis habeat[a]: siue uniuersorum bonorum sint socij[b], siue unius negotiationis[c]. Sed socij uniuersorum bonorum, ex quacunꝗ actione conueniuntur, modò sit societatis causa, hoc beneficium habent[d], socij uerò unius negotiationis, extra illam insolidum tenentur[e].

Quintò si quis cum parẽte, hoc est cum omnibus ascendentibus tam paternis quàm maternis[f], agat: insolidũ agere prohibetur[g], cùm ob reuerentiam paternam[h], tum quia filius parentem egentem educare teneatur[i]. & ita in dolo est, cùm petat id quod statim restituere debet[k]. Idem est è contrario si pater filium conueniret, cùm illum egentem alere debeat[l]. Sed & inter fratres utrinque coniunctos, cùm mutuò alter alterum egentem alere debeat, habet locum hæc conclusio[m]: secus in fratribus ex altero tantùm latere coniunctis[n].

Sextò ex filiorum contractibus pater nunquam, nisi illius iussu contractum sit[o], insolidum tenetur: sed tantùm quatenus est in rẽ eius uersum[p], aut quatenus filios in certis negotiationibus præposuerit[q], uel quatenus est in peculio[r]. filij uerò ex suis contractibus[s], aut delictis[t], excepto uoto[u] & mutuo[x], insolidum obligantur. sed si aliquo modo patriã exuerint potestatẽ, interim dũ pater uiuit, quatenus dũtaxat facere possunt cõueniuntur[y]:

nisi

o l. si donatarus. ff. de condi. ob cau. in prin.
p l. si extraneus. l. pe. ff. de iur. dot.
q d. l. nesennius. in prin.
r d. l. si extraneus. d. l. pen.
s d. l. si donatarus.
t d. l. pen.
u Iason. l. inter eos. in fi. de re iud.
x l. si sponsus. §. circa. ff. de dona. inter uir.
y l. maritum. ff. solut. matr.
z l. non tantum. §. de re iud.
a l. si prior. ff. solut. matr.
b l. si maritus. §. ff. sol. matr.
c l. fin. C. de indic. uid. tol.
d Lex diuerso. uer. item. ff. sol. matr.
e d. l. rerum. §. de re iud.
f l. etiam. §. licet. ff. sol. matr.
a l. diuortio. uersi. sed & postea. ff. neg. gest.
b Glo. uerb. facere. in fi. d. l. diuortio.
c Laindu. §. exceptis. C. qui pot. in pign.
d l. uerum. §. fin. ff. de minor.
e l. in bonæ fidei. de pecul. in prin.
f l. unica. §. cùm autem. C. de rei uxor. act.
g Arg. l. si filio. §. ueri. nec interest. ff. sol. matr.
h l. quarta. §. sed an etiam. not. v. intell. glo. ff. qd cum eo.
i d. l. & alia. §. eleganter.
k l. item miles. §. de re iud.
l l. unica. ff. de bo. poss. ff. ex testa. mil.
m Arg. l. nihil. §. fi. C. de quæstio.
n l. testamenta eorum. de testa. milit.
o Gl. l. miles. ff. de re iud.
p l. aduocati. C. de aduoc. diuers. iudicio.
q l. ij. §. Seruius autem Sulpitius. ff. de orig. iur.
r l. fori. C. de aduoc. diuer. iudic.
s Gl. l. j. d. l. miles.
t §. j. instit. de milit. testa.
u Docto. rub. C. de milit. testa.
x Alex. l. centurio. ff. de uulga.
y d. l. sunt qui in iud. de re iud.
z Doct. §. fin. uersi. sed & si quis. instit. de act.
a l. uerum. ff. pro socio.
b d. l. sunt qui in fi.
c d. l. uerum.
d Bart. sup. l. sociꝰ q in eo. in princ. ff. pro socio.
e d. l. sunt qui. in fi. à contra sensu.
f l. iiij. §. parentes. ff. de in ius uoc.
g d. l. sunt qui in fi. d. §. fi. instit.
h l. ij. C. de in ius uoc.
i l. si quis à liberis. §. si uel parens. de lib. agnosc.
k l. dolo. §. de except. doli.
l d. l. si quis à liberis. §. sed & si filius.
m Glo. l. j. C. de alend. lib.
n Gl. uerb. fraternitatis. l. uerum pro socio.
o l. j. in princip. ff. quod iuss.
p l. j. in princ. ff. de in rem uers.
q §. actiones autẽ. de peculio. Instit. de actio.
r d. §. fin. Instit. de act.
s l. tam ex contractib. ff. de iudic.
t l. filiusfam. §. de act.
u l. ij. §. uoto. §. de public.
x l. j. in princ. ff. ad macedo.
y l. ij. ff. quod cum eo.

nisi dolo fecerint quò minus insolidum soluere possent [a]. Mortuo quoq; patre filius, si exhæredatus sit, aut ex minima parte institutus, uel ex magna, sed se hæreditate abstinuit, hoc beneficio utitur [b]: nisi per fideicommissum illi quamuis exhæredato restituenda esset hæreditas [c].

Vltimò per cõpensationis oppositionẽ perinde actoris minuitur petitio, ac per beneficiũ quatenus quisq; [d] possit. Item iudex qui litem suã absq; dolo fecit, non solidum, sed quatenus æquũ uidetur, dãnatur [e]. Item si debitor in creditorũ fraudem debitorẽ suũ liberauit, liberatus per annum, quatenus facere potest, teneť [g]. Rursum ille qui bonis cessit, quãuis nulla obligatione liberetur [f], tamẽ de eo quod post cessionẽ quærit, nõ ultra quod facere possit cõuenitur [g], modò in fraudẽ facta nõ fuerit cessio [h], neq; de eo quod post cessionem gessit cõueniatur [i]. Sic enim filius de his q̃ post emãcipationẽ contraxit, in solidũ tenetur [k]: de his quæ antè, duntaxat quatenus potest [l].

NONNVLLIS attamẽ casibus, supradictæ personæ huiuscemodi beneficio priuãtur. Primò, in eo qui negaret se donasse, uel maritum, aut socium esse [m]: quia si in eo mentiamur, ex quo priuilegium habemus, priuilegiũ perdimus [n]. Vnde is definit possessor esse, qui se possessorem negat [o]: modò neq; per errorẽ negasset [p], neq; illum suæ negationis ante litis contestationem pœnituisset [q]. Sed & si ea quæ in libello continentur, simpliciter negauerit, non autem id cuius causa habet beneficium, adhuc priuilegium retinet [a]. Secundò, is qui in solidum soluit, beneficio quod in plus quam posset non tenebatur, plus repetere non potest [b]: facilius enim retentio, quàm actio conceditur [c]. Glossa tamen uult illũ repetere posse, si per errorem non iuris [d] sed facti soluerit [e]. Sed Bartolus indistinctè negat repetitioni esse locum [f], quoniam hæc exceptio, Quatenus quisq; possit, est dilatoria [g]: quæ & si facti error prætendatur, repetitioni nunquam locum facit [h]. Tertiò, qui ex suo dolo est obligatus, non habet hoc beneficium [i]:

a l. iiij. §. sed an etiã. ff. quod cum eo.
b d. l. ij. quod cũ eo.
c l. si filiusfa. §. fi. ff. quod cum eo.
d d. §. fi. uersi. compensationes. Insti. de act.
e l. fina. ff. de uar. & extraord.
g l. fin. C. de remo. his quæ infr.
f l. qui boni. cũ gl. ff. cess. bon.
g d. § fi. uersi fi.
h d. l. fi. C. de reuo.
i l. iij. C. bo. aut iu dic. à contr. seniu.
k l. iij. ff. quod cum eo.
l l. ij. quod cũ eo.
m l. sed hoc ita. § fi. ff. re iud.
n Bart. per l. si dubitetur. § j. ff. de fi deiuss.
o l. fi. ff. de rei uẽd.
p ca. ut a llis. §. j fi de feud. defunct. fuer.
q l. electio. §. neq; ff. de noxal.
a Bart. d. l. si dubitetur § j.
b l. nam & maritus. ff. cond. indeb.
c l. ij. C. fideicõ. l. per retentionem. C. de usur.
d l. cùm quis. C. de iur. & fact.
e Gl. l. ex diuersio. §. si in iudicio. ff. sol. matr.
f Bart. d. l. nam & maritus.
g Gl. mag. § appellantur. Institu. de excep.
h l. fideiussor. quã uis & ibi not. ff. manda.
i l. sed hoc ita. §. fi. ff. re iudic.

Iniquum enim est aliquem ex suo dolo releuari [h]: Ex culpa tamẽ obligatus hoc priuilegio gaudet [i]. Hac ratione socer, qui confessus est dotem se accepisse, quam ab initio sciuit se solidam restituere non posse, hoc beneficium non habet [m]: est enim in dolo [n]: secus si maritus esset, quoniã ex eo dolo caret, quod dotem statim restituere non teneatur [o], & ita cõtingere potest quòd soluendo existat [p]. Quartò, si supradictæ personæ actione in rem conueniantur, in solidũ tenentur [q]: quia cùm agens in rem dominus sit [r], pars dominij ab illo auferri non potest [s]. Hac ratione cõuentus hypothecaria actione hoc beneficio nõ utitur [t], quoniam non tanquam priuilegiaria persona, sed tanquàm quilibet extraneus possessor conuenitur [u]. maritus tamen licet pro dote restituẽda actione in rem cõueniatur [x], quia iure singulari uxori datur illa rei uendicatio, ipsa non tanquam contra extraneum, sed tanquam contra maritũ agit [y]. Quintò, qui id quod poterat soluit, si ad pinguiorẽ peruenerit fortunã, residuum soluere cõpellitur [z]: quinimo cautionem de residuo persoluẽdo cùm poterit præstare debet [a], nã & ille qui rem habet, si ex artificio uiuere possit, beneficio non utitur [b]. Sextò, licet maritus huic beneficio renuntiare non possit [c], socius tamen potest [d]. sed & maritus mulieri iuramẽtum deferre, quæ si iuret cẽtum sibi deberi, illa insolidum sunt persoluenda [e]: sicut & eo casu, quo maritus, nõ obstante huius beneficij exceptione, insolidum condemnatus est, & non appellauit [f]. Sed & si post sententiam contra maritum insolidum latam maritus factus sit inops, nihilominus rei iudicatæ consyderatur tempus [g]. Vltimò, quoniam hoc beneficium est personale [h], neque ad debitoris hæredes extraneos [i] (filij enim beneficium habent [g]) neque ad fideiussores extenditur [k]: nisi fideiussor tanquam debitoris defensor iudicium susciperet [l]: quod idem est in procuratore, nisi cum illo post debitoris mortem ageretur [m]. Idem est in patre uiri, si dos ab eo repetatur [n]: aut in patre mulieris, si manente ma-

k l. uerum. §. hoc quoq;. ff. pro soc.
l d. §. hoc quoq;.
m l. pe. cum gl. fi. ff. de iur. dot.
n l. dolus. ff. mãdat.
o l. unic. §. exactio. C. de rei uxo. act.
p l. si defunctus. C. arbitr. tutel.
q l. Nesennius. §. fundũ. ff. re iudic.
r l. in rem. in princ. ff. de rei uend.
s l. id quod nostrũ. ff. eo.
t Bar. l. si cõstante. nu. 106. sol. mat.
u d. § fundum.
x l. in rebus. C. de iure dot.
y § last. d. §. fundũ.
z l. ne maritus. C. sol. matr.
a d. l. uerum. §. id quod socius.
b Glos. l. si maritus. ij. ff. sol. matr.
c l. alia. §. eleganter. ff. sol. matr.
d l. si conuenerit. & ibi Doct. ff. de re iud.
e l. eũ qui. §. si mulier. cum gl. ff. iureiur.
f Gloss. d. l. Nesennius. §. fi.
g l. rei iudicatæ. ff. sol. matr.
h l. quia tale. ff. sol. matr.
i l. maritum. ff. eo.
g l. etiam. in princi. ff. sol. matr.
k l. & si fideiussor. in prin. de re iud.
l d. l. uerum. §. sed si hic.
m l. si cum procuratore. ff. de re iud.
n l. rei iudicatæ. §. fin. cum l. seq. sol. matr.

trimonio dos ab eo peteretur [o]: secus si soluto [p], aut si spe futuræ dotis generum ad contrahendum matrimonium induxerit [q].

SVPEREST, ut declaremus, quatenus quisque facere posse dicatur. & certum est id semper deducendũ esse, ne debitor egeat [r]: habita uidelicet ratione, ut secundum dignitatem uiuere posśit [s]. nã alia quidem clari hominis, alia plebeij habetur cõsyderatio [t], qui fabis & caseo contentus esse debet [u]: Vestitus item & habitatio debitori relinquẽda sunt, cùm sine his corpus ali non posset [x]: ea tamen quæ ad mollitiem & pompam pertinent, sunt auferenda: ut mulæ instratæ, serica uestis, tapetia [y]. Quinimo nonnulli uolunt & in necessarijs uitæ hominis tempus consyderari [z], & augmentum uel diminutionem secundum opificij qualitatem esse faciendam [a]: qua in re tamen potisśimum regionis spectanda est consuetudo [b]. Cauendum est præterea, ne facultatum æstimatio (quæ quanti res est sententiæ tempore fieri debet [c]) secundum proprietatis, sed fructuum ex proprietate prouenientium ualorem fiat [d], eatenus enim quis dicitur facere, quatenus ex fructibus superest deductis alimentis [e], quod Doctores uerum esse intelligunt, si ex titulo lucratiuo, uel post bonorum cesśionem bonorum uenditio fieret: secus si post, uel ex titulo oneroso [f]. alia etenim est tituli lucratiui ratio, alia tituli onerosi [g]. Sciendum est ultimò solum donatorem, inter eas personas quæ habent hoc beneficium, æs alienum deducere posse [h]. Socius item id quod ex ipsa societate debet, & non aliud, deducere potest [i].

o l. sed hoc ita in prin. de re iud. p l. sicut autem. de re iud. q l. pe. ff. de iu. do. r l. in condẽnatione. ff. eo. s l. nepos proculo. uersi. potest lic. præce. t l. tutor secundum dignitatem. ff. de admi. tut. u Gl. uerb. cibarijs. l. seruis urbanis. leg. iij. x l. cùm alimẽta. de ali. & cib. leg. y Alc. d. l. nepos proculo. in præced. z l. hæreditatis. ff. ad l. falc. in prin. a l. interdum. ff. de oper. libert. b l. si seruus pluriũ. §. fi. leg. j. c l. rei iudicatæ. ff. sol. matr. d arg. l. qui bonis. uerb. utrũ ex quãtitate. ff. de cessi. bo. e arg. l. imperator. ff. ad trebell. f Arg. l. qui potest facere. ff. eo. g l. unica de impo. lucr. descri. lib. x. C. h l. inter eos. uersic. quoque. ff. de re iudi. i l. uerũ. §. id quod socius. ff. pro soc.

IN LEGEM, QVOD AB initio. Cum similibus.

De Initijs.

INitium uniuscuiusq; actus est inspiciendum [a]: siue Vitiosum sit [b], siue Vtile [c]: de utroque igitur est uidendum. Primò, Quod initio uitiosum est, tractu temporis non conualescit [d]: ut in institutione, quæ in substantia, non tantùm in accidentalibus extrinsecus contingentibus [e] ab initio inutilis est [f]. Idem est in testamento [h], uel legato quod ab initio esset inutile [h]. Idem est in stipulatione [i], in sponsalibus [k], in rescriptis [l], in sententia [m], in electionibus [n], in libertatibus [o], in rei acquisitione [p], in laudo [q], in autoritate tutoris [r], in usucapione [s], in hypotheca [t], in restitutione in integrum [u], in acquirẽda possesśione [x], in noxali actione [y], in debitorũ liberatione [z], in confesśione [a], in impetratione iudicis [b], uel beneficij [c]. Dicitur autem actus ab initio inutilis, uel quia persona sit incapax [d], uel quia res in commercium deduci non potest [e], uel quia expressa legis forma obseruata non fuit. Verùm tamen si causa cesset propter quã actus erat nullus, per ratihabitionẽ confirmari potest [g]: sed actus ex confirmationis tempore duntaxat ualet [h], quoniam ratihabitio, ubi actus omnimodo nullus erat, non retrotrahitur [i]: secus si aliquo respectu ualere poterat [k]. Similiter quando causa aliqua superuenit, quæ actum confirmaret, non amplius pro nullo iudicatur [l], patet in iudicio ab initio nullo, quod ex iure agenti superueniente confirmatur [m]. Sic alienatio rei minoris sine decreto iudicis facta, superueniente maiore ætate confirmante efficitur ualida [n]. Sic testamentum quod non præstita cautione factum quandoque non ualet [o], præstita cautione conualescit [p]. Sic matrimonium nullum, impedimento cesśante per subsequentem consensum ratum habetur [q]. Præterea si de uitio propter temporis diuturnitatem non constet [r], aut per principis rescriptum purgatum sit [s], uel ex diei aut conditionis euentu [t]: tunc actus non reputatur nullus: sicut nec cùm hominis desyderat impugnationem, & ille non expugnat [u], aut speciali aliquo sustinetur priuilegio [x].

SED iam de secundo initio Vtili dicamus, quod non solùm in contractibus [y], testamentis [z], usucapionibus [a], iudicijs [b], alijs'ue actibus consyderatur [c], tituloq; actionis præfertur [d]: uerùm etiam ea quæ utiliter constituta sunt

a l. iij. C. ad macerd. b §. diuersa. uersic. quod si ille. Insti. de usucap. c l. si donat. § si ff. de don. inter uir. d Vt hic. e l. quis soluendo. §. ubi Bart. ff. de hæred. instit. f l. q ab initio. ff. eo. g Insti. de exhæred. lib. in princi. uersi. alioquin h l. cætera. §. j. de le ga. j. i l. inter stipulantẽ. § sacrã. ff. de uerbo. oblig. k c. unic. de despõs. impu. lib. vj. l c. j. de rescr. in vj. m l. si expressum. ff. de appell. n c. audiens. de elec. o l. si seruo. ff. qui & a quib. p Rom. consi. 409. & Decius hic.

q Bal. tit. de pac. cõst. uerb. sanctitæ. r § tutor. Insti. de auto. tuto. s l. iiij. §. de illo. in fi. ff. de usucap. t l. cùm oportet. §. fi. in fin C. de bo. quæ lib. u l. iij. §. scio. ff. de minor. x l. clam posśidere. ff. de acq. poss. y § si seruus. Instit. de nox. act. z Bald. l. filiusfa. ij. ff. de solut. a Barto l. maritus. de quæst. b Glo. c. dilectus. ij. de præbend. c c. si eo tempore. de rescri. in vj. d l. j § fina. ff. commodat. e Institu. de inutil. stip. § j. f l. obligari. §. tutor. ff. de aut. tut. g l. per fundum. de ser. rustic. præd. h l. obseruare. in fi. ff. offi. procons. i Barto. d. l. obseruare. k l. fi. C. ad maced. l d. l. per fundum. m l. si rem ali. nã. §. fi. ff. de pig. act. n l. fina. C. si maior fact. alie. ra. o c. quamquam. de usur. in vj. p Bar. l. filio præterito. de iniust. rup. q l. si qs in tenatorio. de ri. nup. r l. hoc iure. § ductus aquæ. de aq. quotid. s l. adoptio. ij. ff. de adopt. t l. j. de reg. cato. l. in tẽpus. in prin. ff. de hæred. insti. u c. quod sicut. in fi. de elect. l. filio præterito. ff. de iniust. rup. x l. generaliter. ff. de fideicõ. liber. y l. si procuratorẽ. in prin. ff. mand. z l. cunctis quæ ex testamento. ff. eo. a l. unica § hoc tãtùm modo. C. de usuca. transfor. b l. ubi corpora. de iudic. c l. sed & si. §. de eo. ff. de pet. hæred. d l. iij. C. ad maced.

ſunt ſeruat, licet ad eum caſum ueniāt à quo incipere nō potuerunt [e]. Sic matrimoniū, quod ſine conſenſu eſſe non poteſt, ſi ſemel conſummatū fuit, non deſinit matrimonium eſſe, & ſi conſenſus deficiat [f]. Sic cæcus, qui iudex eſſe non poteſt [g], ſi ante cæcitatem fuerit iudex, per illam non deſinit eſſe iudex [h]. Sic interdictus bonis non poteſt teſtari, & tamen teſtamentū perfectum per interdictionem non uitiatur [k]. Ratio omnium ſupraſcriptorum eſt, quòd id retractari non debeat, quod legitimè factum ſit [l]. Sed ſi actus non eſſet legitimus, hoc eſt perfectus, ſtatim redditur nullus, cùm ad eum caſum uenit, à quo incipere non poteſt [m]: ut ſi fundum, cui ſeruitutem ſtipulatus eram, ante ſeruitutis conſtitutionem alienauerim, inutilis eſt ſtipulatio [n]: ſic inſtituta accuſatio ſuſpecti tutoris finita tutela ſoluitur [o]. Verùm tamen ubi actus non conſummatus, & caſus à quo actus incipere non poterat, eundem finem habent: actus, ſi ad illum caſum peruenit, non redditur nullus [p]: ueluti cum debitor id quod ſub conditione debet, purè legauit, nam ualet legatum, quamuis extiterit conditio ante debitoris mortem [q]. Sed quid ſi actus, etiam perfectus, ad eum caſum deueniret, qui prorſus actui contrarius eſſet? Et certum eſt actum ipſum uitiari [r]: quemadmodum & tunc, cùm actus etiam imperfectus ad eum caſum uenit, propter cuius ſpecialem cauſam ab actu recedere poſſumus [s].

e l. ambiguitas pro donatis. § nō eſt nouum. j. eo.
f l. ſeq.
g l. patre furioſo. ff. de his q ſunt ſui.
h l. j. §. cæcum. ff. de poſtul.
i l. cæcus. ff. de iud.
k l. is cui. in prin. ff. teſta.
l c. factū legitime. de reg. iur. in vj.
m l. ſi metallum. §. fin. ff. de his quæ pro non ſcr.
n l. ſi ſub una. §. ſi. ff. de uerb. obl.
o l. poſt finitam. ff. ſuſpec. tuto.
p §. ſi quis debitori. uerſ. pe. & fi. Inſt. de legat.
q l. uerbis legati. in fi. ff. ad le. falcid.
r l. Vranius. uerſ. ſed cum duo. ff. de fideiuſſ.
s l. non diſtinguemus §. ſacerdotio. ff. de arbitr.

IN LEGEM, NVPTIAS.
quæ particularis.

Quemadmodum nudo conſenſu contrahuntur ſponſalia [t], ita & matrimonium [u]. nec refert, an dos data ſit, an inſtrumenta dotalia fuerint confecta [x], an ſeorſim habitent. Non enim mœchatur qui dimittit uxorē, dum aliam non duxerit [y]: nec ob ſeparatam habitationē donare ſibi poſſent maritus & uxor [a]. Item cùm ea, quæ conſenſu fiunt, per procuratorem explicari poſsint [b]: factum eſt, ut per procuratorē matrimonium contraheretur [c], quemadmodum & per literas, uel nuntium [d]. Proinde licet per ſolum conſenſum ita nuptiæ contractæ intelligantur, ut etiam nuptiarum conditio illa, do decem ſi nupſeris, impleta dicatur [e]: attamen per ſolum conſenſum neque bigamia contrahitur [f], neque religionis impeditur ingreſſus [g]: ſed demum copula interueniente, ex qua iuncto conſenſu perfectum dicitur matrimonium [h]. Cæterùm quod de conſenſu dixi, de uero eſt accipiendum, & ſpontaneo: nam & libera debent eſſe matrimonia [i], & bona fide interponi, non mulieris decipiendæ cauſa [k]. Præterea non ſolùm mariti & uxoris, ſed & parentum illorum mutuus requiritur conſenſus [l]: qui tamen interueniſſe præſumitur, niſi euidenter patres contradixerint [m], modò matrimonium ſciebant contrahi. Nam ſi ignorarent, iniuſtus diceretur filius ex huiuſmodi matrimonio natus [n]. Quod uerum eſſe arbitror, non tantùm iure ciuili, ſed etiam iure canonico [o]. Tametſi omnes interpretes (quibus & ſuffragatur conſuetudo) in ea ſint hæreſi, ut pontificia lex neceſſariò patris non deſideret conſenſum [p]. Quibus ego reclamo, niſi filius emancipatus [q], uel pater demens, furioſuſue eſſet [r], aut captus, alioue in loco ignoto exiſtens intra triennium non eſſet reuerſus [s]: aut niſi pater uellet filium inuitum caſtitatem uouere [t]: nam & iure ciuili ſi filia unum maritum eligeret, pater alium, filiæ conſenſus præfertur [u]. Quòd ſi aduerſum nos obieceris, libera iure canonico debere eſſe matrimonia [x]. Reſpondebo: Et iure ciuili libera quoq; eſſe debere [y], & tamen patris conſenſum eſſe neceſſarium: neq; in illis non ſolùm quod licet, ſed & quod honeſtum eſt, conſyderatur [z]. Sed ſi filius patre inconſulto matrimonium contraxerit, an à patre exhæredari poſsit? Et certum eſt, iure ciuili poſſe, ſi turpe ſit matrimonium [a], cùm pater honeſtam uxorem offerret [b]. Poteſt etiam pater filio ſuo ad tempus matrimonium ſub certa pœna prohibere [c], modò poſt uiginti quinq; annos nō differatur ma-

t l. iiij. ff. de ſponſa.
u Vt hi., & c. cū locum. de ſponſal.
x l. ſi in princ. C. de repud.
y c. matrimonium. 27. q. 2.
a l. cùm hic ſtatus. §. ſi mulier. de dona. inter uir.
b l. ij. uerſi. pen. ff. de act. & obl.
c fi. de procu. in vj
d l. v. de ritu nupt.
e l. cùm fuerit. de cond. & dem.
f c. debitū. in princ. de biga.
g ca. ex publico. de conu. cōiu.
h Gl. hic. uerb. conſenſus.
i c. cùm locum. de ſponſ.
k c. tua nos. de ſpōſal.
l l. Titia. in prin. ff. de uerb. obl. Inſti. de nup. i prin.
m l. in ſponſalibus. j. de ſponſal.
n l. Paulus reſpondit. ff. de ſtat. ho.
o c. aliter. & c. noſtrates. 3. q. 5. c. nō omnis. in fi. cum ſeq. 32. q. 2.
p Gloſ. d. l. Paulus. Decius hîc, cū ſi.
q l. filius emācipatus. de ritu nupt.
r Inſtit. de nupt. in fi. princ.
s l. ſi nepos. §. fin. cum l. ſeq. de ritu nupt.
t c. cùm uerum. in fi. de reg. iur.
u lege uiduæ. C. de nupt.
x c. cùm locum. de ſponſal.
y l. fin. in fin. C. de ſponſal.
z l. ſemper in cōiunctionibus. j. eo.
a l. iij. §. ſi emancipatus. j. de [illegible] tab. ff.
b §. aliud quoq; capitulū. Autēt. ut cū de appel. cog.
c l. ſed ſi hæc ſpecialiter §. ſi. ff. de cond. & dem.

 trimo

trimonium[d]. Iure uerò Pontificio ex cõmuni sententia filius qui patre non consentiente matrimonium cõtraxit, exhæredari non potest[e]; quia cùm patris consensus (ut uolunt interpretes) necessarius non sit, neque pœna ratione cõsensus introducta locum habere potest[f]; cùm quod lege permittente factum est, pœnã non mereatur[g]. Sed si opinionem nostram sequi uolueris, constat omnia hæc falsa esse.

d Auth. sed si post. C. de inoff. testa.
e Decius hîc.
f c. non debet. de consang. in prin.
g l. gracchus. C. ad le. Iul. de adult.

IN LEGEM, IN EO quod uel is. Cum similib.

De Reo, & Actore,

VUlgata est iuris regula Reos actoribus fauorabiliores esse[a]. Ex qua duæ subsequuntur conclusiones: Prima est, Omnia reo licere, quæ actori conceduntur[b]; sicut & contrà, Omnia actoribus denegantur, quæ reo sunt prohibita[c]. Sicut ergo actor reo absente obtinet, ita & reus actore contumace[d]. Sic si actor impetrauit, ut in causa ciuili reus personaliter respondeat; actor per alium respondere non poterit[e]. Sicut si impetrauit ut appellatione remota terminaretur iudicium, ipse in reconuentione appellare non poterit[f]. Sic contrà, sicut reus post litem reuocare procuratorem nisi causa cognita non potest, ita nec actor[g]. Sic eo casu quo reus testes producere non potest, nec actori hoc conceditur[h]. Actor tamen unum ex pluribus ordinarijs rei conuenti iudicibus eligere potest[i], quod reus non posset[k], ne sit in arbitrio eius, an conueniatur[l]: posset enim ante litis contestationem semper mutare[m]. Qua ratione licet actor impetrare posit, ut coram extraordinario iudice agat[n]: reus tamen coram quo conueniatur impetrare non potest[o]. Secunda conclusio est, quòd multa reo concedi solent, quæ actori denegarentur: nam reum actori edere non oportet, licet actor reo edat[p]. Reus breuiores habet dilationes, quã actor[q]. Imò quandoque actori denegantur, ubi reo sunt permissæ[r]. Reus actore non probante absoluitur, non actor[s], & maximè in præiudicijs, in quibus & si reus agat, tamen (ut suprà latius dixi[t]) probare nõ tenetur[u]. Item reus ex ignorantia rerum eius cui succedit, excusatur: non actor[x]. Rei exceptio facilius quàm agentis actio admittitur[y]: & defensio facilius quàm impugnatio[z]. Lex item in dubio & paribus probationibus reum dimittendum censet[a]. In re turpi potior est causa retinentis[b], & cum par delictum est duorum, semper oneratur petitor[c]: sed si unius delictum leuius esset, illius causa est potior[d]. In pari uerò causa semper reus est potior[e], & potissimũ cum de lucro agitur[f]. nam siue is qui petit, siue is à quo petitur sit in causa lucri, possidens semper præfertur[g]: sed si alter de damno, alter de lucro certaret, semper is præfertur qui de dãno contendit[h]; etiam si petitor esset[i]. Et idcirco in dubio potius fauet repetitioni, quàm aduentitio lucro[k], is si quidem qui repetit, de damno uitando contendit[l], quòd si fortasse de lucro certaret[m], aut ex turpi causa datum repeteret, possessor præferretur[n]. Itaque illa ratione qua dicimus, reum actore fauorabiliorem esse[o]; factum est, ut reus pluribus exceptionibus uti posit[p]: non solùm diuersis[q], uerùm etiam contrarijs[r]; tam eodem, quàm diuerso tempore[s]. Possum igitur ita excipere, Nego me debere, & si me debitorem actor probet, assero me pactum de non petendo fecisse[t]. Ex quo sequitur, reum, cùm à sua exceptione discedere posit, actoris intentionem nunquam probare[u]; si quidem cum exceptione agentis intentionem excludere uoluerit[x], illam probare non potest[y]. præterea & si exceptio actoris intentionem præsupponat, ut cùm quis excipit, se soluisse, necessariò se debuisse fatetur[z]: tamen per hanc solutionis exceptionem, quoniam illa relicta, aliam proponere potest[a], nihil probare dicitur: nisi in ea exceptione permaneat[b], aut ex ea iam sit conuictus[c]. Posteaquam enim conuictus est, lex impedit alia defensione uti[d]: sicut & eo casu quo reus in una atque eadem exceptione contrarius

a l. fauorabiliores. ĩ. eod.
b l. petendæ. C. de in integ. rest. pe.
c l. nõ debet actori. ĩ. eo.
d Gl. uerb. indicij. in fi. l. properandum. §. & si quidem. C. de iudic.
e Dominic. c. j. uer sic. quid si actor. de dolo & cõtu: in vj.
f Glo. per tex. c. ij. de mut. petit.
g l. post litẽ. l. quæ omnia. in prin. ff. de procurat.
h § illud tamẽ. Authen. de testib.
i l. cum clericis. in princ. C. de episc. & cler.
k l. nemo. C. de iurisd. om. iud.
l l. iij. in princip. ff. quod cert. loc.
m l. eum qui certarum. § fi. ĩ. uerb. obl.
n l. si quando. C. de dilat.
o Authẽ. ut omnes obed. iud. § hac consideramus.
p l. si. C. de edend.
q l. fin. ff. de ferijs.
r l. si quido. & Authẽ. quod fieri. & l. petẽdæ. C. de tẽpo. in integ. resti.
s l. qui accusare. C. de edendo.
t Liora sanguinis.
u l. generaliter. ĩ. de except.
x l. q in alterius. ĩ. eo.
y l. j. §. is autem. ĩ. superfic. l. item. §. j. ĩ. eo.
z l. scientiam. in fi. uersic. illum. ff. ad leg. aquil.
a c. ex literis. extra. de proba
b l. iij. ff. de condi. ob turp. cau.
c l. cum par delictum ĩ. eo.
d l. si duo. ff. de dolo. l. si seruũ. § sequitur. ĩ. de uerb.
e l. in pari causa. ĩ. eo.
f l. nemo prædo. § cũ de lucro. ĩ. eo.
g Vt hîc.
h l. proculus. in fi. ĩ. de dam. infect.
i l. fi. C. de condic. indeb.
k l. non debet. § in re obscura. ĩ. eod.
l d. l. proculus. & l. si is cui. § fi. ĩ. de furt.
m Vt hîc.
n d. l. iij. ff. de cõdi. ob tur. cau.
o l. Arrianus. ĩ. de solut.
p l. nemo ex his. ĩ. cõd.
q l. nemo. ĩ. de except.
r l. cũ de indebito. in prin. ff. probat.
s l. is qui dicit. ĩ. de except.
t l. si quidem. uers. nam si etiam. C. de except.
u l. non utiq;. ĩ. de except.
x l. ij. in princi. ĩ. de except.
y l. non omnis. in prin. ff. si cer. pet.
z Argu. l. decem. in prin. ĩ. de uerb.
a l. v. ĩ. de except.
b l. si quidẽ. uers. si uero. C. de excep.
c l. j. § interdum. si quad paup.
d d. l. nemo ex his. ĩ. eo.

trarius esset: tunc nanq; reus non auditur[e]. Dicitur autem cõuictus reus, cùm pactus est[f], aut etiam quando de mendacio est conuictus[g], & lex mendacium punit: ueluti in eo qui negat fideicommissum esse relictum, postea excipere non potest in minus solenni uolũtate esse relictum[h]: sic qui negauit se socium, non potest excipere ne plus conueniatur quàm possit[i]. Sic qui negauit pignus esse debitoris, nõ potest excipere se priorem creditorem esse[k]: sic qui negat se possessorem, priuatur possessionis commodo[l], sic qui propriam scripturam negat, in duplum pecuniæ in ea scripturæ comprehensæ tenetur[m]. In his uerò mendacijs quæ à lege nõ puniuntur, secus est[n]: ut cùm quis negat debitum, conuictus de mendacio cessionis non perdit beneficium[o]. Scio tamen, in huiusmodi exceptione confessionem pariẽte Doctores aliter sensisse[p]: sed iure uerior uidetur hæc nostra sententia. Cæterùm licet reus pluribus defensionibus utatur, actor tamen cùm plures pro eadem re habet actiones, una tantum experiri potest[q]: maximè si ex eodem facto contrariæ nascantur actiones[r], aut si ex una tantum consequimur, quãtum ex pluribus[s]. Nec refert, an actiones contra eundem pro eadem re, ex eadem causa onerosa[t], uel lucratiua[u] competant: an contra diuersos, pro eadem re, & ex causa lucratiua[x]. Idem est item si ex alicuius delicto competant[y], sed tunc una electa alteram eatenus tollit, quatenus in poena concurrunt[z]: Cùm aliàs una electa, aliæ extinguantur[a]. Sed & si una actio aliam ex eo tantum differat, quòd prius terminanda sit[b]: illa finita altera intentari potest[c]. Verùm actor si rei conuenti facto, uel alia probabili causa incertus sit, qua actione agat, plures actiones, protestatione habita quod ex una duntaxat consequi desiderat quod suum est, proponere potest[d], nam quando quis iusto errore deceptus est[e], & ex ignorantia remedium minus aptum elegerit, ad aliud recurrere potest[f]. quod & in eo qui propter ætatem uel ex alia causa restitui potest; idem esse

e l.ij. uersic. sed si alius. ff. quid. app. sit.
f l. quoniam. ff. de his qui not. infa.
g d. l. j. §. interdum.
h §. fin. Instit. de fideicom. hæred.
i l. sed hoc ita. §. si. ff. de re iudic.
k Auth. iussi possessor. C. qui pot. in pig.
l l. si. ff. de rei uēdi.
m Auth. cõtra qui propriam. C. de non num.
n Alex. l. iniuri. col. iiij. ff. si cert. pet.
o Salic. l. j. C. q. bo. ced. poss.
p Bar. l. nemo. phibetur. ff. de excep. Feli. c. cùm uenerabilis. extra de excep. Alex. l. de ceteri. ff. de uerb.
q d. l. nemo ex his. §. quoties. ff. eo.
r l. j. C. de furtis.
s l. j. §. si. ff. si fa. fur. fecis.
t l. quod in hæredem. §. eligere. ff. de tribu. act.
u §. nostra aut. Instit. de legat.
x l. omnes. ff. de act.
y l. iij. §. fina. ff. de nox. act.
z l. j. ff. ui bo. rapt.
a l. cuius bonis. de cur. fur. l. si mihi & tibi. in prin. de leg. j.
b l. fin. C. de ordi. cogn.
c l. ordinarij. C. de rei uend.
d l. j. § quia autem. ff. quor. legat.
e l. habebat. ff. de institor. l. fin. §. taies. C. de furt.
f l. Clodius. ff. de acqu. hæred.

Aretinus respondit[g]. Idem si remedium electum aduersarius oppugnauit[h], ob idq; actor succubuerit[i]: aut culpam commiserit, ex qua actus ille nullus efficiatur[a]. Similiter si plures actiones ex diuersis causis contra eundem[b], aut ex eadem contra plures competerent (licet una solutione contenti esse debemus[c]) una aliam non extinguit[d]. sicut nec cùm pro eadem re ex diuersa causa, una actio ex lucratiua causa, altera ex onerosa competeret[e]. Lucratiua autem causa dicitur, id quod ex donatione, uel testamento[f], aut ludo[g], uel poena[h] habemus: uel id omne quod omnibus expensis deductis consequimur[i], aut id etiam quod ex dote, non maritus, sed uxor habet[k]. Potest item actor querela agere, & quatenus obtinebit petitione hæreditatis experiri[l]: uel petere restitutionem, & quatenus obtinebit instrumenti rescissionem[m]. item sortem, & quatenus obtinebit usuras[n] aut fructus uel poenam[o]. In summarijs item iudicijs, in quibus quia sine figura iudicij proceditur plures actiones proponere potest[p]: Sed & in libello facti speciem simpliciter narrare potest, & super singulis & omnibus petere ius sibi & iustitiam administrari[q]. Quæ omnia fusius à Doctoribus suo loco explicantur[r]. Proinde aduersus suprà scripta, quòd rei uidelicet actoribus fauorabiliores non sint, opponi potest illud uulgatum: Quod in principio iudicij actori potiusquã reo faueatur[s]: in mediæ causæ, utriusque litigatoris eadem sit conditio[t], in fine uerò magis reo faueatur[u]: & ita actori perinde ac reo fauetur, ob id maximè, quòd correlatiua sint, quorum natura eadem solet esse[x]. Hinc affirmant Doctores cautionem de iudicio sistendo, quoniam in initio iudicij interponi soleat, in actoris fauorem interpretari[y]: Sed hæc Doctorum sententia mihi displicet, cùm & post contestationem cautio de iudicio sistendo interponi possit[z]. Idq; sæpius, ubi citra stipulatoris culpam cautũ esse desijt[a]. Et idcirco si fideiussor qui cauit in medio causæ ad

g l. filium emancipati. de acquir. hæred.
h Barto. l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acq. poss.
i l. eum qui. C. de inoffi. testa.
a l. nihil. §. j. ff. de inoffi. test.
b l. res cõmunis. ff. pro soc.
c l. si pluribus. de leg. j.
d l. ij. §. j. ubi Bart. ff. de duob. reis.
e l. huiusmodi. §. qui seruum. leg. j.
f l. unica. C. de impo. lucr. descri. libro x.
g l. fi. uers. commodis. C. de religio.
h l. iij. § si quis autem. uers. cæterũ. ff. de excep. dol.
i l. mutius. ff. p soc.
k l. ex promissione. ff. de act.
l l. qui de inofficioso. ff. de inoff. test.
m l. ij. ubi Bal. C. si aduers. uic.
n l. j. ubi Alex. C. de iud.
o l. condoctores. cum gl. C. locat.
p Aret. consil. 103.
q Aret. d. consil.
r Doctores. l. edita. C. de edend.
s l. si quis intentione. ff. de indic.
t l. si. C. de fruct. & lit. expen.
u l. Arrianus. ff. de act.
x l. fin. C. de indic. uid. toll.
y l. de die. in princ. ff. qui satisd. cog.
z l. græce. §. & post litem. ff. de fid. instru.
a l. iiij. de præto. stipul. ff.

inopi

inopiam redactus sit, iterum cauendum est[b]. Nec uideo, cur huiusmodi cautio potius in agentis, quàm rei fauorem interpretari debeat[c]: falsumq́ est, quod in initio iudicij magis actori faueatur: cùm lex ait, eum qui intentione ambigua usus fuerit, siue sit actor, siue reus, illam interpretari debere[d]. In initio ergo iudicij non magis fauetur actori, sed reo potius, ut in editione[e], & dilationibus patet[f]. In cautione uerò de iudicio sistendo, si dies sit omissus, ille est in actoris potestate moderato à iudice spatio[g]: quoniam in actoris potestate est quando experiri uelit[h]. sed iudex, quia de defensoris exhibitione pronuntiare debet[i], secũdum legalem dilationem[k], aut respecta rei conuenti ætate, sexu. uel ualetudine[l], aut secundum prouinciæ consuetudinem[m], actoris potestatem illam moderari debet[n].

b l. si arbitro. uersi. fin. ff. qui satisda. cog.
c Gl. c. cum ad sedem. de rest. spol.
d l. si quis intentione. & ibi Bart.
e l. fin. C. de edend.
f l. ij. ff. de ferijs.
g d. l. de die.
h l. qui in alterius. ĵ. eo.
i l. fin. C. de exhib. & transf. reis.
k l. j. si quis caut.
l l. continuus. §. cũ ita. ĩ. de uerbor. oblig.
m l. si finita. in pri. ĩ. de dam. infect.
n d. l. de die.

IN LEGEM, QVOD A quoquam pœnæ nominè. quæ particularis est.

CVm pœna lucro creditoris cedere soleat[o], & in lucro repetitioni semper faueatur[p]: dici poterat, pœnam solutam repeti posse: quod tamen hic negatur[q]. Quia post executionem ab homine factam nullus repetitioni locus est[r], & maximè in pœnis, quæ cùm ex legis dispositione debeantur[s], in illis nulla est obscuritas, propter quam repetitioni solet faueri[t]. Quod igitur solutum est pœnæ nomine non restituitur, etiam si is qui soluit ab eo repeteret, in cuius negotijs gerendis in pœnam incidisset[u]. Vnde is qui in communi dolo fuit, partem pœnæ repetere non potest[x]: suprà enim diximus, in turpi causa meliorẽ esse possidentis conditionem[y]. quod igitur ex dolo suo & contutoris tutor conuentus præstitit, nec pro parte à contutore repetet[z]: sicut nec hæres à cohærede ex suo dolo nihil repetit[a], sed ex dolo defuncti secus[b]. Sic si debitor pignus quod creditori dederat surripuerit, quod furti causa præstat in debitum compensare non potest[c]. Ille enim, qui deliquit, nullo modo pœnam petere potest[d]. Vnde facta est iuris regula, Illi pœnam permitti petere, qui in ipsum non incidit[e]. Tametsi aliquando fur furti agat[f], necnon etiam pro possessione recuperanda interdicto semper experiri possit[g], uerùm quod limitant hic interpretes, pœnam in foro conscientiæ retineri non posse[h]: falsum uidetur tam diuino iure[i], quàm pontificio[k]: cùm enim publicè intersit delicta puniri[l], lex puniens delicta etiam in foro conscientiæ est obseruanda[m]. Cæterùm quod suprà diximus pœnam creditori lucro esse[n], adeò ut etiam si nihil nostra intersit pœnã petere possimus[o]: quoniam pœnalis actio neq; rem nostram neque id quod interest respicit[p], sed maleficium duntaxat[q], ratione cuius, siue patrimonium nostrum diminutum sit[r], siue non sit[s], siue reo ex suo delicto aliquid accesserit[t], siue nihil accessit[u], experiri possumus. Attamen pœna illa loco eius quod interest plerunq; succedit[x], sortemq́; principalem diminuit[y]. Sed hoc intelligendum est in pœna, non legis, sed ex conuentione hominum post contractum adiecta[a].

o l. id quod. ĩ. de solut.
p l. nõ debet actori. §. j. ĩ. eo.
q l. pœnæ. ff. de cõdict. indeb.
r l. qui ob rem. & ibi Bar. ff. condi. indeb.
s Insti. de obliga. quæ ex delict.
t d. l. non debet. §. j. cum glo. ĩ. eo.
u l. qui proprio. §. pœnã. ĩ. de procurat.
x l. si cõmunis familia. ff. de noxal actio.
y l. ij. ff. de condi. ob turp. caus.
z l. j. §. planè. ff. de tute. & rat. distr.
a l. inter cohæredes. §. ex facto. ff. fam. ercisc. uti.
b l. in deposit. ff. deposit.
c l. si pignore. in princ. uersic. sed quod ipse. cũ seq. ff de pign. act.
d l. cùm pater. §. liberis. de legat. ij.
e l. cum par delictum. §. illi. ĵ. eo.
f l. quas. §. si ego. ĩ. de furt.
g l. j. §. qui à uel. ĩ. de ui & ui arm.
h Gl. si. 12. q. 2. c. fraternitatis.
i Exod. 22.
k ca. in legibus. 12. q. 2.
l l. ita uulneratus. ad fi. ad le. aquil.
m Gl. j. c. quæ in ecclesiarũ. de cõst.
n l. id quod. ĩ. de solut.
o §. alteri. Instit. de inutil. stipul.
p l. unica. §. hoc iudiciũ. si quis ius di. non.
q l. iiij. in pric. ĩ. de act.
r l. j. in prin. ĩ. de ui & ui ar.
s l. qui ea mente. ĩ. de furt.
t l. j. in princi. l. generaliter. in prin. de calum.
u d. l. j. in princi. de ui & ui arma.
x l. rescriptum. §. si pacto. ff. de pact.
y l. si quis à socio. cũ seq. ff. pro soc.
a l. prædia. ff. de actio. empt.

IN LEGEM, CONSILII. quæ est particularis.

NEmo ex consilio tenetur[b], & si non expediat ei cui datur: cùm liberum illi erat non sequi[c]. Teneris tamen,[d] si aliâs facturus non eram, nisi consilium dedisses[e], aut si consilium muneris tui ratione dedisti[f], uel dolosum præstitisti[g], ueluti cùm lucri tui causa idoneum eum affirmas, qui non erat: In delictis quoque consulens, si is cui consulitur aliâs delictum non commisisset, pari pœna punitur[h]. Si commisisset, minus puniendus est, cùm leue est delictum[i], secus si atrox[k]. Vnde lex quæ ait, eum qui ad furtum faciendum consilium duntaxat dedit, non teneri[l]. Intelligenda est eadem pœna non puniri, qua fur, sed mitiore. In plerisque tamen casibus alia atque alia consul

b Vt hic.
c l. ij. in fi. ff. mand.
d l. vj. §. planè. ff. mand.
e l. ij. ff. quod quisque iur.
f Vt hic.
g l. quod si cũ sciret. ff. de dol.
h l. nõ solùm. uersi. attilicinus. ĩ. de iniur.
i c. sicut dignũ. §. qui uero. de homicid.
k Doctor. hic, nume 5.
l §. ope. in fi. Insti. de oblig. quæ ex delict.

consultori poena imponitur. Nam in delictis non leuibus[m] sed atrocioribus, ut in crimine læsæ maiestatis[n], in parricidio[o], uoluntas si ad aliquem extraneum deuenerit actum[p], eo modo quo effectus punitur. Ideò consultor mitiore poena non punitur[q], nisi cùm nudum constat illius fuisse cõsilium[r]: nudum, tamen fuisse probare consultorem oportet[s], alioqui præsumitur delicto causam dedisse[t], si probetur consilium dolosum ante datum fuisse, quàm delictum commissum fuisset[u], aliàs nunquam præsumendum esset consilium fraudulentum datum fuisse[x]. Secundò is, qui cum consilio auxilium & opem præstitit, semper eadem poena qua delinquens punitur[y]: nec distinguemus, an aliàs delinquens commissurus erat delictum, nec ne[z]. quod idem dicendum est, cùm delinquens consulentis nomine delinqueret[a]. Econtrà uerò, consulens mitiore poena punitur, uel ob diuersam delinquentis conditionem[b], uel si contrario consilio delinquentem reuocauit, qui tamen posteà deliquit[c]: uel si ex statuto tantùm poena delinquenti esset imposita[d], uel si consilio dato subsequutum non fuerit delictum[e]: nisi in his casibus in quibus consilium per se consideratur, & tanquam delictum plectitur[f]. Sed etsi specialis poena consultori imponitur, illa considerari solet[g]: cùm & in poenis generi per speciem derogetur[h].

m l. item apud. §. si curauerit. ff. de iniur.
n l. quisquis. in pri. C. ad l. Iul. maiest.
o l. utrum qui. ff. de paricid.
p l. cogitationis. ff. de poenis.
q c. felicis. in prin. de poenis. in 6. l. iij. in fin. ff. ad l. Iul. ma.
r d. cap. felicis. §. illud.
s Alci. l. sæpe. uers. non potest. nu. praeced.
t Bald. l. data. C. q. accus. Argu. l. j. uers. poenas. C. de rapt. uirg.
u l. si uero nõ re. §. si post creditã ff. mand. Bald. l. j. C. ier. fug.
x Arg. l. mercio. ff. pro socio.
y l. in furti. §. ope. l. is qui opem. ff. de furt.
z Bart. l. nõ solum. §. si mandato. nu. 17. ff. de iniur.
a cap. cum quis. de restit. spoli.
b l. qui seruo. §. itẽ placuit. ff. de furt.
c Bart. d. §. si mandato. nu. 32.
d Barto. l. j. ff. ad l. cor. de fica. §. j.
e Card. clem. j. in prin. 12. quæst. de poenit. d. l. item apud. §. si curauerit.
f l. j. §. persuadere. ff. de ser. corrup.
g l. j. C. de mil. agg. & d. § persuadere.
h l. sanctio. ff. de poenis.

IN LEGEM, QVICquid calore.

QVod calore iracundiæ fit, uel dicitur, ratum non habetur[i]. Sic diuortium non existimatur, quod per calorem factum est[k]: nec ualet exhæredatio inconsulto calore facta[l]: & accusationis per calorem & iram factæ abolitio, hoc est, accusationis institutæ peremptio[m], facilè conceditur[n]: ne ab accusatione citra abolitionem desistens in turpillianum incidat[o]. Sic qui per calorem maiestatem principis iurat si peieret, læsa maiestate non punitur[p]. sed nec alia corporali poena[a]: Aliquando tamen per iram temerè iuranti imponitur poena[b], quam nihilominus iræ calor mitiorem reddit[c]. Quæ distinctio, & in delictis admittitur. Nam delicta quemadmodum & per ignorantiam[d], ita quoque & per iram commissa puniuntur[e], sed leuiore poena[f]: quæ etiam aliquando remittitur, ueluti si princeps per iram offensus sit[g]: quoniam cæteris humanior esse debet[h]. Similiter uotum, cùm iureiurando æquiparetur[i], si per iram factum sit, ratum non est[k]: tum quia deus non nisi uoluntarium recipit militem[l]: tum quia uotum præcipuè animi deliberationem requirit[m]: Vnde ante professionis annum reuocari potest[n]. Rursum confessio per iram facta reuocari potest[n], sed si reuocata non fuerit, uim plenæ probationis habet: si facta sit in iudicio, aliàs extraiudicialis non reuocata quo ad indicium quoddam duntaxat noceret[p]. Attamen ex eo quòd quis secundum beneficium curatum acceptauit per iracundiam, primum minimè uacare dicitur: cum causa cognita, & superiore consentiente hoc faciendum sit[q]. Postremò in contractibus, quod per iram factum est, nisi fauore piæ causæ sustineatur[r], non est firmum[s]. cùm enim contrariorum eadem sit disciplina[t], quemadmodum contractus per iocum factus non approbatur[u]: ita nec ille qui per iram factus est[x]. Ratione cuius, ea quæ aliàs licita sunt, prohibentur[y]. Sed suprà scripta omnia locum non habent in eo, qui post iracundiæ calorem in eadem perseueraret uoluntate[z]. Ea etenim quæ iterantur, maiore cum deliberatione fieri præsumuntur[a], si cum aliquo temporis interuallo iteratio fiat[b]: alioquin non maius momentum haberet, quàm simplex[c].

i ut hic.
k l. iij. ff. de diuor.
l l. si filii. ff. mam. C. de inoff. test.
m Glo. rubr. C. de abol.
n l. iij. C. de abolit.
o l. j. §. si quis auct. ff. ad turpill.
p l. ij. C. ad l. Iul. maiest.

a l. ij. C. de iureiurand.
b l. sicut. j. extra de iureiur.
c l. omne delictũ. uers. qui se uulnerauerit. ff. de re milit.
d l. j. ff. de legib.
e l. ii. non solum ij. C. de iniur.
f l. si adulterii. §. imperatores. ff. ad l. Iul. de adult.
g l. unic. C. si quis imper. maled.
h l. imperialis. uer. sed ita. C. de nup.
i Panor. cap. sicut. de iureiur.
k Gl. uerb. iracundiæ. ca. dudũ. de conuer. coniu.
l cap. non est. 17. quæst. j.
m ca. iij. de uoto.
n 17. quæst. ij. ca. j.
o Gl. uerb. admonita cap. ex literis. de diuor.
p Decius cap. at si clerici. nu. 18. de iudic.
q card. clem. j. de offi. iud.
r ca. sunt qui opes 17. quæst. iiij.
s l. licitatio. j. prin. ff. de publica.
t l. j. de his q sunt sui uel alie.
u l. iij. in fin. ff. de act. & oblig.
x l. ud. ro. sing. 510. incip. uolo commentare.
y l. nec in ea. in fi. ff. de adult.
z ut hic.
a ca. si quis iratus. ij. quæst. iij. cum glo. fin.
b l. si mulier. ij. C. ad uellea.
c Glo. l. iiij. ff. de pig. act.

IN LEGEM, ALTERIVS circumuentio: cum multis aliis.

De eo quod in alienis possumus.

QVemadmodum iustum est, sua cuique committere[a], ita ut de his nihil inuitus facere cogatur[b], nisi

a l. nemo exterus. C. de iud.
b l. dudam. C. de contrah. empt.

 reipubl

reipublicæ expostulet utilitas[c]: ita quoque æquum est, ununquenque alienа appetentem supplicio coercere[d], cùm culpa sit immiscere se rei ad se non pertinenti[e]. Imò nec in re nostra quicquam facere possumus, si alteri officiamus[f]. Cùm etiam iure naturæ uetitum sit, aliquem cum alterius detrimento uel iniuria[g] fieri locupletiorem[h]. dolo enim malo facere dicitur, qui aliena iactura lucrum quærit[i]: quamuis pupillus esset, qui idcirco quatenus locupletior est semper obligatur[k]; nec non etiam ecclesia[l], quoniam nemo re sua, nisi ob publicum bonum, qualis est usucapio[m], aut alia publica causa[n], bonis suis priuari potest[o], adeò ut nec in alterius iniuriam consilium mutare possemus[p]. Siquidem quod semel placuit, maximè ubi est translatum dominium[q], amplius in eadem re[r] displicere non potest[s]. Et maximè si sit iudex, uel arbiter, qui siue bene, siue malè[t], siue per errorem iudicauerint[u], definitiuam sententiam[x] reuocare non possunt. Similiter & in alijs actibus[y], ueluti in contractibus nominatis[z], re integra non existente[a] reprobatur uariatio: quæ omnia latius alibi tractantur[b]. Ex eo præterea quod in alienis nihil possumus, regula est, Nos alieno nomine agere non posse[c]: nisi aut procuratores[d], aut tutores[e], uel hæredes aut consanguinei[f], illius cuius nomine experimur essemus[g]: aut nisi reum defenderemus, quod possumus uel actore inuito[h], dum animo nouandi non suscipiatur defensio[i]. Rursum sicut in iudicio alieno nomine nihil agimus: ita & in contractu, nec paciscendo, nec legem discendo, nec stipulando, quisquam alteri cauere potest[k]. ne quidem reipublicæ[l], fisco[m], patrono[n], domino feudi[o], auo materno, uel contrà[p], aut alijs consanguineis[q], patre excepto, cui filius[r], & uice uersa pater filio stipulari potest[s]. Idque uerbis directis, puta, Dabis patri meo[t]. Tabellio uerò[u], & sacerdos, qui cuilibet stipulari possunt[x]: & tutor, qui pupillo[y]: procurator[z], negotiorum'ue gestor domino[a]: creditor, qui debitori[b]: uel creditori debitor[c] stipulari possunt: promissionis uerba in persona propria ita concipere debent, Promittis mihi quòd dabis pupillo uel domino[d]: alioqui si dicerem, Promittis domino: inutilis esset stipulatio[e]: cùm in personam stipulantis initium non habeat[f]. Quòd si haberet, naturalem saltem, (quamuis in alterius utilitatem concepta esset) produceret obligationem[g]. Vnde in casibus quibus sola iurisgentium consideratur æquitas, ualet stipulatio alteri facta[h]: ut puta si iuramento confirmata esset[i], aut si clausulam, Omni meliori modo quo potest, adiectam haberet, quoniam iuramento æquiparatur[k]. Sed & in prætorijs stipulationibus alienum factum promittere possum[l], item si eius cui stipulatus sum postea interesse incipiat, confirmatur stipulatio[m]. Item si mihi & Titio decem stipuler, in quinque saltem ualet stipulatio[n]. Quod si mihi aut Titio decem stipuler, licet integra decem mihi sint quæsita, Titio tamen (quamuis agere non posset[o]) quominus soluatur, prohibere non possum[p]; nisi aut iam litem contestatus sim[q]: aut Titius statum mutauerit[r], uel mortuus fuerit[s]. sed Titius quod ex solutione recepit, mandati actione[t] uel negotiorum gestorum restituere cogitur[u]; nisi animo ipsi donandi in stipulatione adiectus fuisset[x]: quod in dubio minimè præsumitur[y]. Proinde si alterius nomine contrahere non possumus, multò minus ex alterius circumuentione alteri concedenda est actio[z]. Res enim inter alios acta alteri prodesse uel nocere non potest[a]: nec alteri per alterum iniqua conditio, licet in bona secus sit[b], inferri debet[c]. Sed factum cuique suum, non aduersario nocet[d]. Vnde uidemus quòd nec tutoris dolus pupillo nocet[e], nec ex pœnali causa[f] pater, uel hæres[g] nisi quatenus ad illos peruenit (quod uel momento peruenisse sufficit[h]) tenētur[i]: tametsi ex contractibus insolidum teneatur hæres[k]. Sic mora, moroso, nō alteri nocere debet,

c l. nēditor. §. si cōstat. cō. prædio.
d d. l. nemo.
e l. culpa est. ff.
f l. dominium. ff.
g c. locupletari. de reg. iur. in vj.
h l. iure naturæ. ff. eo.
i l. si qs mancipijs. §. fi. ff. de institor.
k l. j. §. j. in fi. ff. de act. tuto.
l Gl. auth. qui res. C. de sacrosanct.
m Glo. d. l. iure naturæ.
n l. item si uerberatum. §. item si forte ager. ff. de rei uend.
o l. id quod nostrum ff. eo.
p l. nemo potest mutare. ff. eo.
q l. serui electione. in prin. leg. j.
r l. si sterilis. § fin. de act. empt.
s ca. quod semel. de reg. iur. in vj.
t l. iudex posteaquā ff. de re iud.
u l. quia arbiter. ff. de arbitr.
x l. quod iussit. ff. de re iud.
y cap. mutare. de reg. iur. in vj.
z l. si pecuniam. in prin. ff. de cond. causa dat.
a §. rectè. insti. mād.
b doct. d. l. serui. d. l. iudex. d. cap. qd semel. cum sim.
c l. nemo alieno. ff. eod.
d l. nō solū. § sed interdū. ff. de pecu.
e l. quæsitum. ff. de in ius uoc.
f l. exigendi. C. de procurat.
g Bart. l. stetti. §. si quis alieno. ff. de his q not. infa.
h Gl. l. Iulianus ff. qui satisd. cog.
i Bart. l. solutionē. ff. de solut.
k l. quo tutela. §. fin. ff. eo.
l l. arbiter intra. ff. de arbitr.
m l. j. ff. de iur. fisci. ubi Bart.
n l. si ita stipulatus. §. chrysogon⁹. ff. de uerb.
o Bart. l. si mihi & tibi ff. de uerb.
p l. pater. C. de pact. cō. l. debitor. in fi. ff. ad treb. q l. iij. §. sed etsi forte iudic. sol. r l. stipulatio ista. § alteri. ff. de uerb. obl. s l. quodcūque. §. j. l. qui dicitur. ff. uerb. obl. t §. j. Insti. de stip. seru. u §. cū autem. Instit. de adopt.

x ca. dudū. de co. a. uerī. coniug.
y l. quoties. i prin. ff. de admi. tuto.
z l. quod procurator. ff. de procur.
a l. Iulianus. ff. qui satisd. cog.
b l. si ita stipulatus. §. possum. ff. de uerb.
c §. sed etsi quis stipuletur. Instit. de inutil.
d d. l. stipulatio ista. §. si stipuler.
e l. eum qui §. Iulianus. ij & §. fin. ff. de consti. pecu.
f l. quæcunque. j. ff. de act.
g l. ea quæ ciuiliter à contr. sensu ff. ac q. rer do.
h Gl. ca. cū omnes. de testa.
i Alex. d. §. alteri.
k l. cū pater. § filiꝰ matrē. de leg. ij.
l l. quotiēs quis. in prin. uers. nā qui alij. ff. d uerb ob.
m §. sed si quis. Instit. de inutil. & argu. d. l. stipul. ista. §. quæsitum.
n §. quod si qs. Instit. de inutil. stip.
o l. sed etsi filio. §. fin. ff. de constit. pecu.
p §. planè. Instit. de inutil. stip.
q l. si qs stipulatus fuerit. x § j in.
r l. cùm quis. ff. de solut.
s l. cùm quis. ff. de uerb. oblig.
t d. § planè.
u Lucro procuratori. §. interdum. ff. de uerb. oblig.
x l. Iulianus. § j ff. de uerb. oblig.
y l. si cùm aurum. ff. de solut.
z ut hic.
a tot. tit. res inter alios. C.
b l. melior. ff. eo.
c l. non debet alteri. ff. eo.
d l. factum. ff. eo.
e l. neque interdicto. ff.
f l. ex pœnalibus. ff. eo.
g l. pupillum. §. in hæredem. ff. eo.
h l. cū prætor. ff. eo.
i l. sicuti. ff.
k l. ad ea quæ. § fin ff.

bet[l], cùm nec dolus alterius, in re siue quæsita[m], siue quærenda, quicquam auferre possit[n]. Sic etiam error librarij contrahentibus nocumento esse non potest[o].

l l. in condemnatione. §. unicuiq. j. eo.
m l. j. ff. de alie. iud. mut. causa.
n l. iij. C. de peric. & com. rei uend.
o l. si librarius. j. eo.

IN LEGEM, CVIVS per errorem.

DVplex est Indebitũ, Alterum, quod omnino non debetur, Alterum, quod per perpetuam exceptionem peti non potest[p]. Primum quinque modis consideratur: Primò, si nullo modò debetur[q], uel quia nunquam fuit[r], uel quia sublatum est solutione seu acceptilatione[s]. Et istud, quocunque errore solutum sit, repetitur[t]. Secundò Indebitũ dicitur, quod sub conditione debetur[u]. repetitur ergo ante conditionem solutum[x], siue per, Si, siue per, Cùm, fuerit concepta[y]: nisi aut conditio iam extiterit[z], aut omnino extitura est[a]. Tertiò omnino indebitum dicitur, si alij, quàm cui debitum est soluatur[b]. Qui igitur soluit falso procuratori, repetere potest[c]: nisi suam rem accipiens recepisset[d]. Sic colonus, si domino qui locauit non soluat sed prædoni, repetet[e]. sicut is qui debitum soluit ei qui se hæredem affirmabat, & succubuit[f]. Quartò omnino indebitum dicitur, si quod alius debet, alius, quasi ipse debeat, soluit[g]. Et ideò etsi is qui non debet soluat, etiam ei cui esset debitum, nihilominus repetet[h]; nisi recipiens suam rem recepisset[i]. Sic is qui soluit debitum hæreditarium tanquam successor, si non succedat, repetet[k]. Quintò omnino indebitum est, si plus debito soluatur[l]. Res ergo indebita loco debitæ soluta repetitur[m], & liberatio condicitur si maior sit promissio quã debitum[n]: & species, ꝓ maiore quantitate quam debita, si soluta sit, etiam integra repetetur[o], sed si maior quantitas soluta esset, quatenus tantum debitum excedit, repetetur[a]. Sic qui utranque rem alternatiuè debitam soluit, plus debito soluit[b], & quod uolet repetere, potest[c]. licet Vlpianus contradixerit[d], & non satis rectè: quia debitor electionem quam in solutione habet, in repetitione habere debet[e]: nisi altera ex rebus esset perempta: altera enim quæ superest, repeti non potest[f]. Sic uenditor hæreditatis, si non retinuit quod mortuus poterat repetet[g]: etiam si esset naturale debitum[h]. Nec obstat, quòd aditione hæreditatis confusum sit debitum[i], quoniam non uenditor, sed emptor, hæreditatis uicem sustinet[k]. Repetet autem pecuniam, quia illam soluisse uidetur[l]. Quamuis is qui res particulares soluisset, res ipsas non aliud repeteret[m]. Rursum si tradidi fundum tanquam liberum, seruitutem quam debet, condicere possum[n]. etsi soluero, cautione quam debebam petere non petita, illam condicam[o]: ut hæres ab usufructuario[p], uel legatario solet[q].

p l. si non sortem. §. indebitũ. cond. indeb.
q Glo. l. j. ff. eo. de cond. indeb.
r l. j. in prin. à contra. sen. s. act.
s Instit. quib. mod. toll. obl. tot. tit.
t l. sed etsi me putem. in princ. ff. cond. indeb.
u l. cedere. s. titu. præced.
x l. sub conditione. ff. cond. indeb.
y l. qui promisit. ff. eod.
z d. l. sub cõditione. cõd. indeb. ff.
a l. q. si sub. eo. tit.
b l. in summa uers. si. in fi. ff. eo.
c l. creditoris. C. eo.
d l. repetitio. ff. eo. titu.
e l. si urbana. ff. eo.
f l. si non sortem. § hæredi. ff eo.
g d. l. in summa. uers. fin.
h l. si penè. § j. ff. eo.
i d. l. repetitio.
k l. v. C. eo.
l §. plus autem. Instit. de act.
m l. si penè. §. si putem. ff. eo.
n l. is qui plusquã. ff. eo.
o d. l. si non sortẽ. §. si centu. l. cùm amplius. j. eo.
a d. §. si centũ. uers. idem marcellus.
b l. si duo rei. s. de uerb.
c l. pen. C. eod. de cond. indeb.
d d. l. si nõ sortem. §. si decem. in fi.
e l. plerunq. in fin. ff. iur. dot.
f l. cùm is qui pamphilum in princ. ff. cond. indeb.
g l. si is qui hæreditatem. eo. titu.
h l. stichũ. §. aditio. ueri. j. s. sol.
i l. debitori. C. de pact.
k l. ij. §. cùm quis. ff. de hær. uel act. uend.
l l. si mulier. ff. de cõd. ob causam.
m l. qui exceptione. §. si pars. cõd. indeb.
n d. l. sed etsi me putem. § j.
o l. si quis cum. ff. eo.
p l. hoc senatuscon sultum. §. j. usufr. ear. rer. quæ.
q l. quibus diebus. de cond. & de.

SECVNDVM uerò indebitum, quod per exceptionem perpetuam peti non potest, tribus modis consideratur: Primò, potest esse naturaliter indebitum, ciuili tamen iure debitum. Sic qui spe futuræ numerationis se obligauit[r], uel se nihil debere iurauit[s], aut pacti de non petendo exceptione tutus est[t], uel ex iudicis sententia duntaxat est obligatus[u], ciuili tantùm iure debet: & quocunque errore soluat repetit[x]. Secundò, Indebitum aliquid iure ciuili esse potest, quod natura debetur. ut in pacto nudo[y], in promissione pupilli[z], in mutuo facto inter fratres in eadem potestate existentes, uel inter patrem & filium emancipatum[a], in debito quod per sententiam fuit declaratum indebitum[b], in operis officialibus[c], in legato debito ex testamento non solenni[e], in eo quod per falcidiam[d], uel trebellianum detrahi potest[e]. Et hoc indebitum per errorem facti, non iuris, solutum repetitur[f]: nisi mulier, aut minor esset: qui etiam per errorem iuris solutum repetunt[g]. Tertiò indebitum consideratur, quod utroque iure tam ciuili quàm naturali est debitum, sed per exceptionem fit indebitum. ut in Macedoniani, & Vel-
leiani

r Gl. l. j. ff. de cond. indeb.
s l. si. in prin. ff. de iureiur.
t l. stichum. §. naturalis. s. de solut.
u l. ab eo. C. quo. & quand. iudex.
x l. si quis iurasset. l. q exceptione. §. fi. ff. cõd. indeb.
y l. iurisg. §. quinimo. ff. de pact.
z l. j. in fi. s. de nouat.
a l. frater. ff. de cõd. indeb.
b l. Iulianus. ff. de cond. indeb.
c l. si non sortem. §. libertus.
e Argu. l. diuus. de milit. testa.
d l. j. C. ad l. falcid.
e l. debitorem. s. de his q̃ in fr. cred.
f l. error. C. ad leg. falcid.
g l. quamuis. §. incertum. ff. ad uelleia.

leiani exceptione[h], in exceptione liberationis[i]. Hoc tertio modo repetitio locum habet, si exceptio sit fauorabilis: ut Velleiani[k], excepta compensationis exceptione, quæ licet fauorabilis sit, non semper repetitioni locum facit[l]: quoniam ad debitum suum consequendum actionem habet. Si uerò exceptio perpetua sit odiosa, ut Macedoniani, repetitio cessat[m]: etiam si ille qui soluit ei succedat, qui repetere potuisset[n]: sed si non soluerit, sed per errorem facti quod ex mutuo debebat nouauerit, ut soluat compelli non potest[8]. Tutus tamen exceptione doli, uel metus, repetere non prohibetur[o]: quia exceptio illa licet odiosa sit, naturali tamen æquitate introducta est: imò plerique eam fauorabilem esse contendunt[p]. Sed quid in eo, qui non perpetua sed temporali exceptione est tutus? Et aperti iuris est, eum repetere non posse[q]. Vnde qui soluit ante diem, non repetit[r]: nisi dies omnino incertus esset[t]: ille enim pro cõditione habetur[t]. Sed etsi sit certus an, incertus tamen quando, in ultimis uoluntatibus repetitur[u], non in contractibus[x]: quoniam in illis certum est omni casu debitum iri. Rursum maritus qui habet exceptionem, ne ultra quàm possit teneatur[y], cùm sit temporalis, si soluat repetere non potest[z]. Sic conuentus, qui opponit, ne ultra peculium conueniatur, cùm dilatoria sit exceptio[a], si plusquã sit in peculio soluat, nihil repetet[b]. Et si obijcias patrem repetere posse[c]: Respondendum est, posse si suo nomine de peculio conuentus soluit: secus si nomine filij[d], qui insolidum ex suo contractu est obligatus[e]. Itaque omnia ea, quæ suprà diximus, locum sibi uendicant in eo, qui per errorem soluit. nam ratione erroris, modò sit probabilis[f], repetere potest, nisi rei iudicatæ autoritate[a], aut ex causa transactionis[b] impediretur repetitio: aut in causis, quæ per infirmationem crescunt, solutio esset facta[c]. Si uerò is qui soluit, scienter indebitum soluerit, si uolens[d], & suo, non alieno nomine soluerit[e] repetere non potest[f]: quoniam ille donare uidetur[g], etiam si hac lege solueret, ut repetat[h]. Hanc enim legem solus ignorans apponere potest[i]. Hæres igitur qui ante peractam querelæ quæstionem legatum soluit, non condicet[k]: sicut nec is, qui sciens se non debitorem, tanquam mulieris debitor sponso mulieris soluit[l]. Idem est in eo qui soluit procuratori, quem falsum aut reuocatum esse sciebat[m]: talis enim, nec si ratihabitio dominij postea superueniret, nunquam repetit[n]. nisi hoc expressè actũ esset, ut hic procurator curaret dominium ratum habiturum[o], aut nisi soluens, qui sciebat hunc falsum esse procuratorem, existimaret illum uniuersalem esse negotiorum gestorẽ[p]. Idem est, si in iure tantùm erraret, non in facto, ut si procuratoris quidem dominum mortuum sciret, sed ignorabat mandatum morte reuocari: in damnis enim iuris error excusat[q]. Similiter si debitor sciret, procuratorem esse falsum, sed procurator illum hoc scire nesciebat: procuratoris enim ignorantia donationem impedit[r]. Sed etsi procurator falsus existimans se ad restitutionem teneri, si restituerit, ratione obligationis antidoralis, qua tenebatur[s], repetere nihil poterit[t].

h Glo. l. cùm quis. C. de iur. & fact. igno.
i d. l. si nõ sortem. § adeo.
k l. qui exceptionẽ. in prin. ff. eo.
l l. qui inuicem. ff. eo. cum Bartol.
m d. l. qui exceptionem.
n d. l. si nõ sortem. § si filiusfa.
8 l. si. ff. ad Maced.
o l. qui se debere. ff. de cond. causa dat.
p Alex. d. l. qui exceptionem.
q l. nam si cum moriar. ff. cond. indeb.
r l. in diem. ff. eo.
s l. sub cõditione. in fin. ff. eo.
t l. dies incertus. ff. de cond. & de.
u l. si cũ hæres. in prin. quand. dies leg. ced.
x d. l. nam si cùm moriar.
y l. maritum. ff. sol. matri.
z l. quod nomine. cum seq. ff. cond. indeb.
a l. quæsitum § is qui semel. ff. de pecul.
b l. si is cum quo. ff. cond. indeb.
c l. si quis reum. §. j. uers. sed est uerius. de lib. lega.
d Arg. l. j. in fi. cum l. seq. ff. de cond. fur. pecu.
e l. si quis cũ filio. ff. de pecul.
f l. error. l. regula. l. nec supina. ff. de iur. & fac. ign.
a l. j. C. de cõd. indeb.
b l. ij. C. eo.
c l. ea quæ. C. eo. § si in an. de obl. q ex quasi. contr.
d Arg. l. rẽ legatã. in fi. de adi. leg.
e Barto. l. j. §. hæc uerba. ꝫ. ne uis fiat ei.
f l. j. ff. de cond. indeb.
g ut hic.
h l. quod si sciens. ff. cond. indeb.
i l. ij. ff. eo. in prin.
k l. eum qui. § item quæsitum est. ff. de inoff. testa.
l l. qui se debere. ff. cond. causa dat.
m Glo. j. l. si procuratori falso. ff. cond. causa dat.
n Doct. d. l. si procuratori.
o Bart. l. si dispensatorem. ꝫ. de solut.
p l. si ego. ff. de neg. gest.
q l. error. l. iuris. ff. de iur. & fact. ig.
r l. si ego. ff. si cer. pet.
s l. sed etsi lege. §. consuluit. de pet. hæred. ff.
t l. si testamento. § j uers. præterea quod creditor. ꝫ. de fideiuss.

IN LEGEM, NVLLVS uidetur dolo.

NVllus uidetur dolo facere, qui suo iure, aut publico[u], utitur[x]: nec uim facit, qui ordinaria actione experitur[y]. Qui igitur quod suum est recipit, nihil dolo facit[z], cum nec ad restitutionem obligatus sit[a]. Secus est in eo qui id petit, quod restituturus est[b]: nam ille aliquando per doli exceptionẽ repellitur, aliquando etiam actione cogitur[c]. Si tamen restitutio ex interuallo facienda esset, petens non est in dolo[d]: sicut nec ex eo casu quo non planè certũ est quid restituẽdum sit[e], aut quo non ei qui dat, sed alij qui nec danti restituere deberet[f] facienda esset restitutio[g]: aut quo petens recuperandæ possessionis egeret interdicto[h]. ante omnia siquidem

u l. iniuriarum. § is qui iure. ꝫ. de iniur.
x ut hic.
y l. nullum cuique. § j. ꝫ.
z l. nihil dolo creditor. ꝫ.
a l. repetitio. ff. de condict. indeb.
b l. in condemnatione. § si ꝫ. eo.
c l. dolo facit. ꝫ de except. dol.
d l. fin. ff ut legat. no ca.
e l. j. §. redeguntur. cum glo. ꝫ. quor. legat.
f l. si donaturus. §. fin. in l. j ff. de cond. caut. dat.
g l. si tocer. § Lucius. ff sol. matr.
h Gl. d. l. in cõdemnatione. § fin.

dem spoliatus restituendus est[i], quamuis de dominio suo statim spolians docere uellet[k]. Sed si petens adipiscendæ possessionis interdicto ageret, doli exceptione non repellitur, nisi reus incotinenti de iure suo docere uellet[l]. Idem est si ageret interdicto retinendæ[m]. De iure suo autem intelligo, non dominij sed possessionis: quia apud alium potest esse iusta possessio, apud alium dominium[n]: cùm nihil commune habeat proprietas cum possessione[o], sed separatæ sunt utriusque causæ[p]. Sciendum est autem, eum quem dicimus dolo carere cùm suo iure utitur, in dubio semper præsumi suo iure uti[q]. ut cùm creditor rem sibi pignoratam aufert[r]. Secus autem si ui raperet[s], raptor enim etiam rei suæ quam rapuit dominio priuatur[t]. Dicitur autem suo iure uti, si rem suam meliorem faciat, quamuis ex hoc damnum consequatur tertius[u]. Et ideò si aperto in domo mea puteo uenæ putei tui præcisæ sint, damni nõ teneor[x]: nisi animo tibi nocendi puteum aperuerim[y], aut nisi aliquid in re tua immiserim. nam hoc facere non possum, licet eo facerem animo, non ut tibi noceam, sed ut mihi prosim[z]. Sic legitimus hæres, qui & institutus est, non est in dolo, si uiam eligat, qua plus consequatur[a], nec edictum, si quis omissa causa testamenti fraudare intelligitur[b]. Item is dicitur suo iure uti, qui uitat ne quid sibi damni contingere posit, quamuis id tertio noceat[c]. Et idcirco qui negotia mea gerit, si imprudẽter rem meam emat, quam meã postea esse cognoscat, non est in dolo si alium nomine meo à se petentem subijciat ut emptorem de euictione conueniat[d]. Nec obstat, quòd de calumnia iurare teneatur[e]: quia cùm dolo careat, iurare potest. Et si dicas, quo modo ille alius quem negotiorum gestor subiecit, sine mandato euincere potest[f]? Respondendum est, Non posse euincere, si per exceptionem repellatur: sed cùm illa sit declinatoria exceptio, si omittatur non nocet[g]: & ob id maximè, quòd negotiorum gestor ideo illam omittit, ne mihi actione negotiorum gestorum teneatur.

i l. si quis à se fundum. C. ad l. Iul. de ui.
k cap. j. de restit. spoliat.
l l. iij §. duæ causæ. ff. de carbo. edict.
m Bart. l. naturaliter. §. nihil commune. in j. lect. ff. acquir. poss.
n l. j §. huius antẽ. cõ seq ff. uti pos.
o d. §. nihil commune.
p l. permisceri. in prin. ff. acq. poss.
q l. merito. ff. pro socio.
r l. cum creditor. ff. de furt.
s l. iij. C. ui bon. rapt.
t l. si quis in tanta. C. unde ui.
u l. proculus. ff. de dam. infect.
x l. fl. aminem. §. fi. ff. de dam. infect.
y l. j. § denique. ff. de aq. plu. arc.
z l. si quando. §. fi. si ser. uend.
a l. si pater. §. Titio. de leg. ij.
b l. si pupillus. in fi. princ. de acquir. hæred.
c d. l. cũ creditor.
d l. at qui natura. §. cum me. ff. o. go. gest.
e l. ij. C. de iur. calum.
f l. si rem quam. §. duplæ. l. si dictũ. §. si cùm posset. ff. de euict.
g l. si fideiussor. §. quadã. ff. mãda.

IN LEGEM, BONA fides.

CVm ea quæ superflua sint in iure reprobentur[a], non mirum est, si de eodem geminus actus interueniat, secundum, qui nihil plusquàm in primo sit contineat, inutilem iudicari[b]. Hocq́ multis modis declarari potest. Primò, Traditur, bis idem exigi non posse[c]: quoniam cùm p̃ primam solutionem eius quod debebatur sublata sit omnis obligatio[d], bona fides non patitur, ut semel exactum iterum exigatur[e]. Quare rei debendi, licet singuli insolidum obligati sint, uno tamen soluente cæteri liberantur[f]. Idem multò magis in eo est dicendum, qui eandem rem ex duabus lucratiuis causis consequi poterat[g]: nam si rem ex altera quæ sine reuocatione[h] rem perpetuò accipientis faciat[i] consequutus est, ex altera, quamuis pro illa alius esset obligatus (nisi esse quantitas quę à diuersis bis petitur[k]) nihil exigere potest[l]. Secundò regula habet locum in contractibus, siquidem si eandem rem bis mihi uendidisti, secunda emptio est irrita[m]: sic si bis de eadem re quid faciendum mandasti, secundum mandatum actionem non parit[n]. Sic idem bis promitti non potest[o], nisi prima stipulatio inefficax esset[p]. Vnde ex constituto nudæ promissionis agitur[q], & ex gemina mulieris intercessione[r]: dum tamen eodem tempore geminatio non interuenerit: illa quippe non plusquàm simplex operatur[s]. Aut nisi stipulatio secunda nouandi animo fieret[t], aut nisi id promitteretur quod ex alia obligatione debebatur[u]. Interest enim nostra, plures diuersarum specierum habere actiones[x], quamuis una contenti esse debeamus[y]. Tertiò regula procedit in ultimis uoluntatibus[z]. Et ideo si ille idem qui institutus fuit substituatur, inutilis est substitutio[a].

Similiter eadem species bis legari eidem non potest[b], nisi à diuersis legaretur: quo casu si prius ab uno æstimationem petierim, ab alio, rem ipsam petere possum[c]: sed si prius rem ipsam sum consequutus, æstimationem

a l. hæc stipulatio. §. diuus. ut lega. r. o. a.
b l. qui usumfructum. uers. j. & ij. ff. de uerb. oblig.
c ut hîc.
d Instit. quib. mod. toll. obl. in prin.
e cap. bona fides. de reg. iur. in vj.
f l. iij. in fin. ff. de duob. reis.
g l. omnes ff. de act. & oblig.
h l. inter stipulantẽ §. si rem quã. ff. de uerb. oblig.
i l. si quis duos. ff. de solut.
k l. Titia Seio. in princ. leg. ij.
l l. apud Celsum. §. autoris. ff. de excep. dol.
m l. si id quod. ff. de rescind. uend.
n Glo. l. licet. §. ex. ff. de procurat.
o l. qui bis idem. ff. de uerb. oblig.
p l. si dari. ff. de uer. oblig.
q l. j. §. fi. de const. pecu.
r l. si mulier. ij. C. ad Velleia.
s l. iiij. cum gl. ff. de pign. act.
t § præterea. insti. quib. mod. toll. oblig.
u l. duo societatẽ. ff. pro socio.
x l. cum filius. §. uarium. leg. ij.
y l. nemo ex his. §. j. ff. eo.
z l. si te solũ. § sed si te. ff de hæred. instit.
a l. sed si plures. §. fi. ff. de uulga.
b l. cum quæstio. §. fi. C. de legat.
c l. planè. § j. uers. sed si duorum, de leg. j.

tionem petere prohibeor[d]. Eadem uerò quantitas sæpius legata sæpius debetur[e], si testator legatum multiplicare uoluerit: quod præsumitur, si in diuersis scripturis bis quantitas legata sit[f]: secus si in eadem. Quartò regula subsistit in delictis[g], de eodem nanque crimine, ne poena delictum excedat[h], nemo bis accusari potest[i]: siue ab eodem[k], siue à diuersis instituatur accusatio[l]. nec refert an propter idem delictum: delinquens pluribus legibus teneatur[m]: nisi una lex ciuilis esset, alia criminalis: tunc una aliam non tollit[n]. sicut & quando utraque ciuilis est, ex utraque agitur, quatenus una aliam excedit[o]. Aliquando tamen secundus accusator admittatur, si uel de præuaricatione primi docuerit[p], uel propriam iniuriam prosequeretur, simulque doceret se primam ignorasse accusationem[q]. Docere autē dicetur, si aduersarius nō probet illū sciuisse[r]. Quoniā quilibet ignorasse præsumitur[s], nisi aut uicinus esset[t], aut publicæ famæ præsumptionem cōtra se haberet[u]. Rursum si propter ineptitudinē libelli reus fuerit absolutus, iterum accusari potest[x]: sed nō per eundē, sed p alium iure canonico[y]: quoniā idem ob inimicitiā, quam ex prima accusatione contraxit, à secunda repellitur[z]. Præterea antequam primus accusator litem cōtestatus fuerit, plures ad accusandū prosilire possunt[a]. sed iudex ex causa idoneiorem eligere debet[b], nisi omnium principaliter interesset, quo casu omnes admittuntur[c]. Sunt & alij casus quos Felynus cumulat, quibus accusatio iterari potest[d]. Si uerò plura essent delicta, tot accusationes esse possunt quot delicta[e]. Poenales siquidem actiones, ex diuersis delictis prouenientes sese non impediunt[f]. Siue ex diuersis factis, siue ex eodē plura delicta nascantur[g]. tunc tamen pluribus actionibus insolidum non agitur, sed catenus, quatenus se excedunt[h]. Sed hæc fusius alibi explicantur[i].

d § si res aliena. in fi. insti. de legat.
e d. §. j. uers. sed si non corpus.
f l. quingenta aliâs quinquaginta. ff. de probat.
g Glo. ij. Insti quib. mod. toll. obl. in princ.
h l. pen. in fin. ff. naut. caup. stab.
i l. qui de crimine. in prin. C. de accusat.
k l. accusationē. C. de his qui accus. non poss.
l d. l. qui de crimine.
m l. senatus. ff. de accusat. cum gl.
n l. unic. C. quand. ci. act. cri. præiud.
o l. j. ff. ui bon. rap.
p l. si quis homicidij. C. de accusa.
q l. si cui. § iisdem. ff. de accusat.
r l. super seruis. C. q milit. nō poss.
s l. uerius. ff. de probat.
t c. quoidam. cum seq. de præsumpt.
u Gl. l. v. C. de per. tuto.
x l. libellorum. §. quòd si libel. i. ff. de accus.
y Fely. cap. de his extra. de accusa.
z ca. inquisitionis. §. j. extra. de accusat.
a Glo. ij. in fin. d. l. qui de crimine.
b l. si plures. ff. de accusat.
c l. iij. §. si plures. ff. de sepulcr. uio.
d Fely. d. cap. de his.
e l. ij. ff. de priuat. delic.
f l. nūquam actiones. ff. eod.
g d. l. qui de crimine. uers. j.
h d. l. j. ui bo. rapt.
i d. l. qui de crimine. d. cap de his.

IN LEGEM, EX POEnalibus.

SCiendum est, patrem filij nomine, cui nullum concessit peculiū, non teneri[k]. Alioqui si concesserit, quatenus est in peculio obligatur[l], quoniā peculium, licet ex uoluntate patris reuocari possit[m], interim tamen pusillum filij dicitur patrimonium[n]. Et hæc intelliguntur de profectitio peculio[o], quia ex re patris proficiscitur[p]: & idcirco profectitium est appellatum[q]. Cuius peculij nomine adhuc, non tenetur si illi, aut ei quem in potestate uel cura habet, tantum debeatur, quantum est in peculio[r], quod debitum aliunde consequi non potest[a]. Similiter si cum impubere cōtractum fuerit, pater de peculio, nisi quatenus locupletior est factus, non conuenitur[b]. Sic ex delicto filij, pater de peculio non tenetur[c]: nisi quatenus locupletior factus est[d]: per liberam quippe peculij administrationem, si filius donandi potestatem non habeat[e], multò minus delinquere, aut quid aliud illicitum facere potest[f]. Vnde pater non tenetur, si filius ludendi causa pecuniam mutuò accepit[g]. Publicatis igitur bonis filij delinquentis, non intelligitur publicatum eius peculium[h]: sicut nec econtrà, publicatis bonis paternis, filij peculium non est publicatum[i]. Veruntamen si filiusfa. in magistratu litem suam fecerit, licet sit ex quasi delicto obligatus[k], patrem tamen quatenus est in peculio obnoxiū facit[l]. Quoniam ratione publici officij pater magis filij nomine obligatur, quàm in alijs casibus[m]. Ex peculio uerò castrensi, hoc est ex bonis militiæ causa filio concessis[n], non pater[o], sed filius tenetur[p], cùm ex his nihil patri quærat[q], sed filius in his loco patrisfa. habetur[r], omniaque in his potest quæ in proprijs patres possunt[s]. Idem est in quasi castrensibus bonis[t], id est in his quæ filius ex functione aliqua publica adsequitur[u]. Mortuo tamē filio, pater si iure peculij castrensia illa bona possideat, intra annum[x] si tanquam hæres ut fit hodie[y] perpetuò tenetur[z]. Ex peculio item aduentitio, id est, ex bonis fortuitò filio quæsitis[a], pater, quia in illis hodie usumfructum duntaxat habet[b], conueniri non potest: sed nomine filij consentientis litem suscipit, & pro illo agit[c].

k Rub. ne filius pro patre. C.
l § actiones autē de peculio. Insti. de act.
m l. non statim. ff. de pecul.
n l. depositi. uersi. ult. ff de pecul.
o l. iiij. §. ult. ff. de pecul.
p §. sancitū. Instit. per quas person. nob.
q d. §. sancitum.
r l. peculium. ij. in prin. & §. j. ff. de pecul.
a l. si noxali § qd autē ff. de pecul.
b l. j §. si cū impubere. ff de pecul.
c ut hic.
d l. iij. §. ex furtiua. ff. de pecul.
e l. filiusfa. in prin. ff. de donat.
f l. creditor. § Lucius. ff mand.
g l. fin. C. de religio. & alex lusu.
h l. iij. ubi Bald. C. de bo. proscript.
i Barto. per tex. l. iij. § sed utrū circa fi. uers. ultimo uoto. de minor.
k §. fi. Insti. de obl. quæ ex quasi male.
l l. iij §. si filiusfa. ff. de pecul.
m l. quoties. ff. ad municipal.
n l. j. de castr. pecul. mil. lib. 12. C.
o l. ex castrēsi uers. si quando. ff. castr. pecul.
p l. his nulla. ff. de iudic.
q § igitur. Inst. per quas perso. nob. acq.
r l. ij. ff. ad maced.
s Instit. quib. non est permis. face. testa. in prin.
t d. § igitur. cū fi.
u l. iiij. C. de aduoca. diuers. iudic.
x l. j § prin. ff quib. de pecul. act. an.
y l. fin § similiq; modo. C. de bo. quæ lib.
z l. pater qui castrēse. uers j. ff. de castr. pec.
a l. cùm oportet. in prin. C. de bon. quæ lib.
b d. l. cū oportet. in princ.
c l. fi. §. ubi autem. C. de bon. q lib.

IN

IN LEGEM, SEMPER qui non prohibet.

Mandatum aut fit expreſſo conſenſu[d], aut tacito, cùm quis pro me non contradicente interuenit[e]: uel cùm patior ab alio mandari, ut mihi credatur[f]: ſiue me præſente, ſiue me abſente, ſciẽte tamen[g], iſta fiãt[h]. Sciens enim & tacens, in actu qui illius fauorem non præiudiciũ reſpicit[i], pro conſentiente habetur[k]. Vnde quidã dixerunt, donationem, cùm ſolo pacto hodie tam inter uiuos[l] quam cauſa mortis fiat[m], tacenti, quoniam præſumatur conſentire, fieri poſſe. Sed Decius hic reclamat, quoniã tacitus iſte conſenſus pollicitationem potius quàm pactum inducit[n], aut ſaltem pactum eſt præſumptum quod ad donationẽ perficiendam ſufficere Bartolus negat[o], ne ex duobus ſpecialibus, quæ concurrere nõ ſolent[p], ſuſtineatur donatio: ex pacto uidelicet nudo, item & ex præſumpto. Tertiò mandatum dicitur cùm quis ratum habet: id eſt comprobat[q] quod geſtum eſt[r]. Ratihabitio enim mandato æquiparatur[s] uimq; iuſſus habet[t], cùm ad id tempus retrotrahatur, quo factum quod habetur ratum inceptum eſt[u]. Ratihabitio autem non ſolùm uerbis, ſed & facto intelligitur[x]. Veluti ex fructuũ perceptione[y]. Item non ſolum parte præſente, ſed & abſente fieri poteſt[z]. cùm ea quæ ex mera alicuius uoluntate pendent, qualis eſt ratihabitio[a], partis præſentiam non requirant[b]. Præterea ratihabitio, etiam in his actibus, qui ſpeciale mandatum requirunt fieri poteſt[c]. Et ideo in delictis, licet illa non comprehendãtur in generali mandato[d], ratihabitione perinde quis obligatur[e], ac ex mandato[f], Cæterùm quibuſdam caſibus ratihabitio non admittitur. In primis illud quod noſtro nomine geſtum non eſt, ratum habere non poſſumus[g]. Noſtro autem nomine dicitur geſtum, quod à falſo procuratore eſt geſtum[h], uel etiam, ſaltem quod ad ratihabitionem attinet, ſi res noſtra ab aliquo uendita ſit[i]: uel ſi pater, aut dominus ratum habuerit, quod à filio[k] ſeruo'ue eſt geſtum[l]. Quod intelligendum eſt, ſi tanquam pater ratum habuerit. aliâs ratihabitio, tanquam ab extraneo facta, nullius eſſet momenti[m]. Similiter hæres poteſt habere ratum, quod nomine defuncti eſt geſtum[n]: modò id quod geſtum fuit, ab ipſo defuncto fuiſſet agnitum: alioqui ſecus[o]. Poſſum etiam quod meo nomine non eſt geſtum, ratum habere, quo ad aliquod iuris mei præiudicium[p]: non autem ut fungar illud factum geſsiſſe[q]. Secundò nulla eſt ratihabitio, ſi eo tempore fieret, quo negotium quod ratum habetur ipſo iure geri non poſſet[r]: tametſi adhuc hoc caſu in præiudicium noſtrum admittatur ratihabitio[s], ut patet in homicidio, ex quo, licet amplius committi non poſsit, ratihabitione obligamur[t]. Sed ſi non ipſo iure ſed propter hominis factum negotium geri nõ poſſet, tunc adhuc admittitur ratihabitio[u], quoniam in his ex quibus actus uitiatur, durius cum lege quàm cum homine agitur[a]. Item ſi ratihabitio fieret non ad actus confirmationem, ſed ad aliquod ius ratum habenti quærendum: quocunque tempore fieri poteſt[b]. Tertiò, Ratihabitio in tertij præiudicium nunquam fieri poteſt[c], ex illa uulgari regula, quod res inter alios acta, tertio præiudicare non poteſt[d]. Quartò reprobatur ratihabitio eius actus qui ipſo iure nullus eſt[e]: nam quod nullum eſt, confirmari non poteſt[f]. non poſſum igitur ratum habere, quod ſeruus uel monachus ceu procurator fecit[g]. actus tamen nullus ita ratihabitione confirmari poterit, ut ualeat ex ratihabitionis tempore non autem ut retrotrahatur[h]. Quintò in his actibus in quibus lex pro forma mandatum[i] aut iuſſum requirit[k], ratihabitio non ſufficeret: quoniam à legis forma expreſſa recedere non poſſumus[l]. Et ideo ſi in actum requirat licentiam, non ſufficeret ratihabitio[m]: idem ſi requiratur conſilium[n].

Sextò ueritate inſpecta, ratihabitio cùm ſit tantùm legis fictio, à mandato differt[o]: & ideo in ſtatuto, uel materia ſtricta ſi de mandato fiat mentio, ratihabitio non ſufficeret[p]. Sic in

F actib

d l. j. ff. mand.
e ut hic.
f l. qui patitur ff. manda.
g l. qui fide ff. manda.
h Bar. l. quo enim. § rem rat. hab.
i l. ſicut § non uidetur. ff. quibus mod. pig.
k l. ſi remunerãdi. §. ſi paſſus. ff. manda.
l l. ſi quis argentũ. §. ſin autem hoc. C. de donat.
m Gl. j. l. ſi pater. §. mæuio. leg. ij.
n Lex pollicitatione. § de pollicit.
o Bart. l. iurisgentium. §. quinimo. ff. de pact.
p l. j. cum gl. circa fi. C. de dot. promiſſ.
q l. quo enim. uerſ. j. § rem rat. hab.
r ut hic.
s l. hoc iure. §. ratum. § eo.
t l. j. §. ſi ratũ. quod uiſſu.
u l. ſi fundus. § j. ff. de pignor.
x l. Paulus. § rem rat. hab.
y l. ſi proponas. §. j. ff. de inoff. teſt.
z Bar. l. quo enim. § j. in fin. § rem rat. hab.
a l. pompo. j. ff. de neg. geſt.
b l. cũ pater. §. donationis. leg. ij.
c l. quod ſi de ſpeciali. ff. de mino.
d l. creditor. §. Lucius. ff. mand.
e l. j. §. detectiſſe. uerſ. ſed etſi cum quis. § de ui & ui arma.
f l. non ideo minus. C. de accuſ.
g cap. ratũ. de reg. iur. in vj.
h d. l. quo enim. uerſ. j.
i l. mater. C. de rei uend.
k l. fin. C. q. admit.
l l. ſi res. §. quod ſeruus de in rem uerſ.
m l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. neg. geſ. ff.
n l. ſi ſine §. ſi procuratori. § rem rat. hab.
o l. iij. §. acquirere in fi. ff. de bo. poſ.
p d. l. ſi fundus. §. j. & l. iij. C. de rei uend.
q Barto. d. l. j. §. ſed et ſi cum quis. de ui & ui ar.
r l. bonorũ. § rem rat. hab.
s d. §. ſed etſi cum quis.
t ca. j. de homici.
u l. cũ decem §. fin. § de ſolut.
a l. ſi libertus. ff. de iure patro.
b Bar. l. j. C. qui admitti. ad bo.
c l. ſi quis differentis §. h. § de ſolut.
d titulo, res inter alios. C.
e Bart. l. quod obſeruare. j. oppo. off. proconſ.
f l. v. ff. de iniuſto rup. uerſi. nam ſi.
g Gloſ. l. licet. ff. de iudic.
h Bartol. d. l. quod obſeruare. §. j.
i Gl. uerb. ſpeciali. cap. nonnulli. de reſcript.
k l. ſi quis mihi. §. iuſſum. ff. acquir. hæred.
l l. qui hæredi. ff. de cõd. & demõ.
m Barto. l. ſi autem plures. de aqua plu.
n l. Titium. & Mæuium. in princ. ff. de admini. tut. & ibi Bart.
o Bartol. l. ſi is qui pro emptore. nu. iiij. § de uſucap.
p Bal. l. executorẽ. C. de execut. rei iudi.

actibus qui per alium fieri non possunt, ut est adulterium, ratihabitio nihil operatur[q]. fictio etiã super impossibili nihil prodest[r]. Septimò dominus post reuocatum mandatum, ratũ negotium non habet[s]. Quod enim semel reprobauit, amplius approbare non potest[t]: sicut nec reprobat, quæ semel approbauit[u]. Bartolus tamen dissentit: quoniam sicut nouum interuenire potest mandatum, ita & noua ratihabitio[x]. Postremò, Ratihabitio solis signis, nisi expressa uerba interueniant, fieri non potest[y]. Item nec in actu qui pendere non potest[z].

q Bald.l.fina.C. ad maced.
r l. qui ad certum. ff locat.
s l dispensatorem. ff. de solut.
t cap. quod semel. de reg. iur. in vj.
u l.sicut. C. de repud.hæred.
x Barto.l.pompo. in fin.ff. de nego. gest.
y Fely. ca. sicut.ij. de iuramento.
z l.recepta.in fi.ff. cõmunia præd.

IN LEGEM, DOMVM suam,

Libera potestas quam quisq; in rebus proprijs habet[a], restringitur in domo: quam sicut dominus quandoque reficere compellitur, ut & de nouo ædificare cogi potest[b]: ita quoq; illam non semper liberè reficere potest. nam ædificando aliquid in alienũ ædificium immittere non possum[c], neq; citra pactum [d] iuxta aream uicini ædificare, si obstaculo essem quò minus frumentũ expurget[e]: neq; contra seruitutem, quam domus mea debet, ædificare[f]: sed si seruitutem non debeo, quamuis tuas ædes obscurem, agere non poteris[g]: non enim teneor, si ex mea refectione lucrum quod habebas amiseris[h]: nisi in loco publico ius ædificandi esset mihi concessum. nam saluo etiam lucro alterius intelligitur permissum[i]. Sed si quæras, quando domus dicatur seruitutem debere? Respondebo, hoc constare ex pacto, uel testamento[k]: quia his modis quæcunque seruitutes constitui possunt[l]. Quòd si nõ appareat, domus quæ depressior est, non potest inuito uicino altiores ædes habente eleuari[m]: cùm antiquorum ædificiorum forma atq; status debeat seruari[n]. Depressior igitur domus seruitutẽ debet, quæ quandoq; urbanorum prædiorũ est,[o] quandoq; rusticorum[p], & duobus nominibus appellatur. Respectu illius, qui altiorem domum habet, Seruitus altius non tollendi dicitur[q]; respectu

a l.dudũ.C.de cõtrah.empt.
b l.singularium.C. de ædif.pri.
c l. sicuti.§. Arist. si seruit.uend.
d l.ij.in princ.cum gl.ser rust præd.
e l.fi.§ fi C.de seruit.& aq.
f l.iij. ff. de seruit. urb.
g l.c.si eo.de serui. urba.
h l. proculus.§. de damn.infect.
i l. ij.§. merito. ff. ne quid in loco publ.
k l.qui luminibus. § fi.l.fi testamento.de ser.urba.
l § fi.Instit.de ser. rust.præd.
m l.etsi forte.§.sed dum.si ser.uend.
n d.l. qui luminib. in princ.
o § æquè.Insti. de actio.
p l.ij.de ser.rust. rustico.

illo, qui domum depressam habet, Seruitus est altius tollendi[r]. Quoniam cùm ædificat duo consequitur, suarum ædium seruitutis remissionem[s], & altius tollendo quodammodo seruitutem uicini ædibus imponit, quas depressiores, dum suas altius eleuat, facit[t]. Ex quibus sequitur, eum qui domum depressam habet, si altius tollere uelit, duobus modis agere posse: & negatoria actione, negando seruitutem altius non tollendi: & confessoria, asserendo sibi ius altius tollendi competere[u]. Vtilius tamen confessoria aget, quàm si neget aduersario ius non esse altius non tollendi[x]. Ex diuerso uerò, si ille qui altiorem domum habet impedire uelit, ne depressa domus eleuetur, duobus quoq; modis agere potest: Confessoria, affirmans se habere ius altius non tollendi: utilius tamen illi erit Negatoria agere, asserens aduersario ius non esse altius tollendi[y]: quoniam per negatoriam onus probandi in aduersarium transfert[z], quo non probante, tantum consequitur, nimirum seruitutem, quantum si confessoria egisset, in qua probationis illi incumbit onus[a]. Et ita hac in re tam difficili præter omnium sententias[b] ipse sentio. Cæterùm quo ad legem nostram attinet, sciendum est, eum etiam domũ suam reficere posse, etsi de nouo ædificandi ius nõ habeat[c]. Nam licet larga significatione uerbo Reficiendi contineatur uerbum Aedificare[d]: attamẽ propriè aliud est Facere, aliud Reficere[e]: hacq; ratione usufructuarius, qui noui nihil facere potest, ius reficiendi habet[f]. Rem tamen omnino destructam reficere nõ licet, quia hoc perinde est, ac de nouo facere[g]. Vnde in hac re restituta, uti in noua, legatum[h] aut usufructus extinguitur[i]. Verumtamen reparatio rei prorsus destructæ facilius quandoq; conceditur, quàm noui ædificij constructio[k].

q l.ædificia.l.si domus.de ser.urba.
r l.fin.in princ. de seruit.l.ij.ser. rustic.
s l.si ædes.§. de ser uit.urba.
t d.§ sciendũ.uers. sed si patiente.
u l.si priusquã.uers. idemq; econtrario.ff.de no.ope. nunc.
x Argu. l. sed etsi possessor.in princ. ff.iureiur.
y d.l.si priusquã. in princ. & l.iij. §.h.si ser.uend.
z l.si in ædibus.in fi.C.de seruit.
a Glos.d.l. sicuti. §.sed si.
b Doct.d.§ æque. & d. l. si priusquam.
c l.iij.C. de operib.public.
d l.j. uersi. uerb. ff. de riui.l.j. uersic. pen.de mort.inf.
e l.ij.§.reficere.ff. de iti.actuq; pri.
f l. hactenus.ff. de usufr. & quéad.
g l.inter stipul. §. sacrã.in fi. uers si. sed si utique.ff. de uerb.oblig.
h l. si ita legatum. §.si domus. de leg.j.
i l.quid tamẽ.uers. non tantum. de usufru.
k Arg.l.fi.ff. de decurio.

IN LEGEM, fructus.

De fructibus, & fructuum impensis,

Fructus

FRuctus & strictè, & largè accipiũtur: strictè, quia à ferendo Varrone reste deducti sunt [a], idem ne quod fertur, modò renasciturum sit, Fructus appellari solet [b]. Vnde quod ex arboribus nascitur, Fructus arborum uocamus [c], ipsæ uerò arbores fundi fructus sunt, modò renascãtur, & sint cæduæ [d]; secus si non sint cæduæ, sed frugiferæ, quoniã illæ fundi substantiam, & proprietatem magis concernunt [e]. Quicquid præterea in fundo nascitur, Fructus fundi nuncupatur [f]: siue sit uenario [g], (modò fructus fundi ex uenatione constet, nõ aliter [h],) siue sint lapidicinæ, argẽti sodinæ [i]. Quẽadmodum arborũ uel prædiorum, sic & pecudum appellamus fructus: foetum, lac, pilum, lanam [k]. quia tales res sunt quæ renasci solent [l]. Excipiunt tamen iureconsulti ancillæ partum, quem ideo in fructu cõtineri nolunt, quòd omnes fructus hominum gratia, natura comparati sint [m]. Sed contrà grauatus restituere hæreditatem post mortẽ, sine reditu lucratur fructus [n]. Vnde cùm partum ancillæ lucretur [o], ille in fructu esse uidetur. Copus non erubuit, Antinomiam iuris affirmare, quæ conciliari non posit; Accursij dissolutiones reprehẽdens [p]. Sed ego Accursium sequor, nam cùm partus ancillæ in fructu non esset, uidebatur indistinctè quòd ille restituẽdus esset [q], quemadmodum & alius partus qui in gregis locum submissus in fructu non numeratur [r]. Sed Paulus distinguit, ancillæ partum ante diem fideicommissi restituẽdi natum, in fructu quodammodo esse [s], & ideo retineri posse [t]. Secundò fructus largè usurpantur, pro quacunq; rei commoditate [u]: unde nunc fructus à fruendo deduci possunt [x], necnon pro ipso usufructu accipiuntur [y]: hacq; ratione arbores frugiferæ, si uetustę sint, quasi in fructu essent cædi possunt: modò in illarum locum aliæ substituantur [z]: Idem est de arboribus ui tempestatis euulsis, quæ quamuis in fructu non sint [a], quasi tamen essent pro necessitate usufructuarius utitur [b]: nec in locũ euulsarum alias substituere tenetur [c]: in hac larga significatione, prædiorum pensiones [a], mercedes seruorum, operæ, uecturæ nauium, & iumentorum [b], usurę [c], id quod nostra interest [d], & generaliter id omne quod ad usum hominum inductum est, fructuum loco habetur [e]. Vnde lex quærit, Num in omnibus rebus petitis aliqua sit fructuum condemnatio? Et respondet, Commodi alicuius respectu esse [f]. quod Bartolus uerum esse censet, si commodum sit quod iteretur; secus si semel tantùm capiatur [g]. sufficit tamen quòd sæpius non idem numero, sed genere renascatur; ideo iurisdictionis fructus sunt, Mulctæ, & Confiscationes, licet nõ eædem in specie renascantur [h]. Sic salarium tabellionis, præsentatio iurispatronatus in fructu esse dicitur [i]. Verumtamen in hac secunda significatione, statutum, in quo de fructibus fieret mẽtio, minimè esset intelligendũ [k]: propter propriã quæ in illo obseruari debet significationẽ [l]. Proinde hæc duplex fructus significatio, quæ in ueritate consistit, legis fictione coarctatur. Lex quippe ait, Fructus dici, qui deducta impensa [m] uel etiam deductis operis, & labore [n] supersunt: adeò, ut antequam illa fiat fructuum inter aliquos diuisio, huiusmodi sumptus deducendi sunt [o]. siue ego sumptus illos fecerim [p], siue procurator meus fecerit [q]. Nec refert, an is qui prædo sit, illos fecerit [r], cùm & omnis condemnatus tales sumptus iustè factos recuperet [t]. nullus enim casus, ne quis cum aliena locupletetur iactura [u], interuenire potest, qui hoc genus deductionis impediat [x]: etiam si lex diceret fructus integros esse restituendos [y]. Verba enim legis generalia uel specialia ex subiecta materia amplian tur, & restringuntur [z]. Cæterùm quibusdam casibus fructus dicuntur nullis sumptibus deductis. In primis decimæ ecclesiæ soluuntur absque illa deductione [a], tametsi secus sit in tributis, & exactionibus fisco persoluendis [b]. nam decimæ, quia animarum fauore præstantur, sunt fauorabiles [c]: tributa uerò odiosa [d]. Secundò existimauit Bartolus, expensas tunc ex fructibus deduci, cùm uerbũ, Fructus, à lege [e], aut eo quis legis

a Copus, in tract. de fruct. lib. j. c. a. j.
b l. si diuortio. § si uir. ff. sol. matr.
c l. j. § ij. de glan. legend.
d d. l. diuortio. § si fundum.
e l. æquissimum. § fructuarius. ff. de usufr.
f l. item si fundi. in prin. ff. de usufru.
g l. usufructuarius uenat. de usufr.
h l. uenationem. ff. de usur.
i d. l. diuortio. § si uir.
k l. in pecudum ff. de usur.
l l. plerunque. § si ictus. uer. ex agos tis. ff. de iur. dot.
m d. l. in pecudum.
n l. in fideicõmissa riana. in princi. ff. ad trebell.
o l. Paulus. ff. ad le. falcid.
p Copus libro j. de fruct. c. ij.
q l. mulier. § sed enim. ff. ad treb.
r l. deducta. § hære ditatem. ff. ad trebell.
s l. uetus. ff. de usu fruct.
t d. l. Paulus ad l. falcid. l. Paulus. ff. de usuris.
u ut hic. & l. fin. ff. de usuris.
x Argu. l. j. de usu fruc. Copus. lib. j. cap. ij.
y l. si ita quis lega uerit. ff. de usufr.
z l. agri. ff. de usu fruct.
a d. l. diuortio § si fundũ. uerti. pen. ff. sol. matri.
b l. arboribus. ff. de usufruct.
c l. arbores. eo. tit.

a l. prædiorum. ff. de usur.
b l. mercedes. ff. de pet. hær.
c l. usurę. ff. de usur.
d l. iiij. § j. ff. si ser. uend.
e l. pe. ff. de usufru. lega.
f l. uideamus. j. ff. de usur.
g Bart. l. quædam. § nihil. nu. 6. ff. de edend.
h Bart. l. fin. ff. solu. matri.
i Bart. d. § quid pauor. c. cõsultationibus. de iur. pat.
k Alexã. & Ias. d. l. diuortio. in prin.
l l. iij. § hæc uerba. de neg. gest. cum sim.
m l. j. C. de fruct. & lit. expens. l. fructus. ff. solu. matr.
n Glo. l. per diuersas. C. mandat.
o d. l. fructus. uers. quæ antequam.
p d. l. fructus. uers. j. ff. sol. matri.
q l. idemq; § idem labeo ff. mand.
r l. si à domino. § si. ff. de pet. hær.
t l. j. C. de fruct. & lit. expens.
u l. nam natura. ff. de cond. indeb.
x l. fundus. in fine prin. ff. fa. ercis.
y l. j. C. de his quib. ut indig.
z l. ob æs. cum glo. C. de præd. min.
a c. ita nobis. extra de deci.
b Bar. l. si pupillus. § si. ff. ad le. falci.
c l. sancimus. C. de sacrosanct. eccles.
d Ias. l. fructus. nu. 17. sol. matr.
e Bart. d. l. fructus.

condendæ potestatem haberet, præferretur[f]: sed si ab homine proferatur, inquit (nisi loqueremur de fructibus futuris colligendis[g],) nullæ deducerẽtur impensæ[h], quod ea ratione confirmauit Baldus, quòd homines fructus accipiant uulgò sine ulla deductione[i], iuxta quem uulgarem usurpationem uerba accipiuntur[k]. Sed ego Bartoli sententiam dubiam, & nõ iure ueram credo, Siquidem quemadmodum Bona intelliguntur deducto ære alieno[l], etiam si ab homine prolata sint[m]: ita quoque & Fructus, si à iudice proferũtur, sumptibus deductis accipi debent[n]. Imò si testator colono usumfructum leget, colonus impẽsas quas fecit unà cum fructibus recipiet[o]. Recipit autem impensas non ratione legati, sed quia tanquam colonus illa fecerat[p]. Non ergo in legato fructus expensas comprendit testator. Præterea si impẽsarum loco aliæ impensæ[q], aut quid aliud imputari possit, nihil deducitur[r]: sicut nec cùm expressè[s], aut tacitè actum est, ut fructus intelligantur nulla impensa deducta[t]. Et idcirco si fructus certo determinati uel ex contractu[u] uel ex ultima uolũtate debeantur, nihil est deducendum ex fructibus[x], sed ex ipsa re, ex qua debentur fructus, fit expẽsarum deductio[y]. Vnde si maius sit legatum, quàm legatarius capere possit, tamen integrũ consequetur, si expensæ id quod maius est adæquarent[z]. Similiter donatio maior quingentis aureis insinuari non debet, si impendia æquipolleant ei quod maius est[a]: quia id tantũ consequi dicuntur, quod impensa deducta superest[b]. Ipse quoq;, qui fructus consequi debet, impẽsas, si quas fecit, recuperat[c]. Rursus Castrensis negat, impẽsarum deductionem fieri posse, si statuto caueatur, ex certa fructuum quãtitate soluendum tributum[d], quoniam hæc deductio ex propria fructus significatione non fit, sed fictione legis[e]: in statutis autem non fictè, sed propriè uerba interpretari solẽt[f]. Postremò dubitatur, an huiuscemodi sumptus peti possint, si fortasse ab eo, qui impenderit non fuerint deducti. nam alibi cauetur posse[a]: alibi, non

f l. illud. uersi. j. cũ glo. l. ij. C. de collat.
g l. fundi trebelliani. de usufr. leg.
h l. si pen. lentes. ff. de usufru.
i Bald. d. l. j. C. de fruct.
k l. anniculus. titu. præcedenti.
l l. subsignatũ. §. bona. tit. præced.
m l. fin. ff. de usufru. legat.
n d. l. j. C. de fruct.
o l. quoties. §. si colono. de usufr. ff.
p l. ex cõducto. in prin. ff. locat.
q l. diuortio. §. interdum. ff. soluto matri.
r d. l. diuortio. §. ob donationes.
s l. idemq;. §. idem labeo. ff. mand.
t l. cum duobus. §. si in coeunda. ff. pro socio.
u l. si debitor. §. uerisimile. ff. de cõtrah. empt.
x l. meuio. §. à me. de leg. ij.
y l. quantitas. ff. ad l. falcid.
z l. sed si hoc. §. cuidam. ff. de condi. & demonst.
a Barto. per l. quoties. ff. ad l. falc.
b l. non amplius. in prin. de leg. j.
c Gl. uerb. fundos. l. si quis. §. j. C. de donatio.
d Castrens. d. l. fructus. num. 6. sol. matri.
e Bald. in j. not. d. l. j. C. de fruct.
f l. ij. §. hæc uerba. de nego. gest. cum si.
a l. prætor. §. & ipsi itaque. §. de bon. autho. iudi. poss.

posse[b]. Multa enim per retentionem & deductionem seruare possumus, quorum petitio nobis denegatur[c], & maximè in his impensis: quoniã cùm priusquam fructus diuiderentur deduci debent[d], idq; tantùm, quod deductione facta superest, Fructus dicatur[e], sibi imputare debet, qui illas non retinuit; quoniam sciens soluendo donare uidetur[f]. Contrà uerò iniquum uidetur, aliquẽ cum aliena etiam prædonis iactura[g] fieri locupletiorem[h], & præsertim ob id, quòd hæc errore fortassis aduocati omissa est impensarum exceptio[i]: de qua, potissimum ubi de bona fide agitur, quasi de apicibus iuris disputare non congruit[k]. Et idcirco Castrensis uoluit, ex quadam æquitate per actionem in factum impensarum repetitioni locum esse[l].

AD huius itaque articuli declarationem, præmittendum est. Impensarum tres esse species: Necessariæ, Vtiles, Voluptuariæ[m]. Necessariæ sunt, quæ si non fiant, res aut peritura est, aut deterior futura[n], uel etiam quæ ex regionis consuetudine sine dedecere omitti non possunt[o]. Necessariæ igitur impensæ sunt, aggeres facere, flumina auertere, ædificia uetera fulcire, iter reficere, arbores in locum demortuarum substituere[p], pistrinum uel horreum necessarium facere, ædificium ruens quod mulieri habere utile erat reficere, oliueta relicta restaurare, aliquid ne damni infecti cautio committatur præstare[q], in seruorum ualetudinem expendere[r], uites propagare, arbores curare, aut aliquid aliud quod ad perpetuã agri utilitatem, uel saltem quod non ad præsentis temporis fructum duntaxat pertinet, facere[s]. Proinde hæ necessariæ impensæ, si fiant gratia quærendorum, colligendorũ, conseruandorumq; fructuum, ut rem, ex qua fructus aliquis percipitur[t], conseruare, cibare seruos, uel illos curare, si ex his fructus aliquis percipi potest[u], colere agrum[x], stipendium aut tributum rei persoluere[y], fundi instrumenta parare[z], ex ipsis fructibus à quocunque, etiam à prædone, deducuntur[a]: qui (uel Baldo teste) ex huiusmodi

b d. l. diuortio. §. si. ff. sol. matr.
c l. si in area. ff. de condi. indeb.
d d. l. fructus. uersi. quæ antequam. ff. sol. matri.
e d. l. j. C. de fructib.
f l. si seruus seruũ. §. si oliuam. ff. ad l. aquil. §. rectè in fin. Instit. de rerũ diuisi. l. planè. in princ. ff. de petit. hæred.
g d. l. planè. uersic. sed benignius.
h l. nam hoc natura. ff. de condict. indeb.
i Castrẽs. l. si area. in si ff. de condi. indeb.
k l. si fideiussor. §. quædã. ff. mand.
l Arg. l. si & me & titium. ff. si certũ peta.
m l. j. in princ. ff. de impensi. in reb.
n l. impensæ. titul. præced.
o Barto. l. pecuniæ in si. de alt. lega.
p l. impensæ necessariæ. ff. de impens.
q l. j. eo. tit. de impens.
r l. ij. eo. tit. de impens.
s l. iij. eo. titu.
t l. diuortio. §. fin. ff. sol. matri.
u l. diuortio. §. fin. ff. sol. matri.
x l. pen. & fi. eo. ti.
y l. neq;. eo. tit.
z l. instrumenta. ff. de fund. instr.
a l. si à domino. §. fi. ff. de pet. hære.

modi fructibus, operas quas fecit deducere potest[b]. Imo si impensa facta in certis fructibus, ex illis integra deduci non potest, ex alijs fructibus fiet deductio[c]. Sed si is qui sumptus fecit nihil fructuũ percepit, lex ait, eum impensas petere posse, modò bonæfidei possessor sit[d], aut rei detentor[e]. ego aliud crediderim in malæ fidei possessore quia ille donare præsumitur[f]. Sed quid si impensæ fructibus maiores sint, maritum & usufructuarium arbitror nihil præter fructus petere posse[g]; quoniam sicut erant fructuum domini, si maneret adhuc usufructus aut matrimonium[h], omneq; fructuũ commodum, etiam si multò impensas superasset, cõsequuti fuissent[i]: itidem onus subire debent, si quod contingat[k], adeò ut nec unius anni fertilitas cum alterius sterilitate cõpensari debeat[l]: quòd in alio bonæfidei possessore secus esset qui fructus suos non facit[m]. Si uerò huiusmodi necessariæ impensæ alia quàm fructuum gratia fiant, illæ rem ipso iure minuere dicũtur[n]. non quidem ut corpus minuatur, nisi illud aut æstimatum esset aut in pecunia consisteret, sed ut impendens (nisi ob aduersarij paupertatem retẽtionis iure priuetur[o]) in rei detentione manere possit donec illi satisfiat[p]. Quòd si fortasse non manserit, sed rem restituerit, impensæ duobus casibus petuntur, uel communi diuidundo[q], uel negotiorum gestorum actione[r], quoties alterius negotium gestum est[s]: nec refert si prædo gesserit[t]. Vel contrario dotis iudicio, quando maritus sumptus non modicos in re dotali fecit[u]. Paruæ autem impẽsæ dicuntur, etsi magnæ sint, si respiciant solùm temporis commodum, quo maritus rem dotalem habet[x]: magnæ uerò dicuntur, quamuis effectu sint paruæ, quoties perpetuam rei cõcernunt utilitatem[y]. Et hæc quæ de marito dicta sunt, in usufructuario[z], & colono[a] ad longum tempus, locum sibi uendicant[b]. Sed in priore casu negotiorum gestorum etiam modicæ impensæ petuntur[c]. Exceptis his duobus casibus, lex ait, Impensas non aliter quã per retentionem[d] aut stipulationem,

b Bal. l. si qs seiens. C. de rei uend. l. fructus hominis. de oper ser.
c l. si fundus. §. fin. ff. sol. matr.
d l. φ si sumptus. ff. de pet. hæred.
e l. prætor. § & ipsi itaque. ff. de bon. auth. iud.
f l. si seruus seruũ. § si oliuam. ff. ad le. aquil.
g d. l. diuortio. §. fi.
h l. dotis fruct[9]. ff. de iure dot. l. arbores uersi quic quid. ff. de usufr.
i l. usufructu legato. in fi. ff. de usufru.
k l. φro. ff. de usufru legat.
l Bar. d. l. diuortio. §. fin.
m l. si uno. in princ. l. si merces. §. uis maior ff. locati.
n § si uersi. propter retentionem. Instit. de act.
o l. in fundo. uersicu. finge. ff. de rei uend.
p l. v. in princ. ff. de impẽ. in reb. dot. fac.
q l. in hoc iudicio. uersi. diuersum. ff. com. diuid.
r l. omnino. in fin. ff. de impens. in reb.
s l. hæreditas. ff. de pet. hæred.
t l. si pupilli. §. sed etsi quis. ff. de nego. gest.
u d. l. omnino. & ibi Barto. l. quod dicitur. §. fi. ff. eo. tit. de impens.
x Alex. l. diuortio. §. fi. ff. sol. matr.
y l. iij. in fi. ff. de impens. in reb. dot.
z l. sed cũ fructuarius cum gl. ff. de usufr.
a l. si in lege. §. si domus. ff. locati.
b l. iij. §. quicunq. ff. de uia public.
c d. l. omnino. ubi Bart.
d l. si in area. in fi. ff. de condict. indeb.

re nondum restituta interpositam, seruari posse[e]. Quia cùm id quod in solo alieno factum est solo cedat[f], ille impensæ simul atq; in alieno factæ sunt, illius efficiũtur qui soli dominus est[g]: quæ ratio cessat in impẽsis gratia fructuum factis, & in marito impendente, qui dum impendit, dotis dominus est[h]. Qui illas igitur fecit, nisi solum possideat, & aduersus uendicantem doli exceptione se defendat, nihil consequi potest[i]: sed excipiẽdo fructuum ante litem contestatam perceptorum fiet compensatio: etsi impensæ summa maior sit, superfluum sumptum officio iudicis seruatur, si prædium melius factum est[k]: uel etiam si non extet, modò contra bonæfidei possessorem petitione hæreditatis agatur[l]. Nã cùm illa sit uniuersale iudicium, ex quibuscunque rebus hæreditarijs impensæ deducuntur, si non possint ex re, in quam factæ sunt, deduci[m]. Sed si malæ fidei possessor esset, expensas non retinet, nisi res melior facta fuerit[a], & quatenus dominus locupletior factus est[b].

IMPENSAE utiles sunt, quæ meliorem rem faciunt[c], neque deteriorem esse sinunt[d]: ut per ora prædijs imponere, id est stercorare[e]: nouelletum in fundo facere: seruos docere; pistrinum, uel tabernã domui adijcere[f], si modicus sit fundus: nam si sit magnus, & frugum ferax, impensa pistrini est necessaria, nedũ utilis[g]. Hæ impensæ utiles à marito deducuntur, si uoluntate mulieris factæ sint[h]: quo casu etiã mandati actione agere maritus potest, uel actione negotiorum gestorũ, si sine mulieris uolũtate utiliter rẽ gessit[i], & aliunde quã ex fundo dotali illas mulier soluere potest[k]. Alius uerò bonæ fidei possessor illas impensas petit, si gratia fructuũ factæ sint[l], & nihil fructuum percepit[m]; alioqui si percepit, deducit ex fructibus[n], ut suprà dixi in necessarijs impensis. Sed si ad perpetuam rei fiant utilitatem, si easdẽ facturus erat dominus, aut rem statim uẽditurus erat[o]: illæ quatenus dominus factus est locupletior, semper rei retentionem opposita doli exceptione seruantur[p]; uel etiã per offi-

e l. hæres cum. ff. ad trebel.
f l. qua ratione. in princ. ff. de acqui. rer. dom.
g l. ij. C. de seruit. & aqua.
h Instit. quib. alien. lic. in princ.
i l. Paulus. ff. de excep. doli.
k l. sumptus. ff. de rei uendic.
l l. planè. in fi. ff. de pet. hæred.
m l. si fundus. § fin. ff. sol. matr.
a d. l. planè. in fi. ff. de pet. hæred.
b d. l. si pupilli. §. sed etsi quis.
c l. v. in fi. ff. de impens.
d d. l. impensæ. tit. præced.
e l. impensæ. §. utiles. ff. de impens.
f l. uelati. ff. de impens.
g Alexa. d. l. impensæ uerb. horreũ. tit. præced.
h l. utibiũ. ff. de impens.
i l. unica. §. sed nec ob impẽsas. C. de rei uxor. act.
k d. l. utilium. in fi.
l d. l. prætor. §. & ipsi itaq;.
m d. l. quod si sumptus. ff. de pet. hæred.
n d. l. si à domino. §. fi. ff de pet. hæred.
o l. in fundo. uersi. fi. ff. de rei uend.
p d. l. in fundo. uersi. finge enim. ff. de rei uendic.

 eium

cium iudicis, si talis res sit, quæ retineri non poterat [q]. Si tamẽ dominus ob paupertatem illas soluere non posset, nihil præstabit, sed illas impendens, modò sine rei incommodo faciat, auferre potest [r]. Malæ fidei uerò possessorẽ Bartolus noluit utiles impensas deducere posse, si ad uetus fulciendum ædificium factæ essent [s], non si ad nouum faciendum [t]. Sed contrà, ego puto malæ fidei possessorem, rem retinere non posse, nisi quod impensis necessarijs, quæ simul utiles semper dicuntur [u]. pro utilibus uerò aliud remedium non habet: nisi quòd illas sine rei læsione auferre potest [x]: pro quarum ablatione etiam uendicationem habet [y].

VOLVPTVARIAE impensæ sunt, quæ speciem ornant, non autem fructum augent [z]: ut Balnea extruere [a], & id quod ad uoluptatem factum est [b]: ut pictura, marmor [c] tectoria, pauimẽta [d], uiridaria, gestationes, deambulationes [e], & similia, nisi res uenales essent, quarum pretium maius factũ fuisset ex huiusmodi uoluptate apposita, tunc officio iudicis illud recuperatur [f], quia utiles impensæ iudicantur [g]. Hæ uoluptuariæ impẽsæ, nec in his casibus, in quibus aliæ impensæ exiguntur peti possunt [h], nisi uoluntate domini factæ fuerint [i], modò uxoris [k], aut minoris non esset uoluntas [l]. Hæ ergo impensæ non nisi per retentionem, & à bonæ fidei possessore seruari possunt [m]: nisi esset maritus, qui tantum illas sine rei læsione auferre potest, si hoc illi profuturũ sit [n], quod si uxor illas auferri nollet, exactionem pateretur [o]. Malæ fidei uerò possessor ius retinendi non habet, sed tantum quod fecit sine rei detrimẽto tollere potest [p]. Scio tamẽ circa hos sumptus aliter Doctores sensisse [q]: sed magis uera uidetur hęc nostra distinctio.

POST fructuum diffinitiones, annotandum est, quòd fructuũ alij sunt Naturales [r], ut illi qui ex facto hominis non nascuntur, ut pomũ: alij sunt qui ex facto hominis acquiruntur, ut semina [s]. Sed si non ex ipso rei corpore ueniant, sed ex alia causa, non sunt in fructu, ut pecuniæ usura [t]: tametsi illa fructuum loco esse dicatur [u], non enim natura, sed iure percipitur [x]. Vnde Bartolus meritò tres fructuum retulit species, Naturales, ut pomum: Industriales, ut frumentum: & Ciuiles, ut uiura, uectura, pensio [y]: quas tamẽ sine lege fructus industriales esse existimauit Copus [z]. De eo uerò de quo Bartolus dubitauit, an oliua, & oleum fructus naturales essent an industriales, non adeò frigida est quæstio: ut idem Copus putat, propter horum fructuũ diuersam naturam [a]. Itaq; dubium non est, oleum, perinde ac uinum, & uestimentum, industrialem fructum esse [b]: ab homine enim fit oleum, uinum, panis, uestimẽtum [c]. In fructibus uerò fundi, ut frumentum, uua, oliua, pomum, pirum, nux, subdistinguo: ut frumento & uuæ propius accedat opera [d], sicq; industriales esse. In glãde, pomo, nuce, natura propior sit, unde naturales sunt [e]. Sed quid de pecoris fœtu, lacte, lana, pilo? Voluit Accursius obscurã, quæ in illis adhibetur, industriales esse [f]: cui ego adsentio, quia bonæ fidei possessor illos lucratur [g], quod minimè faceret, si tantũ naturales essent [h]. In sylua uerò & prato, Bartolus considerãdum censet, an natura, an industria plus operetur [i]: ut ita uel naturales sint fructus, uel industriales, secundum locorũ naturam [k]. Sed ego uereor ne semper naturales dici debeant, cùm enim pratum quasi ad fructũ capiendũ paratũ dicatur, ita ut falce dũtaxat opus sit [l], ex facto hominis fœnum non nascitur, & per cõsequens industrialis fructus non est [m].

ALIA est Fructuũ diuisio, quod alij Futuri, alij Pẽdẽtes, alij Percepti, alij Percipiẽdi dicuntur. Fructus Futuri tã legari [n], quã in cõtractũ deduci possunt [o], & re ipsa dilationẽ habet talis obligatio, siue legatũ [a], donec nati fuerint tales fructus [b]: & si in proximo anno nihil nascatur, nihil debebitur [c], etiã si certa fructuum quãtitas, cũ hac clausula quæ nascetur ex tali fundo, promissa esset [d]. Quia relatiuũ adiectũ uerbo futuri temporis, conditionẽ importat [e]. Et idcirco secus esset, si sine relatiuo certa fructuũ promitteretur quantitas: tunc si in primo anno nihil natum

q l. si autem. § si. ff. cum l. seq. de rei uend.
r d. l. in fundo. uer. finge pauperem.
s l. domum. C. de rei uend.
t Barto. d. l. in fundo argu. § ex diuerso. Institu. de rer. di.
u l. planè. cum glo. j. l. seq. ff. de petit. hæred.
x l. domum.
y l. habitator. ff. de rei uendic.
z d. l. impensæ. in fin. tit. præced.
a l. impẽsæ. in fi. de impens. in reb.
b l. uoluptuariæ. ff. de impens.
c l. utiles. uersic. uideamus. ff. de pet. hæred.
d l. hactenus. in fin. de usufru.
e l. æquissimũ. uersicu. etsi forte. de usufru.
f l. si autẽ. § fin. cũ ij. ll. seq. ff. de rei uendic.
g l. quod si. ff. de impens.
h l. in uoluptuarijs. ff. de impens.
i l. ij. § sed si mutua. § illud. ff. de in rem uer.
k l. unic. § quod si uoluptuariæ. C. rei uxo. act.
l l. si uero non rei. § si adolescens. ff. manda.
m d. l. utiles. uers. uideamus.
n d. l. unica. § quod si uoluptuariæ.
o l. pro uoluptuarijs. ff de impensi.
p d. l. utiles. in fin.
q Barto. d. l. in fundo. de rei uendi. Alcia. d. l. impensæ. tit. præc.
r l. si nauis. uers. nã etsi. ff. de rei uẽd.
s l. fruct⁹. ff. de usuris.
t l. usura pecuniæ. tit. præced.
u l. usurę. ff. de usuris.
x d. l. si nauis.
y Bar. l. ex diuerso. ff. de rei uend.
z Copus libro j. de fruct. c. iij. tit. ij.
a d. l. fructus. ff. de usur.
b § cum ex aliena. Insti. de rer. diuis.
c l. antep. in fi. ff. de rei uend.
d l. q scit. § in alieno. ff. de usur.
e d. l. fructus. ff. de usur.
f § si quis à nõ domino. cũ gl. uerb. cura. Insti. de rer. diuis.
g l. in pecudum. ff. de usur. l. in bonę fidei. in fin. ff. de acq. rer. dom.
h d. l. fructus. ff. de usur.
i Argu. l. quæritur. ff. de sta. hom.
k Barto. d. l. ex diuerso.
l l. pratum. tit. præced.
m d. l. fructus. ff. de usur.
n l. quod in rerum. in prin. leg. j.
o l. nec emptio. ff. de cõtrah. empt.
a l. j. in fi. ff. de condi. & demonstr.
b l. interdum. ff. de uerb. oblig.
c l. si qui calendis. ff. de uerb. oblig.
d l. cum certus. ff. de tritic.
e l. stichum qui. de leg. j.

tum sit, ex sequentibus annis solutio est facienda[f]. quia tunc fructus in genere debentur, & ideò perire non possunt[g], sed habent in se tempus quando nati erunt[h]. Fructus Pendentes dicuntur esse pars rei[i], siue maturi sint, siue immaturi[k]: remq; ipsam pretiosiorem facere dicuntur[l], & inter bona immobilia annumerantur[m], licet alij fructus mobiles sint: quia pro illis furti competit actio[n]. Sic uidemus in tegulis colũnis, quæ quãdiu ædibus cohærẽt iudicantur immobiles, separatæ sunt mobiles[o]. Huiusmodi fructus pẽdentes, qui alibi Stantes[p], alibi Extantes dicũtur[q], in cõtractũ deduci possunt[r], ita ut uendito simpliciter fundo, fructus iam maturi emptori cedãt[s]. Cæterum istos fructus pendẽtes intelligendum est partẽ rei esse quãdiu pendẽt, nam simul atq; decerpti sunt, siue maturi, siue immaturi, desinunt pars rei esse, & in fructu sunt[t]. Et ea propter si ab aliquo, qui neq; proprietatem habeat, neq; usumfructum, fuerint collecti, sunt usufructuarij si illos percipiet ante proprietariũ; alioqui ꝓprietarij[u] sunt. Sed is qui collegit, si immaturos collegit, nunc interdicto quod ui aut clam[x], nunc lege aquilia tenetur[y] si maturos, nõ tenetur: quia meliorem rem domini suis impẽsis colligẽdo fecit[z], nisi furãdi animo collegisset, tũc furti teneretur[a]. Fructus percepti in bonæ fidei emptore[b] colono[c], & eo qui uectigalem fundum habet[d], dicuntur simul atq; à solo sunt separati: In fructuario uerò, cùm eos perceperit[e]. Sed Bartolus hanc distinctionẽ reprobauit, quoniam si colonus fructus à fundo separatos statim lucratur[f], multò magis usufructuarius, qui colono est potior[g]. Vult igitur Bartolus fructuarium consequi fructus simul atq; per se uel alium ipsius nomine à solo sunt separati[h]. Bonæ fidei uerò possessorem, etiã si fortuito casu à solo separati sunt[i]. Fructus percipiendos alij interpretantur de illis, quos petitor[k], alij de his quos possessor percipere potuit[l]. Petrus à Bella pertica interpretatur ꝑcipiendos à possessore ante moram[m], post moram uerò percipiendos à petitore[n]. Sed hanc opinionem

f l. inter stip. §. sacram. uersic. pro quo & illud. §. de uerb. oblig.
g l. i ratione. §. in certæ. ff. ad l. falc.
h d. §. sacram. uers. uni autem.
i l. fruct⁹ pẽdẽtes. ff. de rei uendi.
k l. si. §. fructus. ff. de his q in frau.
l l. in lege ij. ff. ad leg. falcid.
m Specu. tit. de fructibus. uersi. sed pone.
n l. si. in fin. ff. de rei. quis. reis.
u l. si fur decerpserit ff. de usufruc. iuncto §. q autẽ, uers. abolita Instit. de usucap.
o l. eum qui ædes. ff. de usucapio.
p l. diuortio §. interdum ff. sol. matrim. l. si apes. ff. furt.
q l. si pendentes. ff. usufruct.
r l. & quæ nondũ ff. de pignoribus in prin.
s l. Iulianus. §. si fructibus. ff. de act. empti.
t l. pe. de usufr. legat. l. si ab hostium in fi. ff. de usufr.
u d. l. si fur decerpserit.
x l. si immaturã. ff. quod ui aut clã.
y l. si stuprum ff. de iniur.
z l. si seruum seruũ. § si oliuam. ff. ad legem aquil.
a d. l. si fur.
b l. bonæ fidei. ff. de acq. rer. do.
c l. si apes in fin. ff. de furt.
d l. q si. § præterea. ff. de usur.
e l. si usufructuari⁹ messem in fin. ff. quib. mod. ususfr.
f d. l. si apes.
g Bart. l. ex diuerso. de rei uendi.
h d. l. si usufructuarius messem. cum glo. j. in fi.
i d. § præterea. uer. quoquo modo.
k l. si nauis §. si ff. de rei uendi. l. apud. §. j. de le. j. d. l. domũ. C. de rei uendic.
l L. ij. C. de fruct. & lit. expens.

meritò reiecit Bartolus, tum quia ariolatrix est, tum quia lex ait fructus percipiẽdos esse quos possessor quãuis prædo percipere potuit[n]. Prædo autem morosus semper intelligitur[p]. Existimat igitur idem, si petitor dominus non sit, fructus percipiendos dici, quos possessor percipere potuit[q]: si sit dominus, iure digestorum percipiendos interpretatur, quos petitor percipere potuit[r]: iure codicis, etiam qui à possessore percipi potuerunt[s]: ita ut petitor eligere possit fructus quos percipere potuit, uel quos possessor potuit[t]. Sed hæc Bartoli sententia magis quàm praecedens est diuinatiua, quam & Iason eo argumento cõfutat[u]: quòd mora quemadmodum petitori nocere non debet[x], ita nec illi lucro esse potest[y]. Illi autẽ lucro esset, si petitor electionem quam Bartolus adfert, haberet. Est igitur communis sententia, quòd petitor fructus percipiendos potest declarare, eos scilicet qui communiter percipi potuerunt[z]. Sed si se referre ad eos fructus magis cupiat, quos singulariter quis percipere potuit, non potest, alienam, nec ipsius possessoris allegare industriã[a]. Et idcirco tradunt interpretes, ipsum possessorẽ de his percipiendis fructibus teneri, quos ꝑcipere non ipse possessor, sed petitor potuit[b], quia debitoris mora creditori nocere nõ debuit[c]. quod ꝓcedere defirmãt in uero malæ fidei possessore. At in ficto quẽ lex ꝑ litis cõtestationẽ fingit[d], quia leges de eo aliter q̃ de uero quoq; disponũt[e], uoluerũt interp̃tes illũ non teneri, nisi de fructibus quos ipse percipere potuit[f] quẽadmodũ nec illũ, qui à domino rẽ uẽdicãte aliquã causam haberet, qualis est creditor[g], qui nõ ratione moræ, sed ex natura contractus fructus sibi imputare debet in sortẽ[h], Copus uerò aliter declarat, Fructus percipiendos eos esse, inquiẽs, quos[i] diligentissimus quisq; paterfamiliâs ꝑcepisset, sed leui aut lata culpa ꝑcepti nõ sunt[k]. Nã tutores de fructibus quos percipere potuerũt, si leui culpa aut lata nõ ꝑceperint[k], tenẽtur[l], Addit cõmodatariũ in cõmodato[m], creditorẽ in pignore[n], uẽditorẽ iure uẽdita[o], cõductorẽ in con-

m L. ij. C. de fruct & lit. expens.
n d. l. apud. § j. de lega. j d. l. si nauis §. fin.
o d. l. domũ. uerb. iniuria occupatam.
p l. si. in fi. ff. de cõdict. furt.
q Barto. d. l. ex diuerso.
r d. l. si nauis §. si. d. l. apud Iulianũ. §. j.
s d. l. domum.
t Argu. l. quoties. de act. & obli. ff.
u Iason, d. l. apud. § j.
x l. si mora. ff. sol. matr.
y l. cæterum. de rei uend. d. l. si mora. sol. matr.
z l. si seruum. ff. ad leg. aquil.
a l. iij. in prin. ff. ad leg. falcid.
b d. l. apud. § j. d. l. si nauis §. j.
c d. l. si mora.
d l. sed & si lege. §. si ante. de petit. hæred.
e l. illud. de petit. hæred.
f d. l. ij. C. de fruct. & lit. expens.
g l. ij. C. de pign. act.
h l. j. C. de pig. act.
i Copus lib. j. titu. iij. cap. x. & xj.
k l. quicquid. C. arbitr. tutelæ.
l l. si fine. §. moderatus. ff. de adm. tuto.
m l. si ut certo. § j. ff. commod.
n §. fin. quib. mod. re contrah. obli.
o l. custodiam. ff. de peric. & commod. rei uend.

ducta[p] maritū in dote[q], eam diligentiā curandis & cōseruandis his rebus adhibere oportere, quam diligētissimus quisque paterfa. adhibuisset. Multò ergo magis, inquit, hic malæ fidei possessor huiusmodi præstabit diligentiam, ne melioris cōditionis sit, quàm bonæ fidei possessor[r]. Sed neque communis, neque Copi sententia mihi placet: quoniā præterquàm quòd sunt diuinatrices, torquent textū. Nam si cōsyderaretur, quid diligens paterfa. aut quid cōmuniter percipi potuit, cur lex hoc non dixit? Cur dixit, nō possessorem, sed petitorem cōsyderari[a]? Ego ergo puto fructus qui percipi potuerunt, duobus modis consyderandos esse: quoniā uel actione mota[b], uel iudicis officio restituuntur[c], cùm per actionem petuntur, attendendum est quid ipse petitor percipere litis contestatæ tempore potuit[d], & de his fructibus Paulus loquitur, dum ait, fructus ij deducuntur in petitione[d]. Itidem & Papinianus, inquiens generaliter cum de fructibus quæritur[e], & ratio est, quia petitor cum fructus petit, ius non ex eo metitur quod possessor occupauit, sed ex suo iure[f]: id est ex eo quod percipere potuit, non ex eo quod possessor sua industria habere potuit[g], neque ex eo quod habuit[h]. Si uerò fructus officio iudicis restituantur, (quod fit, quando res tantùm petitur[i], quonim actio de sola re mota non continet fructus[k], nisi postquam lis est contestata, quo casu officio iudicis ueniunt) consyderatur quid ipse possessor percepit, & percipere potuit[m], siue debuit[n]: debuisse autem intelligitur, si aliqua illius arguatur culpa[o], quæ ex contractus natura lata, aut leuis interpretari debet[p]: ut puta cùm dicit lex, creditorem teneri de eo quod percipere debuit[q], interpretabimur illum teneri, si quid leui culpa commisit[r]. Leges ergo quæ dicunt, possessorem teneri de his fructibus quos percipere potuit, loquuntur in casu quo res solum petita erat. nam Imperator Gordianus non loquitur nisi de querela ipsius rei, uidelicet domus petitæ[s]. Sic etiam Valentinianus casum exprimit, quo sola res in iudicium erat deducta[t]. Quibus casibus, ut suprà dixi, quando res tantùm petita est, officio iudicis fructus debentur. & ideo consyderantur fructus, non quos petitor, sed quos possessor percipere potuit: quia iudicis officium possessorem magis quàm petitorem respicit[u], proniorque iudex esse debet ad possessoris liberationē[x]. Negari tamen non potest, iudicem etiam suo officio condemnare posse reum ad fructus eos, quos litis contestatæ tempore actor habere potuit[y]. Nam in stipulatione fructus officio iudicis præstantur[z], ut causa præstetur[a]: id est id omne quod habiturus esset actor, si litis contestatæ tempore rem habuisset[b]. Vnde consequens est, cùm fructus officio iudicis præstantur, ipsum iudicem alterutrius, uel petitoris uel possessoris personam consyderare, secundum id, quod illi æquius uisum fuerit, posse. In dubio tamen censeo, ut potius possessoris respiciat personam. Verum quia diximus, fructus nunc actionis iure, nunc iudicis officio restitui: operæpretium est ut uideamus, qua actione petantur. Ad cuius articuli declarationem, per singulos contractus est discurrēdum. Nam ex contractu emptionis, actione ex empto fructus petuntur[c]. sed hoc perfecta tantùm uenditione[d]: si quos enim ante uenditionem perfectam emptor consequutus est, illos actione ex uendito restituere debet[e]; adeò ut si uenditio sit sub pacto legis commissoriæ, uel addictionis in diem, quamuis interim suo iure fructus percipiat[f], illos tamen restituit, si alius meliorem attulerit conditionem[g]: aut si suo die pretium non fuerit solutum[h]. In uenditione igitur fructus tantùm pendentes non antea percepti ueniunt[i]. quia in omni alienatione rei, fructus pendentes rei pars esse iudicantur[k], nisi fructus in uenditione essent excepti[l]: quo casu & arundo cædua, & sylua intelligitur excepta[m], non tamen lapidicinæ quæ uenditionis tempore non apparebant, licet lapidicinæ ubicunque essent exciperentur[n]. Proinde quæ de emptione diximus, eadem & in permutatione

p l. si merces §. conductor. ff. locati.
q l. in rebus. C. de iure dot.
r l. non solū. ff. de noxal. actio.
a d. l. nauis. §. fin. d. l. apud. §. j.
b l. si nō fortem. §. libertus. ff. de cōdict. indeb. glo. l. in summa. §. ei q eo. tit. l. pro socio. §. si tecum. ff. pro socio.
c l. unq. in princ. ff. de rei uendica. l. idemque. §. si ex fundo ff. a. ādat.
d l. præterea. ff. de rei uend.
d d. l. apud. §. j.
e d. l. si nauis. § generaliter.
f l. j. §. j. ff. si pars hæred. peta.
g l. iij. in princ. ff. ad le. falcid.
h d. § generaliter. ueri non an malæ fidei possessor. d. l. apud. §. j. u. rsic. non quos hæres percepit.
i Bald. l. j nu. 23. C. de fructib.
k l. fundum. uers. item §. de excep.
l l. uideamus generaliter. §. si actionē. uers. quod si ff. de usur.
m l. j. in fi. C. de peti. hæred.
n l. sed & si lege. §. sed & fructus. ff. de petit. hæred.
o § & si hæredi. Instit. de off. iudic.
p l. cōtr. ctus. §. ei.
q l. ij. C. de pign. act.
r §. fin. Instit. quib. mod. re contrah.
s d. l. domum. C. de rei uend.

t d. l. ij. C. de fruct. & lit. expen. uer. ex quo.
u § si. Inst. de perp. & temp. act.
x l. Arrianus. §. de act. & oblig.
y d. l. præterea.
z l. uideamus. generaliter. §. si actionem. de usur.
a d. §. si actionem. in fi.
b l. cùm fundus. in prin. ff. si cert. pe.
c l. iiij. § fin. ff. de usuris.
d l. fructus. C. de act. empt.
e l. ij. in fin. C. de act. empt.
f l. v de leg. commiss. l. ij. in fin de in diem adiect.
g l. item quod, in prin de in diem adiect.
h l. iij. & v. de lege commiss.
i l. Iulianus. §. si fruc. lib. ff. de act. empt.
k l. si. §. fructus. §. de his quæ in frau. cred.
l l. pe. in prin. ff. de contrah. emp.
m l. qui fundum. §. fi. ff. de contrah. empt.
n l. in lege. in prin. ff. de contrahen. empt.

tione locũ habent[o]: quia illa & quod id quod interest[p], & quoad bonam fidem[q], aliasq; accessiones, emptioni æquiparatur[r]. Quod præterea addit Copus in mutuo fructus esse accipientis[s], ea ratione, quòd mutui sit dominus[t], & per consequens fructuum[u]: satis impropriè dictum est, cùm mutuũ in frumento, oleo, uino, alijsq; rebus consistat[x], in quibus nullus fructus esse dicitur[y]. Vinum enim, & similes res, quia fructus sunt, alios fructus nõ habent[z]: sicut nec seruitus seruitutis[a], nec usurarum usuræ dicuntur[b]. Rursum ex stipulatione fructus, etiam si stipulationis tempore fuerunt, non debentur[c], quamuis mora inueruenerit: sed tantùm lite contestata ex æquitate & iudicis officio præstari solent[d]. Et si quis opponet in stipulatione uenire id quod interest[e], & per consequens fructus, qui in interesse continentur[f]. Respondebo, Id quod interest non ex fructuum quãtitate, sed ex personarum qualitate consyderari[g]: ideo autem in stipulationem uenire, quia in omnibus faciendi obligationibus, id quod interest, non autem factum promissum, est in obligatione[h]: ut suprà latè docuimus[i]. At cùm stipulor rem, non fructus, sed res ipsa est in obligatione[k]. Et si dixeris, fructus pendentes partem rei esse[l]: Replicabo, hoc legis fictione, non ex rei ueritate, in restituendi[m] & bonæ fidei obligationibus procedere[n]. Secundò opponunt Doctores, in stipulatione æstimationem fieri ex tempore moræ, quanti plurimi res fuit[o], & per consequens fructuum[p]. Sed ego suprà docui, hanc sententiam falsam esse[q], & litis contestatæ tempus solùm consyderari[r]. Magis obstat quod Vlpianus respondit, ex stipulatione rem dari, & uacuam possessionem tradi, incerti actione ex stipulatu fructus peti[s]: cùm tamen contrarium censuisse Pomponius uidetur[t]. Accursius & Bartolus Vlpianũ interpretantur, de eo, qui & rem dare & uacuam possessionem tradere promisit: Pomponiũ uerò, de eo qui alterum tantùm[u]. quoniam adiectiones plurimum rem augere solent[x]. Sed hæc doctorum in-

- o l. fina. ff. de rer. permut.
- p l. j. C. de rer. permu.
- q l. ij. C. eo tit.
- r d. l. fi. ff. de rerum permu. cum si.
- s Copus lib. iij. de fructib. cap. iij.
- t l. ij. §. appellata. ff. si cert. pet.
- u l. qui scit. in prin. ff. de usur.
- x Instit. quib. reb. cõtrah. oblig. in prin.
- y §. cõstituitur. uersic. nam hæres. Instit. de usufr.
- z l. Iulianus. §. idẽ. de rei uendic.
- a l. j. ff. de usufru. legat.
- b l. fi. C. de usur.
- c l. si filiusfa. §. fin. ff. de uerb. oblig.
- d l. uideamus generaliter. §. si actionem. ff. de usuris.
- e l. si fundum. ff. de uerb. obligat.
- f l. iiij. §. in confessoria. ff. si ser. uen.
- g l. si quis ab alio. in princ. ff. de re iudic. Bart. d. §. si actionem. uersi. quid enim.
- h l. si pœnã. in fin. ff. de uerb. oblig.
- i l. quatenus. ff. eo.
- k l. quicquid astringendę. ff. de uerb. oblig.
- l d. l. fin. §. fructus. ff. de his quæ in fraud. cred.
- m l. fructus pendentes. uerb. uidẽtur. ff. de rei uend.
- n d. l. Iulianus. §. si fructibus. ff. de act. empt.
- o Gl. uerb. cùm petitum. in princ. l. uinum. ff. si cert. petat.
- p Doctor. d. l. si filiusfa. §. fi.
- q dixi. l. quatenus. ff. eo.
- r l. iij. §. in hac. ff. commoda.
- s l. iiij. in princ. ff. de usuris.
- t l. iij. §. j. ff. de act. empt.
- u Glo. d. l. iiij.
- x Lex tamen. ff. de leg. iij.

terpretatio Pomponij responso minime conuenit, quo dicitur, In promissione unius alterũ uenire[y]. Ridendus est Copus, qui Vlpianũ reprehendit, Pomponio tantum subscribens[z]. Ego arbitror in simplici stipulatione Rem dari, non uenire fructus[a]: secus in hac Rem dari, & Vacuam possessionẽ tradi[b], quia cum illa, Rem dari, necessariã dominij contineat translationem[c], hæc uacuam uidelicet possessionem tradi, quæ fructuũ præstationem cõplectitur[d], necessariã continere debet ex alterius stipulationis natura fructuum traditionem[e]. Vel si dixeris alteram stipulationem certam esse, alteram incertam[f]. Respondebo: Pomponium loqui in casu, quo utraque promissio non erat expressa. Et ita sentit cõmunis opinio: quoniam differt expressum, ab eo quod tacitè inest[g]. Vel rectius dicamus, Vlpianum loqui in simplici stipulatione, in qua plurimũ refert, an simpliciter rem dari, an rem dari, simul & uacuam possessionem tradi stipuler. Pomponius uerò loquitur in stipulatione, quæ de re empta fiebat: quo casu si emptor. Sed & si emptor stipnlaretur rẽ dari & uacuã possessionem tradi, fructus non uenirent[h]; quia non est uerisimile, uenditorẽ plus promisisse, quàm iudicio empti teneretur[i]: Iudicio autem empti in id tantùn quod interest tenetur[k]. Nec obest, quòd rem dare promiserit, quia ex subiecta materia uerba intelliguntur[l], & Datio, pro Traditione accipitur[m]. Sed quid in donatione si causa mortis facta sit, donatore conualescente, condicuntur fructus[n]. Si inter uiuos fiat donatio. Iure digestorum in professo est, ex ea citra stipulationem non agi[o]: qua interueniente fructus tantùm ex litis contestatæ temporis[p], non ex mora, quæ sola in bonæ fidei contractibus[q]. nõ in donatione, nec Reipub. facta[r], quia bonæ fidei non est, attenditur, præstari solent[s]. Hodie autem etiam sine stipulatione condictione legis agitur[t]. Et hæc sunt accipienda in fructibus perceptis[u], illi enim rei donatæ appellatione non ueniunt[x], nisi nominatim fructuũ perceptio donaretur[y].

- y d. l. iij. §. j.
- z Copus lib. iij. ca. iiij.
- a d. l. si filiusfam. §. fin.
- b d. l. iiij in princ.
- c l. ubi autem. §. fin. ff. de uerb. oblig.
- d l. in conuentionalibus. in fin. ff. de uerb. oblig.
- e l. iij. uers. incongruum. ff. de uulga.
- f l. ubi §. pen. ff. de uerb. oblig.
- g l. quoties. ad trebel. cum si.
- h d. l. iij. §. j.
- i d. l. iiij. uers. uers.
- k l. j. in prin. ff. de act. empt.
- l l. insulã. de præscri. uerb.
- m l. iij. §. dare. ff. de usufr.
- n l. cũ quis. de condi. cau. data.
- o l. si quis argentũ. §. pe. C. de dona.
- p d. l. ud. generaliter. §. si actionẽ.
- q l. mora. §. in bonæ fidei. de usur.
- r l. liberalis. de usur.
- s l. cũ qui imperf. ff. de donatio.
- t Glo. magn. l. in ædibus. §. j. ff. de donat.
- u l. in ædibus. §. j. ff. de donat.
- x l. cũ de donatione. ff. de donat.
- y d. l. in ædibus. §. j. in fi.

d

Addit

ducta[p] maritũ in dote[q], eam diligentiã curandis & cõseruandis his rebus adhibere oportere, quam diligẽtissimus quisq; paterfa. adhibuisset. Multò ergo magis, inquit, hic malæ fidei possessor huiusmodi præstabit diligentiam, ne melioris cõditionis sit, quàm bonæ fidei possessor[r]. Sed neq; communis, neq; Copi sententia mihi placet: quoniã præterquàm quòd sunt diuinatrices, torquent textũ. Nam si cõsyderaretur, quid diligens paterfa. aut quid cõmuniter percipi potuit, cur lex hoc non dixit? Cur dixit, nõ possessorem, sed petitorem cõsyderari[a]? Ego ergo puto fructus qui percipi potuerunt, duobus modis consyderandos esse: quoniã uel actione mota[b], uel iudicis officio restituuntur[c], cùm per actionem petuntur, attendendum est quid ipse petitor percipere litis contestatæ tempore potuit[d], & de his fructibus Paulus loquitur, dum ait, fructus ij deducuntur in petitione[d]. Itidem & Papinianus, inquiens generaliter cum de fructibus quæritur[e], & ratio est, quia petitor cum fructus petit, ius non ex eo metitur quod possessor occupauit, sed ex suo iure[f]: id est ex eo quod pcipere potuit, non ex eo quod possessor sua industria habere potuit[g], neq; ex eo quod habuit[h]. Si uerò fructus officio iudicis restituantur, (quod fit, quando res tantùm petitur[i], quonim actio de sola re mota non continet fructus[k], nisi postquam lis est contestata, quo casu officio iudicis ueniunt[l]) consyderatur quid ipse possessor percepit, & percipere potuit,[m] siue debuit[n]: debuisse autem intelligitur, si aliqua illius arguatur culpa[o], quæ ex contractus natura lata, aut leuis interpretari debet[p]: ut puta cùm dicit lex, creditorem teneri de eo quod percipere debuit[q], interpretabimur illum teneri, si quid leui culpa commisit[r]. Leges ergo quæ dicunt, possessorem teneri de his fructibus quos percipere potuit, loquuntur in casu quo res solum petita erat. nam Imperator Gordianus non loquitur nisi de querela ipsius rei, uidelicet domus petitæ[s]. Sic etiam Valentinianus casum exprimit, quo sola

p l. si merces §. conductor. ff. locati.
q l. in rebus. C. de iure dot.
r l. non solũ. ff. de noxal. actio.
a d. l. natis. §. fin. d. l. apud. §. j.
b l. si nõ sortem. §. libertus. ff. de condict. indeb. glo. l. in summa. §. ei q eo. tit. l. p socio. § si tecum. ff. pro socio.
c l. utiq. in princ. ff. de rei uendica. l. idemq. §. si ex fundo ff. a. sdat.
d l. præterea. ff. de rei uend.
d d. l. apud. §. j.
e d. l. si nauis. § generaliter.
f l. j. § j. ff si pars hæred. peta.
g l. iij. in princ ff. ad le. falcid.
h d. § generaliter. uers non an malæ fidei possessor. d. l. apud. §. j. uersic. non quos hæres percepit.
i Bald. l. j nu. 23. C. de fructib.
k l. fundum. uers si. item §. de excep.
l l. uideamus generaliter. §. si actionẽ. uers. quod si ff. de usur.
m l. j. in fi. C. de petit hæred.
n l. sed & si lege. §. sed & fructus. ff. de petit. hæred.
o §. & si hæredi. Inst. de off. iudic.
p l. cõtractus §. eo.
q l. ij. C. de pign. act.
r §. fin. Instit quib. mod. re contrah.
s d. l. domum. C. de rei uend.

res in iudicium erat deducta[t]. Quibus casibus, ut suprà dixi, quando res tantùm petita est, officio iudicis fructus debentur. & ideo consyderantur fructus, non quos petitor, sed quos possessor percipere potuit: quia iudicis officium possessorem magis quàm petitorem respicit[u], proniorq; iudex esse debet ad possessoris liberationẽ[x]. Negari tamen non potest, iudicem etiam suo officio condemnare posse reum ad fructus eos, quos litis contestatæ tempore actor habere potuit[y]. Nam in stipulatione fructus officio iudicis præstantur[z], ut causa præstetur[a]: id est id omne quod habiturus esset actor, si litis contestatæ tempore rem habuisset[b]. Vnde consequens est, cùm fructus officio iudicis præstantur, ipsum iudicem alterutrius, uel petitoris uel possessoris personam consyderare, secundum id, quod illi æquius uisum fuerit, posse. In dubio tamen censeo, ut potius possessoris respiciat personam. Verum quia diximus, fructus nunc actionis iure, nunc iudicis officio restitui; operæpretium est ut uideamus, qua actione petantur. Ad cuius articuli declarationem, per singulos contractus est discurrẽdum. Nam ex contractu emptionis, actione ex empto fructus petuntur[c]. sed hoc perfecta tantùm uenditione[d]: si quos enim ante uenditionem perfectam emptor consequutus est, illos actione ex uendito restituere debet[e]; adeò ut si uenditio sit sub pacto legis commissoriæ, uel addictionis in diem, quamuis interim suo iure fructus percipiat[f], illos tamen restituit, si alius meliorem attulerit conditionem[g]: aut si suo die pretium non fuerit solutum[h]. In uenditione igitur fructus tantùm pendentes non antea percepti ueniunt[i]. quia in omni alienatione rei, fructus pendentes rei pars esse iudicantur[k], nisi fructus in uenditione essent excepti[l]: quo casu & arundo cædua, & sylua intelligitur excepta[m], non tamen lapidicinæ quæ uenditionis tempore non apparebant, licet lapidicinæ ubicunque essent exciperentur[n]. Proinde quæ de emptione diximus, eadem & in permutatione

t d. l. ij. C. de fruct. & lit. expen. uer. ex quo.
u § fi. Inst. de perp. & temp. act.
x l. Arrianus. §. de act. & oblig.
y d. l. præterea.
z l. uideamus. generaliter. §. si actionem. de usur.
a d. §. si actionem. in fi.
b l. cùm fundus. in prin. ff. si cert. pe.
c l. iiij. § fin. ff. de usuris.
d l. fructus. C. de act. empt.
e l. ij. in fin. C. de act. empt.
f l. v. de leg. commiss. l. ij. in fin de in diem adiect.
g l. item quod. in prin. de in diem adiect.
h l. iiij. & v. de lege commiss.
i l. Iulianus. §. si fruc. lib. ff. de act. empt.
k l. si. §. fructus. ff. de his quæ in frau. cred.
l l. pe. in prin. ff. de contrah. emp.
m l. qui fundum. §. fi. ff. de contrah. empt.
n l. in lege. in prin. ff. de contrahen. empt.

tione locū habent[o]: quia illa & quod id quod intereſt[p], & quoad bonam fidem[q], aliaſq; acceſsiones, emptioni æquiparatur[r]. Quod præterea addit Copus in mutuo fructus eſſe accipientis[s], ea ratione, quòd mutui ſit dominus[t], & per conſequens fructuum[u]: ſatis impropriè dictum eſt, cùm mutuū in frumento, oleo, uino, alijſq; rebus conſiſtat[x], in quibus nullus fructus eſſe dicitur[y]. Vinum enim, & ſimiles res, quia fructus ſunt, alios fructus nō habent[z]: ſicut nec ſeruitus ſeruitutis[a], nec uſurarum uſuræ dicuntur[b]. Rurſum ex ſtipulatione fructus, etiam ſi ſtipulationis tempore fuerunt, non debentur[c], quamuis mora inuenerit: ſed tantùm lite conteſtata ex æquitate & iudicis officio præſtari ſolent[d]. Et ſi quis opponet in ſtipulatione uenire id quod intereſt[e], & per conſequens fructus, qui in intereſſe continentur[f]. Reſpondebo, Id quod intereſt non ex fructuum quātitate, ſed ex perſonarum qualitate conſyderari[g]: ideo autem in ſtipulationem uenire, quia in omnibus faciendi obligationibus, id quod intereſt, non autem factum promiſſum, eſt in obligatione[h]: ut ſuprà latè docuimus[i]. At cùm ſtipulor rem, non fructus, ſed res ipſa eſt in obligatione[k]. Et ſi dixeris, fructus pendentes partem rei eſſe[l]: Replicabo, hoc legis fictione, non ex rei ueritate, in reſtituendi[m] & bonæ fidei obligationibus procedere[n]. Secundò opponunt Doctores, in ſtipulatione æſtimationem fieri ex tempore moræ, quanti plurimi res fuit[o], & per conſequens fructuum[p]. Sed ego ſuprà docui, hanc ſententiam falſam eſſe[q], & litis conteſtatæ tempus ſolùm conſyderari[r]. Magis obſtat quod Vlpianus reſpondit, ex ſtipulatione rem dari, & uacuam poſſeſsionem tradi, incerti actione ex ſtipulatu fructus peti[s]: cùm tamen contrarium cenſuiſſe Pomponius uidetur[t]. Accurſius & Bartolus Vlpianū interpretantur, de eo, qui & rem dare & uacuam poſſeſsionem tradere promiſit: Pomponiū uerò, de eo qui alterum tantùm[u]. quoniam adiectiones plurimum rem augere ſolent[x], Sed hæc doctorum interpretatio Pomponij reſponſo minime conuenit, quo dicitur, In promiſſione unius alterū uenire[y]. Ridendus eſt Copus, qui Vlpianū reprehendit, Pomponio tantum ſubſcribens[z]. Ego arbitror in ſimplici ſtipulatione Rem dari, non uenire fructus[a]: ſecus in hac Rem dari, & Vacuam poſſeſsionē tradi[b], quia cum illa, Rem dari, neceſſariā dominij contineat tranſlationem[c], hæc uacuam uidelicet poſſeſsionem tradi, quæ fructuū præſtationem cōplectitur[d], neceſſariā continere debet ex alterius ſtipulationis natura fructuum traditionem[e]. Vel ſi dixeris alteram ſtipulationem certam eſſe, alteram incertam[f]. Reſpondebo: Pomponium loqui in caſu, quo utraque promiſſio non erat expreſſa. Et ita ſentit cōmunis opinio: quoniam differt expreſſum, ab eo quod tacitè ineſt[g]. Vel rectius dicamus, Vlpianum loqui in ſimplici ſtipulatione, in qua plurimū refert, an ſimpliciter rem dari, an rem dari, ſimul & uacuam poſſeſsionem tradi ſtipuler. Pomponius uerò loquitur in ſtipulatione, quæ de re empta fiebat: quo caſu ſi emptor. Sed & ſi emptor ſtipnlaretur rē dari & uacuā poſſeſsionem tradi, fructus non uenirent[h]: quia non eſt ueriſimile, uenditorē plus promiſiſſe, quàm iudicio empti teneretur[i]: Iudicio autem empti in id tantùn quod intereſt tenetur[k]. Nec obeſt, quòd rem dare promiſerit, quia ex ſubiecta materia uerba intelliguntur[l], & Datio, pro Traditione accipitur[m]. Sed quid in donatione ſi cauſa mortis facta ſit, donatore conualeſcente, condicuntur fructus[n]. Si inter uiuos fiat donatio. Iure digeſtorum in profeſſo eſt, ex ea citra ſtipulationem non agi[o]: qua interueniente fructus tantùm ex litis conteſtatæ temporis[p], non ex mora, quæ ſola in bonæ fidei contractibus[q]. nō in donatione, nec Reipub. facta[r], quia bonæ fidei non eſt, attenditur, præſtari ſolent[s]. Hodie autem etiam ſine ſtipulatione condictione legis agitur[t]. Et hæc ſunt accipienda in fructibus perceptis[u], illi enim rei donatæ appellatione non ueniunt[x], niſi nominatim fructuū perceptio donaretur[y].

Addit

o l. fina. ff. de rer. permut.
p l. j. C. de rer. permu.
q l. ij. C. eo tit.
r d. l. fi. ff. de rerum permu. cum ſi.
s Copus. lib. iij. de fructib. cap. iij.
t l. ij. §. appellata. ff. ſi cert. pet.
u l. qui ſcit. in prin. ff de uſur.
x Inſtit. quib. reb. cōtrah. oblig. in prin.
y §. cōſtituitur. uerſic. nam hæres. Inſtit. de uſufr.
z l. Iulianus. §. idē. de rei uendic.
a l j. ff de uſufru. legat.
b l. fi. C. de uſur.
c l. ſi filiusfa. §. fin. ſ. de uerb. oblig.
d l. uideamus generaliter. §. ſi actionem. ff. de uſuris.
e l. ſi fundum ſ. de uerb. obligat.
f l. iiij. §. in conſeſſoria. ff. ſi ſer. uen.
g l. ſi quis ab alio. in princ. ſ. de re iudic. Bart. d. §. ſi actionem. uerſi. quid enim.
h l. ſi pœnā. in fin. ſ. de uerb. oblig.
i l. quatenus. ſ. eo.
k l. quicquid aſtringendę. ſ. de uerb. oblig.
l d. l. fin. §. fructus. ſ. de his quæ in fraud. cred.
m l. fructus pendentes. uerb. uidētur. ff. de rei uend.
n d. l. Iulianus. §. ſi fructibus. ff. de act. empt.
o Gl. uerb. cùm petitum. in princ. l. unum. ff. ſi cert. petat.
p Doctor. d. l. ſi filiusfa. §. fi.
p dixi. l. quatenus. ſ. eo.
r l. iij. §. in hac. ff. commod.
s l. iiij. in princ. ff. de uſuris.
t l. iij. §. j. ff. de act. empt.
u Glo. d. l. iiij.
x Lex tamen. ff. de leg. iij.
y d. l. iij. §. j.
z Copus lib. iij. ca. iiij.
a d. l. ſi filiusfam. §. fin.
b d. l. iiij in princ.
c l. ubi autem. §. fin. ſ. de uerb. oblig.
d l. in conuentionalibus. in fin. ſ. de uerb. oblig.
e l. iiij. uerſ. incongruum. ff de uulga.
f l. ubi §. pen. ſ. de uerb. oblig.
g l. quoties. ad trebel. cum ſi.
h d. l. iij. §. j.
i d. l. iij. uerſ. uerū.
k l. j. in prin. ff. de act. empt.
l l. inſulā. de præſcri. uerb.
m l. iij. §. dare. ff. de uſufr.
n l. cū quis. de con di. cau. data.
o l. ſi quis argentū. §. pe. C. de dona.
p d. l. uid. generaliter. §. ſi actionē.
q l. mora. §. in bonæ fidei. de uſur.
r l. liberalis. de uſur.
s l. cū qui imperf. ſ. de donatio.
t Glo. magn. l. in ædibus. §. j. ſ. de donat.
u l. in ædibus. §. j. ſ. de donat.
x l. cū de donatione. ſ. de donat.
y d. l. in ædibus. §. j. in fi.

d

Addit & Copus, intelligenda esse in fructibus non cõsumptis[a]: nam pro cõsumptis, licet quiuis alius possessor lite cõtestata teneatur[b], tamen Paulus specialiter (ut Copus inquit) donatorem censet cõsumptorũ fructuum nomine non teneri[c]. Sed hæc Copi sentẽtia mihi nõ placet: quoniã si bonæ fidei possessor post litẽ etiã fruct⁹ cõsumptos præstare cõpellatur[d], multò magis is qui ex donationis causa obligatus est, qui ex sua mora in quadã fraude esse dicitur[e]. Preterea Paulus loquitur de eo donatore, q iam tradiderat: qui nõ habet beneficiũ, ne in plus q̃ possit cõueniatur, quod beneficiũ haberet, si de eo loqueretur donatore qui nondum tradidit[f]. Paulũ ergo interpretantur Doctores, in donatore qui si malæ fidei possessor sit, semper fructus consumptos præstet. idẽ cùm bonæ fidei possessor esset, sed lis est contestata[f]. Sed hæc interpretatio Paulũ, generaliter & indistinctè loquentẽ, corrumpit: quẽ ea ratione ita intelligo, ut de donatore loquat̃, q rẽ donatã, quã tradiderat, aliquo modo recupauit. quo casu (inqt Paulus) si illã nõ restituat, beneficiũ ne plusquã posst nõ habet: sed tam ꝓ re, q̃ fructibus insolidũ tenetur, nisi fortasse fruct⁹ essẽt cõsumpti, tunc ꝓ his nõ plusquã potest tenetur.

OCCVRRIT, ut de Dote dicamus: in qua certũ est, fructus, siue mariti sint, siue mulieris, per actionem ex dote peti[g]: quia illi dotẽ augere solent, & ideo de his idem quod de dote traditur[h]. Quando uerò mariti uel mulieris esse fructus dicantur, diffusus est articulus, quem summatim cognoscemus, si obseruemus tria esse quæ necessariò cõcurrere debent, ut maritus fructus consequatur. Primũ est, quòd matrimoniũ sit contractum[i]: quippe sine illo dos esse non potest[k]. Alterũ, quòd maritus dotis onera sustineat[l], ob hæc enim, & non aliter[m] maritus lucratur fructus[n]. Tertium, quòd dos fuerit tradita[o]: uel pro eius traditione litis contestatio facta[p] quia ante traditionem maritus non dicitur dotis dominus[q]. Nec obstat si dixeris rem alienam in dotẽ tradi posse[r], cuius maritus nõ efficitur dominus: quoniã sufficit ut usucapiẽdi cõditionẽ habeat[s]. Iidem non urget si dicas, dotem quid uniuersale esse[t], & ob id traditionem non desiderare: quia illud speciale est in societate uniuersorum bonorum[u], aliud in petitione hæreditatis[x], & in dote mulieris fauore[y]. Ex his tribus, quæ necessariò concurrere diximus, infertur: quòd si dos ante nuptias fuerit tradita ex die tantùm nuptiarum (qui dicitur ille, quo festiuitas celebratur[z]) maritus consequitur fructus[a]: & ante perceptos restituere debet: quamuis iam dotem prius restituisset[b]. Secundò infertur, nullos fructus maritum lucrari, si eam quam non potest duxerit in uxorem[c]. Nec refert quòd interim matrimonij onera sustinuerit[d]: quia si unum ex his tribus, quę cõcurrere debent, desiderat̃, alia nihil ꝓsunt[e]. Si tamen putaret matrimoniũ legitimè cõstare fructus cõsumptos faceret suos[a]: quoniã omnis bonæ fidei possessor lucratur fructus[b]. Bona fides nanq; cùm usucapionem marito ꝑducat[c], multò magis & fructuũ acquisitionem, quæ facilius quęritur, quàm usucapio[d]: sed tamen eos fructus qui consumpti non sunt, iudicis officio restituere cogetur[e]. Tertiò ex præcedentibus infero, quòd soluto matrimonio, unà cum dote fructus sunt restituendi[f]. adeò ut nõ solùm de perceptis, uerùm & de percipiendis teneatur maritus[g]: nisi mulier moram in recipiẽdo cõmiserit[h], quo casu percepti tantùm fructus debentur, sicut & eo casu, quo res, quæ mulieris nunquam fuit, illi est restituenda[i]. Aduertendum est tamen, maritũ non omnes fructus illius anni, quo dissolutum est matrimoniũ, restituere oportere: Sed hi pro modo tẽporis quo dotale prædium fuit[k], (est autem dotale ex tempore, quo non sponsaliorum, sed matrimonij tempore[l] traditũ fuit[m]) diuidendi sunt: siue diuortio[n], siue morte solutum fuerit matrimonium[o]. Nec refert, an fructus sint naturales, an industriales[p], an percipiendi, an iam à marito percepti[q]. Non urget, quòd usufructuarius totius anni quo finitur usus fructus lucretur fructus perceptos[r]: hoc enim ratione iuris quod

habebat

a Cop. lib. 1 1 c. a. quinto.
b l. certum. C. de rei uendic.
c l. Nesennius. §. fundum. ff. de rei iudic.
d d. l. certum in fin.
e d. l. si quis argentum. § pen. uers. cum eum.
f l. quamex donatione. ff. de dona.
f d. l. certũ. & Bart. d. §. fundum.
g l. unica. §. sed & nouissimi. C. de rei uxo. act.
h l. si marito. §. si fundum. ff. solu. matrimo.
i l. si ante. ff. solu. matrim.
k l. iij. ff. de iure dot.
l l. si is qui stichũ. §. ibi dos. ff. de iure dot.
m l. aliunq. § scia. de adi. legat.
n l. dotis fructus. in prin. ff. de iure dot.
o l. de diuisione. ff. solu. matr.
p l. uideamus. ij. §. si actionem. ff. de usur.
q l. traditionibus. C. de pact.
r l. si alienam. ff. solu. matr.

s Glo. l. dotale §. dotale. uerb. cum. dominium. de fund. dot.
t l. j. §. j. uersic. impensæ. de dote prælegat.
u l. j. in fin. cũ seq. ff pro socio.
x l. qui tibi hæreditatem. C. de hæred. uel act. uẽd.
y Gl. uerb. uniuersale. l. j. de usuca. pro dot. ff.
z l. sancimus. uerb. nuptiarum. C. de nuptijs.
a d. l. si ante. solu. matr.
b l. si marito. § fin. sol. matri.
c l. in insulam. § j. ff. eo. sol. matr.
d Iason. d. l. si ante.
e l. iij. §. Itaq. ff. de in. actioq; pri.
a d. l. in insulam. § j.
b l. bonæ fidei. in prin. ff. acqui. rer. dom.
c l. Proculus. cum gl. de iur. dot ff.
d Barto. l. sed & si. § scire. ff. de pet. hæred.
e l. certum. in fi. C. de rei uendicat.
f l. de diuisione. l. diuortio. in prin. sol. matr.
g l. uideamus generaliter in prin. ff. de usur.
h l. si mora. in fin. ff. sol. matr.
i l. uenditor. uersi. quemadmodum. de hered. uel act. uend.
k d. l. diuortio. uer. ex contrario.
l l. si ante. sol. matr.
m l. dotale §. dotale. de fund. dotal.
n d. l. diuortio. in princ.
o l. unica. §. sed & nouissime. C. de rei uxo. act.
p d. l. diuortio. uer. neq; enim. & ibi glo. in uerb. fructus.
q d. l. diuortio. uer. neq; enim. uersi. alioqui.
r l. defuncta. de usufruct.

habebat permittitur[s]. Non ita maritus, qui quamuis dominus dotis sit[t], non tamen fructus, nisi ob dotalia onera, cōsequitur[u]. Proide in hac fructuū diuisione obseruandū est, q̄ si fructus semel tantū in anno colligantur, pro modo ultimi anni, quo stetit matrimoniū, fiet diuisio[x], quòd si bis colligantur in anno, singulis uidelicet sex mensibus, fiet diuisio pro modo sex mensiū, q̄bus stetit matrimoniū[y]: quod de prioribus sex mensiū fructibus est intelligendū[z], quāuis existimem, si posteriorū mensium fructus pluris æstimētur cōpensationem faciēdam esse[a]. Sed quid cùm fructus semel tantùm pluribus annis colligunt̃? Pro modo mensiū uel annorū, quibus matrimoniū estetit, fiet diuisio[b]. Si igitur matrimoniū uno mēse steterit quia duodecim sunt anni menses, & quia fructus sicut & alia quælibet res ipso iure in duodecim partes diuiditur[c], unā fructuū partē ex duodecim maritus habebit[d]: si quatuor mēsibus durauit, q̄a tertiam anni partē faciunt, tertiā fructuum partē ex duodecim, id est quatuor, maritus habebit[e]: si duodecim mensibus stetit, integros totius anni fructus lucrabitur[f]: Si quindecim mēsibus aut duobus uel pluribus annis stetit matrimonium, ultimi duntaxat anni, quo matrimoniū solutum est, fructus pro rata temporis parte erunt diuidendi[g]. Sed quid in huiusmodi specie, Si primo matrimonij mense fructus fuerint collecti, secundo mense fundus dotalis locatus sit, quarto uerò finitum fuerit matrimonium? Lex ait, fructus cum quarta parte mercedis cōfundi, ut maritus ex ea pecunia tertiam partem habeat[h]. Quonam pacto lex hæc intelligenda sit, non minima est Doctorum contentio: nā maritus nō lucrabitur fructus simul & pēsionē[i], cùm sint fructus duorū annorum, ob id quòd pensio fructuum nō collectorū, sed colligendorum gratia fiat[k]: maritus autē pro anno uno unius tantum anni fructus (ut iam dictum est) consequitur[l]. Quid ergo fiet? an ex solis fructibus, an ex sola pensione, an ex utroq; suam fructuum partem maritus consequetur? Et lex (ut dixi) sanxit, fructus cum quarta parte mercedis confundendos, ut maritus ex ea pecunia tertiā portionē habeat[m]. Sed contrà, maritus non lucratur fructus, nisi pro modo temporis, quo stetit matrimoniū[n]. Cùm igitur in specie prædicta quatuor mensibus durauerit matrimoniū, quatuor tantùm partes ex duodecim habere debet. cùm tamen lex prædicta innuat habere quinq;, quoniā si fructus omnes cōfundantur cum quarta parte mercedis, fructus quorū partes omnes sunt duodecim, cū quarta parte mercedis, id est, cū tribus partib⁹ ex duodecim (quarta pars enim mercedis diuisæ in duodecim partes cōtinet tres) faciūt quindecim, ex quibus lex suprà scripta ait maritū habere tertiā portionē, & sic quinq;, cùm tamē matrimoniū non nisi quatuor mensibus steterat, sicq; quatuor tantū habere debuit. Huic oppositioni responderunt Doctores, diligentiā mariti, qui statim fructibus collectis fundū locauerat, hoc effecisse[o]. Quorum interpretatio perquā absurda uidetur. Nam si fingamus matrimoniū decem mensibus stetisse, ita ut primo mēse collecti sint fructus, secundo locatus sit fund⁹, sicut mercedis quarta pars (id est tres) cōfundit̃ quando quatuor mēsibus stetit matrimonium: ita quādo decē durauit, nouē confundentur cū fructibus qui habēt duodecim partes, quæ cum nouē coniunctæ faciunt portiones unam & uiginti: ex quibus si dixeris maritū habere nouē partes, aut tertiā partē, id est septem, non meliorē conditionē suam locando fecit, sed deteriorem quia locatione non interueniēte habuisset decem cū decem mēsibus steterat matrimoniū. Quapropter Alciatus, nodum aliter dissoluit, inquiens, cùm primo mense collecti sint fructus, secundo locatio facta, quarto dissolutum est matrimonium, fructus non omnes, sed pro parte tēporis, quo stetit matrimoniū, cōfundantur: stetit autē matrimoniū uno tantùm mense tempore fructuū, sicq; fructuum una pars tantùm ex duodecim confundetur cum quarta parte pensionis, id est, cum tribus, ut ex ea pecunia confusa habeat tertiam

portio

s l. si seruus cōmunis mus. § si. de stip. seruo.
t Instit. quib. alie. licet. in prin.
u l. pro oneribus. C de iure dot.
x d. l. unica. § sed & nouissimi.
y d. l. diuortio. §. quod in anno.
z l. dotis pensio. in fi. iure dot.
a Arg. l. si fundus. § fi. sol. matr.
b d. §. quod in anno. uers. fin.
c § hereditas. Instit. de hæred. instit.
d l fructus. uersic. nam si. sol. matr.
e d. l. diuortio. uer. itaque.
f d. l. diuortio. §. interdum. uer. l. j.
g d. l. unica. §. sed & nouissimi. de rei uxo.
h d. l. diuortio. in prin. uers. itaque.
i d. l. diuortio. uers. non enim.
k l. sed addes. § si quis cum. ff loca.
l d. l. si fundus. §. fin.
m d. l diuortio. uer. itaque.
n d. l. diuortio. § ex contrario. §. interdum.
o Doctores post gl. d. l. diuortio.

portionē;quia quatuor mensibus,hoc est tertia parte anni steterat matrimoniū[p].Sed hic Alciati intellectus legem uerè non interpretatur:cùm lex dicat, fructus confundi: Alciatus uerò fructuū partem.Præterea lex ait,ut ex ea pecunia tertia portio uiro relinquatᵉ: Alciatus uerò, ut totam ipsam pecuniam confusam maritus habeat. Ego igitur Iureconsultū aliter interpretor: ut quarta pars mercedis (id est, tres) cōfundatur cum omnibus fructibus: ut maritus habeat nō ex eo quod confusum est, sed ex ea pecunia, id est, ex reliquo mercedis non cōfusæ tertiam partem reliquū mercedis erat nouem, ex quibus ergo tertiam partem habebit, id est, tres: quoniā tribus tantùm mensibus durante locatione stetit matrimonium:pro alio uerò mense, quo ante locationem fructuum tempore stetit matrimonium,quid maritus habeat, nihil dixit Iureconsultus: cùm certum erat, illum habere unā partem fructuum quia uno mense fructuum tempore stetit matrimoniū : sicq; maritus pro quatuor mēsibus habet quatuor: tres ex locatione, & unū ex fructibus. Adde,communem sententiam uerbis legis cōprobatam uideri: neq; semper hæc confusio marito prodest, ut putarunt Doctores : sed tantùm eo casu, quo æquales fructus sunt cum pensione, aut ipsa pensione maiores: uerbi gratia,si fructus sint X I I.coronatorum, & pensio similiter duodecim, cōfusio omnium fructuum cum quarta parte pensionis facit X V. ex quibus tertiā partem habet maritus, quinq; nimirum:cùm aliâs cōfusione nulla facta non nisi quatuor haberet. Itidem si fructus essent X I I.coronatorū,pensio X I I.librarū,confusio omnium fructuū cum quarta parte pensionis facit tredecim coronatos & dimidiatū : ex quibus tertiam partē habet maritus,quatuor uidelicet coronatos & dimidiatū: cùm alioqui diuisione nulla facta duos tantum coronatos & dimidiatū cōsequeretur (accipio enim coronatū pro duabus libris dūtaxat.) At cōtrà,finge fructus esse duodecim librarū,pensionē duodecim coronatorum, cùm nō interueniente diuisione lucraretur tres coronatos & dimidiatū,illa subsecuta solos tres potietur coronatos. Hæc igitur confusio marito nocet, eo casu puta, quo fructus sunt minores,pēsio maior:sępius uerò prodest,si pēsione uel maiores sint fruct⁹, uel saltē non minores. Sed & præter hæc possumus dicere, quòd cū matrimoniū stetit p quatuor mēses,maritus debet tantū habere quatuor: sed quæstio erat,nū ex fructibus uel pensione accipienda essent : resultaret enim iniquitas ex parte alterutrius uel mariti, uel uxoris,si fructus & pēsio inæquales essent:nec æquum esset,q maritus unā tātùm partem fructuū haberet,& tres mercedis,quia fructus sunt totius anni. Rursum nō erat æquū,q haberet quatuor ex fructibus,& tres ex pēsione.Propter hāc igitur perplexitatē fructuū duorum annorū, quæ cōtigit matrimonio constante,dixit Papinianus,cōfundendos esse omnes fructus cum quarta parte mercedis, ut ex ea cōfusione maritus tertiā portionem habeat,quæ cōfusio marito semper nocet in casu quo contenderet se debere habere quatuor ex fructibus,& tres ex pēsione,quod uidebatur dicendum ut in uers.neq; enim. Hæcq; erat ratio dubitādi. Post dicem⁹ quid in cōmunione & si coita sit societas,actione pro socio uel cōmuni diuidūdo fructus petuntur[a], quoniā in societatibus fruct⁹ sunt cōmunicandi[b],ita ut is qui plures quàm ipsius portio exigat collegerit, quod plus habet restituit[c].Sed si res sine societate cōmunis sit,pro his fructibus diuidēdis qui ex cōmunionis tempore sunt pcepti cōmuni diuidūdo agitur[d],etiā aduersus eum,qui percepit & existimabat se cū alio quā cū actore cōmunionē habere[e].Quòd si hæredes essent qui cōmunionē habēt,familiæ ercisc. iudicio, uel etiā cōmuni diuidūdo pro fructib⁹ diuidēdis agitᶠ. Et hoc est intelligendum de fructibus perceptis,uel natis post aditā hæreditatē[g] : & quod lex ait,præteriti quoq; temporis fructus uenire[h], de his fructibus accipere oportet quos quis percepit sciens rem esse hæreditariā[i]:tales enim æqualiter ad hæredes pertinēt[k]: sed si nesciebat,fructus cōsumptos lucratur

p Alciatus lib. Parad. I I I. cap. 5.

a l. pro socio arbiter. §. 6. ff. pro socio.

b l. uideamus generaliter. §. sed & in societatib. ff. de usur.

c l. qui scit in prin. ff. de usur.

d l. iiij. uersic. planè ff. condi.

e l. si quis putans. in prin. ff. cōmuni diuid.

f l. quibus casibus. ff. pro socio.

g l. partum. famil. ercisc.

h l. pe. fam. ercisc.

i l. inter. §. fructus. ff. eod.

k l. fundus qui. uer. qui uero eo.

cratur, si erat bonæ fidei possessor, & lis nō sit cōtestata [l]. Et hæc omnia etiā locū habent in finium regundorū iudicio, quo petunt fructus [m]. Sed quid in fructibus pignoris? quia illud debitoris non desinit esse [n], fructus quoq; ad illū pertinent [o], sed creditor, quādiu manet pignus obligatum, illos quoq; oppigneratos habet [p], uerum quoscūque percepit uel percipere potuit, certū est ipso iure diminuere; primò usuras si quæ sunt [q]: deinde debitū [r], adeò ut res desinat pignerata esse, si fructus quos percepit adæquēt debitū [s] quòd si debito maiores pcepit, (maiores autem appello qualescunq; sint ubi totū debitum per sortis aut fructuum acceptionē consequutus est creditor [t]) qđ plus erit ab eo qui pignerauit etiam si prędo sit, pigneratitia actione petit [u], aut etiā actione in rē, ab eo, qui quocūq; modo dominus fuerit [x]. Sciendū est tamen, fructus pignoris aliquando debitum non minuere, sed usurarum loco esse, puta cùm ita conuentū est [y], aut cùm debitor gratuita pecunia utitur [z], ut in cōmodato [a], & mādato, qui gratuiti sunt cōtractus [b]. Idem etiā in deposito [c]. Sed in mutuo licet idē sentiat Accursius [d], ego dubito, ppterea q; contractus est stricti iuris, ex quo sine stipulatione usuras nō deberi respōsum est [e]. Similiter si pro dote promissa res pignerata sit, solutione non interueniente fructus pignoris lucratur maritus onerū dotalium [f] causa. In cōmodato & deposito idem, ut in pignoris dicendū est: ut fructus scilicet remaneant in bonis, & unà cū re restitui debeant [g], quia rei cōmodatæ [h] uel depositæ dominiū non mutatur [i]. Sed quid in locatione, nā ex ea rei nō mutatur dominiū [k]? & ideo fructus eius remanent, qui rei dominus est: quod intelligendū est de fructibus pendentibus [l], nam illi pars rei (ut iam sæpe dictum est) esse dicuntur [m], sed ubi collecti fuerint coloni esse incipiūt [n], quia merces quā præstat est loco fructuū [o], cuius causa etiā pro fructibus pendentibus uel futuris ex conducto actionē habet [p]: quēadmodum is qui locauit, pro mercede ex locato, etiā si prædo sit, agere solet [q]. Proinde is qui negotia nostra gerit, negot. gestorū actione omnes fructus quos percepit, uel percipere potuit [r], etiā si post mortem eius cuius negotiū gerebatur accesserint [s], deductis tamen sumptibus, restituere cogitur [t]: adeò ut de illorū periculo, nisi fortuitus contigerit casus, obnoxius sit [u]. Idem dicendū est in tutore, qui de omnibus fructibus quos bona fide percipere potuit, tutelæ actione tenetur [x]. quinimò & curare debet, ut fructus pupillo quærantur [y]. hacq; ratione usurę pupillares multis priuilegijs sunt insignitę [z]. Sic etiā mādati actione, deductis impensis [a] fructus, & omnia alia q̄ extrinsecus ob rē ueniūt petunt [b]. Sed cōtrà, imò uidet quod officio iudicis [c]. Ego respōdeo: In omnib' bonę fidei actionibus sublata per pręscriptionē [d] aut sententiam principali actione [e], tolli & de fructibus actionē, ex uulgari regula, Principali nō subsistente, accessoriū esse non posse [f]. Vnde fructus dicuntur deberi officio iudicis, non per obligationē [g], separatam scilicet à principali obligatione [h]. Sunt tamen in hac principali obligatione, & ideo à tempore moræ præstari debent [i]. Aliud ubi tantū officio iudicis deberentur, tunc tantùm à litis cōtestatione fructus pręstantur [k], sicut & quando per stricti iuris actionem uendicantur [l]. Non debet igitur iudex super sola re sine fructibus sententiā proferre [m]. Sed hæc intelligēda sunt, quādo officio iudicis peterētur: aliud si per actionē peterentur [n]: tunc enim soli per se peti possunt [o]. In rei uēdicatione, fructus si sint pēdentes, ueniunt [p]: si sint percepti, officio tantū iudicis debētur [q]. In rescissorijs actionibus fructus quoq; ueniunt [r], & ideo in actione quod metus causa quadruplatur id quāto res est, id est, cum fructibus & omni causa [s], etiam si in restitutione petēda mora īteruenerit [t]. In Fauiana item actione, per quā reuocātur alienata in fraudem creditorū, fructus ueniūt [u], non solùm percepti, sed & hi, qui percipi potuerūt [x]. Sed hoc de fructibus accipiendū est, qui alienationis tempore terræ cohærebant, aut de his q post inchoatū iudiciū recepti sunt [y]. Sic minori decepto [z], uel mulieri pro

l §. & si hæreditas. Instit. de offi. iud.
m l. iiij. §. post litē. fin. regund.
n l. pignus. C. de pigno act.
o l. qui scit. in prin. ff. de usur.
p l. j. C. de pact. pigno.
q l. is cui. §. queri. ut in poss. leg.
r l. j. & ij. C. de pig. act.
s l. j. C. de distrac. pig.
t l. fi. C. de pig act.
u l. si pignore. §. si prædo. ff. de pig. act.
x l. si dominiū. C. de pig.
y l. si ea lege. C. de usur.
z l. ei si debitor. ff. in quib. caus. pig.
a l. si gratuitam. de præfec. urb. ff.
b l. j. in fi. ff. manda.
c l. Lucius. j. deposi. ff.
d Glo. d. l. cùm debitor.
e l. Titius. de præscript. uerb.
f c. salubriter. extra de usur.
g l. uideamus generaliter. §. si possessionē. ff. de usur.
h l. rei commodatæ. ff. commodat.
i l. licet. §. rei depositæ. ff. deposi.
k l. non solet. ff. locati.
l l. antepen. §. messem. ff. locati.
m l. fructus pendentes. de rei uend.
n l. si apes. in fi. §. de furt.
o l. j. §. si quis seruū. ff. deposi. l. sed addes. §. si quis cū. ff. locati.
p l. ex conducto. in prin. ff. locati.
q l. si urbana. ff. de condi. indeb.
r l. at qui natura. §. non tantū. de nego. gest.
s l. iij. §. hęc uerba. in fi. de neg. gest.
t l. q aliena. in princip. neg. gest.
u l. litis. § j. de neg. gest.
x l. si fine. §. modestinus. de admin. tuto.
y l. ob fœnus. ff. de admi. tut.
z Tot. titu. de usuris pupill. C.
a l. idemq;. § idem labeo. ff mandat.
b l. qui proprio §. procurator. ut in cæteris procur.
c l. idemq;. §. si ex fundo. mand. ff.
d l. eos. in princ. C. de usur.
e l. iiij. C. deposi.
f l. cùm principalis. j. eo.
g l. qui per collusionem. §. fi. act. empt.
h d. l. iiij. C. deposi.
i l. mora. §. in bonæ fidei. de usur.
k d. l. uideamus generaliter. § si actionem de usur.
l l. iiij. §. post litē. fin. regund. ff.
m l. si homo. §. de re iudic.
n Bar. l. ex diuerso. §. ubi. de rei uēd.
o l. si in iudicio. §. de excep. rei iud.
p l. fructus pendentes. de rei uend.
q l. utiq;. l. qui restituere. de rei uēdi.
r l. nec non. §. fin. ex quib. caus. maio.
s l. si cū exceptione. §. quadruplatur. q; met. cau.
t l. uideamus generaliter. §. item si in. de usur.
u d. l. uideamus. §. in fauiana.
x l. ait pretor. §. per hanc, & q̄ in fraud. cred.
y l. h. §. non solùm. q in fraud. cred.
z l quod si minor. §. restitutio. de minor.

alio intercedenti[a], uel ei qui condictione indebiti[b], uel condictione sine causa rescissionem contractus petit[c], aut redhibitoria actione agit[d], aut pacto legis commissoriæ[e]. Vel adiectionis in diem[f], aut alio quocunq; in contractu apposito[g], res unà cum fructibus est restituenda. Non omittenda tandem est petitio hæreditatis, qua hæreditas unà cum fructibus[h], uel etiã soli hæreditarij fructus peti possunt[i]. quoniam[k], siue ante aditam hæreditatem, siue post accesserint[l], imò fructuum fructus, quamuis in fructu esse non dicantur, hæreditatem augere solent[m]. Et ideò semper quemadmodum hæreditas ipsa restituendi sunt[n], etiam si tales sint quos petitor non potuisset percipere modò tamẽ illos possessor percepit[o]: nec refert, si illos ex inhonesta causa pceperit[p]: de his tñ non quos percepit, sed percipere potuit, tenet[q]: si modò ex honesta causa illos percipere potuit[r]. hoc enim bonæ fidei iudicium desiderat[s]. Cùm igitur fructus hæreditatẽ augeant, sequitur hæreditatẽ unà cũ fructibus fideicõmissario esse restituendam[a]. Quod uerũ est in fructibus pendentibus, quoniã percepti non amplius hæreditatis appellatione cõtinentur[b], ut apud Accursium & interpretes fusius uidere licet[c].

VISIS actionibus, (tametsi aliæ sint) quibus fructus petũtur: superest ut dicamus, quis illorũ nomine conueniatur. Et uulgaris est inter bonæ fidei & malæ fidei possessorẽ differentia[d]. Bartolus, quẽ receptius Doctores sequũtur, uult bonæ fidei possessorem naturales fructus cõsequi, si titulum habeat[e]: quia lex ait, illum omnes fructus pceptos suos facere[f], quippe quòd ratione possessionis nõ seminis aut culturæ ipsius efficiãtur[g]. Verùm hæc Bartoli ratio in fructibus industrialibus locũ sibi uendicat, sed in naturalibus quia non ex facto percipientis nascuntur, Accursius & Petrus uolunt perceptionem nihil facere[h] neq; unquã effici bonæ fidei possessoris[i]. Nec quicquam facit quod Bartolus dicebat, hoc intelligendum esse in bonæ fidei possessore titulũ nõ habente, (potest enim esse bonæ fidei possessor sine titulo[k], quæ bona fides sufficit quoad fructuũ acquisitionem[l] & præscriptionẽ[m]) quia lex de quolibet bonæ fidei possessore loquitur[n]. Non tamen sequenda est Petri sentẽtia, propter legẽ quæ uult, bonæ fidei possessorem non solùm fructus quos sua industria percepit, sed omnes facere suos[o], nec interpretatio Petri bona est, dicentis, omnes suos facere, scilicet quos aliena industria percepit: cùm dictio, Omnes, hanc nõ admittat interpretationẽ[p]. Ego igitur neq; Accursium neq; Bartolum sequor; sed dico generaliter nullum bonæ fidei possessorem fructus naturales facere suos[q], excepto bonę fidei emptore, q omnes fructus suos facit tam naturales, quàm industriales[r]. Cur autem hoc in bonæ fidei emptore speciale sit, ratio est; qa in illo & tempore contractus, & tempore traditionis propter frequentiam contractus[s] bona fides requiritur, cùm in alijs contractibus quod contractus tempore interueniat, sufficit[t]. Putarẽ tamen quemcunq; bonæ fidei possessorem fructus naturales, si consumpti essent, suos facere: quia lex tantum pro extantibus illum obligat[u], nisi eatenus, quatenus ex consumptione locupletior factus[x] est, quo casu condictione sine causa tenetur[y]. Non dicitur autem locupletior factus, nisi cum effectu habeat[z]. Sed quid de fructibus industrialibus? dicendũ est bonæ fidei possessorem illos quos percepit, quia sua industria percepit suos facere[a]: ita ut quandoq; nec ad illam fructuũ teneatur æstimationẽ[b]. Si tamen rem quæ ab illo petitur, sumptuũ causa, quos in eã fecit, retinere uellet, fructus quos percepit unà cum sumptibus compensarentur[c], tam ante litem, quàm post percepit[d], ita ut sumptuũ tantùm, qui fructibus maiores erunt, habeatur ratio[e]: alioqui si non fieret compensatio, eiusdem rei duplices fructus consequeretur, quod lex absurdũ iudicat[f], ne bis idẽ præstetur[g]. Quinimò dicunt Doctores, quòd si hos fructus industriales non cõsumpserit, bonæ fidei emptor illos officio iudicis restituere debet[h]: quoniam lex ait, extãtes eum restituere debere. Et idcirco res

a l.fin.§.j.ff.ad uelleia.
b d. l. uideamus.§. itẽ si indebitum.
c l. qui te debere §. fi. de cond. causa dat.
d l. cũ autem. §.cũ redhibetur. de ædil.edict.
e l. v. de leg. commissa.
f l.itẽ quod de in diem adiect.
g l.cũ te.C. de pac. inter empt.
h l.antepe. de petit. hæred.
i l.& non tantùm. §. seruitutes. de petit. hæred.
k l.ij.uers.fructib⁹. C. de pet. hæred.
l l item ueniunt.§. fructus. de petit. hæred.
m l.sed & si lege.§. fin. cum ij. ll. seq. pet. hæred.
n l.si marito. § fin. sol.matr.
o d.l.antepe.
p l. ancillarum. in fi. de pet. hæred.
q l.j. C. de petitio. hæred.
r l. fructus nõ modo. de rei.uẽd.ff.
s l.v.ff de usur.
a l.deducta. § hæreditatem. ff. ad Trebell.
b l.facta. § rescripto.eo.tit.
c l.in fideicõmissariam. & ibi glo. magn.eo.tit.
d l. certum. C. de rei uendic.
e Barto.l.ex diuerso.de rei uend.
f l. bonæ fidei. ff. acquir.rer.do.
g l.qui scit. §.in alieno.ff. de usur.
h Petr. d.l.certum. Accurs.d.l.ex diuerso.& §. si quis à nõ domino. Instit.de rer.di.
i l. fructus. ff. de usur.

k l. igitur. §. pn. test.ff. de lib.cã.
l Alcia.l.bonæ fidei.tit. praeced.
m l. j. C. ubi causa status.cum glo.
n d. l. fructus. de usur.
o d.l.bonæ fidei.
p Barto. d. l.ex diuerso.
q d.l.fructus.
r d.l.bonæ fidei.
s l. iusto. in princ. ff. de usucap.
t l.ij. in princip. ff. pro empto.
u d.l.certum. C.de rei uendic.
x Gl.d.l.ex diuerso.
y l. si & me. ff. si cert.peta.
z l. sed & si lege. §. consuluit. pet. hæred.
a d.l.fructus. de usur.
b l. cæterum. ff. de rei uendica.
c l. quòd si artificem.ff de rei uendica.
d l.emptor. de rei uendica.
e l.sumptus. de rei uendica.
f Arg.l. diuortio. in prin uers. neq; enim.sol.matr.
g l. qui bis idẽ. de uerb.oblig. ff.
h Gl.d l. ex diuerso.
i d.l.certum.

co responsum est, illũ non perpetuò, sed interim [k], id est quãdiu fundus euictus non fuerit, fructus suos facere [l]. Sed & si post litis contestationem aliquos cõsumpserit, non solùm pro extantibus sed & pro his cõsumptis tenetur [m]. Imò etiam de his quos percipere potuit [n], De his uerò, quos ante contestationẽ consumpsit, minimè tenetur [o]: sicut nec de his quos non percepit [p]. Sed quid si ex tali cõsumptione antequam lis contestaretur factus esset locupletior? In petitione hęreditatis certũ est adhuc teneri quatenus locupletior factus est [q], q͡a petitio hæreditatis, cùm sit uniuersale iudicium, fructuũ æstimatione augetur [r]. Idem quoq; Bartolus ait, in rei uendicatione [s], quippe condictio sine causa datur in eum non tantùm qui ex re mea, sed & qui ex re mihi debita factus est locupletior [t]. Hi autẽ fructus cùm officio iudicis debeantur, dicuntur debiti [u], & ideo etiam consumpti uendicabuntur [x]. Vendicatio enim respectu agente petitione hæreditatis est potior [y]. Postremò aduertendũ est, bonæ fidei possessorẽ eum esse, qui titulum habet, uel ab eo quem putabat dominum [z], uel ab eo quẽ putabat tutorẽ, aut procuratorẽ esse [a]. Sed & si non habeat titulum, sed aliquã causam iniustam quã iustã putabat, nihilo minus lucrari fructus nõnulli contendunt [b]: quoniã ut eos suos faciat, sufficit quod dolo careat [c]: at credulitas ista, licet non faciat bonæ fidei possessorẽ, facit tamẽ, ne malæ fidei uideatur [d]. Præterea sciendum est, regulariter bonam fidem præsumi [e], neq; aliter probari, q͡; per agentis affectionẽ iuramento confirmatam [f]. Si tamen reus agentis malam fidẽ probare uellet, frustra actor peteret ut suo iuri iurando credatur [g], Econtrà uerò malæ fidei possessor dicitur, qui domino cõtradicente emit [h]: uel qui dolo uenditorẽ pellexit [i], quiq; ab eo emit quẽ uendendi ius non habere sciebat [k]. Sed & post litẽ contestatam [l], imò & quandoq; post cõtrouersiam motã litigator malæ fidei fingitur [m]. Hic autem malæ fidei possessor, omnes fructus cum re ipsa restituere debet [n]; siue sint extantes, siue cõsumpti [o], nam pro extantibus rei uendicatione, pro cõsumptis condictione tenetur [p]. Nec refert, si illius autor bonã fidẽ semper habuerit [q]. Sed an teneatur de fructibus percipiendis? Lex ait eum teneri, si sua culpa non percepit [r]. Sed contraria lege dicitur, eum non obligari, nisi de his quos mala fide p̃cepit [s]. Accursius distinguit, inter eũ qui titulum habet, & alium: ut hic, nõ ille de percipiendis obligetur [t]. Sed hæc Accursij distinctio, præterquàm quòd iure non probatur, repugnat textui, dicẽti, nõ referre, an quis semper dolosus fuit, an uerò habens titulum posteà dolosus efficiatur [a]. Nec satisfacit Castrensis opinio, qua Accursium defendit nõ in uero, sed ficto malæ fidei possessore [b]: quoniã alienæ hęreditatis emptorẽ, qui per litis cõtestationem fictus malæ fidei efficitur possessor [c], titulus pro emptore à fructibus percipiẽdis minimè excusat [d]. Et ideo generaliter lex sanxit, litigatorẽ uictũ fructus p̃cipiẽdos restituere debere [e]: maximè eum, qui actione quod metus causa [f], aut fauiana [g] cõdemnatur: necnon eum, qui sciens aduersus legem emit [h]: uel à fisco non solẽniter uendente emit [i]. Quid ergo legi dicenti, malæ fidei possessorem de fructibus perceptis teneri, respondebimus [k]? Dici potest, ibi consequentiam faciẽdam non esse, quòd non teneatur de percipiendis, cùm certum sit argumentũ à contrario sensu nõ esse accipiendũ, si aliæ leges repugnent [l]. Vel subtilius existimo legem illam singulariter id decidere, de quo Bartolus dubitauit quærens quid dicendũ sit in eo qui ab initio malæ fidei possessor fuit, si posteà superueniat bona fides [m]. Lex igitur illa ait, malę fidei possessorẽ fructus restituere debere, quos probatũ fuerit eum mala fide percepisse [n]: quasi innuat, non sufficere, quẽ mala fide contraxisse ut in fructibus restituẽdis iudicetur malæ fidei possessor, nisi & illud quoq; probaretur eum mala fide fructus percepisse. Quod si hoc probatũ non fuerit, præsumetur bona fides: quia in fructibus percipiendis, cùm percipere sit facti, initiũ non considerator, quemadmodum in usucapione;

k d.l.bonę fidei.de acq.rer.dom.
l d.l.qui scit §.bonæ fidei. de usur.
m d.l.certum. in fi.
n l.ij. C. de fructibus & lit.expens.
o §.si quis à nõ domino.Insti.de re. diu.
p §.& si hæreditas. Insti. de offi.iud.
q l. item ueniūt.§. eos autem.de pet.hæred.
r l. si rẽ & pretiũ. de pet.hære.in fi.
s Bart.d.l.ex diuerso.
t d.l.si me & Titiũ. si cert.pet.
u l.pecuniæ. §.finatit praeced.
x l.item si uerberatum.§ j.uersic.nũ & si. ff.de rei uendic.
y l.officium.de rei uendic.
z l. quicunq;. in fi. ff de publicia.
a l.bonæ fidei.tit. præced.
b d.l. igitur. §. potest. ĩ.de lib.cau.
c Alciat. d.l.bonæ fidei.tit.præced.
d l.sed & si.§.scire. de pet.hæred.ubi Barto.
e l.pe.C.de euict.
f c. nulli. de elect. in vj. glo.mag.§. sed iste. Instit. de act.
g Bart.l.ij § si à pupillo.pro empto
h l si fundum.C.de rei uend.
i l.dolus. C. de rescind.uend.
k l. qui à quolibet. de cõtrah. empt.
l l.ij. C. de fructibus & lit.expen.
m l.sed & si lege.§ si ante. de pet.hæred.
n d.l.certũ.in prin.

o d § & si hæreditas.in fi. Instit.de offic.iudic.
p l.iij. C.de cõdic. ex le.
q l.quæsitum. ĩ.de acq rer.dom.
r d §. & si hæreditas.
s l.si fundum.C. de rei uendic.à contra sensu.
t Gl. d l. ex diuerso.in fi.gl.mag.
a l.sed & si lege.§. de eo in fin.ff.de peti.hæred.
b Castrẽ.d.l.si fundũ.C.de rei uendic.
c d.l. sed & si lege. § si ante.
d l.j.l.fi. C.de peti. hæred.
e l.ij.C.de fruct.& lit.expens.
f l.sed & pactus.in pri. ff.quod met. caus.
g l.ait prętor. §.per hanc. ĩ q̃ in frau. cred.
h l. quemadmodũ. in fi. C de agric. & censit.lib xj.
i l.j. C.de fid.instr. & iur.hast.lib.x.
k d.l.si fundum.
l Gl.l.conuenticulam.C.de episco. & cler.
m Barto.d.l. ex diuerso.in fi.
n d.l.si fundũ.in fi.

pione[o]: ſed ſingula temporũ momenta ſpectantur[p]. Sed contrà, ſi bonæ fidei poſſeſſor antequam fructus perciperet cognouit fundum eſſe alienum, bonæ fidei emptor quo ad percipiendos fructus intelligi debet, quàmdiu res euicta non fuerit[q]. Varias Accurſij ſententias[r] reprobat Copus[s]: qui tandem planè fatetur (ut ſæpe facit) legem illam contrariam ab alijs legibus corrigi. Sed magis placet ut dicamus, ſingula momenta bonę fidei uel malæ fidei, quod ad perceptionẽ fructuum attinet, cõſiderari[t]: ſed in caſu dubio (hoc eſt, tandiu, quãdiu res non eſt euicta) magis præſumetur bona fides[u]: quia mala fides nõ præſumitur[x]: niſi probatũ fuerit, mala fide poſſeſſorem malæ fidei fructus percepiſſe[y]. Cur enim imperatoria conſtitutio[z], in eo quem certum erat mala fide contraxiſſe, deſideraret in percipiẽdis fructibus malam fidem probari, niſi bona præſumeretur? Neq; obſtat, quòd hæres, qui eſt in bona fide ſi malæ fidei poſſeſſori ſuccedat, tanquam malæ fidei iudicetur[a]: nam id mirum in hærede non eſt, cuius ignorantia defuncti uitium non excuſat[b]; nec ex illius hæredis perſona obligationis immutatur conditio[c], maximè in cõtractibus, in quibus defuncti dolis, & mala fides hæredi nocet[d].

SCIENDVM eſt tamen, nonnullis caſibus malæ fidei poſſeſſorem fructus reſtituere non debere: ueluti ſi rem triginta annis præſcripſit[e]: ſublato enim principali, tollitur acceſſorium[f]. Quòd ſi quotãnis certi fructus promiſsi eſſent, triginta annorum lapſu non omnes fructus, ſed primis tantùm anni pręſcriberẽtur[g]. Quod Accurſius uerum eſſe fatetur in legato, non in ſtipulatione[h], quia quot ſunt anni, tot ſunt legata: una autẽ omniũ annorum eſt ſtipulatio[i], ut apud illũ uidere licet. Rurſus ſi malæ fidei poſſeſſor ſuis ſumptibus curauit fructus quæri, qui niſi ſumptus feciſſet, acquiſiti minimè fuiſſent, quo caſu de his quos non percepit non tenetur[k], ſatis enim abundè fecit petitori, qui impenſas in re melioranda factas illi donauit[l], ſiquidem pro ſumptibus nullam

o d.l. bonæ fidei. ff. de acq. rer. dom.
p l. qui bona. uerſi & magis. de acq. rer. dom. ff.
q l. qui ſcit. §. fin. de uſur.
r io d.l. qui ſcit.
s libro de fructib. ij. c. v.
t d.l. qui bona.
u d.l qui ſcit. §. fin.
x l. ut merito. pro ſoc. l. penul. C. de euict.
y d.l. ſi fundum.
z d.l. ſi fundum.
a d.l. ij. in fin. C. de fruct. & lit. expẽſ.
b l. cum hæres. ff. de diuerſ. & tempo. præſcrip.
c l. ij § ex his. ff. de uerb. oblig.
d l. ex depoſiti. ff. act. & oblig.
e l. eos. in princ. C. de uſur.
f l. cum principalis. j. eo.
g l. cum notiſsimi. §. i his. C. de præſcrip. 30. uel 40.
h Accurſ. d. §. i his.
i l. ſi Stichũ §. ſtipulatio. ff. de uerbo. oblig.
k l. cæterum. de rei uendic. ff.
l §. certæ. Inſtit. de rer. diuiſ.

habet actionẽ[m]. Poſtremò de his quos inhoneſtè percipere potuit, malę fidei poſſeſſor non tenetur[n], tametſi perceptos ex turpi cauſa reſtituere debeat[o].

IN LEGEM, CVM principalis.

De Principali, & Acceſſorio.

PRincipale dicitur id, quod fit directo[a], uel id quod magis ad nos pertinet, quàm ad alium[b]. Acceſſoriũ uerò eſt, quod per conſequentiã principalis factum eſt[c]. Duobus autẽ modis aliquid fit principaliter, & acceſſoriè: Natura, & Intellectu[d]. Natura, cũ tacitè aliquid ſubſequitur per expreſſum principale[e]. Intellectu uerò, quando per relationem ad alium actum apparet quod acceſſoriũ eſt, & expreſſè, & etiam ante principale fieri poteſt[f].

Itaque ſciendum eſt, hoc Acceſſorium cedere principali[g]: id eſt, illius eſſe, qui dominus eſt principalis[h]. Inde dicitur, Acceſſorium ſequi ſuum principale[i], ita ut ſi quis uaccam prægnantem uẽdat, & fœtum uendidiſſe intelligatur[k], niſi ex pretij quantitate aliud coniectaretur[l]. Sic cui quid conceditur, omnia concedi uidentur, quæ ad id ſequi poſſunt[m]. Connexorum quippe eadem debet eſſe diſpoſitio[n], & maximè ſi ex natura uerbi iſtud conſequatur[o], nam cui uerba conueniunt, cõuenit, & diſpoſitio[p], etiam in materia odioſa[q]: modò lex iſtud quod conſequens eſt uenire nõ prohibeat[r]. Sed etſi quod conſequens eſt non ex uerbi ſignificatione, ſed rei natura ſequatur, idem dicemus[s]: quoniam illa, quæ ex rei natura ueniunt, tacitè promiſſa intelliguntur[t], necnon à iudice, ſi rogatus fuerit, ſuppleri poſſunt[u]. Addebat Bartolus quamuis & uerbi ſignificatio, & rei natura ceſſaret, in actibus qui tractum haberent ſucceſſiuum, huiuſmodi conſequens uenire[x]: ut in ſeruitutibus[y], in procuratorio litis mandato[z]. Sed ſi tractum haberent momentaneum, in ultimis uoluntatibus adhuc uoluit conſequens uenire[a], non in contractibus[b]. Sed Salicetus, Decius, Curtius indiſtinctè uolunt in quocunq; actu uenire[c], ita

ut nulla

m l. finam. §. fin. ff. de rei uendic.
n l. fructus nõ modo. ff. de rei uẽd.
o l. cum hæreditas. de pet. hæred.
a l. j. §. item aut. ff. de iniur.
b l. principaliter. ij. C. de liber.
c l. athletas. §. fine autem. de his qui not. infa.
d Bart. l. ambitioſa. nu. 19. de decret. ab ord. ff.
e l. j. de autho. tut. d § item autem. ff. iniur.
f l. iiij. ff. de fideiuſ.
g l. etſi non ſunt. §. perueniamus. de aur. & arg.
h §. literæ. Inſtitu. de rer. di.
i l. ij. C. per quas perſo.
k Barto. l. ſi ut certos. uſq; adeo. ff. commoda.
l l. ſed addes. §. ſi quis mulieres. locat.
m l. ij. ff. de iuriſdi. omn iud. l. iij § q habet. ſer. ruſtic.
n l. quid ergo §. iudicio. de cõtr. tutel. act.
o l. legatis. de alim. lega.
p l. iiij. §. toties. de dam infect. ff.
q l oĩ lege. de teſt.
r l. cũ hi. § qui tranſigit. ff. de tráſac.
s l. fundũ. ff. de act. empt.
t l. cũ qd. ſi cer. pe.
u l. ſi pater. in fi. C. de act. empt.
x l. j. § j. ſi uſusfru. pet.
y d. l. iij. §. qui habet. ſer. ruſt.
z l ad rem mobilẽ. l. ad legatum. de procurat.
a l. ſinac. j. uerſ. non autem ſer. urba.
b l. in uẽdendo. de contrah. empt.
c l. ſi aquæ ductis. de cõtrah. empt.

ut nulla ſit ultimæ uoluntatis & contractus differentia[d], neq; referat an actus tractum ſucceſsiuum, an momentaneum habeat[e], ſed tãtùm diſtinguendum eſſe, an conſequens illud debeatur, & tunc ſemper ueniat[f]; ſi non debeatur, nõ ueniat, niſi ſit expreſſum[g]. & maximè, ſi hoc conſequens deſtrueret ipſum actũ[h]. Vnde in area, in qua uſumfructũ habeo, ædificare nõ poſſum, quia uſusfructus extingueretur[i]; tametſi cuſtodiæ cauſa rerum quæ in area ſunt poſſum caſam ibi ædificare[k]. Itaq; ſicut conceſſo principali, conceditur conſequens: ita, & per illius prohibitionem hoc denegatum cenſetur[l]: ſiue ſit conſequens, ſiue antecedens[m], dum tamen diuerſa non militet ratio[n]. Quid enim ſi is qui concedit uel prohibet, nullam in eo quod conſequens eſt habeat poteſtatem[o]? Quid ſi conſequens non neceſſariò, ſed tantum ad faciliorem actus expeditionem ueniret, & præiudiciũ adferret[p]? quo præiudicio ceſſante certum eſſet, & hoc conſequens uenire[q].

POSTQVAM uidimus, quomodo Acceſſorium ueniat conceſſo principali: nunc uidẽdum eſt, quomodo illo ſublato tollatur conſequens, & regula iuris eſt, Quæ ſequũtur locum non habere cùm principalis cauſa non conſiſtat[r]: Sic pupilli teſtamentũ nullum eſt, ſi paternũ corruat[s], & penus cum uaſis legata ſi conſumpta ſit, uaſa non debentur[a]. Et ſi principalis cõtractus nullus ſit, pactũ adiectum ualere nõ poſſe[c]: & ex diuerſo, reſciſſa debitoris principalis obligatione, reſcinditur & fideiuſſoria[c], & reſtitutio conceſſa in paterno teſtamento, extenditur ad pupillares tabulas[d]. Sic ſententia lata ſuper principali nulla eſt amplius, (niſi eodem die conquæreturſ) uſurarum[e], fructuũ[f], ſumptuum petitio[g]. Et ideo iudex re principali ante ſententiam extincta, propter acceſſoria reum abſoluere nõ debet[h]. Sed contrà, imò uidetur quòd ſola acceſſoria peti poſsint, ſine ſorte, ſiue ſint uſuræ[i], ſiue fructus[k], ſiue poenæ[l]. Sed reſpondendum eſt: hoc uerum eſſe, cùm acceſſoria iure actionis debentur[m]; ſed ſi deberentur officio iudicis, niſi erroris allegetur excuſatio[n], poſt ſententiam peti nõ poſſent[o]: quoniam iudicis officium poſt ſententiã ceſſat[p], & per conſequens omnia illa quæ officij iudicis ratione præſtari ſolent[q]. Verùm Doctores hæc non procedere uolunt in iudicis officio quod nobile appellant: nam per illud, quia loco actionis eſt[r], acceſſoria etiã principali extincto peti poſſe contendunt[s]. Idem quoq; dicunt in officio iudicis mercenario, quando iudex acceſſoriorum cognitionem in ſententia ſibi reſeruauit[t], uel etiam à ſententia appellatum fuit[u]. Iudex nanq; appellationis, de acceſſorijs quæ à principio petita erant cognoſcere poteſt[x]. Sed an per ſolam litis conteſtationẽ ſuper principali fructuum, ſublatum ſit acceſſorium? Et in profeſſo eſt, non eſſe[y]: quia per litis cõteſtationem deterior non fit actoris conditio[z]. Vnde dicitur etiã, lite conteſtata uſuras currere[a]. Sed contrà, per nouationem uſurę curſus impeditur[b], nouatio autem fit per litis conteſtationem[c]. Sed reſpondendum eſt, hoc uerum eſſe in nouatione uoluntaria, non neceſſaria[d]. magis enim nocet uoluntas noſtra ſpontanea, quàm per neceſſitatem coacta[e]. Fit autem nouatio uoluntaria per contractũ: nemo quippe cõtrahere cogitur[f]. Fit item & per litis conteſtationem, quando quiſpiam uolens rei conuenti defenſionem, & omnem illius in ſe ſuſcipit obligationem[g]; quod tamen non niſi actore uolente fieri poteſt[h]. Et hæc uoluntaria nouatio primam obligationem tollit[i], & illius acceſſoria[k], niſi in nouatione repetita eſſent[l]. Neceſſaria uerò nouatio fit per litis conteſtationem cum debitore factam, ſiquidem neceſſariò, & inuitus ad iudicium trahitur[m]. Inuitus quoq; quodammodo agit actor, cùm per iudicium debitum, exigere cogatur[n]. Itaq; hæc neceſſaria nouatio priorem non extinguit obligationem, etſi ſententia fuerit lata[o]. Imò illam magis auget, quoniam actionẽ temporalem perpetuet[p], omnemq; prę ſcriptionem tollat[q], & debitorem in mora conſtituat[r]. Sed quia nunc diximus acceſſoria per actionem uel officio iudicis peti, non ab re erit, ſi quæramus, an eodẽ

d l. ſeruũ filij. § cũ qui chirographum. leg. j.
e Curt. & Decius. d. l. ij. iurid. omnium iud.
f l. binas. ij. ſer. urb. d. l. ſi aquæ.
g d. l. in uendẽ lo. l. pe. de euict.
h l. uſufructuarius. §. ædificium. de uſufr.
i l. repeti. in ſi. qui. mod. uſuſfruct. amitt.
k l. pe. de uſufru.
l l. non dubiũ. uerſ. ſed etſi quid. C. de legib.
m l. oratio. ff. de ſponſal.
n l. ſi quis officiũ. de ritu nupt.
o ca. tuam. de ord. cog.
p l. j. in ſi. ſi uſufr. pet.
q l. pe. de uſufr. l. j. §. ſi ei quem. uerſ. fin. de inſtito.
r ut hic. & r. nihil. dolo. §. cũ principalis. j. eo.
s §. liberis. Inſtit. de uulg.
a l. ij. de pen leg.
b l. j. C. de condic. ob cauſam.
c l. ſi cũ exceptione. § labeo ait. ff. quod met. cauſa.
d l. ij § interdum. in ſi. ff. de uulg.
e l. Paulus. j. §. de re iud.
e l. iiij. C. depoſiti.
f l. eos. in prin. C. de uſur.
g l. iij. C. de fructi. & lit. exp.
h l. ſi homo. §. de re iudica.
i l. ſi in iudicio. §. de except. rei iudic.
k l. ſi marito. §. fin. ſol. matr. ff.
l l. cum ſtipulati. §. de uerb. oblig.
m l. centũ. uerſ. nec oportebit. cum ſeq. de eo. quod cert. loc.

n Gl. uerb. liberari. in ſi. l. in hac. de condict. ertica.
o l. fin. in ſi. de eo quod cert.
p l. iudex poſteaquã. §. de re iud.
q l. ædiles. j. §. iudici. ff. de ædilit. edict.
r l. quod ſi minor. §. ſi. ff. de minor.
s l. ſi. cũ gl. uerb. nõ poſſe § ſi. de condict. indeb.
t d. l. iij. C. de fructib. & lit. expen.
u l. in bonæ fidei. C. de uſur.
x l. per hanc. C. de temp appell.
y l. j. C. de iudic.
z l. non ſolet. §. eo.
a l. lite cõteſtata. ff. de uſur.
b l. utique. de rei uend.
c l. ſolutionem. de ſolut.
d l. aliã. de nouat.
e l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria. qui ſatiſd. cog.
f l. nec emere. C. de iure delib.
g d. l. ſolutionem.
h l. ſi mãdato meo. in ſi prin. uerſ at ſi noluit. mandati.
i l. j. in princ. de nouat.
k l. nouatione. de nouat.
l l. ſolutũ in princ. de pig. actio.
m l. inter ſtipulantem. § j. de uerb. oblig.
n l. fin. de ſeparat.
o Glo. fin. uerſ. fiat quoque neceſſaria. l. j. C. de iud.
p l. j. §. ad hoc. C. de anna. excep.
q l. cũ notiſsimi. in prin. C. præſc. 30.
r l. nemo rem ſuã. §. j. de uerb. obli.

iudicio principale, & accessorium peti posit. Et Accursius peti posse existimauit[s]. Alij dicunt separatis iudicijs petenda esse, si pro utroque competat actio[t]: quia quæ alia, quàm proposita actione debentur, alio iudicio peti debent[u], quamuis iudicis officium imploraretur. quia illud cessare debet, ubi est ordinaria actio[x]. Sed ego magis Accursium sequor[y], quia contradicentium ratio procedit in officio iudicis nobili, sed in mercenario aliud est; ut patet in accessorijs, quæ quamuis per actionem mãdati peti posint[z], attamen mercenario iudicis officio etiam petuntur[a]. Postremò dubitari potest, an creditor recipiendo principale, sibi in accessorijs præiudicet? Et dicitur præiudicare, si sciens recipit[b]: secus si ignorans[c]. Nam transactio de principali negotio facta ad poenam extenditur[d], quemadmodum, & liberatio[e], & præscriptio[f], & sentẽtia[g]. Sed obijcies qui rem ui sibi ablatam recipit, poenã remittere minimè dicitur[h]. Respõdent interpretes, id uerum esse in legis poena, cuius actio non tollitur per sortis petitionem[i]. Aliud in poena conuentionali, quæ unà cum sorte peti non potest[k], nisi clausula, Rato manente pacto, esset adiecta[l]. Aduertendum tamen est, in arbitrarijs actionibus specialiter introductum esse, ut per sortis solutionem poena non debeatur[m]. Quia arbitrariæ actiones idcirco sic appellantur, quòd in illis iudex ante latam sententiam suo arbitrio reo soluendi quod debet facultatem concedit[n]. Sed rursus contrà, Creditor accipiendo sortem non uidetur remittere usuras[o]: sed hoc intelligendum est non de his usuris quæ officio iudicis debentur[p], nam illæ sunt accessoriæ, & per sortem extinctam extinguuntur[q]: sed de his, quæ per stipulationem sunt promissa, quo casu accessoriæ non sunt[r]. Sed quid si creditor sortem recipiat, protestatione habita, quod poenam uel usuras remittere non uult. Et certum est, protestationi standum esse, si debitor illi acquieuerit[s]: secus si contradixerit[t]. Vltimò sciendum est, multa in consequentiam concedi, quæ principaliter non permitterentur[u], ut remisio doli futuri[x], cognitio status in causa delegata[y]. Sic arbiter non principaliter, sed incidenter de restitutione cognoscit[z]. Et si principaliter petatur in integrũ restitutio, expresso mandato opus est, non incidenter[a]. Et in causa ad me incidenter, non principaliter, pertinente, testis esse possum[b].

s Glo. fin. in prin. d. l. j. C. de iudic.
t d. l. j. in fin. C. de iudic.
u l. atteius. §. fin. de aqua plu. arc.
x l. in causæ. ij. in prin. de minor.
y Glo. uerb. deductam. d. l. j. C. de iudic.
z l. idemq;. §. idem labeo. ff. manda.
a d. l. idemq;. §. si ex fundo.
b l. fin. in fin. de eo quod cert. loc.
c Glo. uerb. liberati. in fin l. in hac. de condict. tritic.
d l. ij. in princ. si qs caut.
e l. si cùm tibi. C. de iudic.
f l. eos. in prin. C. de usur.
g l. si quis. cũ totũ. §. si ancillam. de except. rei iudic.
h l. pen. §. in bon. rapt.
i l. si pro fure. in prin. de condict. furt.
k l. xiij. §. labeo ait de excep. doli. §.
l l. qui fidem. ff. de transact.
m l. hoc edicto. in prin. de publica.
n §. præterea. Insti. de actio.
o l. j. C. de solut.
p l. qui p collusionẽ §. ti. act. empt.
q l. iiij. C. depositi.
r l. centum. uers. j. & ij. de eo quod cert. ff. loca.
s l. si debitor. §. j. quib. mod. pig.
t l. ij. in princ. p. si quis caut.
u l. j. de auth. tut.
x l. si unus. §. illud. de pact.
y l. quotiens. C. de iudic.
z l. si. in fin. C. ubi & apud quos.
a Bart. l. cùm procurator. de nou. op. nunc.
b §. legatarijs. Instit. de testa.

FINIS.

SEBASTIANVS

VIRTVTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

GRYPHIVS
EXCVDEBAT
LVGDVNI,
ANNO
M. D. LV.